

B/17845
SANCTI
BERNARDINI

SENENSIS,
ORDINIS MINORVM,

ac vrbis Aquilæ patroni,

QVADRAGESIMALE,

Seraphin nuncupatum,

Ex ijs profecto Concionibus, quas Patavij habuit; a Daniele de Purzilijs, I. C. Patavino collectum,

Vnà cum nonnullis Sermonibus extraordinarijs ipsius Sancti Bernardini, ac etiam alijs subiectis: nunc primùm in lucem editum.

Cum Sermonum Ferialium argumentis, ac duobus Indicibus, tum Sermonum, tum rerum memorabilium.

Tomus Quartus.



VENETIIS APVD IVNTAS,

M D X C I.

Del Collegio e la Comp^a de J^{es} de Granada B.

B/7845
SANCTI
BERNARDINI

SENENSIS,
ORDINIS MINORVM,

ac vrbis Aquilæ patroni,

QVADRAGESIMALE,

Seraphin nuncupatum,

Ex ijs profecto Concionibus, quas Patavij habuit; a Daniele de Purzilijs, I. C. Patavino collectum,

Vnà cum nonnullis Sermonibus extraordinarijs ipsius Sancti Bernardini, ac etiam alijs subiectis: nunc primùm in lucem editum.

Cum Sermonum Ferialium argumentis, ac duobus Indicibus, tum Sermonum, tum verum memorabilium.

Tomus Quartus.




VENETIIS APVD IVNTAS,

M D X C I.

• Del Collegio de la Comp^a de J^{os} de Granada B.

21-9-9

9-153



1163719

Lectori salutem.



SI quid est, quod aut ad operis huius dignitatem agnoscendam, aut sensum rectè percipiendum at-
tineat, illud vero ne te lateat, sedulam profectò de-
dimus operam. Quo in genere, quod iam nunc
subijciemus, esse nemo non intelliget. Scias igitur
velim, Amice lector, Conciones has *Quadragesi-
males*, quas *Seraphini* nomine appellant, nonnullosq; alios subsequentes
Sermones à D. Bernardino, cum *Patauij* moraretur, & magna cum
dignitate habitos, & calamo, vno, eodemq; *Quadragesimæ* tempore
ab Excellentissimo D. D. Daniele Pergulio *Patauino* exceptos fuisse,
paucis aut, proprio Marte, additis, aut, rei difficultate, detractis: Ea
vero in illis tractantur, quibus animæ, quæ præcipientes in scelera ferun-
tur reuocari; prauæ animi cupiditates coerceri, a peccatis homines ab-
strahi; Iustus vero ad colendam iustitiam magis, ac magis incitari pos-
sit. Quod autem ad hoc *Quadragesimale* minus certè reliquis, & ele-
gantius, & politius, imprimendum nos impulit, fuit, quòd ad hanc vsq;
diem, quæ D. Bernardinus perspicuis, disertisq; verbis elucubrauit,
ac de quibus cum ille, tum alij permulti meminerunt sapissime (nisi hæc
ipsa de *Quadragesimali*, cui nunc de *Euangelio æterno*, nunc de *Charita-
te* nomen inscribitur, intelligantur: vtraq; .n. & *Seraphini*, & *Charita-
tis* vocabuli eadem est vis, & notio) minimè nobis inuenire licuerit.
Melius tamen, satiusq; duximus aliquid, qualecunq; sit edere, quàm
te, non iniucunda fortasse, lectione fraudare. Quod si aliquando aut
tempus, aut occasio feret, vt e tenebris tandem alterum, de quo loquimur,
perfectius eruatur, illud & prælis committere, & tibi in lucem proferre
non grauabimur. Interim nostros conatus amplectere, & studium de te
benemerendi grato, benignoq; animo, vt par est, prosequaris. Vale,
nosq; dilige.



ARGVMENTA SERMONVM
 FERIA L I V M
 QVI IN HOC QVADRAGESIMALI
 SERAPHINO NVNCVPATO
 S. BERNARDINI DE SENIS.


In hoc quarto Tomo.

<p>FERIA QVARTA <i>In die Cinerum.</i> <i>Sermo primus.</i></p>	<p>SABBATO POST CINERES. <i>Ser. III.</i> Tribulationum vtilitas, in quo de statu principiante, saluificante, & beatificante.</p>
<p>DE amore spei, & de conuersio ne peccatorum, & principali ter tractatur vbi amor diuinus habet fundamentum, vnde descendit, & quo vadit.</p>	<p>DOMINICA I. QVADRAG. <i>Ser. V.</i> Verbum Dei animam viuificat, vbi de obiectu radioso, in quo intellectus speculatur de opposito animae vitioso in quo orbatur, & de subiecto timoroso in quo viuunt.</p>
<p>FERIA QVINTA. <i>Ser. II.</i> Fidei tractatus, quod fides tria habet fundamenta, videlicet discoopertum, cooperatum, & tertium quod fides formata dicitur.</p>	<p>FERIA SECVND A. <i>Ser. VI.</i> De iudicio extremo, vbi de iudiciali maiestate, veritate, & æquitate.</p>
<p>FERIA SEXTA. <i>Ser. III.</i> De dilectione vera, & sancta, vbi de amore generali, cordiali, & spiritali.</p>	<p>FERIA TERTIA. <i>Ser. VII.</i> Tepiditatis vitium, vbi primus timentis vtilitatis gradus, secundus feruentis charitatis, tertius negligentis tepiditatis.</p>

<p>FERIA QVARTA. <i>Ser. VIII.</i> Miracula Dei ab alijs differunt miracula diaboli cognoscuntur, & miracula mulierum, & de tribus generibus miraculorum, gratiæ scilicet, malitiæ, & stultitiæ.</p>	<p>FERIA TERTIA. <i>Ser. XIII.</i> Sodomitarum punitio, vbi de corporali punitione, temporali correctione, & æternali damnatione.</p>
<p>FERIA QVINTA. <i>Ser. IX.</i> Incantationes vitandæ, vbi de primo statu diuinæ gratiæ illuminatiuæ, de secundo poenæ, & culpæ ruinatiuæ, de tertio punitionis periculosa, & anfractiuæ.</p>	<p>FERIA QVARTA. <i>Ser. XV.</i> Consuetudinis malæ septem mala, & totidem remedia, vel considerantur tria scilicet principium malæ consuetudinis, consummatio, & remedium.</p>
<p>FERIA SEXTA. <i>Ser. X.</i> Lumina tria animæ, & tres status quibus anima procedit, desiderans .s. dolorans, & iubilans.</p>	<p>FERIA QVINTA. <i>Ser. XVI.</i> Diuitis vitiosi status sex. Item diuitis, & pauperis retributio.</p>
<p>SABBATO POST PRIMAM <i>Dominicam Quadragesimæ.</i> <i>Ser. XI.</i> Gratia illuminans, operans, & consolans, quod tres interuenire oportet gratias ad abstinendum a malo cum Dei auxilio illuminantem scilicet, operantem, & ab omni malo abstinentiam.</p>	<p>FERIA SEXTA. <i>Ser. XVII.</i> Conuersationes diuersæ, scilicet bonorum cum bonis, malorum cum malis, & bonorum cum malis, & e contra.</p>
<p>DOMINICA II. IN QVADRAG. <i>Ser. XII.</i> Filius debet honorare parentes, & quare non honoret, & non honorans male habet.</p>	<p>SABBATO POST SECVNDAM <i>Dominicam in Quadragesimæ.</i> <i>Ser. XVIII.</i> Peccati lapsus, peccatoris releuatio, & displicentia mundi, & demonis inuidiosi.</p>
<p>FERIA SECVND A. <i>Ser. XIII.</i> Sodomitarum cæcatio, induratio, & desperatio.</p>	<p>DOMINICA III. IN QVADR. <i>Ser. XIX.</i> Matrimonij materia, qualiter debeat esse in carne regulata, sanctificata, & honorata.</p>
<p>FERIA SECVND A. <i>Ser. XIII.</i> Sodomitarum cæcatio, induratio, & desperatio.</p>	<p>FERIA SECVND A. <i>Ser. XX.</i> Confessionis materia, qualiter sit facta, qualiter necessaria, & quantum vtilis.</p>

<p>FERIA TERTIA. <i>Ser. XXI.</i> Confessionis tractatus, quod tres sint confessiones, excusatiua videlicet, diminiuiua, & humiliatiua.</p>	<p>FERIA TERTIA. <i>Ser. XXVIII.</i> Iudicare alium nemo debet, & quod tria tantum sunt iudicia artis iudicandi in mundo, curiosum, criminofum, & periculofum.</p>
<p>FERIA QVARTA. <i>Ser. XXII.</i> Correctio proximi, quod fieri debet praeedente charitate, & cum charitate. Item cum causa, & quod peccauerit frater tuus, siue de paternali, fraternali, & filiali.</p>	<p>FERIA QVARTA. <i>Ser. XXIX.</i> Quando debent ablata restitui, tres regulae traduntur.</p>
<p>FERIA QVINTA. <i>Ser. XXIII.</i> Contritionis materia, de sui quidditate, necessitate, & qualitate.</p>	<p>FERIA QVINTA. <i>Ser. XXX.</i> Mercaturae tractatus, vtrum sit licitum facere mercantiam, an liceat mercatori quantum potest vendere, & contra emptori quanto minus, & in quibus casibus vsura in mercantia interuenire possit.</p>
<p>FERIA SEXTA. <i>Ser. XXIII.</i> Vifitat Christus mundum tripliciter, & anima trahitur ad amorem Dei per septem gradus.</p>	<p>FERIA SEXTA. <i>Ser. XXXI.</i> Restituat quilibet. an homo possit sibi met soluere & ius dicere absque eo quod iudicis officium impleret.</p>
<p>DOMINICA III. IN QVADR. <i>Ser. XXVI.</i> De vsurarijs, vbi consideratur hominum prudentum admiratio, vsurarum abominatio, & vbi illi stent.</p>	<p>SABBATO POST QVARTAM <i>Dominicam Quadragesimae.</i> <i>Ser. XXXII.</i> Amores septem in Christo, & Magdalena signati, & de Lazari resurrectione, & de resurrectionis eius praecedentibus, subsequenter.</p>
<p>FERIA SECVNDA. <i>Ser. XXVII.</i> Restitutio debet fieri, & de damno spiritali, corporali, & temporalis, quae proximo fiunt.</p>	<p>DOMINICA V. IN QVADR. <i>Ser. XXXIII.</i> Lusores reprobantur, & blasphemii a Deo maledicti, & de tribus generibus peccatorum, quod lapidatores Christi vocari possunt, scilicet taberniones, pessimi blasphematores, & malefesta custodientes.</p>

<p>FERIA SECVNDA. <i>Ser. XXXIII.</i> Restitutum materia, & quilibet satisfaciatur illi qui de iure habere debet, & in quo loco.</p>	<p>FERIA TERTIA. <i>Ser. XLII.</i> Peccati maledictiones. vbi quod sunt septem, & dolores totidem peccatorum morientium.</p>
<p>FERIA TERTIA. <i>Ser. XXXV.</i> Contritionis materia, vbi de contritionis varietate, quantitate, & contrarietate.</p>	<p>FERIA QVARTA. <i>Ser. XLIII.</i> Corporis Christi Sacramentum, qualiter primum eius misterium memoriale est, secundum admirabile, tertium desiderabile.</p>
<p>FERIA QVARTA. <i>Ser. XXXVI.</i> Mulierum honestas, & vanitas, vbi de tribus speciebus dominarum, de quibus maritus, vel gloriam, vel suspicionem, vel tristitiam habet.</p>	<p>FERIA QVINTA. <i>Ser. XLIII.</i> Manna, quomodo generaretur, de preparatione generali ad Sacramentum.</p>
<p>FERIA QVINTA. <i>Ser. XXXVII.</i> Incarnatio Christi nota fuit, & de annunciatione Virginis.</p>	<p>FERIA SEXTA DE <i>passione Christi.</i> <i>Ser. XLV.</i> Vbi de amore radiante, fructificante, & sanctificante.</p>
<p>FERIA SEXTA. <i>Ser. XXXVIII.</i> Annunciata Virgo habuit septem socias.</p>	<p>IN DIE PASCHAE <i>de resurrectione Christi.</i> <i>Ser. XLVII.</i> Vbi prima contemplatio est triumphalis victoriae, secunda cordialis laetitia, tertia spiritualis intelligentia.</p>
<p>SABBATO POST PRIMAM <i>Dominicam Quadragesimae.</i> <i>Ser. XXXIX.</i> Satisfactiones Magdalena, proditioes virorum in mulieres, mulierum vanarum pericula, & murmurationes Pharisei, atque remedia contra seditiones.</p>	<p>IN DIE LVNAE <i>post Pascha.</i> <i>Ser. XLVIII.</i> Stellae illuminantes peccatorem, parce re debemus, signa tria desperatorum.</p>
<p>DOMINICA SEXTA IN <i>Quinquagesima.</i> <i>Ser. XL.</i> Anima nouem gratiae singulares, nomen Iesu proficuum.</p>	<p>IN DIE MARTIS <i>post Pascha.</i> <i>Ser. XLIX.</i> Contemplationis modus, dotes Beatorum in patria, & chorea Christi, & Sanctorum in patria.</p>



S E R M O N V M.
Q V I I N H O C T O M O

CONTINENTVR, ELENCHVS.



A Nima, quomodo trahatur ad amorem Dei, pagina 104	Anima facta aterrima pro pter peccatum. 214	Animæ pulchritudine. 196	Animæ luminibus tribus. 45	Baptismate. Ser. extraor. 14 77	Charitate, seu dilectione uera, & san- cta. 11	Charitate diuina emenda. ser. extra- ord. 5 33	Communione sacratissima. 226	Confessione excusatiua, diminutiua, & humiliatiua. 92	Confessionis qualitate, necessitate, & utilitate. 87	Conscientia decepta. ser. extraord. 6. 39	Consuetudine mala. 62	Contritione. 100. & 165	Conuersatione bonorum, & malorū. 72	Conuersione ad Deum. ser. extraord. 17. 95	Conuersione, & satisfactione pec- catoris, & Magdalenæ. 192	Corporis Christi sacramento. 219	Correctione proximi. 96	Diuite vitioso, & eius, & pauperis re- tributione. 67	Fide. 6	Flammis septē amoris. ser. extraord. 8. 46	Francisco. 88	Gloria paradisi, & modis contēplādi. 269	Gratia illuminante, operante, & con- solante. 48	Honestia, & uana domina. 171	Honore parentum. 51	Humilitate. in extraord. 119	Iesu nomine proficuo. 205	Incantationibus uitandis. 42	Incarnatione Domini. 177	Inspirationibus. ser. extraord. 11. 62	Iudicio temerario. 123	Iudicio extremo. 28	Iudicio extr. in extr. 242	Lazaro resuscitato. 31	Ludo. 151	Luxuria. in extr. 26. & 131	Matrimonio. 79	Mercatura. 133	Miraculis. 37	Misericordia Dei. 260
---	--	--------------------------	----------------------------	---------------------------------	---	---	------------------------------	--	---	--	-----------------------	-------------------------	--	---	--	----------------------------------	-------------------------	--	---------	---	---------------	---	---	------------------------------	---------------------	------------------------------	---------------------------	------------------------------	--------------------------	--	------------------------	---------------------	----------------------------	------------------------	-----------	-----------------------------	----------------	----------------	---------------	-----------------------

I N D E X.

Ocultatione diaboli. serm. extraord.	135	Satisfactione. in extraord.	135
13.	76	Scientiarum studijs. ser. extraor. 3.	10
Passione Domini nostri Iesu Christi.	235	Seminatione demoniij. ser. extraor. 10.	53
Peccatoris lapsu, & releuatione.	75	Semine inspirationis. ser. extraor. 12.	67
Præparatione ad sumendum corpus Christi.	184	Sodomitarum excæcatione, induratione, & desperatione.	57
Purgatorio. ser. extraor. 15.	82	Sodomitarum punitione.	59
Purificatione. ser. extraor. 9.	50	Spe.	5
Regno Dei. ser. extraor. 1.	1	Statibus tribus hominum.	34
Restituendum cuiquam sit, ubi, & quomodo.	157	Tepiditatis uitio. ser. extraor. 7.	42
Restituere quis teneatur.	139	Tribulationibus, & earum utilitate.	16
Restitutio fieri debet.	118	Verbo Dei animam uiuificante.	22
Restitutionibus.	128	Viduitatis statibus tribus. ser. extraor. 3.	18
Resurrectione Domini.	254	Vfuris.	110
Saccomando paradisi. ser. extraor. 4.	23		

F I N I S.

I N D E X R E R V M
N O T A B I L I V M,
Q V Æ H O C O P E R E C O N T I N E N T V R,
A L P H A B E T I C A S E R I E D I G E S T V S.

A



Abbatis cuiusdam visio. ser. extr. 10. pag. 56. b
 Absoluere, et confessiones audire, qui possint. ser. 21. 95. d
 Accipere ad usuram querens dupliciter peccare potest, & ut non peccet duo requiruntur. ser. 34. 160. b. & 161. a
 Accipiter, & gallina diuersè tractantur. ser. 16. 71. a
 Acquisita per errorem persona restituenda sunt, et quid de acquisitis per errorem fortuna, ubi multi casus. ser. 27. 122. d. & seq.
 Acquisita male statim integraliter restituenda. ser. 29. 128. c
 Actus carnalis nimium frequentatus hominem excæcat. ser. 19. 85. f
 Adorare debemus cum duobus, sine quibus orationis fructus non est. ser. 24. 109. a
 Aduentus Christi in mundum sicut est triplex, ita in cor hominis. ser. 24. 105. b
 Aduersitates faciunt hominem mortuum in carnalitate, & sapientem in virtutibus. ser. 4. 17. c
 Affectiones septem in Deum reflexa, & quæ. ser. extraor. 7. 96. c
 Affectiones septem in seipsum reflexa. ibid.
 Affectiones septem in nos, & quæ. ser. extraor. 17. 100. & seq.
 Affectiones septem respectu proximi quæ. ser. extr. 17. 101. g. & seq.
 Affectiones hominis quatuor, & quæ. ser. extraor. 16. 91. b
 Aliena indebitè, et iniuste quaesita tenentium differentia quinque. ser. 48. 267. f. & seq.
 Aliena licitè reperta, & quæ ad tuas manus peruenerunt, an retineri, & quomodo distribui possint. ser. 27. 121. e
 Aliena res ad nostras manus tribus modis venire potest. ibid. 160. f
 Aliena tenentes in iulo iuris, sed non iusto, qui

ser. 34. 159. g
 Alleluia, 2. Deus sit laudatus. ser. 46. 258. e
 Amicitia idem velle, & idem nolle. ser. 43. 225. b
 Amare creaturas quò debeamus. ser. extraor. 11. 60. g. & seq.
 Amor Dei erga animas triplex, & qui. ser. extraor. 7. 43. a
 Amor primus Dei est uocare animam. ibidem. 6
 Amor diuinus, an possit furari. ser. extra. 5. 33. b
 Amor Dei non potest violentari. ibi. 34. a
 Amor diuinus unde descendat. ser. 1. 3. f
 Amor diuinus ad deuotos uadit, & per tria personarum genera uenit. ibid. g
 Amor generalis quatuor conditiones habere debet. ser. 3. 12. a
 Amor cordialis septem requirit. ser. 3. 14. a
 Amor parentum ad filios, maior quam e contra. ser. 12. 52. b
 Amor transformat amantem in amatum. ser. 43. 211. b
 Amor respondentium uocationi per tres actus ostenditur. ser. extr. 7. 44. b
 Amorem, qualem ad inimicos habere debemus. ser. 3. 15. e
 Amoris diuini effectus septem, & qui. ser. extraor. 8. 46. d. & seq.
 Amoris inflammatiui gradus septem. ser. 24. 106. a
 Amatores illicitos luxuriarum, qualiter Hier. describat. ser. 19. 86. a
 Amicorum tria genera. ser. extraor. 7. 43. d. & seq.
 Analogicus sermo, qui. ser. extr. 1. 7. a
 Angeli in paradiso existentes plures sunt, quæ creata quacunque. ser. 49. 272. f. & seq.
 Angeli quotupliciter intelligantur, pp quos mulier in ecclesia caput uelatum portare debet. ser. 36. 175. b. & seq.
 Angelorum ordines nouem, & quam pulchri,

Christi, corumque differentia. ser. 49. 273. a. & sequen.
 Angelum suum habent omnes creaturae, & quasi libus species fructuum, plantarum, &c. ser. 49. 273. a
 Angelus minimus existens in uita aeterna, & pulchrior sit omni anima, praeterquam illa Christi, & Virg. matris. ser. 49. 272. b. & seq.
 Angelus an possit ecclesiam consecrare. ser. extraord. 14. 81. e
 Anima qualibet duos habet Angelos, bonum scilicet, & malum. ser. 49. 272. g
 Anima tria lumina considerat, & qua. ser. 10. 45. h. & 46. a. & seq.
 Anima conuerfatria habere debet. ser. 39. 192. b
 Anima in qua a altitudine, pulchritudine, & Ac creata sit, triplex contemplatio. ser. 40. 196. e. cum seq.
 Anima nunquam contenta sine Deo. ibid. 199. e
 Anima Deo sexdecim modis similatur. ibi. f. & seq.
 Anima sine peccato ex profunda humilitate, dicit se peccatricem, ut S. Paulus, S. Fraciscus, & ceteri Sancti, qui se peccatores reputabant. ser. 20. 87. & 88. a. b
 Anima a peccato relinere, maius factum, & fuerit creare mundum. ser. 32. 250. h
 Anima rationalis, quam pulchra, & magna. ser. 49. 221. f. & seq.
 Anima sancta dicitur templum. ser. extraord. 9. 51. b
 Anima habens labores, illuminatur, & sapientia fit. ser. 4. 18. b
 Anima sitiens Deum, famelico comparatur. ser. extraord. 17. 100. f
 Animam tria regunt. ser. extraord. 2. 14. c
 Anima Deo clamantis, tripliciter posse respondere. ser. extraord. 7. 44. d
 Animarum tres status, & qui. ser. extraord. 15. 82. a
 Animas in maiori gratia existentes, magis participare de bonis. ser. extraord. 15. 87. b. & sequen.
 Anima in purgatorio, de quo bono magis gaudeant. ibi. c
 Anima nostra a potentia tres ab Adam deformata. ser. 43. 220. c
 Anima potentia tres, & in quibus consistant. ser. 49. 270. a. & seq.

Anima beatorum, quod iam sint corpore in paradiso, tenet ecclesia. ser. 16. 69. h
 Anima quadrupliciter scire possunt, quae sunt pro ipsis. ser. extraord. 15. 86. g. & seq.
 Anima qua plus gaudeant in purgatorio, quadrupliciter ostenditur. ibi. d. & seq.
 Anima in purgatorio a quibus tormentetur. ibid. 84. b. & seq.
 Anima in purgatorio quatuor ex causis cantant, & qua. ibi. d. & seq.
 Anima in purgatorio quod gaudeat, ex quibus & quibus nascatur. ibi. 85. c. & seq.
 Anima in purgatorio existens, quadrupliciter possunt uiuari. ibi. 86. a. & seq.
 Anima gratia data nouem consideranda, & contemplanda ad statum naturae, gratiae, & gloriae. ser. 40. 196. c. cum seq.
 Animalia omnia eiusdem speciei, cur simul stare appetant, & non sic homo. ser. 3. 14. c
 Animalium sex genera offeriebantur in templo. ser. extraord. 9. 52. d
 Anoma quid interpretetur. ser. 1. 5. f
 Antichristi post mortem, quadraginta diebus mundus durabit. ser. 6. 28. f
 Anulus uxori ad quod triplici consideratio datur. ser. 36. 171. d. & seq.
 Apis unius naturam Philosophus quidam 30. annis discere, & cognoscere non potuit. ser. 40. 197. f
 Apostoli sunt duodecim tubae vocantes milites addebellandum paradisu. ser. extraord. 4. 24. c. & seq.
 Appetitus in inferno erit appetibilis, & nunquam extinguibilis. ser. extraord. 6. 41. h
 Aqua mixta dupliciter consideratur. ser. extraord. 14. 78. b. & seq.
 Aqua mixta quando potest baptizari. ibid. c. & seq.
 Aqua baptismi, an possit emi sine peccato, & quid praestandum in tali casu. ibi. 81. b. & seq.
 Aquila non capit muscas, neq. leo murem. ser. 49. 268. f
 Arca unde dicta. ser. 36. 178. h
 Arma paradisu expugnantia, qualia sint. ser. extraord. 4. 27. b. & seq.
 Arma ferientia Angelos, et Sanctos, qua. ibi. 31. b. & seq.
 Aster interpretatur beatitudo. ibi. 26. a
 Astrologo dicenti, suum Principem illo anno moriturum, dum praestitia princeps iaceret.

iaceret quasi mortuus: miles quidam Astrologum dicentem se uicturum 20. annos, transfodit, ut mentita astronomia; princeps liberatus sit. ser. 9. 44. d
 Auari cor repertum in capsula denarium, secundum S. Antonij Confessoris dictum. ser. 43. 226. a
 Auari, et usurarij, quibus assimilatur. ser. 40. 198. b
 Auaritia insatiabilis. ser. 6. 29. a
 Auaritia, quomodo extinguatur. ibi. b
 Auarus quidam diues ob filios, quos habebat, potius laqueo se occidit, quam pecunias petas dare uoluerit. ser. 3. 12. e
 Auarus quidam Ariminesis, quod frumenti starum tribus solidis cum dimidio uenderetur, pra dolore obiit, & inde captus sit, usurarios in illis partibus uocari, Tre sol di, & me. ser. 26. 116. d. & seq.
 Aue, significat sine uae. ser. 45. 236. a
 Auguria triplicia sunt, & multa in detestationem eorum. ser. 8. 41. g. & 42. a. & seq.
 Augustino, mysterium corporis Christi explicare tentanti infantulus cocleari aqua maris in fossam imponens, quid dixerit. ser. 43. 224. f
 Azima recipientes a Iudaeis, peccant mortaliter. ser. extraord. 5. 39. b

B

Babylon, confusio interpretatur. ser. extraord. 14. 78. f
 Baptisma tantum in aqua debet fieri, & de huius ratione. ibi. 77. g. & seq.
 Baptisma tria requirere, & qua. ibi. 77. f. & sequen.
 Baptisma in qua materia fieri debeat. ibi. f. & seq.
 Baptismi in materia, dubia aliqua scitu digna. ibi. 79. a. & seq.
 Baptismi forma qualis. ibi. 78. g. & seq.
 Baptismi forma an possit addi, uel minus aliquid uerbum. ibi. 79. a. & seq.
 Baptismi forma duplex, & qua. ibi. b. & sequen.
 Baptismi forma an liceat mutare uerbum substantiale. ibi. c. & seq.
 Baptizantibus pluribus aliquem in casu necessitatis, an ualeat. ibi. 81. g. h
 Baptizari an possit aqua mixta. ibi. 78. a. & seq.

Baptizari, an liceat cuilibet. ibi. 80. h. & sequen.
 Baptizatus puer charitatem habet, licet non ebulliat in illo. ser. extraord. 5. 35.
 Baptizatus salua, non est baptizatus. ser. extraord. 14. 77. f
 Baratterij futuitates duodecim. ser. 33. 154. a
 Baro quidam Castellano cuidam, qui suum filium peremerat, seque misericordia Baronis recommisit, qualiter pepercerit. ser. 49. 268. h
 Beati cur gaudeant de impiorum damnatione. ser. 45. 242. b
 Beatorum numerus, quantus. ser. extraord. 1. 1. e
 Beatorum cantilena. ser. 49. 279. & seq.
 Beatorum exercitium, quale. ser. 49. 277. & sequen.
 Bellum in expugnatione paradisi quomodo fiat. ser. extraord. 4. 71. d. & seq.
 Belzebub quomodo interpretetur. ser. extraord. 10. 54. b
 Benefacere disponens, tribulationes sustinere se preparat. ser. 39. 194. d
 Benjamin, filius destra interpretatur. ser. extraord. 4. 26. h
 Benjamin, discretio boni & mali interpretatur. ser. 48. 266. b
 Bernardi suspiria dulcia pro nomine Iesu. ser. 41. 410. h
 Bernardino predicante, signa aliqua narratur, quae Paduae apparuerunt. ser. extraord. 17. 106. f. & seq.
 Bernardinum Vinceniam petisse, & de miro populorum concursu. ser. extraord. 17. 106. b. & seq.
 Bernardinus Vinceniam qualem fructum fuerit operatus. ibi. 107. d. & seq.
 Bethania domus panis interpretatur. ser. 32. 148. b
 Blasphemia malignitates. ser. 33. 157. & 158.
 Blasphemia peccatum ex propria malitia procedit, licet alia ex fragilitate uideantur. ibi. 158. c
 Blasphemantem puerum quinque annorum e sinu patris diabolus rapuit. ser. 33. 158. g
 Blasphemantem lusorem diaboli asportauerunt. ibi. h
 Blasphemantem fabri diabolus per capillos traxit, pendulum tenens, donec religiosa persona orationibus, atq. aqua benedicta uenerint. ibi. 157. a. b
 Boros

Bonos quare pecudes, & malos hircos Christus in iudicio nominabit. ser. 6. 31. d
 Bonum factum in peccato mortali, ad quid valeat. ser. extraord. 15. 87. g. & seq.
 Bonum de se naturaliter accidentaliter posse fieri malum. ibi. 88. b. & seq.
 Bonum factum in gratia a facto in culpa, quomodo differat, et ad quid valeat. ser. 42. 215. d
 Bonum factum in peccato a redeunte ad gratiam, an recuperetur. ibi. f
 Bonum damnati, an & quomodo distribuat. ibi. g
 Breuia mala portans, diabolum portat. ser. 9. 45. d
 Breuia mala a bonis, quomodo cognoscantur. ser. 8. 40. b
 Breuibz malis credens si moriatur non confitens damnatur. ibi. 41. b
 Bruta naturaliter operari. ser. extr. 11. 60. g

C

Calidus, frigidus, & tepidus quis uocetur in amore Dei, & qualiter sint conditionati. ser. 7. 35. g. & seq.
 Calix in quo stat uinum, quid significet. ser. extr. 6. 40. f
 Calix uini, duplex, & qui. ibi. g
 Cananeus interpretatur domus Zelans animam. ser. extr. 4. 25. d
 Cantandi bene, sonandi & tripudiandi quatuor requisita. ser. 49. 177. f. g
 Capillos alienos portans, & taxillos faciens, atq; multi similes, an & quando sumere possunt corpus Christi. ser. 44. 229. b
 Capitanei exercitus expugnantis paradysum quot, & qui. ser. extr. 4. 25. d. & seq.
 Carnis, diaboli & mundi remedia tria ordinantur Christus in Euangelio. ser. 1. 5. a
 Carolus Rex omnibus scientiis illustratus. ser. extr. 2. 15. b
 Caudarum muliebrium, qua hodie portantur, prophetia. ser. 36. 177. b
 Cauda mulieris stultitie duodecim. ser. 36. 176. et 177
 Catuli uini ad uenationem assueti, & alterius ad coquinam, probatorum exemplum. ser. 15. 65. g
 Coelum esse plenum electis, quomodo intelligatur. ser. extr. 18. 110. d. & seq.
 Cena Deo, quando tribuitur. ser. extraord. 7. 46. a

Centurio tripliciter fidem longam habuisse uideatur. ser. 2. 11. d
 Cerasagia exemplum recitatur, qua absente marito cerasa manipulatum capta uorabat: coram uero curabat, & c. ser. 5. 26. a
 Charitas quibus pecunijs ematur. ser. extr. 5. 36. b
 Charitas proximi, in quo consistat. ser. extraord. 18. 102. a. b
 Charitas est omnium diuitiarum maxima. ser. extr. 5. 33. b
 Charitas nisi ematur, haberi non potest. ibi. 34. e
 Charitas, quare petatur. ibi. 36. b. c
 Charitas tribus modis adificatur in seculo. ser. 7. 14. f
 Charitas, quomodo debeat esse facta. ser. extraord. 5. 35. e
 Charitatis mercantia, quibus uendatur. ibi. 34. d
 Charitatis mercantiam quis vendat. ibi. 34. f
 Charitatis probationes tres. ibi. 35. f. g
 Christi in anima, quanta poena fuerit. ser. 45. 238. b
 Christi sudor sicut gutta sanguis, unde factus. ser. 45. 244. b. c
 Christum fuisse alloquutum Franciscum, & quid illi dixerit. ser. extr. 16. 90. e. & seq.
 Christum debere incarnari fuit Angelis demonstratum. ser. 37. 178. e
 Christus tribus de causis non inuit statim uocatus ad Lazarum. ser. 32. 147. e
 Christus miracula faciebat, uel precibus motus, uel cum humilitatis actu. ser. 32. 14. f
 Christus tribus modis ecclesiam amauit. ser. 36. 171. b
 Christus est mercator. ser. extr. 5. 33. d
 Christus quantum doluerit de damnatione peccatorum, & quot poenas habuerit. ser. 45. 238. b. & seq. usque 241
 Christus Pharisaeum, contra se, & Magdalenam murmurantem de tribus reprehendit. ser. 39. 195. e. & seq.
 Christus quibus conditionibus ad iudicandum ueniet, & quare in nube lucida, & cur nec sicut purus Deus, nec sicut purus homo. ser. 6. 29. b. & 30. a. b. c
 Christus ad iudicandum cum quibus ueniet. ibi. ser. 6. 30. e
 Christus miracula non fecit absque notabili causa, & magno mysterio. ser. 8. 39. b
 Chri-

Christus semper uoluit de diabolo triumphare per medium alicuius abiecti hominis, ut Francisci, & aliorum. ser. 4. 20. b
 Christus, quare permisit a diabolo tentari. ser. 5. 28. c
 Christus quare comedit mel. ser. extraord. 2. 13. b
 Christus fuit ab Angelis adoratus consentientibus uoluntati diuinae. ser. 37. 179. d
 Christus matri dupliciter apparuit. ser. 47. 258. c
 Christus solus uera sapientia magister. ser. extr. 2. 10. b
 Christus cur de peccatorum damnatione doluerit cum eorum damnationis uideret. Item cum concordare deberent cum mente diuina, cum nec Sancti dolent de impiorum damnatione. ser. 45. 242. a. b
 Christus cur non mortuus in instanti ob insipientis dolores quos habuit. ibi. c
 Christus quinque de causis necesse fuit, ut tantam poenam, & tot dolores pateretur. ibi. d. & seq.
 Christus quatuor et quales uictorias habuerit. ser. 47. 254. et seq.
 Christus resurgens, quod primo apparuerit Virgini Marii, plures suasiones, et rationes. ser. 47. 257. et seq.
 Cibum corporis Iesu multis signis praefiguratus, et monstratus. ser. 43. 219. g
 Circumstantia peccati potest esse mortale. ser. 20. 89. b
 Ciuitatis Dei descriptio. ser. extr. 4. 30. f. & sequens.
 Cognitiones Dei duodecim, & quot producunt effectus. ser. 48. 266. d
 Collirium quid. ser. 44. 233. c. & ser. extr. 5. 33. g
 Comedentium agnum pascalem conditiones quatuor. 44. 230. e
 Compassio uera, qua fit. ser. 3. 14. b
 Confessio, an et quando profit luxurioso obediendi causa confesso, non autem se emendandi. ser. 21. 94. b
 Confessio uera, et contritio, quomodo cognoscantur. ser. 35. 167. b. et seq.
 Confessio in paradiso esse non potest. ser. 23. 100. f
 Confessio, qualis esse debeat. ser. 20. 87. usque 91
 Confessio tribus rationibus frequens esse debet. ibi. 88. d

Confessio quam sit necessaria. ibi. 91. e
 Confessio non accepto Christi corpore facta absque legitima causa, an et quando ualeat. ser. 21. 93. b
 Confessionem ueram ad habendam, septem requiruntur. ser. 23. 102. et 103.
 Confessionis natura duodecuplex. ser. 21. 95. g
 Confessor sapientiam, et conscientiam habere debet. ser. 20. 89. c
 Confessus semel, an et quando teneatur iterum confiteri. ser. 21. 94. c
 Confessus ignoranter excommunicatus, si postea sciat, iterum confiteatur. ser. 20. 88. f
 Confitens, an et quando se excusare, et alium accusare, et nominare debeat. ser. 21. 92. b. et seq.
 Confiteri bene plures nesciunt, praecipue mulieres. ser. 20. 87. f
 Confiteri peccata sua sacerdoti qui, et a quibus praemoneri debeant. ibi. 91. f
 Confiteri semel in anno reuolvens, saluari non potest, neque in sacro sepeliri. ibi. h
 Confiteri incontinenti, quatuor casibus quis obligatur. ser. 21. 93. d
 Confiteri cui, quis debeat peccata sua. ibi. 95. d
 Coniuges corpus Christi capere uolentes, an et quot diebus a coitu abstinere, et debitum reddere debeant. ser. 19. 86. b
 Coniuges debitum reddere in ecclesia, quando possunt. ibi. 87. b
 Constantinus, coram quo prelati, et sacerdotes litigabant, ne pateret alijs eorum uituperatio, processus cremauit. ser. 48. 265. b
 Consuetudinis mala, mala septem, et quae. ser. 15. 63. e
 Consuetudinis mala remedia septem. ibi. 66. d
 Consulendum esse expertos in uia Dei. ser. extraord. 11. 66. f
 Contemplatio uehemens facit hominem eleuare a terra, ut accidit Parisijs. ser. extr. 5. 33. c
 Contemplationes contemplanda in uita Christi. ser. extr. 17. 99. c. et seq.
 Contritio, quid. ser. 23. 100. d
 Contritio siue confessio, quando ualeat, & quantum necessaria. ibi. 101. a
 Contritio quanta esse debeat, cum sit difficillima. ser. 35. 168. e
 Con-

I N D E X.

Contritio tanta, an haberi possit, ut poena & culpa remittantur. ibi. 170. f
 Contritionis, & attritionis differentia. ibid. 165. e
 Contritionis uerba tria signa. ibi. g. & sequen.
 Contritius tantum, si non potest confiteri, quomodo possit communicari. ser. 21. 94. a
 Conuersatio bonorum cum bonis optima triplici ratione, quemadmodum mala cum malis pessima. ser. 17. 72. e. & 73. e
 Conuersatio malorum cum bonis, qualis. ibid. 74. d
 Cor in contritione tribus de causis amaricari debet. ser. 35. 166. c
 Cor non habentium genera, tria sunt. ser. 19. 86. b
 Corpus sicut rebus elementatis, cibis sibi conforibus nutritur, sic anima spiritalibus. ser. 5. 22. c
 Corpus in inferno licet crucietur ualde, nunquam tamen corrumpitur. ser. extraor. 6. 42. a
 Corpus damnatorum quantum ponderet. ibi. 41. b
 Corpus beatum, qualiter glorificatum, & quatuor eius ornamenta. ser. 49. 275. e
 Corpus beatum habebit omnes quinque sensus. ibi. 276. b
 Corpus beatum, qualiter radiet in patria. ibi. h
 Corpus beatum quale gustum, & tactum habeat. ibi. f. & seq.
 Corpus Christi cum sumitur, cur mens non ardeat. ser. 44. 734. d
 Corpus Christi ad digne capiendum duo sufficiunt. ibi. 335. a
 Corpus Christi tribus de causis nobis ad comedendum datum. ser. 43. 223. a. & seq.
 Corpus Christi, quo tempore sumendum. ibi.
 Corpus Christi tribus de causis calatum nobis datum. ibi. h. & 224
 Corporis Christi sumptio, utrum ualeat in peccato mortali ad animam de peccato tollendam. ser. 44. 233. b
 Corporis beati uisus nouem dotas ualde nobiles. ser. 49. 276. c. & seq.
 Correctio tria necessario habere debet. ser. 22. 96. g
 Correctio triplex. ibi.
 Correctio propter tria dimitti potest. ibi. 97. b. & seq.
 Corrigendo quis sceleratus proximum, an

peccet, uel non. ibi. 98. b
 Corrigere proximum, an, et quando quis obligetur. ibi. 96. b
 Corrigere proximum omittens ad hoc, ut peccet, uel non, sex cause concurrere debent. ibi. 98. d. & seq.
 Corrigere proximum, ad quid est bonum. ibi. 99. b. & seq.
 Corrigi proximum quo ordine, & quot modis debeat. ser. 22. 97. c. & seq.
 Corripere quid. ibi. 96. f
 Corruptio uerborum dupliciter fieri potest, et quando sit mala. ser. extra. 14. 79. e
 Crucem accipere extra corporis passibilitatem, non est inspiratio Dei, sed diaboli. ser. extra. 11. 65. b
 Crucifixus in die Veneris sancti, qualiter amplexatus est parcentem inimico. Item simile contigit in Comitatu Florentia. ser. 49. 269. d. & seq.
 Cuculum quinquies garrere cum uetula audiret, frustra accepit augurium, quod deberet uiuere quinque annos. ser. 8. 41. h
 Cultus diuini duo fundamenta generalia. ser. extra. 8. 49. g. h

D

Damnati cum quo puniantur. ser. extraor. 6. 41. a
 Dammati quanto plures sunt, magis affligentur, e contrario beati. ser. extraor. 6. 42. b
 Dammati corpus plusquam mons etiam plumbus ponderat. ser. 6. 30. f
 Dammatos, & saluatos usque ad diem iudicii, admittentem se uidere. ser. extraor. 18. 111. b. & seq.
 Damnatorum tres poena, & quae. ser. extra. 6. 42. d
 Damnatorum poena, & gloria beatorum in die iudicii intenditur. ser. extra. 18. 111. d
 Damnatorum poena duplex, intrinseca, & extrinseca. ibi. 110. g. & seq.
 Damnatorum carcer, qualis. ibi. 108. b
 Danum, quod proximo datur, triplex. ser. 49. 268. b. & seq.
 Damnum proximo datum, restituendum quo sit, ubi tres regulae ponuntur. ser. 31. 141. a. & seq.
 Damnum dari, quotupliciter possit. ibid. 141. usque 144

Dam-

I N D E X.

Damnum spirituale proximo tripliciter datur, & quomodo restituendum. ser. 27. 118. d. & seq.
 Damnificans testimonio falso proximum ad quid teneatur. ser. 29. 132. a
 Dauid anima in sono cythara subleuabatur, & rapiebatur. ser. 40. 197. e
 Debitum quomodo, & quoties inter se conuiges reddere teneantur. ser. 19. 83. d. & sequen.
 Decalogi preceptum primum decem continet operationes. ser. 1. extra. 3. g. & seq.
 Decalogi preceptum secundum, quot, et quas contineat operationes. ibi. 4. b. & seq.
 Decimas quamuis sacerdos male expendat, quis dare teneatur. ser. 27. 122. b
 Decima possunt peti a Iudaeis. ser. extraor. 5. 39. b
 Decretali credendum, sicut Euangelio. & quid de Doctoribus, eorumque lecturis. ser. 2. 7. g
 Delectatio per qua haberi possit. ser. extraor. 1. 3. b
 Daemon, & diabolus differunt. ser. 5. 26. b
 Dæmones principales quatuor, & de eorum nominibus. ser. extra. 10. 54. e. & seq.
 Dæmonum consilia, ut mundum perderent qualia. ser. extra. 10. 59. c. & seq.
 Dæmoniaca in Alexandria S. Bernardino predicante, posita supra ipsam Iesu nomine statim liberatur. ser. 41. 207. d
 Dæmoniaca Patani in nomine Iesu liberata. ibid. e
 Dæmoniacus non nisi nomine Iesu a S. Bernardino Mediolani liberatus est. ser. 41. 207. g
 Denarios S. Franciscus, cur muscas esse dixerit. ser. 23. 103. f
 Denarius unde dictus. ser. 11. 50. d
 Desperatorum signa tria. ser. 48. 266. et seq.
 Deuotio tria habere debet. ser. 11. 51. a
 Deus tantummodo uoluntatem exigit. ser. extraor. 5. 35. a
 Deus pluribus modis offendi potest. ser. 33. 158. d. & seq.
 Deus nunquam intrat per gratiam, nisi anima uelit. ser. extra. 7. 45. c. d
 Deus quomodo a nobis laudandus in genere. ser. extra. 17. 98. c. & seq.
 Deus dupliciter laudari potest, & quomodo. ser. extraor. 17. 100. c. & seq.
 Deus cum quibus attributis dederit filium

Index ad 4. Tom. S. Bernar.

virgini. ser. extra. 9. 52. a. & seq.
 Deus medico comparatur. ser. extra. 7. 44. c
 Deus diabolo animam petenti, de alia quacumque re non curanti, quid responderit. ser. 40. 200. e. & seq.
 Deus formauit hominem cum decem gratijs, & quae sint illae. ser. extra. 1. 2. b. & c
 Deus quamprimum Angelos creauit, qualem legem fecerit. ser. 37. 178. b
 Dei faciem ad uisendum scale tres. ser. 49. 270. e. et seq.
 Dei omnia bona esse, mala uero nostra. ser. extra. 5. 37. c
 Dei offensionis modi tres. ser. 39. 188. f. g
 Dei pulchritudo, quantal. ser. 9. 274. a
 Diaboli maximum desiderium contra animam, quale. ser. 8. 37. f
 Diaboli discursus circa Christum, an fuisset saluator, qualis. ser. extra. 10. 58. a. et seq.
 Diaboli fraudes nullus, nisi a Domino illuminetur cauere potest. ser. 11. 49. b
 Diaboli malitia in suis mirabilibus quatuor modis demonstratur. ser. 8. 40. f
 Diabolum socio S. Francisci in forma crucifixi apparuisse. ser. extra. 11. 66. g
 Diabolum aliquando uera dicere mulieris exemplo comprobatur. ser. extraor. 15. 82. b. & seq.
 Diabolus, quomodo tentauerit Euam. ser. extraor. 8. 47. g. & seq.
 Diabolus uisus dormire super caudas mulierum a Zenone discipulo S. Ambrosij. ser. 36. 177. et seq.
 Diabolus quatuor modis solet tentare. ser. extraor. 2. 72. f. & seq.
 Diabolus furi comparatur. ser. extra. 13. 76. g. & seq.
 Diabolus dicendo uerba, an possit baptizari. ser. extra. 14. 81. f
 Diabolus tentans Christum, qua forma apparuerit. ser. 5. 27. f
 Diabolus qualiter Christo omnia regna mundi ostenderit. ibi. 28. b
 Diabolus cur facit mirandum. ser. 8. 40. a
 Diabolus non habet potestatem in personam sine mortali peccato, ut in S. Iustina, ad quam diabolum misit Cyprianus. ser. 8. 41. c
 Diabolus transformat se in mulierem incarnatam, & facies se portari. ibi. d
 Diabolus tribus de causis hominem tribulare desinit. ser. 4. 17. f

b Diabo-

Diabolus unicus in ciuitatis porta, quare visus sit, super monasterij uero porta innumerat legiones. ibi.
Diabolus maiorem amicū ignorantia, et maiorem intelligentia inimicum non habet. ser. 5. 23. a
Diffamare proximum ualde periculosum. ser. 27. 119. d
Dilectionis uis. ser. 43. 226. b
Diluuium omnes excepto Noe cum familia sua submersisse. ser. 10. extr. 57. g
Dionysius Philosophus factus Christi pugil, de diuinis nominibus librum, quare conscripserit. ser. 41. 213. g
Discipulorum Christi mos, cum reuertentur ad eum osculabantur. ser. 45. 246. b
Discretio boni, et mali, quot et qua contineat. ser. extr. 1. 5. a
Discretione carens nō peccat. ser. ext. 13. 77. c
Diuēs auarus sine filijs, et senex, cum uxor ad confessionem eam hortaretur, semper de mercaturis respondens animam diabolo commendauit. ser. 30. 134. e
Diuēs in cantico B. Virginis, quomodo intelligatur. ser. extr. 8. 48. b
Diuitis auari exemplum, unde ortum illud, el se tira la calsa. ser. 16. 70. c. & seq.
Diuicias accumulans magnam ruinam, & quandoque periculum expectat. ser. 16. 68. e
Diuinare uolentes respiciendo manum, et frōtem credendo libris artis notoria, & clauicula Salomonis, &c. quam grauitur peccent. ser. 8. 41. b
Doctor iniustam sententiam, seu consilium dans, si damno proximi satisfacere non potest, quid faciat. ser. 29. 132. d. e
Dolor merus populorum ob discessum S. Bernardini e Padua. ser. extraor. 17. 106. a. et sequen.
Dominicum diem, & Sabbathā, cur custodiri Deus uelit. ser. 27. 183. b. & seq.
Dotes Beatorum quatuor, & qua. ser. 6. extr. 41. a
Dotes damnatorum quatuor, & qua. ibi. b
Dulcinus in partibus Nonarie cum concubina combustus, quale scētā fecerit. ser. 2. 9. e

E

Ecclēsia status septem, & qui. ser. extr. 10. 55. d. et seq.

Ecclēsia status primus, qui habitat, qui comparatur. ibi. & seq.
Ecclēsia septem status a Christo in oratione Dominica significantur, & quomodo. ibi. 56. d
Ecclēsia septem status per Euang. ubi dicitur, caci uident surā, &c. significantur. ibi. e. & seq.
Ecclēsia septem status, septem sacramentis appropriate. ibi. g
Elementa scōla Dei. ser. 40. 197. a
Eleemofyna an indifferenter unicuique faciēda sit. ser. 6. 32. c
Eleemofynas facientes, qualiter tubas mittere dicantur. ser. 3. 16. f
Eleemofynas querentem fratrem carnaliter tentatum auctor nunquam uidit. ser. 7. 35. b
Emulationes malatres, & qua. ser. extr. 7. 44. d. & seq.
Ens omne permanere appetit. ser. 10. 46. e
Episcopus fortis pro leone significatur. ser. extraor. 4. 29. d
Equus solus piger uadit. ser. 17. 73. d
Eua pulcherrima caterarū mulierum fuit. ser. extr. 8. 47. g
Euangelium Ioannis contra percontulū. ser. 8. 39. b

F

Fatrus in peccato mortali si taliter moriatur damnatur. ser. extr. 11. 65. g
Fœmina nulla bona, &c. ser. 39. 191. e
Fœmina dicentis pediculosum maritum increpata a viro, ut taceret exemplum. ser. 38. 185. b
Fœnerare alieno, & non fratri tuo, dictum illud, quomodo intelligatur. ser. 26. 111. d
Fœnerator quidam finxit se mortuum, ut filios probaret, qualiter de eius anima disponerent, etc. ser. 12. 53. a
Festa duo sunt, temporalia. f. et spiritualia. ser. 35. 165. c. et d.
Festo in die tria seruanda. ser. 37. 183. e. et seq. et 184.
Fidei opera non operari, quotupliciter accidat. ser. 2. 9. g
Fidei articulos, et Pater noster, quilibet fidelis scire tenetur. ser. 2. 6. g
Fidem Christi ore tantum publicè inter fideles abnegans, publicè uidem inter infideles

les se emendet. ser. 2. 10. b
Fides, quid. ser. 49. 270. c
Fides est anima armatura. ser. extr. 4. 28. a. b
Fides catholica sola, cur testes concordat habeat in utroq; testamento. ser. 2. 8. b
Fides formata, uel disformata, tripliciter dicitur. ser. 2. 9. g
Fides uxori a viro, uel econtra si rumpatur, quod peccatum maius. ser. 36. 171. e. et sequen.
Filias cum parentibus, et filios cum matribus adultos, et ceteros consanguineos cū attinentibus fœminis dormire periculosū est. ser. 19. 85. b
Filius inobedientis suspensū annum 22. agentis barba cur crescat, et canescat, ut at as imberbis iuuenis in antiquum hominem 90. ann. mutaretur. ser. 12. 56. f
Filius quod sint uiriosi ex defectu parentum prouenit, et quomodo. ser. 12. 55. e
Filiorum patres uerberantium: item per capillos trahentium exempla. ibi. g. et seq.
Filius, quare non honoret parētes, causa. ser. 12. 54. b
Filius dum suspenderetur fingēs osculari praecidit nasum patris. ser. 12. 55. e
Filius timere, et reuereri debet patrem, et matrem. ser. 12. 53. d. & seq.
Filius debet supportare, imitari, & sustentare parentes. ibi. 54. c. & seq.
Follettus nomine Iesu consilio S. Bernardini e domo cuiusdam eijciatur. ser. 41. 207. c
Francisci sancti aliqui effectus, per quos stultus se haberi cupiebat. ser. extr. 16. 92. b. & sequen.
Francisci stigmata, si quis negaret, esset ipso facto excommunicatus, & hereticus. ser. extr. 16. 89. e
Francisci imago quomodo debeat depingi, ibi. 90. b. & seq.
Francisci cum Christo concordātia. ser. extr. 16. 88. e. & seq.
Francisci canticum. ser. extraor. 4. 32. d. & sequen.
Francisco adiuranti respondit demon maius peccatum esse rem alienam retinere, quam homicidium. ser. 27. 118. a. b
Franciscum indulgentiam pro sua ecclesia a Christo petijisse, quam obtinuit, & quomodo. ser. extr. 16. 94. b. & seq.
Franciscum plagas habuisse prius alijs tripliciter ratione, & qua. ser. extr. 9. 3. b. et seq.

Franciscum apparuisse S. Antonio. ser. extr. 16. 90. f
Franciscum in monte Aluernia stigmata accepisse. ser. extr. ibi. 91. g. & seq.
Franciscus uexillifer Iesu Christi. 25. a. & seq.
Franciscus ob fidelitatem uocabat D. Antonium de Padua suum episcopum. 5. b
Franciscus dicebat, quod plus gaudebat de regno Francia, quam Rex ipse. ser. 3. 15. a
Franciscus modicos pannos habens tempore intensissimi frigoris interrogatus a diuite, qui duplicatas uestes habebat, frigescente respondit se ob calorem sudare: & tacta manu sancti uiri diues sensit calorem diffundi per totam suam personam. ser. 10. 47. d
Franciscus qui paucas sciebat literas, ob tria religionis nota, quid promeruerit. ser. 48. 264. a
Franciscus dicebat se honorare sacerdotem tanquam Christi vicarium. ibi. b
Franciscus docuit in genere praedicari. ser. 48. 265. b
Fratrum genera duo. ser. 22. 99. d
Fur quot, & quibus modis furatur. ser. extr. 13. 76. g
Furans pauper diuiti non parcenti, quid facere debeat. ser. 29. 130. b
Furis cuiusdam astus euntis de nocte cum manibus per terram curuati, campanulamq; ad collum habentis, & rugientis quo securius farinam in platea Senensi pernuriat epore impositam furaretur, ut portus S. Antony a custodibus crederetur. ser. 28. 126

G

Gad, accintus latrunculus interpretatur. ser. extr. 4. 25. b
Gaudere possumus dupliciter. ser. extraor. 12. 68. e
Gaudia supercaelestia, quanta. ser. 49. 275. b. & seq.
Gloriam habere, & promereri patres nostri antiqui beati, qualiter poterant ante Christum. ser. 37. 179. d
Glorias tres habet anima glorificata in paradiso. ser. 48. 269. b
Gomor, quid. ser. 44. 227. e
 b 2 Gratia

Gratia nulla est anima ita sanatiua, sicut cō-
trito, cum sine ea confessio, & cetera sa-
cramenta nil ualeant. ser. 23. 100.b
Gratia Dei tria operari facit. ser. 48. 266.f
Gratia Dei, ut obineatur, quot & qua requi-
rat. ser. extr. 2. 11.e
Gratia Dei humilibus tribuitur. ibi. 13.a
Gratia nouem posita in anima nostra consi-
deranda. ser. 40. 196.c. & seq.
Gratia in cœlesti patria secundum coronam
gloriae communicantur. ser. extr. 4. 32.d
Gratia a Deo, quomodo petenda. ser. 41. 213.a
Guelphi, & Gibellini, demonum capitanei sunt.
ser. extr. 10. 60.e. & seq.
Gustui bono tria requiruntur. ser. extraord. 8.
46. c

H

Herusalem, uisio pacis interpretatur. ser.
42. 214.f. & ser. extr. 1. 2.f
Hilarior in puncto mortis, quid dicebat. ser.
42. 215.b
Hispania filios paruulos nudos in niue expo-
nunt, probantes eos in tenera aetate, ut for-
tiores sint. ser. 14. 19.c
Homo cum corpore, & anima constet, dupli-
ci cibo ei opus est. ser. 5. 22.d
Homo pluribus necessarijs, indiget, quā ali-
qua creatura. ser. 10. 46.b
Hominem de nocte ambulante quatuor
considerare, & qua. ser. extr. 12. 74. e. &
sequen.
Homines omnes duos habere spiritus, bonum
& malum. ser. extr. 82.g. & seq.
Homines per quinque millia annorum spatia
Deum uidere non potuerunt. ser. extraord.
48. b
Homicidio manus peccatum, quare sit aliena
retinere. ser. 27. 118.a
Horæ diei duodecim, quid sint. ser. 32. 147. h
Hostiæ consecrata diuidenda quando de-
ficerent, & due tresue danda, quando su-
pereissent, quid agendum. ser. 44. 227. e

I

Idola, & incantationes, & omnis infirmi-
tas Iesu nomine liberantur. ser. 9. 43.e
Idolum uocatur omne quod plusquam Deus
amatur. ser. 6. 29.f
Ieiunare nolens si potest, mortaliter peccat.

& qui non teneantur. ser. 1. 6.e
Ierico, Luna interpretatur. ser. 42. 214.f
Iesu nomen predicans, quid boni dicere pos-
sit. ser. 41. 204.b
Iesu nomen secundum diuersos sensus, quot
significet. ser. extr. 9.d.e
Iesu nomen theologicè, quomodo intelligatur.
ibi. g
Iesu in nomine, quae inclusa sint. ser. 41. 205.
a. & seq.
Iesu nomen bonis gratum, malis uerò terribi-
le. ibid. d
Iesu nomen gloriosum quinque centies nomi-
natum in S. Pauli epistolis. ibi. e
Iesu nomen refugium penitentium. ibi. 205.
& 205
Iesu nomini, quantumcunque sceleratus, &
horridus peccator deuotè recommittens
animam suam saluat, & infirmus, & ani-
ma, & corpore liberat. ibi. h
Iesu nominis radij duodecim declarantur. ibi.
205. vsque 209.
Iesu ex nomine miracula. ibi. 207.a
Iesu nomen trinitatem continere. ser. extr. 1.
7. f
Iesu nomen, quomodo scribi debeat. ser. extra
ord. 1. 7. a
Iesu nomen ubi debeat collocari. ibi. e. & seq.
Iesu nomen comparat Bern. electuario contra
omnem infirmitatem ordinato. ser. 41.
208. e
Iesu nomen dum auditur genuflectendū est.
ser. 41. 211. d
Iesu nomen, signum est representans omnia,
quae fecit Deus, ut humanam naturam
saluaret. ser. 48. 260. h
Iesus, saluator interpretatur. ser. 41. 205. a
Ignatij sancti in corde post mortem euulso
nomen. Iesu literis aureis insignitum re-
pertum fuit pro mira in eum contempla-
tione. ser. 41. 212. f
Ignis tria genera in iudicio ad comburendū
mundum congregabuntur. ser. 6. 29. b
Imaginatio quantum possit, exemplo narra-
tur. ser. extr. 16. 94. b. & seq.
Incantationes, herbariae, & opera diaboli, un-
de oriantur, & quod homines audiendo in
predicationibus non corrigantur. ser. 9.
42. h
Incantationibus quare quis liberabitur, & non
medicinis, orationibus, Missis, & uotis.
ser. 9. 44. h

Incantationes

Incantationibus credi prohibetur in testa-
mento veteri, quin potius lapidentur.
ser. 9. 47. c
Incarnationis festum, quando incæperit. ser.
37. 183. b
Indiscretus an debeat censeri, qui propter pœ-
nitentias infirmatur, & quomodo cogno-
scitur si illa infirmitas est a Deo. ser. extr.
11. 66. b. & seq.
Inducens ad feneradum, quid agere debeat.
ser. 34. 161. b. & seq.
Indulgentiam concessam Francisco sancto a
Christo, et a Papa, uerā esse ostenditur. ser.
extr. 95. c. & seq.
Infernus ubi sit, tripliciter probatur. ser. ex-
traord. 18. 109. d. & seq.
Inimici contra inimicos suos tria agere pos-
sunt. ser. 3. 16. a
Innocentia, quae. ser. extr. 1. 3. a
Inspiratio bona decem regulis declaratur,
& quae sint. ser. extr. 12. 69. c. & seq.
Inspirationes meritum non inducentes, quot
& qua. ser. extr. 12. 70. f. g
Inspirationum decem regulæ, & quae. ser. extr.
11. 64. b. & seq.
Inspirationum quadruplex differentia. ser. ex-
traord. 12. 69. e. & seq.
Inspirationum fructificatio, quae. ibid. h
Inspirationum premia, quot & qua. ibid. h.
& seq.
Inspirationum operatio quadruplex, & qua.
ser. extr. 12. 69. b. & seq.
Inspirationum malarum septem species. ser.
extr. 12. 70. h. et seq.
Intellectus tribus cognitionibus clarificatur,
& quae sint. ser. extr. 5. 37. g. & seq.
Intellectus auro comparatur. ser. extraord. 5.
33. e
Intentio an sit necessaria in baptisate. ser.
extr. 14. 81. f. g
Inter uatos mulierum non surrexit maior Ioa-
ne Baptista, quomodo intelligatur. ser. 49.
272. c
Ioachim Beatum per centum annos ante ad-
uentum S. Francisci, & Dominici, eos in
ecclesia S. Marci Venetijs depingere fe-
cisse cum stigmatibus. ser. extr. 16. 88. h
Ioachim mirabiliter fuisse illuminatum. ser.
extr. 16. 88. e
Ioannes Baptista, quomodo interpretetur. ser.
extr. 8. 49. e
Ioannes Baptista est prima tuba uocans mi-

lites ad expugnandum paradysum. ser. ex-
traord. 4. 24. c
Ioannes Vodadio 300. annos uixit. ser. 2.
9. b
Ioanes de Lauernia exiuit de mēte sua ob trāf-
formationē in Deo factam. ser. 43. 221. d
Ioannis de Lauernia predicantis uerba igni-
ta sagitta quandoque uidebantur. ser. 44.
228. f
Ioanni Euangelistae ciathus ueneni Iesu nomi-
ne haustus nihil nocuit. ser. 41. 109. a
Ioseph interpretatur ampliatio, seu augmen-
tum, & dilatio. ser. extr. 4. 26. g
Isachar interpretatur memorans Dominum
uel uir mercedis. ibi. e
Iubilationes decem B. Virginis, & qua. ser.
extr. 8. 47. d. & seq.
Iudam patrem proprium occidisse, quorundā
est opinio. ser. 12. 57. a
Iudas interpretatur confessio. ser. extraord. 4.
25. d
Iudai ubique sint, debent portare aliquod
signum, quo a Christianis dignoscantur.
ser. extr. 5. 38. b
Iudais aliquid nobis donantibus, an sit reci-
piendum. ser. extr. 5. 39. b
Iudais nobiscum comedentibus, siue bibenti-
bus, mortaliter peccamus. ser. extraord. 5. c.
38. a
Iudais mederi alicui non licet. ibi. b
Iudaeos diebus passionis debere manere clau-
sos. ibi. b
Iudaeos amare, quando sit licitum. ser. extr. 5.
39. c
Iudaeorum societate balneum intrare nulli li-
cet. ser. extr. 5. 38. b
Iudaeus in casu necessitatis, an possit baptiza-
re. ser. extr. 14. 80. h. & seq.
Iudaeus discretus potest subito baptizari. ser.
extr. 14. 80. e
Iudicādi septem modi periculosi. ser. 28. 123.
& 126
Iudicij futuri tempore ante tribunal Christi
erunt quatuor genera hominū. ser. 6. 30. h
Iudicium mundi in quatuor actibus, seu
radicibus consistit, ex quibus totidem si-
gna oriuntur, & qua. ser. 28. 125. g
Iurans per fidem suam, si iuratum est falsum,
peccat mortaliter. ser. 15. 65. c
Iuuenis non studiosus, a sima comparatur. ser.
extr. 2. 15. d

Lapi-

L Apides pretiosi, seu gemmae quatuor in cruce posita, quid denotent. ser. 47. 256. a
 Latro cur sit de maioribus sanctis paradisi. ser. 45. 250. b. & 251. a. & seq.
 Latroni cur primo datus paradisi, quam alij persona, & cur ei tantam gratiam de derit Christus. ser. 45. 250. g. et seq.
 Latroni privilegia quinque a Christo donata. ibi. 251. f
 Latronis encomion. ser. 45. 250. h. & 251
 Latronis efficacissima uerba in petendo gratiam a Deo. ibi. 251. c
 Laurentij anima leta, dum super craticula corpus combureretur. ser. 42. 216. e
 Lazarus adiutus interpretatur. ser. 32. 151. a
 Leo natus per triduum stans tanquam mortuus per patrem suo rugitu uiuificatur. ser. 11. 49. c
 Leuantes de fonte baptismatis loco donorum uanorum, donent aliquid in nomine Iesu. ser. 41. 212. d
 Leui interpretatur assumptus ser. extraor. 4. 26. d
 Liber de anima simplici periculosus. ser. 2. 7. b
 Lignum Salomoni missum traditur, in quo ignis non habebat vires. ser. 8. 40. g
 Lignum maximum immanemq; lapidem, quem decem hoies ferre non possent, quibusdam uerbis secretis pueri Florentia leuantes, quomodo id facere potuisset. ser. 8. 39. f
 Lippotoppus quis fuerit. ser. 35. 168. g
 Literarum species quatuor. ser. 41. 212. e
 Loquelam negans, quo casu non peccet. ser. 3. 15. f
 Lubricandi, seu labendi in peccatum gradus, seu status nouem, & toridem releuandi. ser. 18. 75. b. & 77. c
 Lucifer, Adam, Salomon, & Petrus gratias, quia gratis datas, subito amiserunt. ser. 4. 20. b
 Ludi iniquitates, & mala ex eo prouenientia. ser. 33. 152. v. s. q. 155.
 Ludus quo animo a Lucifero inueniatur. ser. 33. 155. & 156
 Luxuriari cum uxore, quando sit mortale, per tria signa cognoscitur. ser. 19. 85. d
 Luxuria incitamenta, quae. ser. extr. 3. 20. a

M Agdalena quid promeruerit in deserto. ser. 39. 193. f. & seq.
 Magdalena, quot & quales doctes habuerit. ser. 39. 190. a
 Magdalena in conuersione sua, quid dicere, & facere potuerit. ser. 39. 192. c. & seq.
 Magdalena, & Virginis ad corpus Christi depositum deploratio. ser. 45. 253. a. et seq.
 Magdalena septem gradus satisfactionis peccato contrarij. ser. 39. 193. b. & seq.
 Maiores quatuor modis minores castigant. ser. 12. 99. d
 Mala omnia in mundo ex tribus causis oriri, & quae sint. ser. extr. 10. 54. b
 Mala multa propter peccata. ser. 44. 232. e
 Mali incipiunt in hoc mundo esse in inferno, & mali sunt, boni uero lati. ser. 42. 216. c. & seq.
 Mali cur horribiliter moriantur. ibi. 218. g. & seq.
 Malus homo, qualiter diabolo peior. ser. 28. 127. d
 Malum, aut bonum melius est, quam tepidum. ser. 7. 36. e
 Maleficiatos soluere, non minus peccatum est, quam maleficari. ser. 9. 45. b. et seq.
 Mammona, quomodo interpretetur. ser. extraord. 10. 55. b
 Manasse interpretatur obliuio. ser. extr. 4. 26. c
 Manducare corpus Christi sub pena mortalis semel in anno quilibet discretionem habens tenetur. ser. 43. 221. b
 Manna quomodo generaretur, & ubi, & quando plueret, quantum caperetur, & quare coquebatur, & alia considerationes, & qualitates. ser. 44. 226. b. & 227. a. b. & seq.
 Manna, quid. ser. 37. 179. b
 Maria Magdalena, illuminata interpretatur. ser. 1. 5. d
 Maria dicitur illuminata. ser. 45. 236. b
 Maria sublimior ceteris creaturis humani generis. ser. 37. 181. d
 Maria Virgo, quando annuntiata fuit, ubi, & qualiter fuerit. ser. 38. 184. g
 Maria uirgo septem flammis amoris habuit, & quae sint. ser. extr. 8. 46. d. & seq.
 Maria uirgo in suum uelle habuit maiorem amorem cum Deo, quam omnes creaturae simul. ser. extr. 8. 49. b. & seq.
 Maria

Maria uirgo, templum sanctum dicitur. ser. extr. 9. 51. b
 Maria uirgo septies loquuta est. ser. extr. 8. 46. c
 Mariam uirginem semel filium Christum uocasse legitur in scriptura, & quando. ser. extr. 10. 58. c
 Mariam uirginem non conceptam in originali, magis pium est credere, ubi de pulchra ratione. ser. 49. 272. d
 Maria taciturnitas in conuentione filij sui Iesu Christi. ser. 2. 10. d
 Maria uirginis humilitas. ser. 38. 187. b
 Maria uirginis primum uerbum, quod. ser. extr. 8. 46. g. & seq.
 Maria uirgini cur non fuit reuelatum futuram matrem Dei. ser. extr. 8. 46. b
 Maria uirgini ante annuntiationem septem gratia datae fuerunt, & quae. ser. extr. 9. 51. c. & seq.
 Maria uirginis actus pudici faciebant, ut nullus ad mala cogitationem moueretur. ser. 19. 83. b
 Maria uirginis dolor, quantum fuerit. ser. 45. 241. b
 Maria uirginis, & Magdalena ad corpus Christi depositum deploratio. ser. 45. 253. a. & seq.
 Maria uirginis uirtutes. ser. 36. 173. c
 Maritus tribus de causis honestam uxorem amare debet. ser. 36. 171. & 172
 Maritus filiae sacerdotis de rebus ecclesiae dote ad restitutionem dotis tenetur. ser. 27. 122. c
 S. Martinus mantelli partem dans pauperi se Deo dedisse reperit. ser. 6. 32. f
 Maritum morientium pro fide Christi, et aliorum differentia. ser. 2. 9. e
 Matres quid docere debeant filias suas. ser. 1. 187. b. & seq.
 Matris ad filiam ad maritum eum est optimu documentum. ser. 12. 54. a
 Matrimonij sacramentum tripliciter ratione modi utitur. ser. 19. 86. e
 Matrimonij in statu se habens tribus frenis suum appetitum regulet. ser. 19. 80. e
 Matrimonium quando, et ubi a Deo ordinatum ante peccatum. ser. 19. 80. g
 Matrimonium maleficari, & puerum in cubilibus exiccari, quare permittat Deus. ser. 9. 45. a
 Mederi debet infirmus, antequam commu-

nicet. ser. 44. 232. h
 Medicus potest mederi Iudaeo sine premio. ser. extr. 5. 38. f
 Memorias tres Dominus noster nobis reliquit. ser. 43. 220. g. & 221
 Mendacium nunquam dicendum, & si a morte quem liberares, taceri uerumtamen potest. ser. 19. 84. b. c
 Mendicus unde dictus. ser. 16. 69. d
 Mercari secundum cursum commune, quot et quibus modis liceat. ser. 30. 135. h
 Mercatores rectos, prospere agere, facultateq; multiplicare Deus permittit exemplum trium.
 Mercatori uendere quantum, & emptori quanto minus pot, an liceat. ser. 30. 136. a. d
 Mercatori lucrari tantum licet, quantum perdere. ser. 30. 135. d. & seq.
 Mercatoris prerogatiua, est legalitas. ser. 30. 133. g
 Mercatorum sociorum, & unius Ferrariensis recte mercaturam exercentium. ser. 30. 135. b. c
 Mercaturam facere, an liceat. ser. 30. 134. a
 Mercaturam diebus festis exercenti, quid confessarius consuluerit. ser. 40. 201. b. & sequen.
 Mercaturam illicitam causa sex reddunt. ser. 30. 134. b
 Mercaturam ad faciendam causa inducentes, quales. ibi. d
 Meretrix, an & quando pretium receptum restituere debeat. ser. 34. 162. a
 Minores, quomodo & quando possint redarguere maiores. ser. 22. 99. f. & seq.
 Miracula Dei supernaturalia, supernaturalisq; eorum materia: diaboli uero naturalia, naturalisq; habent materiam. ser. 9. 38. g. & f.
 Miracula Dei a mirandis diaboli, quomodo cognoscantur. ser. 2. 8. g. & inter ea quatuor differentiae. ser. 8. 38. e
 Mirrae plura sunt genera. ser. 20. 89. f
 Misericordia in nobis, unde procedat. ser. extraord. 9. 53. a
 Misericordia Dei praeueniens, consequens et subsequens. ser. 48. 260. b. & seq.
 Missa integra dominico die, omnibusq; diebus praeceptis ieiunio stomacho audienda. ser. 37. 184. b. & seq.
 Missam tria merita continere, & quae. ser. extr. 15. 86. b. & seq.
 Missam

Missam esse maius bonum, quod fieri potest pro animabus, & quare. ser. extr. 8. 86. b. & seq.
Mosen de precepto Dei 30. millia homines interfecisse absque peccato. ser. extraor. 5. 36. e. f.
Mon, seu Hermo, qd interpretetur. ser. 15. f.
Monachus, unde dicatur. ser. extr. 4. 26. c.
Monumentum, quale sit. ser. 47. 258. f.
Mori potius quis velle, an debeat, quam mortaliter peccare. ser. 35. 168. f. & 170. c.
Mortis in puncto, seu saltu male uiuens non auditur a Deo. ser. 35. 169. b. & seq.
Mortificatum quo plus se quis sentit, eo magis occultis diaboli insidijs resistit. ser. 4. 17. b.
Mulier parua artificiosa usa, ut nuberet a sponso derisa, & repudiata. ser. 36. 174. d. & sequen.
Mulier quomodo debeat esse in ecclesia. ser. 36. 175. b.
Mulier nobilioris natura, quam uir. ibid. 176. f. & g.
Mulier portans capillos alienos, et artificiosos, ut viro placeat, an possit sumere corpus Christi. ser. 36. 173. g.
Mulier quadam relinquens desertum se dedit lasciujs. ser. extr. 5. 36. d.
Mulier septem gradibus ad ruendum, et peccandum inducitur. ser. 39. 189. c. & seq.
Mulieres in ruinam conducentes causa quatuor. ser. 39. 190. b. & seq.
Mulieri garrula tria mala ueniunt. ser. 38. 185. g.
Mulieris uana ac fucata peccatum qua graue. ser. 27. 120. g. h.
Mundum tria aptarent, si fierent. ser. 12. 51. b.
Mundus ad instar Luna, & rota fortuna. ser. 48. 262. b.
Mundus quatuor habuit tempora, & que. ser. extr. 10. 54. c. & seq.
Murmuratio Pharisai contra Christum, & Magdalenam, qualis. ser. 39. 194. d. & sequen.
Mutationes quinque in toto orbe. ser. 43. 225. b.

N

Natura humana, et angelica, unus sunt populus, & plura membra in uno

corpore. ser. extr. 4. 32. b.
Nicolam Romanum Eremitam Christum negasse. ser. extr. 5. 36. d.
Nicolaum hereticum unum de septem diabolibus fuisse. ser. extr. 11. 66. c.
Nicolai error, qualis. ibi. d.
Nobiles circa regimen anima quatuor studia habere debent. ser. extraor. 12. 14. & sequen.
Nobilitas uera est, amare Deum. ser. extr. 2. 14. g.
Noemi quid interpretetur. ser. 11. 50. h.
Notarij instrumenta usuraria facientes, testes, & procuratores ad restitutionem tenentur. ser. 26. 112. d. e.
Notarius metu falsum contractum scribens, quomodo prudenter alterum solutionis eadem die coram eiusdem testibus fecerit. ser. 29. 132. b. c.
Notarius scienter conficiens instrumentum, & testes, & proxeneta, an & quomodo tenentur. ser. 31. 144. g.
Numeri scriptura, quomodo intelligantur. ser. extr. 1. 1. e. & f.
Numeri principales tres, secundum quos ceteri omnes includuntur. ibi. d.

O

Obedientia duplex, regularis scilicet, et matrimonialis. ser. 19. 82. e.
Obedientia quidam in ignem saltans ille sus exiuit. ser. 7. 34. h.
Oblitio uerbi Dei tripliciter accidit. ser. 5. 24. g.
Occidens aliquem, an & quando obligetur ad iudicium uenire, ut decapitetur. ser. 27. 122. g.
Occidere quis potest in uasorem, si aliquo ingenio euadere potest: & si est sacerdos, no fit irregularis. ser. 3. 13. a.
Odium erga proximum, ex quibus causis nascatur. ser. extr. 1. 4. f. g.
Officialis salariatus de publico pro iure reddendo accipiens aliquid restituere tenetur. ser. 34. 162. b.
Olla candenti musca non insident. ser. 4. 17. g.
Opera fidei quinque ad iustitiam pertinentia. ser. extr. 1. 3. h.
Operatio duplex, actiua scilicet, & contemplatiua. ser. extr. 1. 2. a.
Operatio actiua sexcuplex. ibi.

O pe-

Operatio anima quadruplex. ibi.
Operatio quomodo facienda, quinque modis ostenditur. ser. extr. 11. 64. d. & seq.
Operationes decem conducentes ad delectationem Dei. ser. 1. extr. 2. g. h.
Operationes ad innocentiam quinque, & totidem ad iustitiam pertinentes. ibid. 3. a. & sequen.
Operationibus regula quatuor seruanda, & que. ser. extr. 12. 67. c. & seq.
Orare quibus debeamus actibus, docet Christus in Lazari suscitatione orans. ser. 32. 150. f.
Oratio tria habere debet. ser. 1. 4. b.
Oratio facit quod Deus dat nobis gratiam cum misericordia, & iustitia. ibi. d.
Oratio a Diuo Bernardino instituta. ser. extr. 17. 105. c. & seq.
Oratione, Dei gratiam consequimur. ser. extraord. 2. 12. d.
Orationis seruor, & decoctio sunt meritoria non multitudo. ser. extr. 11. 65. h.

P

Paganus seruans legem natura, an saluari possit. ser. extraord. 14. 81. d. & sequen.
Papa, an & quomodo errare possit. ser. 2. 7. f.
Paradisi uictoriam cupientes tria regna superare oportet, & qua. ser. extraord. 4. 29. f. & seq.
Paradisum ingredienti oportet nomine esse insignitos. ser. extr. 1. 6. h.
Parcendum cui sit. ser. 49. 268. a.
Parcendum multis rationibus. ibi. d.
Parcere alijs a magnanimitate procedit. ser. 49. 268. e. & seq.
Parentes amandos, & honorandos ob tres causas. ser. 12. 52. f.
Pater noster, auarum parochianu illius ignorantem, quod nunquam adiscere potuisset, sagax sacerdos quomodo docuerit. ser. 2. 7. a.
Patres, & matres non inducentes filios ad ieiunandum, & confitendum, ut sumant eucharistiam. ser. 3. 13. c.
Patientia uirtus, quando acquiratur. ser. 10. 50. a.

Pauli caput a busto separatim tres saltus faciens Iesu dicebat, & in singulo saltu singulum fontem scaturit. ser. 41. 213. h.
Paulus raptus ad tertium caelum, dulcedinem nominis Iesu sensit. ser. 41. 205.
Paulus nomen Iesu qualiter impressum in mente habuerit, & qualiter fructum cum illo fecerit. ser. 41. 213. f. & seq.
Paulus transformatus in Deo. ser. 43. 221. d.
Paulus initio sua conuersionis, cur tentatione aliquam non senserit, ubi idem de pluribus alijs refertur. ser. 4. 17. g.
Peccata mundi uti tria sunt, ita & tres punitiones. ser. 14. 61. b.
Peccati maledictiones quatuordecim. ser. 42. 214. usque 217.
Peccatum a quot, & quibus oriatur. ser. extraord. 3. 19. d. et seq.
Peccatum trahit peccatum. ser. extraord. 11. 63. c.
Peccatum maius est boni operi obuiare, quam malum facere. ser. 39. 194. d.
Peccatum contra naturam cum uxore, quam terribile. ser. 19. 82. c.
Peccator sepe cadendo in peccatis habituat, insensibilisq, & bestialis efficitur. ser. 42. 216. g. h.
Peccator aduersitatem patiens facere debet, ut asinus, qui nunquam cadit, ubi alias ceciderit. ser. 4. 20. a.
Peccatores maiores, cum conuertuntur, maiores faciunt operationes. ser. 39. 188. b.
Peccatorum morientium dolores septem. ser. 42. 217.
Peccatorum tria genera, & que. ser. extr. 13. 77. a. & seq.
Pellibus non natis quidam uestitus Ianna Ioannes Vadaeo dicebatur. ser. 2. 9. b.
Poenam duo in se continere, et que. ser. extr. 18. 109. c. & seq.
Poenitentia stat in tribus. ser. 11. 51. a.
Penuriam pati de Deo maius est, quam aburr dare de ipso, quod exemplo fratris Ioan. de Lauernia manifestatur. ser. extraor. 8. 49. b. c.
Peregrinus, ut confiteri possit, licentiam, aut bordonum habeat ab episcopo, uel a suo sacerdote. ser. 21. 95. f.
Pestis qualiter Ferraria mediante nomine Iesu cessauerit. ser. 41. 208. g.

Peti in nomine Iesu non intelligitur, nisi quatuor, uel quinque; fiat. ser. 41. 211. f. et 212. g.
 Petrus, Iacobus, & Ioannes, quomodo interpretatur. ser. 12. 52. b
 Petrus cadere cur permissus. ser. 48. 264. d
 Petrus nomine Iesu claudum retractum sanauit. ser. 41. 210. e
 Philosophi exemplum affirmantis principem filium pistoris, ex quo ordinauerat semper dari panes pro ueris responsis. ser. 15. 65. h
 Philosophorum modernorum assertio circa penas animarum, qualis. ser. extr. 18. 111. e. & seq.
 Pictura sanctorum ob ipsorum memoriam fuit. ser. 45. 212. e
 Planctus Virginis, & Magdalene ad corpus Christi de cruce depositum. ser. 45. 253. a. & seq.
 Prandium Dei, quid. ser. extr. 7. 45. h
 Predicationem male libenter audientes qui, & quot sint. ser. 5. 24. f
 Predicationis fructum reportare uolens septem habere debet. ser. 5. 26. d
 Predicatori bono tria requiruntur. ser. extr. 17. 103. f
 Prelati, & Iudices debent errantes corrigere cum discretione eos puniendo. ser. 3. 15. d
 Prelatis peccatum precipientibus non est obediendum. ser. 19. 82. f
 Prasbytero tantum peccatum est exercere mercaturam, quantum mercatori fenerari. ser. 30. 134. c
 Priuationem glorie esse tormentum omnium maximum probatur exemplo filij regis, et rustici. ser. extr. 51. & seq.
 Proxena ad faciendum mutuare ad usuram, an & quando teneatur. ser. 31. 145. a
 Proximi res magis proijci pro nauis alienanda fortuna magna superueniente. ser. 3. 12. b
 Proximum in amando gradus tres considerandi. ibi. e
 Puella, qualiter custodienda. ser. 38. 185. b. cum seq.
 Puella sit timorosa. ibi. e
 Puer pro Christo interfectus habetur pro baptizato. ser. extr. 14. 78. e
 Pueri non baptizati, uel mali baptizati, an patiantur in inferno. ser. extr. 35. 83. c. & sequen.
 Pueros interficientes grauius peccare, quam

adultos, & quare. ser. extr. 15. 83. d. & seq.
 Purgatorij pena, quot & qua. ser. extr. 15. 83. g. & seq.
 Purgatorium intrantes, qui. 83. c. & seq.
 Purgatorium quadruplex. ser. extr. 15. 82. b. & seq.

R

Recipi in religione, quis de facili non debet. ser. 18. 75. h
 Recordari, ut quis possit de omnibus suis peccatis, modus. ser. 21. 95. c
 Relictum cur prius soluat, quam furtum rapina, & usura? ser. 34. 162. g
 Religionis uota tria pro sapientia Dei. ser. 48. 263. f. g
 Res ualet pluris, uel minoris, tribus modis. ser. 30. 136. e
 Res illicita tripliciter considerari potest. ibi. 134. a
 Res aliena empti, an & quando restituenda. ser. 31. 143. d. & seq.
 Restituendum primo perceptum de male acquisitis, quam de bene. ser. 34. 162. f
 Restituens, ut remaneat obligatus quatuor concurrere debent, & qualiter perfecte cognoscat restituisse. ser. 34. 164. a. & seq.
 Restituere qui non ualet, ab episcopo licentia petat, quae triplex est. ser. 28. 129. d. & seq.
 Restituere statim qui non teneantur. ser. 29. 131. c. & seq.
 Restituere non ualens palam sine scandalo, quid faciat. ser. 34. 164. c
 Restitui res debet illi, qui de iure habere debet. ser. 34. 157. et seq.
 Restitui aliquid absenti, quomodo et ubi debet. ser. 34. 163. a
 Restitui quomodo et de cuius consilio incerta debeant. ibi. e. et seq.
 Restitui alienum, quando non debeat. ibidem. 164. b
 Resurgent omnes in iudicio unius etatis. f. Christi. i. 33. ann. cum corpore sine macula, licet damnati cum defectu suo. ser. 7. 29. d. e
 Resurrectionis Christi de hora uariae opinionnes. ser. 47. 256. h
 Retributio malorum triplex, et qua. ser. extr. 6. 39. g. et seq.
 Ruben interpretatur filius uisionis. ser. extra ord. 4. 25. e
 Sacer-

S

Sacerdos est mediator inter Deum, et homines. ser. extr. 5. 25. d. e
 Sacramentum, quid. ser. 44. 234. b
 Sacramentum ad sumendum coëritio, confessio, & satisfactio requiruntur. ser. 44. 229. a
 Sacrificia quare fuerunt ablata. ser. extr. 9. 52. b
 Samaritana, anima uana interpretatur. ser. 24. 106. c
 Sanctam se ostendenti mulieri, dum sacerdoti confiteretur, cum mala esset, quid acciderit. ser. 7. 36. b
 Sanctum, quid sit. ser. 3. 13. d
 Sanctus adeo nullus est, quin habeat appensum aliquod sanalium, id est defectum. ser. 4. 19. c
 Sanctorum opera non omnia imitanda. ser. extr. 11. 65. b
 Sanguis interfecti cadaueris ad praesentiam interfectoris de plagis exiens, signum uolentium, illum fore interfectorem. ser. 28. 124. b
 Sanguinis Christi gutta una sufficiens pro redemptione decem millium mundorum. ser. 40. 203. e
 Sanson quatuor ligaminibus fuit incatenatus. ser. 14. 64. d
 Sanson quomodo a Dalida deceptus, & postea orbatus fuerit. ser. 42. 217. d. & seq.
 Satis facere, seu soluere, an quis sibi possit, & ius dicere, & si satisfactio, quid faciat confessor. ser. 31. 139. & 140
 Satisfactio condigna offensionem esse debet. ser. 39. 193. a
 Sanir, quid significet. ser. 1. 5. f
 Scandalizari an potuerint discipuli Domini. ser. 15. 63. b
 Scandalizatur proximus tripliciter. ser. 27. 118. d. & seq.
 Scientia diuinarum scripturarum, quot & quos pariat fructus. ser. extr. 2. 15. e. g
 Scientia inspirata soli Deo competit. ibidem. 10. e
 Scientia quot, & quibus modis comparatur. ibi. f. g
 Scientiae septem regulis seruatis comparantur, & qua sint. ibi. 15. g. h
 Scotus Magister subtilis nimis sepultus. ser.

extra ord. 1. 5. e. f.
 Scripturas tres credere obligamur. ser. 2. 7. e
 Seminatores septem reperimur, & qui. ser. 11. extr. 62. h
 Senex inueteratus dierum malorum, cur Deum diligere nequit. ser. 24. 106. f
 Senis unicus stagnator erat. ser. extra ord. 5. 34. g
 Senensis mos, quod mors alicuius proclametur. ser. 30. 133. h
 Sententia terribilis, & tremenda Christi contra damnatos cause quatuor assignantur. ser. 6. 32. g. h. & 33. a. & seq.
 Sepeliri in sacro, qui non possint. ser. 20. 91. g
 Seruitium faciendum, ne perdatur consilium. ser. 13. 54. f
 Sion, quomodo interpretatur. ser. extra ord. 1. 1. c
 Sion in montem ut ascendatur, tria sunt uiranda. ibi. d. & e
 Signa tria, & qua, quibus cognoscitur Deum nos diligere. ser. extr. 7. 43. b. c
 Simeon interpretatur obedientia, uel auditor. ser. extr. 4. 26. d
 Simeon puerum Christum amplexatus est, de eius cantico, & prophetia. ser. extr. 9. 53. e. et seq.
 Sitis Sanctorum, qualis. ser. 24. 168. a
 Sodoma, et Gomorra, quomodo repraesentatur, et ciuitatum quinque ob sodomiam uastatarum locus, qualis. ser. 14. 6. g
 Sodomiae tria mala. ser. 13. 57. d
 Sodomiae uitium quinque habet, et qua. ibi. g
 Sodomiae uitium tribus de causis indurat cor hominis. ibi. 58. e
 Sodomiae uitium Deus adeo abominatur, quod uix permittit filium incarnari. ibi. f
 Sodomiae uitium desperatum reddit hominem. ibi. d
 Sodomiae ad uitium ubi diabolus adduxerit hominem, quare non possit ibi stare. ibi. f
 Sol interpretatur curiosum. ser. 44. 227. f
 Sol si cessaret uno die, omnes morerentur. ser. 5. 22. d. et ser. 40. 198. d
 Sol in nouem radios diuiditur. ibi. h
 Solatium est miseris, socios habere penarum, regula non habet locum in inferno. ser. 6. extra ord. 42. b.
 Somnia non credenda. ser. 9. 44. d
 Sortilegi publici, quomodo puniantur. ser. 9. 45. f

Spina corona Iesu, quales fuerint. ser. 45. 248.f.
Stella minima, est tota terra maior. ser. 40. 198.e
Studere incipiens uiatori comparatur, & quo modo. ser. extr. 2. 17.c.d
Studia scientiarum nobilitant animam. ser. extr. 2. 15.b
Studij impediment. quot & qua. ibi. 16.a. et sequen.
Studij ordo quomodo seruandus. ibid. 17. b. et sequen.
Studium unde dictum. ser. 14. 62.c
Studium aggredientes, qua debeant considerare. ser. extr. 2. 17.f. et seq.
Sumentium indignè corpus Christi, vel nullo modo maledictiones duodecim. ser. 44. 231.d. et seq. et 232
Sumentium dignè corpus Christi fructus duo decim. ibi. 233. a. et seq. et 134
Sumentium corpus Christi, quatuor genera. ser. 44. 230.a. et seq.
Superstitionum, & incantationum multiplicium detestatio. ser. 9. 43.f. et seq. et 44.a. et seq.
Suspensus est quidam Patavij ob sententiam de 12. libris contra se latam. ser. 42. 218.a

T

T*emperantia non nisi in homine habet locum, et de eius ui. ser. 11. 49. a. et seq.*
Tempus tantum ualet, quantum Deus. ser. 18. 76.f
Tentatio homini de nocte ambulanti comparatur. ser. extr. 12. 74.e. et seq.
Tentatio subita, qua. ser. extr. 12. 75.f
Tentatio comparatur Zinzala. ibi. 73. b. et sequen.
Tentationes importabiles Deus non permittit ser. 4. 19.d
Tentationi subita quomodo occurrendum. ser. extr. 12. 75.b. et seq.
Tentationum remedia quatuor, et qualia. ibi. 74. a. et seq.
Tentationum pericula quatuor, et qua. ibid. 75.a. et seq. et de eorum remedijs.
Tepidi reputationes tres. ser. 7. 36.f
Tepidus, quare sit pronus ad omnia mala faciendum. ibi. a
Tepidus, cur ad instar panni nigri sit. ibi. d
Tepiditas duplex, et qua. ser. extr. 7. 44.g

Theologia scientiarum mater, et regina, alia uero scientia pedissequa eius sunt. ser. 5. 25.e
Thesaurum uitae caelestis per bona opera nos in hac uita peregrini mercari debemus. ser. 1. 3.b
Thesaurus diuinus in tribus habet fundamentum. ibi.
Timor triplex, et qui. ser. extr. 6. 40.e
Tormentorū inferni duae poenae principales, et qua. ser. extr. 6. 41.a
Transformatio in Deum requirit quatuor. 47.b
Transformatio cum Deo ante sacramentum eucharistiae nunquam demonstrata. ser. 43. 211.e
Tria sunt, qua celari nō possunt. ser. 39. 190.f
Tria sunt, qua spernuntur, secundum proverbium. ser. 36. 173.b
Tribulationes non sentiens in hoc mundo, mortuus dici potest. ser. 4. 17.e
Tribulationes sunt signum amoris Dei. ser. extr. 7. 44.b
Tribulationes Deus permittit, ut animam saluet. ser. 40. 201.e

V

V*ana foemina stultitia, et mala. ser. 36. 573. usque 176*
Vana mulieres quibus equiparētur. ibi. 176.e
Vendens rem pro maiori pretio, quam ualeat, ad restitutionem tenetur. ser. 30. 137.a
Vendere plus uni, vel ignorant, quam astuto non licet. ser. 30. 135.a
Verbi Dei obliuio tripliciter accidit. ser. 5. 24.g
Verbum Dei si cessaret, omnes spiritualiter morerentur. ser. 5. 22.c
Verbum Dei mentem irradiat. ser. 5. 23.b
Verbu Dei qualiter speculo a similetur. ibi. d
Verbum Dei inflammat. ibi. 24.b
Verbum Dei dimittere tantum peccatum est, quantum permittere corpus Christi cadere in terram. ser. 5. 26.e
Verbum Dei audiendum potius, quam missa diebus festis. ibi.
Verbum Dei recta, et pura intentione audiendum. ibi.
Verbum uelle incarnari fuit in arca Angelis denuntiatum. ser. 37. 178.b. et 179
Veritatis claritas est maximus diaboli inimicus, ignorantia uero amicus. ser. 1.c. et seq.
Vestis

Vestis sumitur tripliciter. ser. extr. 5. 39.d
Vestium abundantia signum extrinseca uanitatis. ser. 16. 68.b
Veteron, quid significet. ser. 37. 180.e
Vetula beccarijs comparantur. ser. extr. 3. 20.d. et seq.
Vexatio dat intellectum. ser. 4. 16.f
Vicus, quid sit. ser. 3. 16.f
Videre, et sentire te esse, nihil differunt. ser. 20. 88.b
Vidua delicatè uiuens equo morbido comparatur. ser. extr. 3. 21.b
Vidua, qua dicatur. ibi. 18.c
Vidua debet esse uirtuosa. 19.d
Vidua uituperabilis, qua. ibi. 22.e. & seq.
Vidua iuuenis bullienti lebeti cōparatur. ibi. 15.f. & seq.
Vidua debere esse operosam, & quomodo. ibi. 18.f. et seq.
Viduarum cura erga filios, qualis. ibi. 15.a. & seq.
Viduarum excusationes maritum cupientium, qua sint. ibi. 22.b. & seq.
Viduarum matrimonium qua ducat incommoda. ibi. 23.b. & seq.
Viduae diligentis officium, quid. ibid. 22. a. & sequen.
Viduae maior probatio, qua mundum relinquit, quam uirginis. ser. 24. 106.b
Vidua succurrendum. ser. extr. 3. 21.e
Viduae sunt defendenda. ibi. e. & seq.
Viduitatis status quoruplex. ibi. 18.a
Vinum dulce mundū, quid. ser. extr. 6. 40.f
Vinum ira Dei triplex. ibi. c
Vinum gratiae Dei, quid. ibid.
Vinum culpa, quid. ibi. d
Vinum gloria, quid. ibi.
Vir cum uxore pregnantē, an & quando agere possit. ser. 19. 81.b
Vir si uxore utatur ob delectationem principaliter capiendam, an semper interuenire possit peccatum. ibi. 85.b
Vir sumere uolens sacramentum, an & quando ab uxore abstinere debeat. ser. 19. 86.g
Viri Zelotypi in habitu clericali audientis confessionem uxoris exemplum. ser. 20. 88.f. g
Virorum in mulieres prodiones septem, et remedia. ser. 39. 190.d. & seq. & 191
Virgo quaedam carnis, blasphemiae, & desperationis tentationi cum nunquam consensisset, ad magnam perfectionem peruenit. ser. 2. 11.b
Virgo in suo statu uirginali tripliciter peccat. ser. 7. 34.d
Virtutes sunt quatuor, & eorum officia. ser. extr. 1. 2.c.d
Virtutes theologales tribus caelis comparantur, & quomodo. ser. extr. 1. 8.g
Virtutes sine humilitate, periculosa. ser. 4. 19.b
Visio corporalis leniter decipi potest, spiritualis nequaquam. ser. 47. 258.c
Visio cuiusdam discipuli S. Francisci, qualis. ser. extr. 16. 89.c
Visio boni, & mali, quot & qua continentur. ser. extr. 1. 5.g. & seq.
Vita aeterna acquiritur non sine lumine, & auxilio nominis Iesu. ser. 41. 210.c.d
Vita regulata, qualis sit. ser. extr. 2. 14.g.h
Vitio resistendum cum armis illi contrarijs. ser. 48. 263.f
Vmbilicus, quō interpretetur. ser. extr. 2. 11.f
Vjura, seu Vjura peccatum, quibus casibus, & modis interuenire possit. ser. 30. 137.b. & seq.
Vsuram fore semper prohibitam, rationibus probatur. ser. 26. 111.b
Vsuram in conductione, & locatione non esse tribus rationibus. ibi. 112.c. & g
Vsurarij a diabolo super eos equitante ronatas recipiunt. ser. 26. 114. usque 117
Vsurarij, & aliena non restituentes in loco sacro sepeliri prohibentur. ser. 48. 267
Vsurarij publici testamentum in p̄uncto mortis relinquentis ablata esse restituenda, an ualeat, & quid talis usurarius facere debeat. ser. 29. 128.g. & 129.a.b
Vsurario mortuo, cautog, de restituendo habere debus institutis, quid faciendum de incertis. ser. 24. 162.d
Vsurario obuians ne restituat, uel ei fauens, et hortans, ut per vsuras acquirat, restituere tenetur. ser. 31. 144.f. & seq.
Vsurarius recipiens tres lucratinas producentes fructos, res & fructus restituere tenetur. ser. 31. 141.f
Vsurarius ob relatam sibi concionem quingentia ducat. restituit. ser. 5. 25.d
Vsurarius ne, an uana mulier plus peccet. ser. 26. 120.g
Vsurarius cum commendasset scrinium denariorum cerdoni, cerdo super scrinium diabolum asserentem suos esse nummos inueniens expellitur. ser. 26. 115.d. & seq.
Vsurarius egrotans ad mortem hortatus, ut testa-

I N D E X.

testaretur, et sic restitueret, tandem cum precibus, & instantia omnium scribere fecit, quod restituerentur bona si moreretur, aliter non. *ibi. g. & seq.*
Vsurarius, quibus assimilatur. ser. 26. 13. a
Vsurarius cum ob senium non posset. fœnerari, filio bancū erexit. ser. 26. 114. g. & seq.
Vsurariorum trium exempla, qui bonis suis maximo dolore privati dammati sunt. ser. 42. 218. c. & seq.
Vsurariorum malignitates sex. ser. 26. 113. d
*Vsurariorum sc̄ta noluit interesse prædicationi cuiusdam asserentis se habere potestatem absolventi omnes. *ibi. 116. b**
Vit contra naturam cum uxore, quid sit. ser. 19. 8. b
Vxor absente viro supponens sibi puerum, vel ex adulterio pariens, q̄ succedens proprios heredes spoliat, qd̄ facere habeat. ser. 29. 132. e. f.
Vxor quadam, quod præcedente nocte indictarum rogationum cum marito coierit indemoniata effecta est. ser. 19. 86. g
Vxor, an quandoquaque marito placuerit de

bitum reddere teneatur. ser. 19. 81. a
*Vxor passionem suam habens, an & quando viro requirenti eam consentire debeat. *ibi. f**
*Vxor in quot viro obedire non teneatur. *ibi. 82. g. & seq.**
*Vxor viro suam necessitatem signo aliquo ostendenti, & econtra, an debitum reddere teneatur, vel expectare, ut verbo dicat? *ibi. 83. g. & seq.**
*Vxor marito requirenti eam de vitio contra naturam, nunquam consentire debet. *ibi. 84. c**
*Vxor quomodo suum virum castum reducere debeat. *ibi. 84. g. h**
Vxorcidium raro dispensatur, nisi in tribus casibus. ser. 36. 171. f

Z

Zabulon interpretatur habitaculum fortitudinis. ser. extr. 4. 26. f
 Zobia, et Herodiana, idē sunt. ser. 8. 41. f
 Zota, quid interpretetur. ser. 37. 180. e

SEQUITUR INDEX AD QVOSDAM Sermones extraordinarios.

Amor transformatur amantem in amatum. pag. 133. b
 Angeli, & diaboli quomodo in dicabuntur. 147. d
 Angeli, quomodo non dicantur tortores mittendo reprobos in gehennam. 144. c. & seq.
 Angelorum tertiam partem cecidisse. 134. c. & sequen.
 Anima nostra in paradiso, quot & quibus fulgebit. 125. a. et seq.
 Animam damnatam magis deformem esse, quam excogitari possit. 113. a
 Anima beata tanta est potentia, ut aliud caeli, & terrā efficere possint si velint. 125. e

C

Chrisanti Martyris Alexandrini constantia, qualis. 132. a. & seq.
 Christum tantum rationem requirere a nobis in die iudicij. 144. d

Circumstantia, quando dicenda sit peccatū. 138. e. & seq.
 Circumstantiarum quadruplex est genus. 155. e. & seq.
 Circumstantias quas confiteri de necessitate teneamur. *ibi. g. & seq.*
 Circumstantia aggravantes, quot. 156. g. et seq.
 Circumstantijs veniale peccatū efficitur mortale. *ibi. e. & seq.*
 Concupiscentiam extinguere per aliquas animi perturbationes probatur exēplo. 128. f. et seq.
 Confessio triplex, & quæ. 151. b. & seq.
 Confessio quando differri possit. 163. a. et seq.
 Confessio proprio sacerdoti non facta, quando sit reiteranda. 170. d. & seq.
 Confessio ut sit Deo accepta, quot & quas debeat habere conditiones. 155. a. & seq.
 Confessio cui facienda sit. 166. a
 Confessio, quando non valeat. 160. f. & seq.
 Confessio est de iure divino. 153. a
 Confessione inuvalidam esse, nisi peccata oīa confiteatur, probatur exēplo. 138. d. et seq.

Con-

I N D E X.

Confessione 12. parere fructus. 149. c. et seq.
 Confessionem mentalem fuisse sufficientem vsq; ad humana naturæ sumptionē. 151. e
 Confessionis humilitas, qualis esse debeat. 159. g. & seq.
 Confessionis præceptio duplex. 152. b. & seq.
 Confessor, quare potius homo, quam Angelus fuerit institutus. 151. g. & seq.
 Confiteri omnes tenentur. 153. e
 Confiteri, an teneatur habens solummodo venialia. 153. f. & seq.
 Confiteri proprio sacerdoti, quādo non teneamur. 168. d. & seq.
 Confiteri tenemur in quatuor casibus. 163. b
 Confiteri quis an possit per nuncium, vel epistolam. 164. c. & seq.
 Confiteri, an possimus alicui, & ab alio absolute recipere. 164. f
 Conuersantes cum mulieribus, tribus rationibus decipiuntur. 110. e
 Corpora in inferno igne cruciari, & non consumi. 117. a. b
 Creator, de quot, & quibus in die iudicij peccatores accusabit. 121. c. d
 Creatura de quot, & quibus peccatores accusabunt. 121. g. & seq.

D

Damnati utrum uellent peccasse. 113. c
 Damnatorum pena, quæ. 148. c. & seq. & car. 122. g. & seq.
 Damnatorū pena extrinseca ex multis causis provenire, & quibus. 115. e
 Damnatorum uoluntas semper mala erit. 113. e. & seq.
 Damnatorum corpora, an corrumpantur, et de duplici corruptione. 116. d. e
 Damnatorum corpora ualde sensibilia esse. 118. b. & seq.
 Damnatos malle non esse, quam sic esse. 113. g. & seq.
 Damnatos post iudicium aliqua peccata de nouo cognoscere, & quare. 115. b. c
 Demones aliquos nobiles tentare de luxuria dedignari. 134. b. c
 Deus per nobilia regit ignobilia. 134. a. et seq.
 Dives epulo, cur potius linguam querat refrigerare. 118. g

E

Ærotus spiritualis comparatur corporali. 152. c

Elementa omnia damnatos cruciare, & quo modo. 118. c. & seq.
 Erubescerentiam non cadere in beatis. 145. e
 Eucharistia sacramentum dupliciter impediri potest. 168. c. & seq.

H

Hominem multa uidere tripliciter contingit, & quomodo. 145. b. & seq.
 Honestas mulieres omnibus esse pulchriores. 123. b. & seq.
 Humilitatem potissimum esse remedium libidinis. 131. b. et seq.

I

Ignem gehennalem aliquādo habere lucē, aliquando uero non. 115. h
 Ignis quidam in partibus orientis reperitur, qui affligit, & non consumit. 116. h
 Ignis extingui potest tripliciter. 228. a. b
 Ignis inferni, an equaliter cruciet reprobos. 117. e. & seq.
 Ignis tripliciter sumi potest. 116. a
 Incontinentiæ remedia. 126. c. & seq.
 Intentio mutat speciem peccati. 157. e
 Inuisa diligere possumus, incognita nequam. 133. d
 Iudam magis peccasse desperādo, quam Christum tradendo. 161. b
 Iudicij extremi signa præcessura 15. et quæ. 142. e. & seq.
 Iudicij duces, qui. 147. g. & seq.
 Iudicij ordines quatuor, & qui. 146. g. et seq.
 Iudicio an nota sint omnibus bona, & mala commissa. 145. g
 Iudicium extremum, quot & quibus redeatur tremendum iudicium tria requirere, & quæ. 145. a. b

L

Lachryma duplex, & quæ. 175. f. et seq.
 Legem gratia duplicem conuenientiam institutionis habere, & quæ. 151. d. et seq.
 Lepra spiritualis maior est corporali. 150. a. & seq.
 Loci corporalis triplex actus, & qui. 114. g. & seq.
 Locus est conseruatiuus locati. 133. d
 Luxuriam multa mala inducere, & quæ. 132.

I N D E X

132.d. & seq.
Luxuria peccatum, quot & quibus rationibus sit Deo contumeliosum. 133. e. & sequen.
Luxuria peccatis demones multum letari probatur exemplo. 134. f. & seq.
Luxuriosus porco comparatur. 32. g. et seq.

M

Mentiri, & falsum dicere, quomodo differant. 160. b
Mortui, quomodo audiant nocem in die iudicii. 144. g. & seq.

N

Nouissima esse quatuor. 119. e. & seq.
Nouissimi primi qui sunt effectus. 119. f. & sequen.
Nouissimum secundum per quot, et qualia sit timendum. 120. b. & seq.
Nouissimum tertium per quot, & qua sit timendum. 122. c. & seq.
Nouissimi quarti beneficia, quot & qua. 123. c. & sequen.
Nouitij cuiusdam visio de poenis inferni, qualis. 118. b. & seq.

O

Opera mortua, qua dicantur. 141
Opera mortificata, an renouiscant. 139. f. & seq.
Oratio triplex, & qua. 137. b
Oratio satisfactoria, qualis debeat esse. 137. d. & seq.
Oratio qua satisfactoria sit. 137. f. & seq.

P

Papa an debeat confiteri. 173. b
Papam non posse hominem a confessione absolueri. 152. f
Peccatum mortale inseparabiliter adherere culpa. 135. g. & seq.
Peccatum sine gratia Dei uinci non potest.

131. b. & seq.
Poenalia opera, quot & qua. 136. b. & seq.
Poenitentia falsa, que. 138. b

S

Sacerdos non debet missas celebrare, quas pro poenitentia iniunxit. 141. f
Sacerdos an possit commutare poenitentiam ab ipso iniunctam. 141. b. & seq.
Sacerdos agens cum muliere, an possit eam confiteri. 171. d. & seq.
Sacerdos nunquam absoluit ab uno, quin ab omnibus absoluat. 172. g. & seq.
Sacerdos simplex, an peccet absoluedo. 164. h
Sacerdotes potest e carentes, an possint audire confessiones. 169. e. & seq.
Sacerdoti haeretico, uel scismatico in articulo mortis an teneamur confiteri. ibi. c
Satisfactio in peccato mortali expleta, an teneatur iterari. 138. g. & seq.
Satisfactio quando reiteranda. 139. a. b
Satisfactio facta in peccato mortali, ad quam valeat. 140. a. et seq.
Satisfactio duas partes habet, & quas. 137. g. & seq.
Satisfactio duplex, & qua. 135. c
Satisfactionis articuli plures narrantur, & qui. 135. e. & seq.
Satisfactionis opera, qualia esse debent. 136. b. & sequen.
Salamandram in igne viuere. 116. f
Sensus nostri in paradiso, quot & quibus decorabuntur. 124. d. & seq.
Sponsa Christi unum fugere debet. 128. e. & sequen.


T

Testes in iudicio, quot & qui. 146. b. & sequen.

V

Verecundiam maximam partem esse satisfactionis. 150. f
Virgo beata si confessa fuisset B. Petro, peccasset. 154. e. & seq.
Voluntas mala duplex, & qua. 113. b. & seq.

F I N I S.



S E R A P H I N.

SEV QUADRAGESIMALE

DIVI BERNARDINI SENENSIS,

Ord. Minorum obser.

Ex ijs profecto Conciombus, quas in Quadragesima Patauij habuit, collectum.

P R O L O G V S.



Deus patrum meorum, & Domine misericordiae qui fecisti omnia uerbo tuo, & cuius sola voluntate uniuersa mirabiliter sunt disposita, qui super omnes creaturas tuas sapientia tua inenarrabili constituisti hominem dominatorem ois creaturae, qua coram oculis tuis facta est; Qui terrarum oium orbem in aequitate stabilisti, & disposuisti in iustitia, & directione cordis tui; Qui celoru oium motus, & sideru influentias certissima scientia tua, & sine cognitione cuius que intellectus humani, cuius non est oipotentiam tua concipere, sine aliquo errore sanctissime instituisti. Domine Deus meus totius humanae ppaginis conditor, qui & illa qua me priora fuerunt, fecisti & qua me sequuntur usque ad consumationem seculi; Qui omnia iudicia tua, & cuncta qua super creaturas tuas futura sunt, in tua prouidentia posuisti ad aeternitatis tuae libitum respice ad seruuntuum, ad thesauros scientiae tuae anhelantem. Domine Deus rex omnipotens in dititione tua cuncta sunt posita, & ad praecceptum tuum tremiscunt omnia, quoniam tu illa creasti, cuius uoluntati nemo resistere potest. Tu fecisti caelum & terram, & quicquid caeli ambitu continetur. Omnia nosci, & scis, quid creaturis tuis expediat, qui omnia sub hominis pedibus mancipasti. Peccauimus enim in conspectu tuo, prioris innocentiae ingraui, & abusers immaculatae scientiae, quam protoparenti tribuisti. Nunc ergo tu Domine Deus omnes creaturas tuas in misericordiae tuae gremio colligens nemini creaturarum tuarum manum claudas, nec despicias haereditatem tuam. Memento mei Domine, & ostende te mihi. Da mihi fiduciam loquendi Domine Deus meus. Tribue sermonem compositum in ore meo. Et libera me de tenebris ignorantiae. Aperi Domine intellectum meum, & tribue mihi largitatis tuae affluentiam, ut Spiritus sancti tui flatu completus, scientiarum tuarum intelligens inuestigator inueniar illarumque uerum concipiunt intellectum. Amen.

Vius igitur operis inuētio ex de uota, & pulcherrima fantasia fuit in vno Seraphin fundata sic, vt totū Quadragesimę opus de Amoris diuersis speciebus pertractet. Hoc imaginato ordine, vt contempleris ardentem Seraphin in capite habentē quatuor diademata refulgentia ad instar crucis. In pedibus autem tria pulchra diademata, & circa totum corpus sex alas habentem, quarum alarum quęque septem pennas habeat, quę omnes, & gemmę, & alę, & pœnę diuersis, & proprijs amoris nominibus sunt notatę, vt hic inferius præfentialiter apparebit.

Quatuor gemmę capitis sunt quę sequuntur.

<i>Amor altus.</i>	1
<i>Amor longus.</i>	2
<i>Amor latus.</i>	3
<i>Amor probans.</i>	4

Prima ala, quę vocatur mobilis habet pennas septem, quę sequuntur.

<i>Amor radiosus.</i>	5
<i>Amor timorosus.</i>	6
<i>Amor non dubiosus.</i>	7
<i>Amor miraculosus.</i>	8
<i>Amor vigorosus.</i>	9
<i>Amor gaudiosus.</i>	10
<i>Amor gratiosus.</i>	11

Secunda ala, quę vocatur incessabilis, habet pennas septem, quę sequuntur.

<i>Amor honorans.</i>	12
<i>Amor lamentans.</i>	13
<i>Amor condemnans.</i>	14
<i>Amor bene utens.</i>	15
<i>Amor remunerans.</i>	16
<i>Amor bene conuersans.</i>	17
<i>Amor amplexans.</i>	18

Tertia ala, quę vocatur calidus amor, habet pennas septem, quę sequuntur.

<i>Amor sanctificatiuus.</i>	19
<i>Amor purgatiuus.</i>	20

<i>Amor auisatiuus.</i>	21
<i>Amor correctiuus.</i>	22
<i>Amor sanatiuus.</i>	23
<i>Amor inflammatiuus.</i>	24
<i>Amor acutus.</i>	25

Quarta ala, quę vocatur amor acutus, habet pennas septem, quę sequuntur.

<i>Amor speronatus.</i>	26
<i>Amor iratus.</i>	27
<i>Amor non conueniens.</i>	28
<i>Amor illuminatus.</i>	29
<i>Amor desolatus.</i>	30
<i>Amor putridus.</i>	31
<i>Amor euisceratus.</i>	32

Quinta ala, quę dicitur amor feruens, habet pennas septem, quę sequuntur.

<i>Amor fugiens.</i>	33
<i>Amor restituens.</i>	34
<i>Amor conterens.</i>	35
<i>Amor honestans.</i>	36
<i>Amor incarnans.</i>	37
<i>Amor conuertens.</i>	38
<i>Amor preparans.</i>	39

Sexta ala quę dicitur amor liberalis habet pœnnas septem quę sequuntur.

<i>Amor officiosus.</i>	40
<i>Amor ineffabilis.</i>	41
<i>Amor pauidus.</i>	42
<i>Amor sanatiuus.</i>	43
<i>Amor saporosus.</i>	44
<i>Amor angustiosus.</i>	45
<i>Amor quietus.</i>	46

Tres gemmę pedum sunt, quę sequuntur.

<i>Amor victoriosus.</i>	47
<i>Amor misericordiosus.</i>	48
<i>Amor gloriosus.</i>	49



A F E R I A Q V A R T A
Cinerum.

De Amore Spei.

Sermo I.



Hesaurizate vobis thesauros in celo. *Matt. 6.* Volentes itaq; Deo fauete, tota ista Quadra gesima tractare de amore, incipiamus hodie dicere de prima capitis gemma, scilicet Spe, quam alium amorem, & primum vocabimus, de quo ait Iacoponus.

B. *Amor alto de speranza,
Sopra il ciel passando,
Amor longo è fedele.
In eterno durante,
Amplio in carità Examinoso abbracciado,
In lo profondo stante lo cuor humiliando.*

C Hodie ergo de amore Spei tractaturi, persuademus thesaurizare thesauros in celo. Sicut enim mercator in partibus alienis quicquid lucratur, mittit domū: ita & nos in hac vita peregrini, debemus mercari thesaurum vitę cęlestis per bona opera, & mittere ad domum nostram in cœlum, in quo celo situatur altus amor noster, de quo Apoc. 8. Venit Angelus, & stetit ante altare habens thuribulum aureum in manu sua, & data sūt ei incēsa multa, vt daret de orationibus Sanctōrū omnium super altare aureum, quod est ante thronum Dei. Et ascendit fumus incensōrū de orationibus Sanctōrum de manu Angeli coram Deo, & accepit angelus thuribulū aureum, & impleuit illud de igne altaris, & misit in terram, & facta sunt tonitrua, & voces, & fulgura, & terremotus magnus. In quo sancto eloquio tria principaliter notantur. Primo, vbi amor diuinus habet fundamētū. secūdo vnde amor diuinus descendit. tertio, quod amor diuinus vadit, & sic habes principium, medium, & finem. Principium est fons amoris diuini, quod notatur ibi, thesaurizate. Medium est iustorū oratio. ibi, vobis. Finis est iustorum cōuersio in penitētia spiritali. ibi, In cœlis.

Prima pars principalis.

Circa primum ergo quæritur, Qualiter possumus thesaurizare nescim? vbi. Respondeo, thesaurizate in celo thesaurum, qui consistit in tribus.

E Primo in Christo; q̄ est diuinitas in throno secundo, in anima, quę signat per angelum tertio, in anima cū corpore deuoris, quę signant p̄ fulgura, voces & tonitrua. Circa primum ergo principale sermonis nostri, scilicet vbi amor diuinus habet fundamentum. dic, quod in Christo, qui est diuinitas in throno. Per thronum enim diuinitas designatur. Vnde propheta: Thronus tuus Deus in sæculum sæculi, virga directionis, virga regni tui. & alibi: Thronus Dei, sicut Sol, scilicet diuinitatis in conspectu meo quia sicut in Sole est lumen, calor & vigor: ita in Deo sunt ista tria. vnde Iacoponus.

Vedo vno tal non vedo.
scilicet Deum. vnde Paulus, video in parte, & cognosco in parte.

*La lingua m'è mozzata,
Non posso dire miracolosa
Sol vedo el suo ornato.*

Ecce sedes signat thronum Dei.

Secunda pars principalis.

Circa secundum, scilicet, vnde amor diuinus descendit. dic, quod ab anima Christi. Anima igitur signat angelum magni consilij. Considera ergo quod anima stat inter magnum thronum, altare, & angelum. Diuinitas enim maior est. Spiritus Christi creatus, est minor quā diuinitas. Corpus autem eius, minus est quā spiritus, quia spiritus viuificat. Caro autem Christi in suo altari, quod habet quatuor cornua, signat quatuor virtutes cardinales, & est altare aureum, quod signat diuinitatem & humanitatem, quę erant in Christo. Diuinitas in auro, humanitas in altari, quia immolatus fuit Christus in humanitate carnis super altare proprię passionis. Vnde Dominus Exodi 10. præcepit fieri altare de terra. respectu humanitatis, & fieri votum respectu animę, & spiritus Christi. Sed quis est, qui dat thesaurum? Ipse Deus. Quis vendit thesaurum? Spiritus Christi. Quis emit? Corpus Christi. Subdit, quod angelus habebat thuribulum, quod est diuisum in duas partes, vnam superiorem, & aliam inferiorem, & est factum sicut cor, & signat cor Christi. Cum diuinitate enim est anima & cor, & Christus vult tibi dare cor suū, & vult quod tu des illi tuum, iuxta illud. fili, tribue mihi cor tuum. Ideo in propheta hodierna ait: Conuertimini ad me.

A. 2. Euellenda

4

Feria quarta in die Cinerum.

A uellēdo ex corde omnem prauitatem. Et est diuisum, scilicet in partem superiorē, quæ signat amorem Dei; & in partem inferiorē, quæ signat amorem proximi. Vides enim quod pars superior habet multa foramina, quæ signat contemplationes cordis in Deo. Ignis scilicet in thuribulo signat amorē Dei vel Christi, quod stat in corde. Vnde vult Deus à nobis tria, scilicet diuitias, cor & animam, sic ut diligas Deū ex toto corde tuo. Et ex hoc sentimus nobis venire spē amoris alti, scilicet per tria, quæ sunt in thuribulo, & hoc quo ad pelagus amoris. Sed quomodo possumus acquirere istum amorem? Per mediū orationis non solum Sanctorum, sed etiā sui ipsius. Ideo fratres oremus quotidie, ut Deus calefaciat corda nostra hac Quadragesima in amore suo. Sequitur, Data sunt illi incensa multa. Oratio enim debet habere tria. Primo dēt à nobis per angelos esse Christo præsentata. vnde, pulsate & aperietur vobis cum magno affectu amando Deum. Secundo oportet quod ipsa oratio per Christum præsentetur ipsi Deo, quia aliter Deus non acceptaret. Tertio expedit quod sit à Deo accepta. scilicet quod sit iusta. Et isto modo quanto plus orabis, tanto plus B. Virgo, & Sancti erunt tui interpretes. Per incensum enim oratio talis designatur. Ps. Intret oſo mea sicut incensum in cōspectu tuo. Nā incensum in manu acceptum vñ mortuum, sed ad nasum positū reddit odorem, positū in igne murmurat & videtur quodammodo loqui & fumat. fumus signat orationes facere, & tunc odoratus illius fumi orationis, transit ad Dominum in odorem suauitatis. Vnde nisi oratio ponatur super igne Crucifixi, nil prodest, quia ignis est Christus. Vnde si vis facere orationem uocalem, vel

D mentale, pone in igne qui est in thuribulo cordis Christi, dicēs sicut ecclesia in fine orationis, Per Dominū nostram Iesum Christum. & isto modo omnem orationē Deus acceptat. Vnde in Euangelio. Si quid petieritis patrē in nomine meo, dabit vobis. & hoc est quod dicit, Data sunt illi incensa multa. Vnde oremus beatam Virginem & Sanctos, quod Deus det nobis gratiam eorum ipso, ut orationes nostræ audiātur. Oratio enim facit quod Deus dat nobis gratiā cum misericordia & iustitia, & aliter non dat Deus gratiam suam. Et nota quod oportet istam gratiā à Deo dari per orationes. Et ideo possibile est quod aliqua muliercula possit esse ita deuota Virginis

gloriosæ, quod in oratione sua plus mereatur quā prädicator, & oratio per aliū facta per se laborat, & in fine iudicij oratio illius mulierculæ plus merebitur quā labor prädicatoris. Oportet igitur quod oratio sit à nobis, Primo Christo præsentata. Secundo oportet quod eadem oratio à Christo præsentetur Deo. Tertio oportet quod Deus illam acceptet infundendo gratiam diuini amoris super altare aureum, quod est ante thronum Dei. Altare est corpus Christi, ubi oratio præsentatur. Et ideo ut ostendat orationem à Deo acceptatam, subdit: Exiuit fumus de manu Angelicorā Deo. quasi dicat, quod Deus isto modo acceptat orationem. Ideo Apostolus ait de Christo. Intrauit in cœlum, ut cōtinue pro nobis oraret. Ideo voluit corpus suum cum plagis in cœlum portare, ut semper stet ante Deum pro nobis. Inde uenit, quod gratia Dei mittitur, si orationes præcesserunt. Ideo ait: Accepit angelus thuribulum aureum, & impleuit illud de igne altaris. Altare est Christus: Thuribulum est cor Christi plenum igne amoris sui, & postea misit in terram. Vnde Lucas ait, Ignem ueni mittere in terram. Et Paulus, Gratia Dei diffusa est in cordibus uestris. Et ideo anima inflammata isto ardore amoris ait.

Amor amor tu sci, &c.

Tertia pars principalis.

Circa istam tertiam partem scilicet, Quod amor diuinus uadit, dic quod uadit ad deuotos, & anima & corpore, notatos per fulgura, voces & tonitrua, & magnos terræmotus. Vnde nota quod tria sunt personarū genera in mundo, per quas uenit amor Dei: quia aliqui conuertuntur ad Deum duri & peccatores de mundo, & de malo ad bonum, & istos signant tonitrua. Alij sunt Doctores & litterati, dotati magna scientia, signati per fulgura. Alij qui dulces, tractabiles & teneri, signati per voces. Et ideo prädicator debet uti magna discretionē, si uult utiliter prædicare. Consideret ista tria hominum genera: Et contra duos peccatores debet asperum sermone uti, quasi tonitruo, quia tales sunt segnes & afinini generis, & istis debet dare magnas bastonatas. Sapientibus autem prædicare cum dilucidatis sententijs sacræ scripturæ, illos in suo intellectu illuminando, sicut fulgura. Dulces autem debet dulcibus uocibus, & benigno sermone ad Dei

A Dei sermonem & amorem allicere, & sic uariare modum, tempus & dicta, quibus possint audientes fructum de suis sermonibus reportare. Et nota, quod primi scilicet duri, per cognitionem suæ putridæ culpæ ueniunt ad cognitionē diuini amoris. ibi, tonitrua. Secundi Sapientes. per suam sapientiam & cognitionem rationis & ueritatis ueniunt ad diuinum amorem. ibi, fulgura. Tertij per uoces dulces dulciter inclinantur ad amorem Dei. Et tunc cognoscendo suorum putredinem peccatorum. Ecce Angelus redit ad paradysum faciendi orationes pro talibus & totus paradysus gaudet audiendo istas ambasiatas. Istius autē talis cognitionis uide modum Luca 14. de illo, qui plantauerat uineam & ficum, quæ primo anno non fructificauit, & expectauit anno secundo: sed uidēs quod non fructificabat, fecit illam coli, & expectauit anno tertio. & rursum fecit multa folia sine fructibus, tunc uocauit uillicū ut excideret eam, qui suafit ne incideret, sed expectaret alio anno, & uillicus posuit de pinguedine terræ circa ficum & bene coluit, & expectato quarto anno arborem non fructificantem incidit. ficus est populus, cui prædicatur. Primus annus sunt gratiæ temporales & spirituales datæ & cum propter hoc non cognoscit Deum, nec fructificat, sequitur secundus annus, scilicet suasiones factæ ut ametur Deus, & tamen non fit fructus etiā ex hoc, sed sequitur tertius annus, scilicet reprehensiones factæ per aduersitates aliquas Deo permittente, & adhuc nullus fit fructus sequitur quartus annus, in quo talis populus ficus inutilis bene colitur pinguibus prædicationibus & ostensione ltercorum peccatorum suorum, & si tunc non facit fructus, ueh populo graui, genti peccatrici. Fructificemus ergo fratres, ut Deus misereatur nobis, sicut Mariæ Magdalenæ, quæ interpretat̄ illuminata: quia cū lumine rationis fuit irradiata per fulgura. Aliud genus quod tertio posuimus dulciū hominū alliciuntur per dulces uoces uerbi diuini, & ideo ait: Factæ sunt uoces, quia quando prädicator prædicat, vox illius est uox Dei in corde audientium. Vnde illud, Ducam eā in solitudinem, & ibi loquar ad cor eius. Quando enim prädicator prædicat, Deus inspirando loquitur animæ dicendo: Anima mea, dilecta mea, ueni & uide tot beneficia tibi facta, quoniam de non esse ad esse te produxi ad similitudinem meam. Perditā

S. Bernard. de Senis. Seraph. Tom. 4.

te meo sanguine recuperavi. Cognosce & ama me creatorem tuum, quia uolo docere te acquirere thesaurum in cœlo absconditum. Veni dilecta mea, & considera quia nihil es, & nihil potes, & si cadis, non potes sine me. Tunc peccator considerans se esse sicut sterco humiliet se creatori suo, quia misericordia Dei est alta & lata, & quia dulcedo mouet ut creatura mulceatur à Deo. Ideo in prædictis inspirationibus bona speret in nomine Dei, quia non est alibi salus. Et alibi. Scribo uobis, quia remittentur uobis debita uestra in dulcedine creatoris. Et alibi in cantica. Veni de Libano, ueni sponsa, ueni, quia coronaberis. Libanum signat dulcedines mundi. Coronaberis sponsa mea, & faciam te reginā, & coronabo te de quinque lapidibus preciosis, de capite Amanā de uertice Sanir, & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum, &c. Amanā interpretatur inimicus Dei. Vnde coronabo te corona, quia faciam te uicttricem diaboli inimici Dei, & comprimes eum uictoriose, & poteris Deum amare. Sanir signat fetore luxuriæ. Nam gustato spiritu, desipit omnis caro. Amon, seu Hermon, interpretatur excommunicatus, & faciā te capi amore Dei, & intra ecclesiam dabo tibi coronam. Cubile leonis, est domus usurariorū & auarorum, quia leuabo à te auaritiæ labem. Pardus astutia sua intrat cauernam in ore latam, & leo illum insequitur & cauerna est in medio stricta, & Pardus ex alio capite exit foras, & redit in os cauerne & interficit Leonem, qui non potest se in illa cauerna uolere, nec iuuare. Isti sunt homines fraudolenti, falsi notarij, & falsi testes. Ideo dicit, Dabo tibi uictoriam de montibus pardorū, defendēdo te ab istis, & isti per dulcedinem conuertuntur. Et tunc conuersis his omnibus fit terræmotus, quia terræmotus signat contritionem de peccato, sursum per amorem trahēdo, & deorsum humiliando. Vnde loquens Deus de terra ait: Commouisti terram & contriuiisti eam. Et quādo mouet Deus terram? Quando homo est plenus carnatia & conturbatur per cōtrictionem, & commotus est de mala uoluntate ad bonum, & de mundo ad Deum, & sic fit terræmotus animabus, quæ timent dominum, ueh animabus illis, in quibus non fit talis terræmotus, iuxta illud Apoca. 8. Audiui uocem unius aquilæ uolantis per mediū cœlum dicentis uoce magna. Veh veh

A 3 habi-

A habitatibus in terra, scilicet animæ superbia & exaltata & currenti contra Deum. *Exhortatio.* Nunc igitur charissimi thesaurizate vobis in cœlo thesaurum, qui habet contraria hæc. Primo carnem, quæ dissuadet tibi ieiunium, quod non possis ieiunare. Secundo diabolum, qui instigat te quod non vadas ad prædicationem. Tertio mundum, qui propter vnam paucam cupiditatem impedit te ne sis inamorus de Deo. Ideo Christus contra istos hostes tria remedia ordinavit in Evangelio. Primum est carnem castigare ieiunando. Secundum est illuminare mentem claritate veritatis. Tertium est esse temperatum contra avaritiam. Primum remedium de carnis castigatione habes in principio euangelij ibi, cum ieiunatis. **B** ergo præsupponit quod ieiunes contra carnem, sed non sicut hypocritæ tristes. & bene dicit tristes, quia qui vadit in veritate, vadit lætus: sed hypocritæ quia in veritate non vadunt, ideo sunt tristes. Caue ergo ne sis hypocrita. Et nota quod tantum interest inter testamentum novum & vetus, quantum inter corticem & medullam, quia testamentum vetus est in cortice, novum est in medulla. hypocritæ enim potius exteriorem apparentiam querit, quam proprium verum, nec metitur operationes suas cum ratione, sicut aliqui faciunt, qui tota **C** prima hebdomada presentis Quadragesimæ nolent comedere pisces, & uolent sine mensura corpus castigare, & in futuro tedio affecti non ieiunabunt, & ista est tentatio diaboli. Tene ergo medium, & ieiuna competenti cibo, quia qui potest & non ieiunat, peccat mortaliter, nisi sint personæ exceptuæ, ut sunt Gravidæ, Lactantes, Senes, Peregrinantes, & Infirmi, & Laborantes, nisi sint ita diuites quod possint sine opere uiuere, quia tales debent ieiunare. Et patres familias consulant & hortentur, in modo cōstringant quos possunt, ut ieiuent, ne sint participes peccati mortalis. In omnibus autem his habenda est discretio, quia si esset aliquis sic debilis quod non posset ieiunare, vel mali stomachi, consulat peritos homines, qui sint bonæ conscientie, & faciat quod consulunt. Et non solum abstineant ab esu, sed & ieiunent ab amplexibus carnalibus saltē dominicis diebus & festiuis, &c. Secundus hostis est diabolus, contra quem instituta est prædicatione. vnde in legendis Sanctorum patrum reperitur, quod maximus inimicus diaboli est claritas veritatis, & maximus eius amicus est igno-

rancia. Et sicut aues nocturnæ timet claritatem & amant obscuritatem, ita & diabolus. Sequitur, Vnge caput tuum. Vnguentum caput vngens & suave discarrens in mentem humanam, est prædicatione. Subdit, Faciem tuam laua. s. per notitiam veri leuās fetores & maculas peccatorum, qui denigrant & intrincant animam, Tertius hostis est mundus intrincans hominem per avaritiam, & contra hunc datur remedium scilicet quod non attendas ad thesaurizandum in terra, sed in cœlo, vbi nec erugo, nec tineæ demolitur. Mundus enim transit & concupiscentia eius. Theauriza ergo tibi thesaurum in cœlo, & fac quod vbi thesaurus tuus est, ibi & cor tuum sit, scilicet in cœlo. Ad quam gloriam nos perducatur Dei filius. **F**

FERIA QUINTA.

De Amore longo per Fidem.

Sermo II.



Omne, puer meus iacet in domo paralyticus & male torquetur.

Math. 8. c. Supra vidimus de amore alto scilicet Spe, nunc secundo videre superest de amore longo scilicet de Fide, quæ in longitudine crucis fundatur. Hæc ergo fides habet tria principalia fundamenta quæ sunt. Primo discoopertum. Secundo coopertum. Tertio est fides formata.

Prima principalis.

Dico igitur circa primum, quod primum fundamentum est discoopertum. Quilibet enim fidelis scire tenetur, sicut sunt duodecim articuli fidei, qui habentur in Credo, & quicquid vult saluus esse, sicut habetur in actis Apostolorum, & Pater noster, quæ consistunt in cognitione Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Et quilibet Christianus tenetur addiscere, cum ad annos discretionis uenerit, nisi subsit causa in contrarium: puta quia sit aliquis ita rudis à natura, quod non possit addiscere; vel si esset in loco, vbi doceri non posset, uel non haberet patrem aut matrem, vel aliquem qui haberet illius curam. Et in his casibus ille, qui leuauit eum de sacro fonte, obligatur filiotium suum docere. 4. distin. de poenitentia. Et si aliquis sacerdos haberet aliquem suum parochianum ignarum prædi-

De Amore longo per Fidem.

Sermo II.

Secunda principalis.

A prædicatorum, debet illum docere saltem eo modo, quo vnus docuit suum, qui cum esset ætatis fortè triginta annorum, & cōfiteretur sacerdoti, dixit sacerdos, quod diceret Pater noster, qui dixit quod nesciebat, quia nunquam iuerat ad scholas, & sacerdos valde reprehedit ipsum quod non addisceret: qui respondit quod nunquam posset addiscere: Et sacerdos sagax sciens ipsū auarissimum ait. Quid dares vni, qui te doceret illum? At ille respondit, Viginti quinque ducatos. Dixit sacerdos. Vide, Ego uolo te docere hinc ad vnum annum illud Pater noster sine labore aliquo: sed uolo quod mutues tres modios frumentis illis personis, quas mittam ad te vsque; ad vnum annum. Tunc hoc facto, si docuero te usque ad annum Pater noster, nolo aliud à te nisi quod frumentum sit illorum pauperum, quibus mutuasti. & ille fuit contentus. Postquam ille recessit, sacerdos dicit vni pauperi: Vade ad talem & dic sibi parte mei, quod det tibi duos sextarios frumenti, & dic quod tu vocaris Pater noster. Deinde alia die mittit alium & dicit, Dic quod tu vocaris Qui es in cœlis, & sic successiue tot misit, quot ceperunt omnia uerba istius Pater noster. At ille auarus bene tenuit menti nomina omnium istorum, & si nito anno vidēs quod sacerdos nihil dicebat illi, nec docuerat eum, ut promisit, fecit citari omnes illos, quibus dederat frumentum, quibus iam sacerdos dixerat quod nihil sibi darent, & dixerunt iudici, quomodo talis sacerdos illos ad istum miserat & præceperat, ut nihil illi restituerent, & accersito sacerdote coram iudice, sacerdos ait illi, Quid habes agere cum istis? Tu nescis pur qui sint & ignoras eorum nomina. At ille dixit: Imo bene scio illorum omnium nomina. Scio enim quod iste vocatur Pater noster, & iste vocatur Qui es in cœlis, & sic de singulis nominando, donec dixit totum Pater noster. Et tunc presbyter dixit, Nonne cōuenisti mecum quod si docerem te Pater noster, vsque ad annum, illud frumentum esset istorum? Et ille ait, Vos pur nunquam fuistis locuti mecum semel, nec docuistis Pater noster. & ille ait, Illud est Pater noster, quod didicisti in nominibus debitorum tuorum, & ille perdidit triticum & didicit Pater noster ita iocose. Sic faciant isti presbyteri, ut quoquo modo subditos suos doceant.

Secundum fundamentum dicitur coopertum. Circa quod nota quod tres scripturas obligaris credere, licet non obligaris scire. Primo totum nouum testamentum. Secundo totum vetus testamentum. Tertio omnes determinationes ecclesiæ, scilicet decreta, decretales, clementinas, extrauagantes & cetera. Vnde cum in Credo dicatur, secundum scripturas, ipsis scripturis credere debemus. Ideo ait Augustinus, quod si reperiret vnum minimū uerbum in sacris scripturis falsum vel mendax, nihil crederet in omnibus scripturis sanctis, quia non licet de minimo uerbo dubitare. Vnde Papa tamquam Papa, & episcopus sicut episcopus, & sacerdos prout sacerdos, errare non possunt plus quam Christus, sed bene tamquam homines errant. Vnde si Papa, vel episcopus male determinant, tunc uelut homines, & non sub nomine dignitatis errauerunt. Et si Papa erraret ut Papa, Christus erraret. Nonne ait Christus: Tu es Petrus, & super hanc petram, id est super me Christo, ædificabo ecclesiam meam, quia petra illa est Christus. Ideo ab vno tempore citra multiplicati sunt in mundo, & maximè in Italia, multi errores, quia spernuntur determinationes ecclesiæ. Et licet barca Petri conuassetur, & fluctuet hinc inde, sursum & deorsum: tamen semper durabit ecclesia, donec sit mundus. Ideo dico quod debes credere vni decretali, sicut euangelio. Sed quid de Doctoribus & eorum lectionibus: Nunquid eis creditur? Dic quod si est determinata per ecclesiam & approbata eorum lectione, creditur illis, aliter non. Tamen si sunt adhærentia euangelij, & doctrinæ approbatæ, debes illis credere, sicut Bernardo, & Bonauentura, & similibus Doctoribus, quia quod dicunt, approbati dicunt. Item debes credere libris authenticis, sicut Legedario & Legendis sanctorum Patrum. Sed alij ab ecclesia reprobatis non est credendum, quia periculosum est in illis legere, sicut est ille periculosus liber, qui dicitur Liber de anima simplici. Apocraphis autem credere pium est, non necessarium: & si non credis, non damnaris. Doctoribus tamen, qui sunt bonæ conscientie, licet in libris damnatis legere causa impugnandi illos, quia cognoscunt altitudines Sathanæ, & sic habes quid debet credi discoopertè, & coopertè, & in hoc fac breuem conclusionem, Quod simplicibus

A plicibus mulierculis sufficit cum Domini-
ca oratione simpliciter credere, quod cre-
dit sancta mater ecclesia. Doctores autem
tenentur scire id, quod pertinet ad suam
scientiam & doctrinam secundum com-
munem cursum, ut sciant consulere. Similiter
sacerdotes, & confessores tenentur scire
quantum communicat communi cursui,
quia si errarent crassa ignorantia, ad resti-
tutionem tenerentur, ut alibi dicitur. Tes-
tificationes autem tres principales pro
fidei nostrae robore considerare debe-
mus quae sunt. Primo concordantia tes-
tium & omnium sanctorum. Secundo mi-
racula facta in oculis peruersorum. **T**
Tertio martyres contemptores corporum suo-
rum. Primum firmamentum consistit in con-
cordantia testium. Nam in ore duorum vel
trium testium stat omne verbum. Vnde no-
ta quod Philosophi non sunt concordantes,
nec eorum discipuli. Nec in aliqua alia fi-
de habes testes concordantes, sicut in fide Ca-
tholica, in qua omnes concordant tam in
nouo, quam in veteri testamento, & sic nul-
lo modo potest dubitari. Ratio autem tan-
tae concordantiae est, quia habent unicum prin-
cipium, quod fuit Deus, qui est clemens, po-
tens, & sapiens, & infinite sciuit, voluit &
potuit omnes inspirare vno modo, & non
discordat quisquam, quia non vos estis qui
loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loqui
tur in vobis. Et ab illo spiritu scriptores
habuerunt concordiam. Vnde Augustinus ait
in libro de Ciuitate Dei, quod scriptores no-
ui testamenti non debent esse multi, quia
multitudo efficitur fastidiosa. Nam satis est
Biblia, in qua sunt omnia quae oportet cre-
dere iussu Dei. Item ait quod non debent esse
pauci, ut sint concordantes secundum Deum,
& non secundum commune ingenium: quia
licet discordent in verbis, tamen concordant
in vna sententia. Vnde tu reperies quod
multi ex eis in vno & eodem tempore scripserunt,
ita quod vnus non vidit alium, & in separatis,
& longinquis partibus, & licet videantur debilibus
intellectibus scripturae discordes, tamen non
discordant, sed Deus permisit illud propter
pelagus aliarum scripturarum inde ortarum.
Vnde dicit Bonauentura. De medio petra-
rum dabunt voces. Lapides sunt Pater, Fi-
lius, & Spiritus sanctus, de quibus petris
dabunt voces per Doctores & concordiam
testium. Secundum firmamentum fidei est
per miracula. Dicit aliquis. Forte ista mi-
racula non fuerunt vera. Vel dicent quod

etiam Antichristus faciet miracula. Ad pri-
mum respondet Augustinus de Ciuitate
Dei, lib. 22. cap. 4. Aut fuerunt facta mi-
racula in principio ecclesiae, vel non. Si fue-
runt facta, bene est: si non fuerunt facta,
adhuc miracula sunt. Vnde ait, considerato
quod pauci erant fideles, Petrus pauper pi-
scator cum paucis socijs totum mundum
subiugauit, Reges, Principes, & Doctores
maximos, quia in omnem terram exiuit so-
nus eorum, & istud est miraculum miracu-
lorum, quia sine miraculis subiugauerunt
mundum extra omnem fidem positum,
quia qui est extra fidem, de facili de sua fi-
de non trahitur, in qua fuerant sui paren-
tes, & sunt a pueritia docti & nutriti, &
quia caro semper est contra spiritum, ita
quod sua fides non potest eradicari de me-
tibus suis dando fidem omnino suae fidei
contrariam & resistentem delicijs carnis,
cui applaudent omnes aliae fides. Quid enim
dicemus de Augustino. ita contrarium nostrae
fidei? Quid de Cypriano luxurioso incanta-
tore, & multis alijs qui conuersi sunt in tan-
to intellectu spirituali & lumine veritatis,
ut nostram fidem illuminarent? Quid de
Constantino Augusto? Vere conuersio tali-
um fuit miraculum miraculorum. Sed si
dices. Forte praedicta non fuerunt vera &
multa addita sunt in libris. Dic quae, si
credis libris incantationum, quare non
debes multo plus credere libris veritatis
aeternae? Sed dices quod est diabolus facit
miracula, concedo tibi. Similiter Antichri-
stus miracula faciet, sed dabo vobis doctri-
nam cognoscendi miracula procedentia a
Deo, et procedentia a diabolo. Vnde pro-
nunc tene hanc doctrinam quod miracula An-
tichristi erunt cum magna malitia operata.
Vnde quares quod tibi dicat, quid cogita-
ueris in mente tua usque ad horam et cer-
te nesciet tibi dicere, quia diabolus non po-
te scire secreta cordis, nisi per signa exte-
riora monstrata, quae dant significare inte-
riora, puta quia quando vnus rubet in fa-
cie, est signum pudoris: si tumet, est signum
iracundiae in animo. Vnde diabolus sapiens
et astutus per longam experientiam, et per
signa de foris intelligit secreta cordis, ali-
ter non, quia solus Deus scrutator est cor-
dium, et Deus posuit terminum diabolo,
ultra quem praeterire non potest. Ideo si vi-
des aliquem facientem miracula, si tibi re-
uelabit secreta cordis tui, crede quod a Deo
prouenit, alias a diabolo. Nec facias sicut
isti vulgaritij, qui sicut vident aliquem via-
torem

*Nota do-
ctrinam co-
gnoscendi
miracula
proceden-
tia a Deo
vel dia-
bolo.*

A torem vel Iudaeum, qui Iudaei communiter
solent talia facere. Si dicat tibi, tu fecisti sic
semel, vel tu habuisti talem fortunam, vel
habes tale signum in dorso, noli credere, quod
sit miraculum, quia diabolus qui vidit signum
& fecit tibi infortunium, dicit tibi, ut per
tales viros decipiat animas: vnde non sunt
verè miracula, nec a diabolo fieri possunt,
sed sunt miranda. Et istis talibus hodie
credunt populi magis quam bonis, & san-
ctis viris Dei. Et per tales feminantur mul-
tae haereses in ecclesia Dei. Vnde legitur in
vitis Patrum, imo verius in historia Marti-
niana, quod fuit quidam homo vocatus Ioan-
nes, qui vixit usque ad aetatem trecentum
annorum, & omnes ibant ad videndum eum
pro vno miraculo, & erat valde deuotus,
& continue stabat in ecclesia, & ideo voca-
tus fuit Ioannes Vodadio. modo corrupto
vocabulo sicut videtur aliquis senex, dicitur
quod ipse est Ioannes Butadeo, & mu-
lieres postea apud ignem dicunt fabulas de
eo, quod est vnus qui percussit Christum
& nunquam morietur, & vadit per mun-
dum, & ita suadent pueris suis, quod non
est verum. Vnde semel cum frater Bernar-
dinus esset Ianuae tempore Concilij, venit
vnus vestitus pellibus non natis, qui dice-
batur Ioannes Vodadeo, & omnis populus
currebat, & cum magno honore receptus
fuit in domo vnus ciuis, & frater Bernar-
dinus cum aliquibus ciuibus iuit ad ipsum,
& dum stetit secum dixit quod volebat
dicere officium, sed frater Bernardinus di-
xit ieiunio stomacho, & illo liberat tantum
quod ferebat de vino, & erat inebriatus,
ita quod omnes senserunt fetorem vini, &
nisi aufugisset, tunc frater Bernardinus fe-
cisset illum comburi. Vnde caue ne des fi-
dem talibus, quia totus mundus est corru-
ptus istis percantulis & ambagibus. Ita quod
Ioannes Vodadeo vadit vestitus pelle non
nata, super qua scribuntur breuia, & bestia
illius pellis est Antichristus, quem secun-
tur tales. Tertium firmamentum nostrae fi-
dei fuit tot, et tantorum martyrum sanguis,
et lacus exuberans, de quo in Apocalypsi.
Exiuit sanguis de lacu usque ad frenos equo-
rum. Intelligentes enim fidei veritatem,
mortem pro ea sustinuerunt. sed dicit ha-
reticus. Etiam Ioannes Hus permisit se
comburī pro fide sua, quia dixit secum
illa sua opinione mori velle, sed de huius-
modi miraculis, vide plene in Bonauen-
tura in lib. 8. Lumi. Nota ergo vnam diffe-
rentiam inter martyrium illorum qui mo-

riuntur pro fide Christi, & aliorum, quia nul-
libi repertum est, quod aliquis infidelis in eorum
morte fecerit miracula, sed martires Chri-
sti sic, & ante, & post mortem. Vnde semel
in partibus Nouariae in aliquibus motibus
quidam Dulcinus leuauit vnam sectam, si-
cut est secta Barilotti, & creuit ita quod tota v-
na ciuitas erat plena illa secta, & dum ob-
sideretur a septem Inquisitoribus, & pete-
rent illum cum vna sua concubina valde pul-
chra, & populus ille staret in obsidione per
tres annos, ante quam vellent dare illum
Dulcinum cum illa foemina illis Inquisitori-
bus, tandem per obsidionem ipsos dederunt,
& dum perseverarent in illa perfidia fece-
runt fieri vnum lignarium, & posuerunt pri-
mo intus foeminam hortate Dulcino: ut sta-
ret fortis, & ignis impositus, in virtute dia-
bolica non poterat ardere, ita quod Inquisito-
res illi, & fideles valde titubabant, & popu-
lus incepit murmurare, sed subito vnus ex
illis Inquisitoribus sapiens accepit corpus
Christi, quo ibi delato, subito fugit omnis
diabolica virtus, & ignis praualuit, & cor-
pus illius mulieris subito versum est in car-
bonem, & sic illa perfidia cessauit.

Tertia principalis pars.

Circa tertiam principalem partem, quae
dicitur fides formata. Sciendum quod fi-
des sine operibus mortua est. Vnde
nota, quod fides dicitur formata, vel disfor-
mata tripliciter: quia quandoque est in in-
tellectu sine opere, quandoque cum ope-
ra sine intellectu, quandoque cum opera
& intellectu.

Circa primum, scilicet quando fides est sine
opere scias quod pluribus de causis hoc acci-
dit, non operari opera fidei, quia primo acci-
dit, per inordinatam affectionem, sicut Dauid
ex inordinata affectione vnus foeminae com-
misit adulterium, & homicidium. Salomon
sapientissimus dicta de causa relicto Deo
vero adorauit idola, licet crederet firmiter
Deum, sed habebat tunc fidem sine opera
fidei. Iudas iam bene credebat, & sciebat se
tradere sanguinem iustum, sed auaritia du-
ctus tradidit Christum. Modo si dicitur tibi,
credis Deum esse? Tu dices, Credo. Si dicitur
tibi. Si tu luxuriaris, aut homicidium fa-
cis, credis te puniri per iustitiam Dei? dices,
Credo. Quare ergo peccas, nisi quia habes
fidem sine opere, ad instar eius, qui nescit
litteras, cui si librum aperis, videt litteras,
quia habet oculos, & quandoque acutiores
quam

A quàm litteratus, & tamen nescit litteras legere, sicut litterati. Vnde hoc, nisi quia nesciunt discere, & cognoscere litteras, nec sunt illuminati in doctrina litterarum. Simile est in nobis, qui credimus gloriam & poenas inferni, & tamen peccamus: quia si sciremus luminosè, quod sensissemus de illa gloria, & de illis poenis, utique non peccaremus. Secundo accidit propter timorem, puta si esses inter paganos, & propter timorem mortis diceres, non credo, licet crederes corde, tu habes fidem sine opere, & peccares mortaliter, & abnegares fidem. Petrus enim quando timore ancillæ negauit Christum, credebatur, sed tamen non opere propter timorem. Et nota quod abnegans fidem Christi ore, licet non corde publicè inter infideles, oportet quod se publicè inter infideles emendet, sicut accidit a paucis tempore in Hierusalem: quia duo fratres iuerunt illuc, & vnus abnegauit, & data fuerunt illi multa munera, tandem cognoscens se esse in statu perditionis, rediit ad fratrem suum dicens, quod volebat se emendare, & frater suus hortatus est eum, & promissit secum ire. Et vno magno festo apud Saracenos dum omnes expectarent associare suum episcopum, quem dicunt cadi ad muscheam: iste renegatus venit cum illo fratre, & se spoliatus ibidem publicè, & se induit vestes sui ordinis, quas subter portauerat, alter frater dicens se male fecisse, & velle se corrigere, & sic ambo publicè combusti fuerunt. Tertio accidit propter fragilitatem. Nam ubi non est necesse operari, non est necesse fumere martyrium. Ideo hodie non sumimus martyrium sicut olim, quia non est necesse. Tamen si esset necesse secundum Doctores, potius deberes mori, quàm abnegare Christum. Sed vnde hoc, O Christi beata mater, quia non legitur, quod tu, quæ non solum credebas, sed certa eras, quod filius tuus erat filius Dei, videns eum affligi, & in Cruce concluari, non accepisti vnum gladium, & interfecisti saltem vnum ex illis perfidis Iudeis, nec orasti pro eo, aut saltem vnicum verbum dixisti in eius fauorem illum excusando? Hic nota tres causas huius taciturnitatis. Primo, ut daret exemplum mulieribus, quod non sint nimium sapientes: quia tunc sunt fatuæ, cum reputant se sapientes. Nam virgo beata fuit omnibus sapientior. & hic vides, quod tacet, ut doceat mulieres tacere. Ideo Paulus noluit aliquam foeminam prædicare. Secunda ratio: quia beata virgo erat conformis voluntati diuinae, quæ volebat filium pati, & sic intrare regnum. Vnde dicebat, Fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terra pro salute humani generis: sed erat dolendum, quia fuit iniuste factum. Tertia ratio est, quia si virgo dixisset aliquid, Iudei erant sic indurati, quod fecissent peius, quia si noluerunt intelligere ipsum, & cognoscere cum tot prædicationibus, & miraculis, multo minus intellexerunt eam. Ideo quia intelligebat quod passio Christi erat opera Dei, ideo noluit ipsum aut verbis, aut factis adiuuare. Secūdus modus, quo fides est formata in anima, est, cum opera sine intellectu. Et hoc potest esse tripliciter. Primo propter timorem, sicut infans propter timorem verberum, qui bene operatur in scholis, extra vero est peruersus: & sicut Iudei qui nolunt fieri Christiani, ne perdant diuitias, & sicut Iudei baptizati, qui tamen non credunt. Isti habent fidem baptismi sine intellectu eius, & sicut sunt multi vsurarij increduli, qui dicunt, Eamus & nos ad missam cum alijs, ut reputemur boni viri. Et sicut isti questores ribaldi, qui indebitè vadunt quæstendo per villas habentes libros, in quibus habent scriptos omnes de domo, & cum applicant ad domum mulierculæ immediatè petunt, Quid est de Petro & Martino, & tali, vel talis & qualiter stat eius filius, ut ponant illas in admiratione, & post petent modicum bladæ pro sancto Boue, vel lini pro sancto Gotardo, vel carnis salitæ pro sancto Antonio, vel modi cum argenti pro vno Calice fiendo, & dicunt se esse Sacerdotes, cum non sint, & promittunt decem missas: & fatua mulier sibi dat, quod habet, & nolet subuenire vicinæ suæ quam sciet esse pauperrimam. Et isti tales quæstuarij postea vadunt per tabernas taxillando, & gaudendo cum meretricibus. Isti tales habent operam sine intellectu fidei. Alius modus, & ab istis extraneus inuenitur in aliquibus, qui faciunt, & non faciunt, & non credunt, ut sunt aliqui qui bene viuunt, & videbitur eis, quod non possint credere aliqua fidei fundamenta, sicut videndo Corpus Christi non possunt illud credere, nec de resurrectione, & similibus, & tamen omnia instituta ecclesie bene faciunt, & non bene credunt: quia diabolus eis infigit tales cogitationes, & tentationes, & si illis consentiunt, sunt in potestate diaboli, sed si sunt malè contenti, & non consentiunt, habebunt præmium. Et nota, quod istæ tales cogitationes tripliciter proueniunt. quandoque a diabolo, quandoque a natura. vnde si alicui

occur-

A occurrunt istæ tentationes, stet perseveras, & disponat se ad illud martyrium, quod vocatur martyrium desiderij. Deus enim ista permittit ad exercitationem animæ. Nonne Paulus ait, Datus est mihi stimulus carnis, qui me colaphizat. vnde dicitur de quadam moniali, quæ habuit vnam sororè, quæ virgo se dedit ad seruitium Dei, & perseverauit annis 40. sed 30. annis continuè existens virgo semper fuit tentata a vitio carnis, & ad blasphemandum Deum, immo ad desperandum. Sed quia nunquam consentit, meruit tot gratias a Deo quod pluries diabolus ipsam verberauit, & eiecit de scalis, & ad hæc perfectionem peruenit, quod rapiebatur in spiritu, & quando reuertebatur in se, multus sanguis fluebat de naso, & facta fuit incuruata, & modica per prædicta: sed in cælo magna. Et aliquando, & secundo procedunt istæ cogitationes a diabolo, quia propter perterrita peccata permittit Deus peccatorem vexari acerrimè, & maxime in eo malo in quo diu deliquit. Aliquando & tertio procedunt tales cogitationes a natura, sicut sunt aliqui fratres, qui nunquam contentantur, quod procedit a natura melencolica, vnde quando ista procedunt a natura consiteantur pluries, & si istæ tentationes non recedunt faciunt sibi trussas, & nunquam de illis amplius aliquid dicant alicui, sed nunquam super talibus cogitent, ne faciant de similibus impressiones in mente. Tertius modus est cum opera, & cum intellectu formata fides: quia potest occurrere, quod homo bene intelligit & bene operatur, & hæc est fides formata, puta si tu hæres solum Bullam Papæ sine scriptura, vel scripturam sine Bulla, quippe non valeret: sed si habes scripturam cum bulla pendente, certe bene valet. vnde sigillum est opera, scriptura est intellectus, & sic ista duo requiruntur, aliter non est fides formata, ut supradictum est. Habentes ergo ista duo sunt sicut Centurio, qui tripliciter videtur habuisse fidem longam, ut patet in euangelio propter tria. Primo infideliter petendo. Secundo in se humiliando. Tertio integraliter obtinendo. Vnde intrate Iesu Capharnaum accessit ad eum Centurio rogans & dicens, Domine. Ecce timor fundatus in fide puer meus. Erat seruus, quia cõter dicebant seruo. Puer. Iacet in domo. Ostendit conditionem suam. Paralyticus, & male torquetur. Et non dixit veni, ut facias miracula, sed in hoc fidem ostendit, quia detegit ei necessitatem suam. Secundo ostendit Centurio humilitatem suam dicens, Do-

mine non sum dignus: quia sum peccator, ut intres sub tectum meum: sed tanta est fides mea, quod tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. Et cum subdit se habere seruos, quibus ait ut vadant & veniant, vult dicere in exemplo, Tu es Deus & princeps Angelorum, & sanitatis, & potes iubere sanitati, & fiet: quoniam ipse dixit, & facta sunt. Tertio sequitur integra obtentio petitionis a Christo, cum ait: Audiens Iesus miratus est, & sequentibus se dixit: Amen dico vobis, Non inueni tantam fidem in Israel. Sed nonne Virgo Maria habebat maiorem fidem? dic quod Virgo non erat de populo Israel. Subdit dicens, Dico vobis quod multi ab Oriente & Occidente venient & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno cælorum. Isti tales venientes ad me & credentes saluabuntur: Filij autè regni, scilicet populus Iudaic⁹, eijcietur in tenebras infernorum. Videmus enim quod meretrices armigerorum, & sicarij conuertuntur sapissimæ, & veniunt in tantum ardorem, quod efficiuntur electissimi, & isti tepidi damnantur. Et voluens se ad Ceterionem ait: vade, & sicut credidisti, fiat tibi. Et hoc exemplum est contra illos, qui seruos operantur in iuuentute, & cum sunt senes pellunt eos ad hospitale. Et isti tales habent charitatè proximis, & non charitatè Christi. habeamus igitur fratres fidem Centurionis rectè formatam, ut mereamur vitam æternam.

FERIA SEXTA.

De Amore lato per Charitatem.

Sermo III.



iligite inimicos vestros. Matt. 5. c.

Supra in precedenti sermone tractauimus de amore longo per fidem, nunc de amore lato tractabimus per charitatè. Vnde nota tres gradus istius amoris lati, qui consistunt in Cruce Christi, per dexteram, sinistram, & clauum. Hunc ergo amorem diuidamus in tres. Primus est amor generalis in dextera crucis. Secūdus est amor cordialis in clauo. Tertius est amor spiritualis in sinistra. Ecce modo, Diligite scilicet generali amore. Primus ergo amor est generalis, qui comprehendit amicos, inimicos, paganos, Iudeos, Christianos, patrem, matrem, filios, & proximos, & omnes alios, quia quilibet comprehenditur sub isto amore generali.

Prima

A

Prima principalis pars.

Habet igitur hic amor generalis quatuor differentias, quia primo dicitur esse verus, secundo quia debet esse iustus, tertio quia debet esse sanctus, quarto fit operosus. Primo igitur fit verus. Vnde scito, quod si vis in veritate bene intelligere, tu non amas filios tuos, nec te ipsum, unde ad intelligentiam nota, quod quando tu amas aliquem, tu veris isto vulgari, Ego volo tibi bonum, id est volo aliquod bonum ad utilitatem tuam. scilicet propter te, quem amo. Ita quod in isto amore duo concurrunt. scilicet tu quem diligo, et res bona quam vellem te habere: quia est bona et tibi utilis, ideo vellem te habere illam, puta denarios, possessionem, sanitatem, honorem, filios, et bonam famam. Modo in isto meo amore, quem tibi habeo, quid praeualeat, an tu, an denarij, quos vellem te habere propter te? Certè denarij praeualeant, quia ego non amo te propter denarios, sed amo denarios propter te, quia vellem te illos habere, et sic de alijs rebus. Tunc ad propositum. Christus ait, Dilige proximum tuum, sicut teipsum. Si amas proximum ut tibi seruiat, tu amas illum propter te et tuam utilitatem, et non sicut teipsum. Similiter. si tu habes unum bonum seruum, tu non amas illum sicut te, sed propter te. ideo amas te plusquam proximum, et sic non seruas mandatum. Sic si tu diligis filium tuum, ut tibi seruiat quando est magnus, tu diligis eum propter te, non sicut te. unde tu amas praedictos sicut tuum asinum, et amor quem habes illis aequiparatur amori, quem habes ad asinum tuum, quia est tibi utilis. Et sic amando hoc modo, nullus amat proximum sicut seipsum, nec seruat mandatum, et non seruando peccat mortaliter, et damnatur. Iste enim non est verus amor: sed falsus, de quo Paulus. Caritas procedit de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta. unde si amas uxorem propter delectationem carnis, iste amor est caninus, quia etiam amas canem propter delectationem venandi. Oportet ergo quod ames proximum, sicut teipsum. Ideo Paulus ad Corin. 13. Caritas vera non quaerit quae sua sunt. Item alibi. Non quaerens, quid mihi utile sit, sed quod multis utile fiat. unde praedicator qui quaerit suum utile et famam, et non propter charitatem eorum praedicat, ibi à casa calda. Secundam conditionem istius amoris iungit. scilicet. Quod sit iustus. Iustitia enim vult quod melius praeratur bono, et optimum me-

B

C

D

liori, et bonum praeratur malo. unde in amando proximum considera tres gradus. scilicet animam, corpus, et diuitias. Amata est prius anima, secundo corpus, tertio diuitiae. Et lex naturalis hoc docet: quia naturaliter homo potius vellet perdere oculos corporales quam mentales, scilicet intellectum, et effici stultum. Et potius eligit naturaliter malum corporis quam animam, et plus diligit corpus quam diuitias. Et praereligit vitam quam mortem licet semel viderim quod inimici ceperunt unum valde diuitem avarum, habentem filios qui potius laqueo se occidit quam dare vellet pecunias, quas petebat, et tamen eis dare potuisset: sed hoc fecit amore filiorum. Ideo ad propositum ait Iob. Pelle pro pelle, et vniuersa quae habet, dabit homo pro anima sua. Itè naturale est proponere animam corpori, et corpus diuitijs. sed dices. Ista qui se laqueo suspendit fecit contrarium. Dic quod ille fecit contra ordinem naturae, ideo diabolus habuit eum. unde illi qui plus amant corpus quam animam, illi odiunt se. Similiter stipendiarij, qui praeposunt diuitias corpori, exponendo corpus suum multis periculis propter stipendia, odiunt se, et sunt martyres Diaboli. Vnde David: Qui diligit iniquitatem, odit animam suam. Ideo si tu amas proximum tuum sicut te ipsum, ama animam suam sicut tuam, et corpus suum sicut tuum, et diuitias suas sicut tuas. unde si consulueris proximo quod propter diuitias ponat se ad periculum corporis vel animae, tu peccas mortaliter, quia naturaliter loquendo non acciperes illud consilium per te, et per consequens non diligis proximum sicut te. Et peruertis ordinem naturae praeposendo diuitias corpori. Similiter tu vxor inducis maritum tuum ad lucra illicita, ut bene te induat: tu es causa suae damnationis, et praeposis diuitias animae suae, ideo non amas ipsum sicut te ipsam, sed mortaliter peccas. Sed pone, tu es in mari, superuenit magna fortuna: oportet quod nauis alleuetur, et est in tua libertate proijciendi res tuas vel proximi. Dico quod isto casu potes licite dimittere proijci res proximi magis quam tuas quia omnis caritas incipit à seipso. Non dicit, Terminatur in seipso: quia aliud est caritas praerata, aliud caritas determinata seu terminata. Nam dicit Dominus quod debes amare proximum sicut te: ergo praesupponit quod primo ames te, et postea proximum, quia actus consumatus est finis, alias esset locutus consulendo, quia est maior perfectio

Exempla

A

B

C

D

perfectio dimittere proijci in mare bona tua quam bona proximi, sed non est praerati. Ponamus modo exemplum in corpore. Aliquis vult te occidere, et nullo modo potes euadere nisi occidas eum: quare, si licet nunc illum occidere prius quam te occidat. dic quod sic. Si verò aliquo modo vel ingenio potes euadere, non licet tibi, et est charitas inceptiua à se. Sic et Sacerdos in tali casu potest occidere, et non sic irregularis, et potest satisfacere: tamen securius est trepidare, et cõfiteri, sed si talis permittit se potius occidi quam velit occidere, haec est perfecta charitas. Itè pone quod oportet quod aut tu, aut proximus tuus peccet mortaliter, quid sciendum dico quod melius est, quod proximus tuus moriatur quam tu pecces mortaliter, quia omni vice qua eligis te peccare potius quam proximum, tu peccas, et peccando offendis Deum propter proximum. ergo plus amas proximum quam Deum. unde si committendo unum peccatum mortale, tu credes saluare omnes spiritus damnatos, et vniuersum mundum, tu potius deberes abstinere à peccato. Quid enim prodest tibi, si lucreris vniuersum mundum, animam vero detrimentum patiaris? Redeamus modo ad animam. vxor amando maritum propter carnem, et suadendo sibi usurarios quos visus et illicitos, peccat mortaliter. Patres et matres non admonentes filios, nec inducentes eos ad ieiunia patientes carni, non animam filiorum, aut famulorum, communicant secum de peccatis, quia paterfamilias tenetur, quos potest astringere, et quos non potest inducere ut ieiunent, confiteantur et sumant eucharistiam. Et est maximus, et communis error, quasi in omnibus, qui non aduertunt ad ista. unde volo te docere sine scandalo cognoscere, quando vxores vellent quod mariti sui morentur, ut possint alium accipere, et contra, quasi scilicet non curant quod existentes infirmi comunicent. alibi dicemus plenè. Tertia conditio istius amoris generalis est, quod debet esse sanctus: quia non potest aliquis saluari, nisi habeat hunc amorem sanctum. Nam sanctum est, quod est à Deo ordinatum, sicut Ecclesia altaria, calices, paramenta, et huiusmodi, quae sunt ad ordinem Dei, et Deo dicata. et anima nostra debet esse sancta, quia si nult saluari, oportet quod de illo fonte amoris vniuersalis inebrietur et amet suum particulare bonum, quod bonum est saluare, sed propter Deum, ut faciat omnia propter Deum, et sit sicut aqua

quae fluit ad mare, et inde redit, sic omnia flumina vadunt ad mare, et inde redeunt. ita est amor Dei, qui influit gratiam in anima, et trahit animam ad se, mediante gratia et inde redit. Sic homo, quando cum omni sua operatione tendit versus Deum, sicut amat se ad Deum, sic debet amare proximum ad Deum, ut saluetur. Similiter trahitur amare naturaliter sapientiam, pacem, consolationem et delectationem, et ita natura trahit animam nostram, et animam proximi ad Deum, quia omnes trahimur ad scire, pacem habere et in pace stare, et consolationes, et delectationes habere. Trahimur enim ad scire, ut cognoscamus amorem Dei et proximi, quia dormiendo quærimus scire, cum omnes homines natura scire desiderent. Ideo debemus quaerere bonum proximi, sicut bonum nostrum, aliter non amaremus, nec Deum, nec proximum recte, unde non corrigendo filios, aut filias errantes, non amas eos. Ecce quod ad habendum amorem sanctum, oportet quod sicut inclinaris amare Deum, sic ad illum finem sanctum debes amare proximum. Vnde hoc mandatum habemus à Deo, ut qui diligit Deum, amet et proximum, et impossibile est amare Deum, quin ames proximum. Item debes amare proximum operose, sicut te ipsum, quod sic est in exemplo intelligendum. Pone, si famem, quaeris comedere, et quando non habes quod comedas, emis panem. Non enim sufficit bona voluntas, nisi interueniant facta. Idem in fugiendo periculum mortis, quia non sufficit bona voluntas sine factis, ita utroque opus est scilicet voluntate et facto. Ideo ama proximum tuum, sicut te ipsum factis. O usurarij, v furarij, venite ad iudicium. Quando proximi vestri egent, adiuuatis eos propter se, an propter vestram utilitatem et caritatem? scilicet derobare. Vae, vae, vae vobis, quia infernus vos expectat. Si ergo non seruis proximo tuo in suis necessitatibus, tu ibis à casa calda. Dico quod arcta est via, quae ducit vos ad vitam, et pur quilibet facit mundum suo modo. fac ergo proximo sicut tibi, qui vides eum in necessitate. Vnde Ioan. Non diligamus verbo et lingua, sed charitate, et non caritate. Ista sunt conditiones amoris generalis, quibus debemus. et amicis et inimicis subuenire. et dicitur generalis amor ad extra. Vnde si videris unum Indæum in necessitate, tu debes sibi subuenire, et oibus alijs: cum vero et iusto amore sancto, et operoso, et nisi sic feceris, casa tineta te expectat.

Secund.

A *Secunda pars principalis.*

Sequitur secundus amor, qui dicitur cordialis, qui consistit in corde signatus per clauum. Et debet haberi iste amor magis spiritualiter quam prae dictus qui est generalis. In hoc ergo septem requirunt. Primo cōcordia & vnio proximorū. Secundo indulgere & parcere proximo. Tertio compati in tribulatione proximo. Quarto salutem proximi ex corde querere. Quinto de proximi bono gaudere. Sexto defectus proximi cordialiter reprehendere. Septimo incorrigibilem patienter tolerare.

B Circa primum scilicet in concordia cōversari, ait Paulus ad Rom. 12. Si fieri potest quod in nobis est, cum omnibus pacem habeamus. Vnde bonum est stare in pace cum proximo; quia saepe sub vmbra zeli radicatur intrinsicus odium versus prauam creaturam, ita quod transiit ille zelus in odium creaturæ. Et nota quod primo Deus creauit Adam solum & ex ipso foeminam, ad notandum, quod sicut est vnus Deus, vna fides, vna charitas, vnus principium: ita seruarietur vnio inter creaturas humanas. Cætera autem animalia fecit bina. Et vides quod omnia animalia eiusdem speciei naturaliter appetunt stare simul, sicut oues, bo-

C ues, pisces, & aues, & cætera animalia, & homo qui factus est vnicus facit oppositum, qui est animal rationale. Sed quæ res, Vnde hoc? Respondeo, quia diabolus semper ponit diuisionem & in paradiso, & in terra. Vnde Apoc. Vg mari, et terra, quia descendit diabolus. O quam pulchrum est, et delectabile videre plures fratres, et conciuos simul vnitos in amore. Vnde Ecclesiast. In tribus placita sunt cordi meo, quæ sunt probata coram Deo, et hominibus, scilicet concordia fratrum, et

D populorū, et mulieris cum viro, quia quando sunt quatuor fratres habitantes in vnū, quilibet facit diuersa officia, et maiori obeditur a minoribus, tunc omnia illis prospere succedunt. Vnde Dauid, Ecce quam bonum et quam iocundum habitare fratres in vnū. sed multoties vxores ponunt diuisiones inter fratres. Similiter pulchrum est, cū vir, & vxor honeste viuūt, & virtuose: sed si viuāt in broda, & luxu, a casa calda submergantur in broda & fecem cum fece reperiet. Vnde amor & charitas sit eorum ligamen. Nam videmus si sunt duo ligna, vel asseres simul fixæ, naturaliter appetunt simul stare, & si vis illa separare cum strido-

re separantur. Simile videmus in naturalibus, & elementis, & corporibus supercoelestibus, quia omnia secundum cursum naturæ sibi attributum à Deo faciunt sua officia propter amorem naturalem. Secunda conditio istius amoris est, indulgere & parcere proximo, quia nunquam potes saluari, nisi parcas. de hoc mēbro alibi dicemus.

Tertia conditio est, Cōpati proximo in tribulatione sua. Sicut si vnus digitus dolet, totum corpus sentit. sed si incidis digitum, postquam incisus est & separatus, si postea frustatim inciditur, nihil sentit. Sic euenit quod si charitas est vnita ad inuicem, si vides aliquid aduersi proximo, compateris sibi.

F Sed si est diuisa charitas, nihil sentis de passione proximi, sicut in mortuo, qui nihil sentit, & quando proximo nō compateris, est malum signum. Vnde est admirandum quod in hominibus non sit sicut in bestiis videmus, quod si hirūdini subtrahitur pullus de nido, vadit vociferando & conquerendo, & omnes aliæ hirūdines compatientes secum vociferant. Si bos in macello videt mactari bouē, naturaliter sepe cōpatitur & effundit lachrymas. Similiter i porcis videmus, sed hoies sunt peiores quam porci: quia si vnus peccat, nullus querit emendare illum, nec reprehendere. Vnde Paulus: Idem sētite in vobis, quod in Christo Iesu.

Quarta conditio est sollicitudo, & cura patrum volētium saluare animas filiorū suorum & famulorum, & magistrorum volētium discipulorum animas saluare. Nam videmus Solem, & Stellas, qui secundum cursum suum naturalem influunt in diuersis locis diuersa: quia in aliquibus partibus aurum, in aliquibus argentum, alibi bonū vinum, alibi frumentum, & similiter alia creata. Et denique omnia inter se speciei suæ curam habent, præter hominem, quia vnus homo non curat de alio: pater nō curat de filio, nec vxor de viro pro salute animarum. Vnde Paulus. Estote solliciti, & nō pigri. Charitas ergo naturaliter insita homini est, vt proximum diligat. Quinta conditio est de proximi bono gaudere. Vnde Paulus: Gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus proximis, sicut gaudere in te, & dolere in te. Vnde vnus spiritus illuminatus dicit, quod vera compassio est, quæ eum videt vnū infirmum, velle potius pati illam passionē, quam velle sentire dolorem compassionis, quam habet illi, & si videt pauperē potius velle pati eius paupertatem quam compassionem pro illa paupertate.

Secundū indulgere.

Tertium compati.

F

Exemplum.

G

Quartum sollicitudo.

H

Quintum gaudere.

A pertate. Sed hodie vix vicinus dat de aqua putei sui, vel de igne, suo vicino: vnde quia non est compati, non est gaudere. Sed sanctus Franciscus dicebat, quod plus gaudebat de regno Franciæ, quam rex Franciæ, quia gaudebat, quod gauderet rex de suo regno: sed dicebat se habere vnā prerogatiuam à Rege, quia rex habebat labores & expensas regni, & Franciscus habebat gaudia sine labore & expensis. Sexta conditio est, defectus proximi cordialiter corrigere. Vnde quando vides fieri aliquam displicentiam Deo, tu tritatis. Vis addicere, quando iste zelus est in te, de quo Proph. Zelus domus tuæ comedit me. Zelus enim est virtus, & rancor est vitium. Zelus & rancor habent domos continuas, & habitant ostiatim, & domus vnus vix discernitur ab alia, & habent ostia similia, & portant similia vestimenta, ita vt vix discernantur. Vnde Gregorius in libro Moralium dicit, quod zelus est virtus, quæ est talis naturæ, quod nisi homo sit cautus, & bene prouideat, multoties credit amare & odit, & credit intrare ostium domus zeli, & intrat ostium odij. Vnde caue quod nisi sis armatus multa patientia & humilitate, & disponas te ad hoc, nō capias tale donū, nisi capias ardētem zelū, sicut Christus quando expulit illos de templo dicens, domus mea, domus orationis vocabitur. Vnde in rima dicitur.

B Zelus enim est virtus, & rancor est vitium. Zelus & rancor habent domos continuas, & habitant ostiatim, & domus vnus vix discernitur ab alia, & habent ostia similia, & portant similia vestimenta, ita vt vix discernantur. Vnde Gregorius in libro Moralium dicit, quod zelus est virtus, quæ est talis naturæ, quod nisi homo sit cautus, & bene prouideat, multoties credit amare & odit, & credit intrare ostium domus zeli, & intrat ostium odij. Vnde caue quod nisi sis armatus multa patientia & humilitate, & disponas te ad hoc, nō capias tale donū, nisi capias ardētem zelū, sicut Christus quando expulit illos de templo dicens, domus mea, domus orationis vocabitur. Vnde in rima dicitur.

C Zelus enim est virtus, & rancor est vitium. Zelus & rancor habent domos continuas, & habitant ostiatim, & domus vnus vix discernitur ab alia, & habent ostia similia, & portant similia vestimenta, ita vt vix discernantur. Vnde Gregorius in libro Moralium dicit, quod zelus est virtus, quæ est talis naturæ, quod nisi homo sit cautus, & bene prouideat, multoties credit amare & odit, & credit intrare ostium domus zeli, & intrat ostium odij. Vnde caue quod nisi sis armatus multa patientia & humilitate, & disponas te ad hoc, nō capias tale donū, nisi capias ardētem zelū, sicut Christus quando expulit illos de templo dicens, domus mea, domus orationis vocabitur. Vnde in rima dicitur.

D Zelus enim est virtus, & rancor est vitium. Zelus & rancor habent domos continuas, & habitant ostiatim, & domus vnus vix discernitur ab alia, & habent ostia similia, & portant similia vestimenta, ita vt vix discernantur. Vnde Gregorius in libro Moralium dicit, quod zelus est virtus, quæ est talis naturæ, quod nisi homo sit cautus, & bene prouideat, multoties credit amare & odit, & credit intrare ostium domus zeli, & intrat ostium odij. Vnde caue quod nisi sis armatus multa patientia & humilitate, & disponas te ad hoc, nō capias tale donū, nisi capias ardētem zelū, sicut Christus quando expulit illos de templo dicens, domus mea, domus orationis vocabitur. Vnde in rima dicitur.

debet dimittere errantem desperare, quam iustitia pereat omnium aliorum.

Tertia principalis pars.

Sequitur tertius amor, qui dicitur spiritualis, aliter specialis, quem habere debemus ad inimicos nostros. Et in hoc amore nota, quod quilibet tripliciter peccare potest. Primo in necessitate succurrendo. Secundo modo in loquendo. Tertio modo in signa faciendo. Primo igitur si vides inimicum tuum portantem necessitatem famis, vel huiusmodi, nisi succurras, peccas mortaliter. Et si vides ipsum incurere peccatum mortale, cum possis obuiare, & non obuias, peccas. Secundus modus est in loquendo. Vnde si negas loquelam inimico tuo, totiens peccas mortaliter, quotiens te salutatur, & nō respondes ei, & quotiens te requirit, & sibi non facis pacem, quia bonus homo de bono thesauro, quod habet in corde, profert. Et nota bene, quod est vnus casus, in quo nō peccat, qui negat loquelam: Puta, quando orta est discordia inter mulierem & virum, qui illā adulterabat, quo casu si mulier recusat loqui sibi, ne amplius peccet secum, non peccat. Item si sit aliquis, cum quo non possis loqui sine tuo præiudicio, non peccas, non loquendo. Sed tamen cessante causa, debet cessare effectus. Tertius modus est in signa faciendo. Puta, si aliquis interfecisset fratrem tuum, aut patrem, & esset tecū pacificatus, & cum sibi obuias, vadis in aliam partē, & euitas eum, vel si sis in coetu aliorum, & illo superueniente recedis, peccas mortaliter, quia illud est signū odij, & das scandalum illi, quia per talia signa das sibi intelligere quod tu odis eum. Si autē cum vides tuum inimicum tecū reconciliatum, sanguis turbatur & accenditur propter vestigia, vel reliquias odij præcedentis, si in illo primo motu non consentis tali odio, sed amas, tu mereris, sed cōsentiendo peccas. Vnde in Euangelio ait, Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Et qui dixerit fratri suo, racha, reus erit concilio; & si cadis in talibus, teneris confiteri. Modo igitur ad euangelium redeundo, Diligite inimicos vestros hoc igitur diuiditur in tres partes. Prima ostendit Christi singularem exhortationem. Secunda assignat illius causam singularem. Tertia ostendit dirigere intentionem, in amando. Primo igitur dixit discipulis suis, Audistis quia dictum est ab anti-

Sextum cordialiter corrigere.

B

C

Incorrigibilem patienter tolerare.

No. de correctione.

A ab antiquis, Diliges proximum tuum & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis, Diligite inimicos vestros: Beneficite his, qui vos oderunt: Et orate pro persecutoribus & calumniatoribus vos. Quasi dicat: Illi in lege sua dixerunt, odio habebis inimicum tuum. Ego autem in lege mea dico, Diligite proximos vestros, sicut vos ipsos. Et diligite inimicos vestros. Vnde lex noui testamenti est præceptum filij Dei. Hoc est præceptum meum, addendo & supplendo in scriptura veteris testamenti. Et nota quod inimici possunt tria facere contra inimicos suos. Cordialiter odire, iniurias dicere, & factis operari. Et licet inimicus tuus his vtatur contra te, tamen vtare Christi consilio, qui ait: Diligite inimicos vestros, beneficite his qui uos oderunt. id est, si odit te inimicus corde, & dicat de te malum, fac sibi bonum dicendo, Deus da sibi cognitionem veri. Et orate pro persecutoribus, & calumniatoribus vos, vt sitis filij patris vestri, qui in caelis est, scilicet veri & approbati in charitate. Et est causa valde nobilis, & gentilis. Et iste pater vester facit duo, quia facit solē oriri super bonos & malos: Et pluit super iustos & iniustos. Pluit enim infundendo gratiā suam volentibus, siue iusti, siue iniusti, quia nemi ni redeunti gremium claudit. Stat enim ad ostium scilicet animæ, & pulsat dicens, Aperi filia mea, dilecta mea, quia ad te intro, si aperis. Si quis igitur de te obloquitur, cogita si in illo est aliqua virtus: quia si sit valēs dicas, vere ipse est pur valens homo. si est sapiens, dic, verē ipse est sapiens homo. Et conare toto ingenio, & toto corde illū laudare, qui te diffamauit, quia pluit Deus super bonos & super malos: vnde si Deus pluit super malos pluuiā suæ gratiæ, & tu debes pluere et super diffamatorē tuum cōmendādo ipsum in aliqua virtute: quia malitia sua non debet te inducere ad dicendum, aut faciendum malum. Ideo disce à Christo nostro magistro, quia sic faciendo saluaberis. Secundo singularē causam reddidit, quia inimicos diligere debeamus dicēs: Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? q. d. nulla: quia iam recepistis mercedem vestram: quia te nemini diligere, qui vos diligunt. Sed vt consequamini mercedem, diligite non solum benefacientē vobis, sed etiam male faciētes: Quia naturale est, qd etiam animalia bruta diligant illos, qui sibi bene faciunt, & cognoscunt eos; vt equus, canis & alia



Rat natus in medio mari, & Iesus solus in terra. Marci 5. In hodierno euangelio ad euidentiā dicendorum nota, quod mare signat amaritudinem laborum & tribulationum, & aduer-

animalia, q̄ non diligunt nisi eos qui dant sibi comedere propter suam vtilitatem. Vnde fac et bonum malefacientibus tibi. Nōne & publicani. i. publici canes, & rufani, & meretrices, et hoc faciunt? Et stote ergo perfecti sicut pater vester celestis perfectus est. Tertiam partem subiungit in dirigendo intentionem rectam dicens. Attendite, ne iustitiam vestram faciatis corā hominibus, vt videamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrū. Et alibi. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Cum ergo facis elemosinam, noli tuba canere, sicut hypocritæ. Vnde nota qd aliqui faciunt elemosinas mittendo tubas ante se clamando: O pauper, veni accipe istam elemosinam, vel projiciunt de fenestris panem pauperibus, & similia, vt videantur. Aliqui mittūt tubas à latere, quia faciūt pauperes ante ostium domus in via comedere. Aliqui mittunt tubas post, sicut isti qui post mortem faciunt capellas & paramenta, & ponunt arma sua hinc inde, vt appareat qd ipsi fecerint. vnde nota quod elemosina debet fieri occultē sine istis tubis: quia qui fumum facit, fumum habebit. Et notat Christus duo genera hypocritarum. vnum est euidens hypocritis. scilicet facere palam, vt videatur bonum fecisse in sinagoga, vbi gentes congregantur. Secundum, quando quis in vicis. i. in secreto facit. Dicitur. n. vicus stricta via, vbi pauper culistat, & aliqui hypocritæ faciunt elemosinas secrete in vicis, tamen non ad bonum finē, vt scilicet, sit secretū, sed apparens, quia ostendentes velle secretum esse quod faciūt, habet modos quibus diuulgatur, & iste talis est hypocrita hypocritarum. vnde in prima hypocritis palam facta diabolus tubat. In secunda homo met est tubicina. Amen dico vobis, quia receperūt mercedē suam. Ideo si vis facere bonam elemosinam, sinistra tua. i. mala intentio, nesciat quid faciat dextera tua, id est bona intentio, quia charitas facta mala intentione vertitur in maledictionem. & pater, qui videt in abscondito, reddet tibi præmium vitæ æternæ, &c.

S A B B A T O post Cineres.

De Amore probante.

Sermo III.

A & aduersitatum huius mudi, & nox signat priuationem totius consolationis spirituales cum tribulationibus corporis. In præcedenti tractatu fuit de amore lato per charitatem. Nunc tractabimus de illo amore, qui dicitur Amor probans: quia tunc Deus probat animam, quando illā in medio mari tribulationum vexat & quatit. Vnde dicitur, quod erat nauis in medio mari. Nauis enim statum naturæ signat. vnde in ruinate natura tres status miserabiles notantur. Primus status est principians. Secundus status est saluificans. Tertius status est beatificans. Primus ergo status ruinantis naturæ est principias, & est de sui natura fragilis, & corruptibilis, & caro nostra humana est ita putrescibilis & apta corruptioni, quod nisi saletur mari, id est amaritudine tribulationum sæculi sit putrida & corrumpitur, sicut carnes, quæ non salantur putrescunt. Et ideo vt status fragilis naturæ nostræ saluetur, necesse est quod saletur sale tribulationum & amaritudinum sæculi, vt apparebit. Alioquin putrescet in fetore vermium vitiorum & peccatorū, & abijcitur in profundum. Secundus status naturæ est saluificans, quia tunc rectē saluatur naturæ nostra fragilitas, quando exercitio tentationū fit adax ad militandum, & fit victrix hostium suorum per assiduitatem & continuitatem præliandi, & ex continuitate laboris solidantur & fortificantur bases animæ; sicut consuetudo ligonis facit rusticum fortē & aptum labori: qui si non esset assuetus labori, esset debilis. Tertius status est beatificans ipsam naturam. vnde nota qd propter venire ad statū gloriæ beatæ oportet transire per mare multarum amaritudinum, & tribulationū. Circa quod nota 12. gradus, quasi vnus ascensibilis scalæ, quibus de vno ad alium itur. Quorū graduum quatuor deseruiunt primo statui naturæ Principiantis: alij quatuor deseruiunt secundo statui naturæ saluificati. Ceteri quatuor deseruiunt tertio statui naturæ Beatificanti & perficienti in gloria.

Prima pars principalis.

Circa statum naturæ principiantis, accipe primos quatuor gradus, q̄ sunt. Primus viuificatiuus. Secundus illuminatiuus. Tertius humiliatiuus. Quartus probatiuus. Primus igitur gradus est viuificatiuus animæ mortuæ in peccatis & vanitatibus & iniquitatibus. Vnde Dauid ait: In tribulatione viuificasti me. Et si ambulaue-

Primus gradus viuificatiuus

ro in medio tribulationum, viuificabis me. Ideo nota qd tentatio est vita hominis super terrā. Nam mortuus non intelligit tribulationes, sed viuus illas sentit. vnde sentiens tribulationes est viuus: Et homo non habens tribulationes in hoc mundo, potest dici mortuus. Et Deus, qui est medicus, cum de infirmo desperat ait. date illi quicquid vult. Ita facit mortuis & sceleratis in peccatis, quos præuidet spiritualiter mortuos: quia dat illis quicquid cupiūt, & nō vexat illos tribulatione, sed facit eos in hoc mudo felices, & hoc est malum signū. Sed quando homo vexatur & anxietur angustia est bonum signū. Et nota qd Demon desinit hominem tribulare tribus de causis. Primo, quia sperat, imo quia est certus de aia derelicta a Deo, quam nō vult tribulare in hoc mundo, qd vult in alio illā tribulare. vñ legitur de quodam sancto patre, qui vidit super porta ciuitatis vnicū diabolum, & super porta monasterij, vbi erāt sancti viri, vidit innumeras legiones Demonum, & hoc quia Diabolus in ciuitate nullū reperiebat cōtradictorem, sed in monasterio fortes milites & cōtradictores habebat, ita quod qñ proterius non tētatur, est signum quod est diaboli. Secunda causa potest esse, quia fit aliqua anima ita perfecta, & ardens in amore Dei, qd diabolus nescit vnde tētet ipsam. Exemplum, Sicut vnus lebes qui qñ bullit fortiter super ardente igne nulla musca appropinquat. vnde dicitur, Oīlæ candēti muscæ non insident. Sed si remoto igne tepescit & frigescit, ferculū repletur muscis. Ita in anima reducta ad bonam & sanctam vitā, quæ quādo est bulliens in amore Dei, non sentit tentationes diaboli, maxime in principio, sicut Paulus nullum laborē sentiebat in principio suæ conuersionis propter magnum ardorem, quem sentiebat in anima sua de amore Christi: Sed postea sentit multas tentationes & tribulationes, vt ipse met in epistola sua testatur. Vnde dicitur, qd semel vnus frater ordinis B. Francisci in principio conuersionis suæ nullam tentationem sentiebat vsq; ad multos annos, sed postea tribulatus est vsque ad animam. Ita vnus homo sanctæ vitæ ad hoc venit qd non poterat dicere Pater noster, nisi ita fortiter qd audiretur. Ita de alio qui cum sibi impositum esset in penitentia qd diceret Pater noster, non erat modus qd posset aliquo modo dicere, non audiente suo patre penitentis. Itē de vno homine sanctæ vitæ, qui cum visitaretur, & illi suo more à visitanti-

Exemplum

F

Exemplum.

G

H

A bus diceret Ave Maria, & ille idem verbum vellet replicare, non poterat dicere, nisi A, a, a, ve, ve, ve; Ma, Ma, Ma, ri, ri, ri, a. quod totum procedebat à diaboli tentatione. Tertia ratio potest esse, quia diabolus in aliquibus præsumptuosus, qui putant se habere tantam gratiam, quod diabolus non possit eos tentare, affecurat ipsos ita ut illa infelix anima dormiat non exercitata tentationibus, Et tunc diabolus dormit secrete in carne illius, & expectat tempus, & viso tempore in vno puncto facit illam animam affecuratam, ruere violenter ut ita videtur, quod non possit contradicere tali tentationi ad instar assaliti subitò, qui nescit ubi sit. vnde nota quod quanto plus sentis te mortificatum, si non es cautus, tanto itas in maiori periculo, maioris ruinæ propter occultas insidias diaboli, & sic hæs tres causas, quare nõ venit homini tentatio, &c. Secundus gradus est illuminatiuus. quando enim anima habet labores & aduersitates, si est stulta, fit illuminata, & sapiens: & si est sapiens fit sapientior, & quãto maiores labores habet, tanto fit sapientior, & magis illuminatur, & illuminata humiliatur, & humiliata probatur, & probata fortificatur, & fortificata consolatur, & consolata delectatur, & delectando conseruatur, & conseruata firmatur, & firmata præmiatur, & præmiata triumphat, & triumphando coronatur. vnde aduersitates faciunt hominem mortuum in carnalitate, ita sapientem & viuificatum, quod venit in primo statu cognoscendi Deum, qui est sapiens, iustus, potens, & misericors. quas dignitates ubi prius non cognoscebas in prosperitate, quando cadis in aliqua aduersitate, faciendõ tibi gratiam postea cognoscis per experientiam. vnde quãdo percuteris ab aliqua aduersitate, tu dicis: Propter aliquod meum graue peccatũ Deus permisit mihi hoc accidere, & quando credis quod nauis tua fragilitatis quæ fluctuat in medio tẽpestatis submergatur, tunc Deus subito tranquillat mare & adiuuat te, & tũc tu cognoscis misericordiam Dei tibi datam, ita quod sæpe euenit quod quãdo cognoscis vitam tuam miserabilem, tristem, & caducam, tu sis virtuosior propter iustitiam, & misericordiam, & sic Deus facit, quod tu de malo sis bonus, & de paupertate corporali ducit te in diuitias anime, & de miseria mundi ad delicias Paradisi vnde quando vnus populus viuuit in magna prosperitate, tunc fit valde cæcus ad cognoscendum Deum, & sic

Secundus gradus illuminatiuus.

Nota. discursus.

contra, quanto plures habet aduersitates, tanto plus cognoscit Deum, & exercitatur in maiori perfectione virtutum, vnde qui non cognoscit Deum, non amat illum, & non amando non illum timet, & non timedo, non cultodit sua mandata, & sic peccat, & peccando cespitat in profundũ. Et quando homo credit magis se esse tutũ, magis sibi caueat. Nam Dauid dixit quod sentiebat se ita securũ quod nunquam defereret Deum, dicens de seipso: Ego dixi in abundantia mea nõ mouebor. Et ideo Deus voluit faciem suam ab eo, & cognouit fragilitatem suam. Ideo caue, quia diabolus ducit illum qui putat se securum in aliquam violentam, ubi colophizando facit eum cadere, & postea dicit bonus homo, Sel diauolo m'ha bene mena. vnde cognosce diabolũ & mundum, quia mundus dicit sæpe, Si facis sic, tu potes ditari: & credendo sic, superueniet tibi vna aduersitas, quia mundus & diabolus sunt cõtrarij Deo, & ideo Deus permittit malum illis, qui relicto eo sequuntur aduersarios eius. Nonne ait dñs: Qui vult post me venire, tollat crucem suam & sequatur me, & Deus talibus donat bonũ. Sed mundus promittit bonũ & dat malũ. vnde de mane ostendit te pulchrum & diuitem esse, & de sero reperis te delulum. Cognosce ergo grãas tibi datas, & cum quantis laboribus debes custodire te cũ virtutibus: quia mundus nõ est sine aduersitate bellorũ, sed citò transibit & in puncto mortis reperis te delusũ, si sequeris hipochrisim, & fallacias mudi ad hęc igitur virtutibus, quod acquirunt nõ sine magno labore. Nec credas, quod si non es habituatus per longum tẽps vitam tuam in fortitudine, patientia & in cæteris virtutibus ante punctum mortis, postea in angustia mortis, ubi est maior labor omnibus laboribus, qui dici aut excogitari possint, possis habere patientiam: quia si non potes esse patiens in supportando vnũ minimum verbum contra te prolatum, male habebis in illo puncto patientiam in quo anima & corp⁹ cõqualata simul decertat, de quo aiebat Psalmus. Cicundederunt me dolores mortis, & pericula inferni inuenerunt me. vnde vnus seruus Dei stabit per viginti annos ante quam acquirat virtutem patientiæ, & cadet multoties. Et habere contritionẽ peccatorum, est difficilior res quæ fit in mudo. Et vtinam res nõ sit et arctior quæ dicatur. Cũ ergo probasti aduersitates, tũc cognosces vitam æternam, quã Deus non dat sine virtutibus cum magnis laboribus acquiri-

E

F

G

H

A acquisitis. Et cognosces infernũ à quo præcauebis. Vnde Ecclesiastes, Qui nõ est tentatus, quid sit, nescit qualis sit. Et scholares studentes, si nõ haberent tot malas noctes, & continue laborarent per longũ tempus abstinendo ab esu & potu, non lucrarentur virtutes: Non dicendo de his qui vadunt vagando, quorum patres faciunt vsuras, ut mittant sibi denarios, quos abijciunt. Nota ergo quod vexatio dat intellectũ. Nam quidã seruus Dei per vnã vexationẽ, quã passus est, subito cognouit unam uirtutẽ, quam nunquã ante intellexerat. Vnde & Paulus licet esset plenus Spũ sancto, tẽp exercitiũ multorum laborũ effectus fuit valde expertus. Similiter & dæmon per experiẽtiã fit sapiẽtiõr. Vnde sequitur in cruce labor. Tertius gradus est humiliatiuus, ita quod non est aliquis ita superbus, qui si incarceration non humilietur, & si sit homo diabolicus, & si pater habet filium superbum & inobedientem, qui sit saltem decem annorum, si carcerabit eum, humiliabitur. Et nõ solum facit malos bonos, sed bonos efficit meliores. Et nota quod virtutes sunt periculosæ, nisi sint cũ humilitate, quia faciunt cum virtute superbiam, & virtuosum superbium. Vnde cum tribulationes crescunt, virtutes augentur. Vnde Paulus. Ne extollam me, datus est mihi stimulus carnis, qui me colaphizat, non consentiendo tamen, sed contradicẽdo. Ideo nota quod nullus fuit, nec est ita sanctus, qui non habuerit, & habeat appensum aliquod sonalium, sicut falcones, ne perdatur. Sonalium intellige defectum, & tales defectus tenent eos in humilitate depressos, & multoties permittit Deus tales cadere, ut fiat magis humiles. Quartus gradus est probatiuus, sicut in Hispania dicitur, quod matres expoliant filios suos nudos, & ponunt in niue, & dicunt quod probant eos in tenera ætate, ut sint fortiores, ita Deus probat suos in tentationibus, & multoties accidit, sicut cum aliquando quis iacet se quod est bonus gloriosus, & alius ait contrarium, & ille dicit: Alla proua, & giostrando pro minimo cõtu cadit. Ita accidit aliquando quod vnus seruus Dei præsumit se posse resistere & ad minimam tentationem cadit, & sic probatur & fit melior. Vnde Ecclesiasti. Vasa figuli probat fornax. Et alibi tanquam aurum in fornace probauit electos dominus. Et nota quod Deus nõ permittit tentationes animæ, quas nõ possit portare, ut ait Apostolus. Fidelis Deus qui non per-

Tertius gradus humiliatiuus.

Nota.

Exemplum.

Quartus gradus probatiuus.

mittit nos tentari supra id, quod potestis. vnde sicut vides in euangelio, diabolus quandoque fecit uenire tempestates seruis Dei, & tamen nunquã submersi sunt. Sed quando veniunt dic, si es fortis, sicut Job 1. Deus meus pone me iuxta te, & cuiusvis manus pugnet cõtra me. Et alibi, dominus mihi adiutor, & nõ timebo, sed despiciam inimicos meos, &c.

Secunda pars principalis.

Viso de quatuor gradibus deseruientibus primo statui, qui dicitur principians: nunc uideamus de secundo statu, quod dicitur saluificans, & iste status habet alios quatuor gradus. Primus est satis factiuus. Secundus est consolatiuus. Tertius est delectatiuus. Quartus est conseruatiuus.

Primo igitur gradus est satisfactiuus, vel solutiuus peccatores puniendo in hoc mundo, ut saluentur in alio, quia nullus est tam iustus qui saltem peccata uenialia non habeat. Nam omnis homo mendax. Vnde Deus postquam uiuificauit humiliauit, & probauit, te in secundum statum reducendo, reducit te in secundum statum in quo primo persoluit tibi dicens: Redde rationẽ uillicationis tuæ. Amasti filium plus quam me, faciam illum mori, amasti uxorem propter carnaliam plus me, priuabo te illa. & isto modo priuat te in hoc mundo, ut puniaris in isto, & præmieris in alio, & te fortificat hoc modo. Secundus gradus est consolatiuus. vnde si tu es ualens agonista, tu dices cum Dauid, Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meã, quia post tristitiam dedisti gaudia, iuxta illud benedicti Iesu, qui ait, Tristitia uestra conuertetur in gaudium: & gaudium uestrum nemo tollet à uobis: sicut Apostoli, de quibus dicitur, Ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habitati sunt pro nomine domini Iesu contumeliam pati. Tertius gradus est delectatiuus. Vnde Laurentio dulces uidebantur carbones. Et Stephano saxa, de quo dicit. Lapidis torrentis illi dulces fuerunt, quia uidebat aras paradisi, dum ait: Ecce uideo cœlos apertos. Quartus gradus est conseruatiuus, quia illa spes uitæ æternæ conseruat eos in pœnis. Vnde Iacoponus.

Multo se pno guardagnare, Chis iapessa lo guardare. quali dicat.

Quando tribulaberis facias sicut asinus, quod Ex p̄p̄.

A nunquam cadit, ubi alias cecidit, & hoc est propter uerbera & clamores quæ ibi habuit, ut leuaret: Ita tu si addiscis ubi cecidisti, & propter illud habuisti aliquam aduersitatem, cauebis magis tibi ne cadas iterum ibi, & vitabis causas, & te recurrere ad adiutorium Dei auxiliaberis à Deo, & à te. Vnde Gregorius super Psalmo, Proba me domine & tenta me, ait: Si nesciuisset sibi cauere à tentationibus, posuisset se in magno periculo. sed subiungit, Domine complectere me, quia potero colere gratias tuas. Nota ergo hic, quod à principio mundi Lucifer fuit creatus cum multis gratijs, & nesciuit custodire illas. Adam etiam subito perdidit gratias suas. Salomon sapientissimus & plenus gratijs perdidit suas. Petrus primus Apostolorum negando Christum, perdidit gratias suas. Quare hoc? Quia istæ tantæ gratiæ fuerunt gratis datæ, & acquisitæ sine labore. Et si acquisuissent illas cum labore, non ita de facili perdidissent, quia tenuissent illas cum maiori diligentia. Vnde Adam postquam cecidit semel, nunquam amplius cecidit, ita quod plus acquisiuit ruendo, quam si non cecidisset. Vnde Dauid fugiendo filium & equitando per unam viam, vnus rusticus proiecit terram in faciem sibi, propter quod familiares sui voluerunt illum interficere, & Dauid dixit: Dimittatis, quia dominus permisit hoc propter mea peccata, quia sic mihi soluit de peccatis meis. Ita vides etiam in filijs usurariorum communiter, qui consumunt usuras patris, quia nesciunt cum quanto labore, acquirantur: quia si scirent labores acquirendi, melius conseruarent acquisita, quia nihil facit ita conseruare gratiam, sicut aduersitas.

Tertia pars principalis.

D Sequitur tertius status humanæ naturæ, qui dicitur beatificans, cui deseruiunt alij quatuor gradus subsequentes, qui sunt. Primus manifestatiuus. Secundus præmiatiuus. Tertius triumphatiuus. Quartus coronatiuus. Primus ergo manifestat stabilitatem animæ, quia quæ ascendit octo gradus post de illis gradibus ascendit ad alium, in quo manifestatur, ut uita eius sit exemplum alijs. Vnde Dominus in Luca ait: Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut uideant bona opera uestra. Et nota tria exempla animæ existentis in isto gradu. Primum est patientia, secundum est paupertas, tertium est hu-

militas, quæ tres uirtutes vigent in eo qui uenit ad istum gradum, & tunc ista exempla in illa anima existentia, sunt exempla alijs & edificant proximum in illis uirtutibus; nam patientia demonstrat hominem in tribulationibus, & ista uirtus reducit ad animam & corpus. Vnde Dauid habuit tribulationem ut edificaret proximum in exemplo patientiæ suæ. Paulus ad Heb. 10. Patientia uobis necessaria est. Sic patientia Tobiae, & Iob, & aliorum multorum. Sic & paupertas in contemptu diuitiarum multarum. Vnde Paulus, Nihil habètes & omnia possidentes. & alibi, Omnia arbitror ut stercorea, ut Christum lucrifaciam. Humilitas manifestatur quo ad animam scilicet in orando, confitendo, & alias uirtutes humilitatis animæ operando, nunc præmiantur maxime honore & dignitate facti socij Dei, de quibus ait Dominus, ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt. sunt etiam amici Dei, de quibus in euangelio Iesus: Vos amici mei estis, si feceritis, quæ præcipio uobis. Imo & filij, quia ut ait Ioan. 1. Quot quot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Sicut fecit dominus Abrahe, quem dominus fatigauit & postea dedit illi gratiam. Psalm. Eripiam eum & glorificabo eum. Tertius gradus est triumphatiuus, quia quando Angelus perditionis uidet se superatum per unum hominem carneum, cuius natura est ita fragilis cum tot uirtutibus paupertatis, patientiæ, humilitatis, resistendo eius tentationibus, & superbiæ considerans quod propter superbiam suam fuit eiectus de caelo, & quod homo suis uirtutibus humiliatus meruit coronam gratiæ & triumphum, remanet confusus, ac si unus miles captus esset ab una muliercula. Vnde Christus semper uoluit de damone triumphare per medium alicuius uilis & abiecti hominis, sicut fuit sanctus Franciscus, qui erat vnus homuncio & dicebat: Deus elegit me, qui sum maior peccator mundi & abiectus homuncio, ut in me confundatur diabolus in uirtute Dei. sic etiam confusus fuit per multas uirgines, & per rudes Apostolos, qui subiugauerunt Imperatores, Reges, & totum mundum, quia in omnem terram exiit sonus eorum. Similiter & ordo sancti Francisci à principio fuit

A fuit fundatus per rudes homines, & modo est auctus undique, & pullat cum embalibus bene sonantibus. Vnde magna est confusio diaboli, confundi à paruulis. Vnde Iob Ancillæ meæ alligabo eum, scilicet diabolum, cum anima mea in seruitutem ligabo, Ideo nota quod cæteris paribus, quanto plures labores habes, tanto plus meriti expectas. Quartus gradus est coronatiuus. Decet enim quod qui valenter certauit de inimico triumphans, coronam uictoriæ reportet. Vnde Iacobus in prima canonica. Beatus uir, qui fuffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam uitæ. Et Paulus ait, Non coronabitur, nisi qui legitime certauerit. Qui ergo uult coronam, oportet quod pugnet & triumphet de hoste. Nec potest quisquam sine hoste pugnare, ergo labores sunt causa præmij, & mercedis. Igitur persuade tibi, quod si debbis intrare uitam æternam, oportebit intrare per multas angustias & tribulationes, ita quod nauis animæ tuæ in medio mari conquassetur fluctibus. Modo ad euangelium redeundo dicamus, Cum sero esset factum, erat nauis in medio mari, & Iesus solus in terra. In hoc ergo euangelio summarie possunt notari sex. Primo temporis qualitas, Secundo maris transitus mediætas. Tertio Christi singularitas. Quarto eiusdem Christi pietas. Quinto laboris difficultas. Sexto huius laboris causa efficax. Primo ergo dicit, iam factum sero, & bene sero, quia in infelici humana natura, quam Deus sua bonitate in plena luce creauerat perfectæ rationis & intelligentiæ, superueniente peccato oculos à uera luce diuertit, & se cutæ sunt tenebræ interiores, quarum signum est corporalis passio, & metælis ignorantia qua cæcamur. Vnde Psalm. Confusio faciei meæ operuit me. Secundo per mare mundum intellige, qui mari comparatur, quia mundus quasi mare amarus est animæ, propter mala culparum & poenæ obuenturæ propter illas. Fluit etiam & refluit mare, per quod notatur fortuna, quæ instabiles homines nunc ante, nunc retro prouehit. Item non est solidum, sed liquidum, & non sustinens, sed demergens, quia nihil solidum aut duraturum est in seculo, sed qui in illo delectatur demergitur in altitudine maris, & tempestas demersit me. Tertio cum ait, Iesus solus in terra, notat singularitatem Christi multipliciter, quia Christus in quantum Deus, solus est, quia

scribitur, ego solus sum Deus, & non est alius præter me. & Apostolus ait, Soli Deo honor & gloria. In quantum redemptor & reparator mundi, solus est, ut ait per Psalmistam. Singulariter sum ego, donec transcam. In quantum Deus & homo, solus fuit, quia unigenitus Dei filius suæ diuinitatis uolens nos esse participes, factus est homo solus in terra, quia ipse solus in solido loco, cæteri enim homines agitantur à fluctibus tentationum, ipse uero etiam moriturus stetit in soliditate mentis. Vnde Ioan. 16. Venit hora, ut dispergamini in propria, & me solum relinquetis. Quarto cum ait, & uident eos laborantes in remigio. Videre etenim Dei est misericorditer super creaturas suas respicere. Cum enim uideret Iesus oculis æternitatis suæ humanum genus defatigatum, & laxatum in transgressione protoparentis, tanta misericordia motus est, ut nostra mortalitate uestitus pro nobis pati & mori uoluerit. Vnde Psalm. Vides, quoniam tu laborem & dolorem consideras. Quinto cum ait, laborantes in remigio, ponit difficultatem laboris. Non solum enim homini labor est in terra, iuxta maledictionem illi datam in Genesis, In laboribus comedes, sed & in mari, quod est dicere, quod homo in terra laborat propter necessitates & ægritudines corporales: In mari propter tentationes mentales et spirituales. Vnde illud Iob 5. Homo ad laborem nascitur. Sexto cum ait, erat enim uentus contrarius illis, ponit causam efficacis laboris. Vnde Adamantius super Iosue ait: Peccatori omnis creatura hostis est, iusto autem seruiunt omnia. Sicut videmus in curijs Principum, quia si vnus uenit in indignationem Principis, omnes aduersantur ei, et si sit vnus gratus Principi, omnes diligunt et uerentur eum. Per uentum enim contrarium intellige triplicem tentationem carnis, mundi, et diaboli, quibus nauis humanæ naturæ agitur, sed Deus bonitate et misericordia sua imperat mari et cessat quassatio, qua cessante effluimus diuini gloria sua. Ad quam, &c.

A DOMINICA PRIMA
in Quadragesima.

Incipit prima ala nostri Seraphini, quæ vocatur Amor mobilis, qui Amor mobilis diuiditur in septem flammæ incendij amoris, quæ sunt Amor radiosus, Amor timorofus, Amor dubiosus, Amor miraculosus, Amor uigorofus, Amor gaudiosus, Amor gratiosus.

Sermo V.



Non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo, quod procedit de ore Dei. Matth. 4.

Quoniam ista Dominica habemus tractare de prima ala nostri Seraphini, quam appellamus mobilem, volentes ipsam diuisam in septem pennas, prosequi in septem ferijs præsentis hebdomadæ, incipiemus à prima penna alæ amoris mobilis, quæ penna dicitur amor radiosus, qui elicitur ex euangelio dicto, Non in solo pane uiuit homo. In quo sacro eloquio faciamus tres contemplationes.

C Primo obiectum radiosum, in quo speculatur intellectus. Secundo oppositum uitiosum, in quo orbatu intellectus. Tertio subiectum amorofum, in quo uiuit intellectus.

Primo igitur anima uiuens de omni uerbo, quod procedit de ore Dei, habet intellectum, per quem intelligit bonum & malum, iustum & iniustum, pulchrum & turpe, uirtutes & uitia, & oportet quod ista anima uiuat de eo, quod est sibi conforme: quia sicut corpus uiuit & nutritur de quatuor elementis & rebus elementatis, quæ sunt cibis conformis ipsi corpori, quæ sunt corporalia: sic anima uiuit de spiritualibus, quæ consistunt in uoluntate, affectu, & delectatione,

D & memoria, scilicet in cognitione ueritatis, & delectatione diuinæ bonitatis, & potentia bonarum operationum, quibus pacisci possit & nutrir, ita quod anima non uiuit de pane, sed de uerbo Dei. Cum enim homo consistat ex corpore & anima, duplici cibo illi opus est, pane scilicet materiali pro cibo corporis, & pane spirituali scilicet uerbo Dei pro cibo animæ. Et ideo Christus singula singulis attribuendo ait, non in solo pane uiuit homo, sed de omni uerbo, quod procedit de ore Dei, qui est dulcis & spiritualis gustui animæ. Vnde sicut uolunt Philosophi: sicut omnes more-

rentur, si una die sola cessaret sol facere cursum suum, qui habet splendorem, calorem, & vigorem; Ita si uerbum Dei deficeret, quod est sol anime, scilicet quod uerbum Dei non prædicaretur, & non communicaretur animabus, ut possent incitari & illuminari splendore ueritatis, & calefieri in ardore illius sumendo dulcorem cibi spiritualis procedentis de uerbo prædicatorum, quod procedit de ore Dei, omnes spiritualiter morerentur, quia non cognoscerent Deum, & non cognoscendo non amarent, & non amando non timerent, & non timendo nostra natura fragilis & decliua ad malum, cito moreretur. Ideo oportet quod ipsa uiuat de uerbo Dei. Vnde in Apocalypsi, Apertum est sigillum septimum, & factum est silentium in caelo, quasi media hora, quæ hora erit in fine sæculi, quando ueniet Antichristus, quia tunc cessabunt omnia sacrificia, nec dicentur Missæ, nec Prædicationes, & fiet silentium in caelo, quia nulla fiet mentio amplius de Christo, sed omnes clamabunt, uiuat Antichristus, & amplius non coletur fides Christi, & hoc paruo tempore durabit, ideo dicit quasi media hora, quia nisi dies illi abbreviati forent, non fieret salua omnis caro. Et ecce subito ueniet Christus, & Antichristus silebit: ad instantantum, qui diuiduntur in duos choros, quia vnus chorus cantat, & alius tacet: & finito uersu primi chori, subito alter incipit cantare: Ita erit tunc, quasi media hora, sicut hodie fit, quando est vnus bonus & ualens prædicator, omnes dicunt, *Alla predica, alla predica.* Vnde ubi non prædicatur & cessat uerbum Dei, ibi non est cognitio de Deo. Et ubi plus prædicatur uerbum Dei, ibi est maior cognitio de Deo, & plus timetur & colitur. Et accidit de hoc sicut de Sole, qui plus feruet in estate quam in hyeme, quia in estate habet maiorem vigorem quam in hyeme. Ita amor Dei magis calet in habentibus cognitionem Dei, quam in non habentibus. Vnde redeamus ad primum propositum.

Prima pars principalis.

Primo ergo anima habet obiectum radiosum, in quo speculatur: scilicet splendorem solis iustitiæ, qui sol diuiditur in nouem radios, quorum tres pertinent ad illuminationem intellectus, alij tres ad ueritatis demonstrationem, alij autem tres ad discretionis instructionem, qui sunt hi.

Primus.

A Primus est mentis irradiatiuus. Secundus est demonstratiuus. Tertius est declaratiuus. Quartus est discretiuius. Quintus est delectatiuus. Sextus est inflammatiuius. Septimus est contractiuius. Octauus est defensiuius. Nonus est fructificatiuus.

Primo ergo est mentis irradiatiuus, & hoc ad instar lucis, quæ tria operatur. Primo fugat tenebras. Secundo ostendit uiam. Tertio si errasses in tenebris superueniente luce ostendit uiam. Fugat primo tenebras ignorantie & homo fit sapiens, & luminoso, quia diabolus nullum habet maiorem amicum quam ignorantiam, quæ obscurat intellectum, ne possit cernere lumen ueritatis, luminis uerbi Dei, & sic e contra nullum habet maiorem inimicum quam intelligentiam. Item ostendit uiam, quia audiendo prædicationes anima illuminatur & illuminata uidet uiam ueritatis. Itē si perdidisset uiam, quod anima esset lapsa in peccatis dimittendo bonam uiam & uenisset in obscuritatem uitiorum, uenit in discretionem cognoscendi bonam uiam à mala. Irradiat ergo uerbum Dei mentem.

B Vnde Dauid, Lucerna pedibus meis, uerbum tuum. Nam sicut si uadis de nocte, ce spitas & præcipitatis; ita facit ignorantia in puncto mortis, te præcipitat in infernum, quia ignorans ignorabitur, quia ex quo non uixisti in lumine ueritatis in uita, dignum est quod in puncto mortis uadas cum cæcitate, in qua uixisti. Vnde oportet te habere duos oculos, fidem, & cognitionem Dei. Vnde uidi aliquas mulierculas habere tantum lumen propter continuitatem prædicationum quod inuenerunt gratiam perficietam tuam naturam, quia melius intelligunt quam vnus bonus prædicator.

C Secundus radius est demonstratiuus, quia tibi demonstrat cognoscere bonum à malo, sicut stella Diana, quæ monstrat uiam nautis, per quam cognoscunt si bene vadunt, uel non. Ita uerbum Dei potest dici ista stella, qua uidemus, si sumus boni, uel mali, & si tenemus uitam bonam, uel malam, unde isti qui ut solliciti potius ire ad forū, quam ad prædicationem, errauerunt in solitudine, & uiam ciuitatis habitaculi non inueniunt. Assimilatur enim uerbum Dei speculo, in quo uides tuam turpitudinem & deformitatem: & si habes aliquam tincturam in facie, illam uides & cognoscis, & sic te lauas. Ita est uerbum Dei, per quod uides tua peccata, & potes illa cognita lauare per confessionem & pœnitentiam.

D Tercius est declaratiuus, quia declarat uiam ueritatis. Ita quod si quis non cognoscit uiam ueritatis, non potest saluari. Vnde Dauid, Ab occultis meis munda me domine. Videbat enim se ignorantem & cæcum, & ideo quærebat declarari de defectibus suis & mundari. Vnde Propheta, Lex Domini immaculata cœuertens animas. Lex enim domini, est uerbum Dei, quo declaratur homo in erroribus suis, & cum homo est declaratus, tunc quia cognoscit uitium quod illi obiectum fuerat, illud abominatur, & abominando uitium, amplectitur eius contrarium, quod est uirtus, & subsequenter in Deum intuetur, & amat, & timet eum. Quartus radius est discretiuius, quia quando conscientia est illuminata & declarata uerbo Dei, discernit in omnibus operibus suis. Vñ Paulus. Uiuus est sermo Dei efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. Vnde uerbum Dei est incisuum, & est gladius transiens cor, & facit te discernere & uidere quod percantatio, quam tu mulier fecisti bona intentione, fuit mala, & fuit peccatum, & sic de reliquis, qui non cognoscunt, nec discernunt malum à bono, nec bonum a malo, contra quos Propheta, Vt qui dicitis bonum malum, & malum bonum. Vnde adueniente hoc radio fit discretio. Quintus radius est delectatiuus per experientiam, quia multi tantum delectantur in audiendo uerbum Dei, quod dimitterent audire omnia instrumenta mundi, & cantilenas, & melodias. Vnde experientia diuinorum inducit gaudia. Vnde Psalm. Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi. Vnde nota, quod quando homo non potest audire uerbum Dei, est signum quod est prope mortem, ad instar illius, qui nihil boni potest comedere, & perdit appetitum. Sed quando aliquis est bene sanus, habet bonum appetitum & bene comedit. Vnde ut conserues bonum stomachum, oportet comedere, quia tunc bene disponitur tota natura. Sic in audiendo uerbum Dei disponitur mens & acuitur appetitus, & si diu stas, quod non audias uerbum diuinum, mens hebetatur & perditur gustus diuini uerbi. Vnde nota, quod uerbum Dei equiparatur homini, cui alligatur esca, ut capiat pisces. Ita uerbum Dei est hamus, quo capiuntur homines, &

Psalm. Declaratio sermonum tuorum illuminat. Ita quod te speculando in eo sis uirtuosus & nunquam te fastidit, sed omni die magis te consolatur. Tertius radius est declaratiuus nostræ uoluntatis, quia multoties homo ignorat se habere peccatum mortale, & tamen est in peccato. Vnde Dauid dicebat, Ab occultis meis munda me domine. Videbat enim se ignorantem & cæcum, & ideo quærebat declarari de defectibus suis & mundari. Vnde Propheta, Lex Domini immaculata cœuertens animas. Lex enim domini, est uerbum Dei, quo declaratur homo in erroribus suis, & cum homo est declaratus, tunc quia cognoscit uitium quod illi obiectum fuerat, illud abominatur, & abominando uitium, amplectitur eius contrarium, quod est uirtus, & subsequenter in Deum intuetur, & amat, & timet eum. Quartus radius est discretiuius, quia quando conscientia est illuminata & declarata uerbo Dei, discernit in omnibus operibus suis. Vñ Paulus. Uiuus est sermo Dei efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. Vnde uerbum Dei est incisuum, & est gladius transiens cor, & facit te discernere & uidere quod percantatio, quam tu mulier fecisti bona intentione, fuit mala, & fuit peccatum, & sic de reliquis, qui non cognoscunt, nec discernunt malum à bono, nec bonum a malo, contra quos Propheta, Vt qui dicitis bonum malum, & malum bonum. Vnde adueniente hoc radio fit discretio. Quintus radius est delectatiuus per experientiam, quia multi tantum delectantur in audiendo uerbum Dei, quod dimitterent audire omnia instrumenta mundi, & cantilenas, & melodias. Vnde experientia diuinorum inducit gaudia. Vnde Psalm. Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi. Vnde nota, quod quando homo non potest audire uerbum Dei, est signum quod est prope mortem, ad instar illius, qui nihil boni potest comedere, & perdit appetitum. Sed quando aliquis est bene sanus, habet bonum appetitum & bene comedit. Vnde ut conserues bonum stomachum, oportet comedere, quia tunc bene disponitur tota natura. Sic in audiendo uerbum Dei disponitur mens & acuitur appetitus, & si diu stas, quod non audias uerbum diuinum, mens hebetatur & perditur gustus diuini uerbi. Vnde nota, quod uerbum Dei equiparatur homini, cui alligatur esca, ut capiat pisces. Ita uerbum Dei est hamus, quo capiuntur homines, &

Nota Exeplū qui nō potest audire uerbum Dei.

Exeplū.

A & alliciuntur ad amorem Dei. Vnde Christus Apostolis, quos prædestinavit prædicatores, ait: Faciam vos piscatores hominū, quia audientes dulce Dei verbum, capiuntur ab illa esca. Sextus radius est inflammatus, quia anima delectata in verbo Dei, inflammatur & ignitur. Vnde quādo Deus dedit verba legis Moyse, apparuit in forma ignis. Et quando misit sanctum Spiritum super Apostolos, venit cum flamma & fragore ignis in forma linguarum, quæ signat quod prædicatores debent ex impetu in lingua bicipiti, infocata ex igne cordis prædicare verbum Dei, & sic facit accendere animam intelligentē. Ideo misit Christus ignem in terra, ut cum lingua ignea prædicaret. Vnde ait: Veni mittere ignem in terra, & quid volo, nisi ut ardeat? Non solum dixit de se, sed etiam de omnibus alijs prædicantibus, qui charitatem non solum in se retinent, sed etiam cum alijs communicant. Non enim vos estis, qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Vnde scribitur de Elia: Surrexit Elias & verbum illius tanquam facula ardebat. Similiter discipulis euntibus in Emaus cor eorum inflammabatur audiendo verba Christi, licet non cognoscerent eum. Vnde dixerūt: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, cum loqueretur. Ita quod verbum Dei inflammabat: Septimus radius est confractus, quia aīa quantumcūque dura, si audit prædicationem confringit, quia nunquā vidi hominem tam infrigidatum, & induratum, qui si audit prædicationem non confringatur: quia audiendo intelligunt, & vident peccata, & periculum quod incurrunt in animam, & sic emendantur præ timore. Vnde Iere. 23. Nunquid nō verba mea sunt quasi ignis ardens; & quasi malleus conterens petram? quasi dicat sic. Ideo Ieremias admirans verbum Dei dicebat. Contritum est cor meum in medio ventris mei, & contremuerūt omnia ossa mea. Factus sum quasi vir ebrius, & quasi homo madidus vino à facie Domini, & à facie sanctorum verborum eius. Octauus radius est defensus, quia defendit à peccatis. Vnde si virgo, vel nupta audit verbum Dei, addiscet prudentiam serpentis, & puritatem columbæ, & fraudes hominum, & sciet suam pudicitiam & virginitatem custodire, quia si non audis verbum Dei, non cognoscis astutiam diaboli, & non cognoscendo pericula, nescis vitare, & maxime iuenculæ inexpertæ, & ideo antiquæ debent ducere iuenculas ad

prædicationes, ut audientes verbum Dei discant se defendere. Vnde ad Ephes. 6. Extinguuntur omnia tela ignea nequissimi. Vnde & Psalm. Si populus meus audisset me, Israel si in vijs meis ambulasset, pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem & super tribulantes eos misissem manum meam. Ita quod verbum Dei facit te ita expertum, ut scias te defendere: quia sicut Leo fugit ignem, sic diabolus qui est tanquam Leo rugiens, fugit ignitum verbum Dei: Nōnus & vltimus est fructificatiuus. Vnde in Euangelio: Semen est verbum Dei, & exijt qui seminavit, seminare semen suum. sicut alibi dictum est, & hoc verbū est quod fructificat in anima, ita quod facit eam gaudere in hoc mundo & in alio.

Secunda pars principalis.

Sequitur videre de opposito animæ vitioso, quod est totum tenebrosum & obscurum & plenum malitia pro his, qui nolunt audire verbum Dei. Vnde nota quod septem sunt genera hominum, qui male libenter audiunt prædicationes, nec patiuntur prædicatores. Primi in memorati. Secundi tepidi. Tertij inuoluptati. Quarti absurdi. Quinti curiosi. Sexti fastiditi. Septimi indemoniati.

Primi igitur sunt in memorati, & isti sunt qui audiunt verbum Dei, sed intrat per unā aurem, & exit per aliam, & cum sunt dormientes obliuati, & vellent facere quod audiuerunt & non recordantur, & non recordando nesciunt, & nesciendo non operantur. Et scias quod ista in memoratio tripliciter accidit. Quandoque per sensum, & hoc accidit hominibus qui bestialiter vixerunt, non ponentes curam ad aliquam virtutem, nec curantes de aliquo bono, qui propter malum usum non curauerunt unquam audire verbum Dei, & sunt ita deprauati in suo malo vsu viuendi, quod nihil boni capere possunt, aut recordari. Quandoque procedit à natura, quia naturaliter habebit homo malā memoriā. Et tales oportet esse assiduos, & sollicitare, & continuare, quia sæpe vsus couertitur in naturam. Quandoque procedit à diabolo, & ista est peruersissima obliuio, quia diabolus possedit illam animam, & facit illam obliuisci, & Dei, & sui ipsius. Vnde in talibus volucres cæli comedunt semen feminatum. i. vagæ & instabiles tentationes diaboli. Et ideo qui non vult esse in memoratus, debet verbum Dei quod audiuit, mēte rumi-

A ruminare, quia in lege veteri Deus nolēbat sibi sacrificari, nisi ruminantia. Oportet. n. quod faciat sicut solliciti prædones, non sicut somnolēti siccarij, quia segnes dimittūt trā sive mercatores & nesciūt de thesauris suis aliquid eripere. Solliciti autē neminē trā sive permittunt quin illi aliqd iocale arripiant. Vos ergo neminē prædicatōrē permittatis transire, quin ei aliquid auferatis: quia si de omni prædicatione, quam auditis, sumatis tantū duo notabilia, in fine multarū prædicationum eritis diuites facti. Secundi sunt tepidi, & isti audiunt & tenent menti, sed tamen nihil faciunt, sed pur habent meliorem conditionem quā in memorati. & isti non deserant prædicationes, quia

Gutta cœuat lapidem non vi, sed sæpe cadendo. vnde in talibus semper verbū Dei natū aruit, quia nō habebat humorē. s. deuotionē & feruorē operādi bonū. Vnde de talibus ait Dauid: Fiant sicut fenam tectorū, quod priusquē euellat exaruit, & isti audiendo prædicationes, cū occurrit eis aliqua tētatio subito recedunt, quia nō habēt fundamentū. Tertij sunt inuoluptati, & isti sunt, qui audiunt, sciunt, & volūt facere, sed sunt ita intricati quod non pnt operari, quia impossibile est Deo seruire & mundo, & rursus in mundo sic accidit, quod quisonerant se multis, & diuersis factionibus, nullā bene facit, quia

Pluribus inueniunt minor est ad singulos sensus. Isti igitur, qui volūt esse inuoluptati in mundo, & facere seruitiū Dei, serunt inter spinas sine fructu, iuxta illud Iere. 4. Nolite serere inter spinas, quia nō facient fructum. Quarti sunt surdi: pp auaritiā nolunt ire ad prædicationes, quia similes sunt aspidi surdæ, de qua Psalm. Sicut aspides surdæ obturantes aureas suas. Nolite quæso, o auari sic facere. Possibile. n. est, quod in puncto mortis recordaberis de aliquo verbo audito in prædicatione, quo saluaberis, & audiendo refers audita filijs vel amicis, qui a te poterunt capere fructum. Sicut vnus vsurarius, qui pp relata sibi de his, quæ dicta fuerunt in vna prædicatione, restituit quinque milia ducatos. Vnde Ieremias ait: Audite cœli, audiat terra verba oris mei. s. quæ prædicatōr non ex ore proprio, sed ex ore Dei loquitur. Audiendo. n. verbum Dei, si tu es valēs, efficieris valētior. Si tu es bonus, sis melior, & terra, & hoies terreni, sunt spirituales. Quinti sunt curiosi, quorū aliqui sunt prædicantes, aliqui audientes prædicantes, qui potius prædicant ut sciātur, quam ut sciāt, & magis ad pompā sui, quā ad fructū ani-

marū, allegātes subtilitates philosophicas, & poemata & similia, & postponunt theologiam, quæ est scientiarum m̄. s. regina, quæ oēs aliæ scientiæ sunt sibi subordinatæ, & sunt suæ pedissequæ, et nō est cōueniens quod ancillæ melius tractentur quā regina. vnde si tu præponeres famulas reginæ, ipsa flet, & doleret, vidēs quod oportet ipsam seruire suis famulabus. vnde si tu prædicās ad pompā, & frequentas allegationes poetarū & similiū plusquā sacra scripturæ tu es curiosus prædicatōr, & abuteris theologia. Non dico tñ, quod sit prohibitum aut allegare, aut discere. ista talia, imō concessum est scire alias scientias pp theologiam. Alia curiositas est respectu auditorū, quia audientes prædicationes non debent apicere ad illud quod prædicatores faciunt, sed ad id quod dicunt. vnde fm opera eorum. s. mala, noli te facere. Isti tales, quā vident aliquem inflatum in pulpito & curiosè prædicantem, dicunt, iste debet esse valēs: & si est vnus humilis male indutus & mordax peccatorū, dicunt oppositum, quod non est sciendum. Nam multotiens in turpi & vili sacco vidi stare de bono tritico, & in pulchro sacco, de malo grano. Sunt etiam aliqui curiosi, qui audiunt solum cum oculis, quia ad actus prædicatōris, non ad sententiam verborum attendunt. Sexti sunt fastiditi. Et isti dicunt, Quid tantum prædicare, aut audire tot prædicationes? Bene scio, quid habeam agere: Christus dixit, Non facias alijs quod nō vis tibi fieri, & alia similia, & omnes prædicationes includuntur in hoc solo verbo, & stabo omni die ad istud fastidium & perdam tempus? Hi pessime cogitant, quia in prædicationibus multa vltra hoc addiscūt: Nam prædicatōr nō prædicat ut audiatur solum, sed ut audientes operentur. Sed hodie prædicatores possunt dicere, Ego vox clamantis in deserto. Septimi sunt indemoniati, qui cum audiunt prædicare de aliquo vitio, in quo sint inuoluti, torquent musum, ac si feteret sibi. Sicut si esset aliqua fœmina luxuriosa, quæ esset in broda carnalitatis vsque ad oculos, & audiendo de luxuria ostenderet signis oris & vultus stringēdo os & spatulas, ac si abhorreret illud vitium. & iste personæ sunt sicut illæ, quæ stando in fœce, vsq; ad nases, non sentiunt fetorem, & si essent longe a fœce & audirēt loqui de fœce, ostenderēt se schifas ad instar illius domine, cui villicus portauit chalatū de pulchris cerasis. Ista videns cerasa ingluuie capta, subito intrauit cameram,

A ram, & tantam habebat voluntatē comedē di, q̄ fuit oblita claudere camerā, & incōpit comedere de cerasis, sicut vna lupa: & nō sōlū cerasa, sed & ossa cum oibus, & dū fuit plena cerasis, maritus veniens sedet ad pradium & p̄sentata fuerunt sibi cerasa, q̄ sup̄fuerāt, & vxor incipit accipere vnicum cerasum, & respiciēs dicit, villice mundant ista cerasa? Qualiter comeditis vos illas i villa? Et villicus r̄ndit: Nos comedimus ipsam in villa, sicut vos paulo ante vorabatis in camera, & remāsit confusa. Ita ista personā indemoniatā audiētēs de peccatis suis q̄nque vadunt dicēdo, q̄ p̄dicator docet vitia si nescirent, vel dicūt malum de eo, & non cōquerunt de suo vitio, sed de alieno. Aliq̄ dicunt q̄ ipse dixerit de tali vitio, in quo talis est, cū ipse in eo sit vsq; ad mentū. vñ si audis aliq̄d vitii, in quo tu sis, audi & corrige te. Alij audiunt, vt detrahāt & peruertant verba, q̄ audiuerunt, & isti sunt similes canibus habētibus duos pedes, qui portāt tm̄ ossa. Et nota q̄ est d̄tia inter d̄monē; & diabolum, quia d̄mon interpretat̄ ferens, & diabolum interpretat̄ deuorator, a Dia, q̄d est duo, & bolus quasi faciens duos bolos de hoīe, scilicet & corporis, & est p̄ditor. Vnde si esset aliquis, qui esset valēs, & esset proditor, si diceret sibi, Tu es valēs homo, certe non irasceretur, quia sonaret in bonum. Sed si diceret, Tu es valēs proditor, tunc irasceretur, quia sonaret in malum, & ideo isti magis dicuntur indiabolari, quam demoniaci, quia sunt proditores, & nō sciēs res. vnde quēdam demoniaci magis irascebatur p̄dicatori quando nominabat Diabolum, quam quādo nominabat Deum, quia dicebat, quod erat iniuria d̄monis appellare ipsum Diabolum, id est proditorem.

Tertia pars principalis.

Circa tertiā partē in qua dicimus de subiectu amoroso, in quo viuūt aīa, nota q̄ ad volendum portare fructū de euāgelizationibus, oportet hoīem hēre septē in se, q̄ sequunt̄, & tunc hēbit fructū. Primo p̄paratio. Secūdo deuotio. Tertio reuerētia. Quarto ruminatio. Quinto rēcta intentio. Sexto firma fides. Septimo desideriū operandi. Prima igitur est p̄paratio mētis. vnde q̄n vis ire ad p̄dicationem, tu dēs p̄parare corporalia, & postea spūalia. Primo oī die audias vnam missam, quia missa p̄parat mentē sicut terra laborata q̄n modi cū pluit, & semināt, tunc semen melius p̄parat ad nascendum. vñ corpus Christi est

verbū Dei. Et p̄dicatio est verbū Dei vestitū voce. vñ Aug. dicit, q̄ est tm̄ peccatū dimittere cadere verbū Dei, quantū dimittere cadere corpus Chri. Et hēs in decretis, q̄ multo melius est audire p̄dicare, q̄ missam, cū distinctione tm̄, quia diebus Dñicis & p̄ceptis debes missam audire, quia si nō audis missā, peccas mortaliter. vñ si nō potes audire vtrūq; audi poti⁹ missam in illis diebus: sed i alijs, qui nō sunt de p̄cepto, audi poti⁹ p̄dicationē, & q̄ ita sit audi Doctore in Rosario. Licet missa sit maioris dignitatis, tm̄ verbū Dei p̄dicatū, est maioris vtilitatis, quia missa p̄parat cōseruans lucra acqui sita in p̄dicationib; & et acquirenda, & hęc est prima. s̄ p̄paratio. Secūda est deuotio, q̄ facit verba iā audita fructificare. Cum. n. audis p̄dicatōrē, tu dēs p̄supponere, q̄ audias Deum, si tm̄ p̄dicator p̄dicet veritatē, & nō sit de illis, de quib; d̄t, ad excusandas excusationes in pcis. Nec respicias ad p̄sonā p̄dicantis. P̄dicator. n. cū videt auditores bñ dispositos ad audiendū, tunc melius p̄parat ad dicendū, & si hēs vitia aliqua q̄ non possis relaxare, vna aliqua die dabit tibi intelligentia, p̄ quā fugabis vitia illa. & similiter si vis acquirere vnā virtutē & nōn possis, illuminaberis & acquires illā, quia sub auditorio concurrunt multi, quorum aliqui vellent audire de spe, & aliqui de fide, aliqui de charitate, & cōtinuando p̄dicationes, si non audis hodie, vna alia die poteris audire, & sic de alijs. vñ semel accidit, q̄ cū p̄dicator p̄dicasset de vno pcō, quidā accessit ad eū post p̄dicationem dicēs, q̄ ille qui informauerat eū de illo, qui cōmiserat illud pc̄m, nō rectē informauerat eū, cū tm̄ p̄dicator nihil sciret de hoc factō, nec sciret de quo loquerē. Tertia est reuerentia. Debet .n. qui accedit ad p̄dicationem, ire cū maxima reuerentia: quia vbi est reuerētia in aliquo actu, ibi est maxima attentio ad oīa particularia, & sui ipsius vilipensio. Si. n. vnus magnus Princeps scribit vnā l̄ram suo populo, oēs conuocantur, & oēs p̄parat se ad audiendū cū magno desiderio sc̄dēdi, & cū magna reuerentia & cācellarius ascēdit in altū corā populo, & tollit sibi caputium cū magna reuerētia in aperiendo istā l̄ram, quia repr̄sentat personam dñi, & oēs congregati stant reuerentes & attentī cū silentio. Si igit hoc in tp̄alibus sit, quanto magis in spūalibus, cum p̄dicator sit cācellarius magni Regis æterni? Quarta est ruminatio. Quid. n. esset tm̄ audire verbū Dei, & post discessum à p̄dicatione nunquā amplius

re cor-

A recordari? Non. n. d̄t venisse qui non stetit. de istis. n. in euangelio, q̄d semen comedere volucres. Per volucres. n. intelliguntur cogitationes mundanę, q̄ instabiliter volāt & rapide, q̄n transit mundus & cōcupiscētia eius. & istę cogitationes nō permittunt hoīem ruminare, nec cogitare de his, q̄ audiuit in p̄dicatione. Ideo Dñs volebat sibi sacrificari libenter aialia ruminantia. Quinta est directā intētio. d̄t. n. hō & mulier ire ad p̄dicationē cum recta & pura intentione audiendi verbū Dei & operandi q̄d audit, & nō facere sicut aliqui fatui, & fatuę, euntes ad p̄dicationē cū fozijs, & diuisijs, & ornāmētis capillorū, & similib; cū falsa intentione non audiendi verbū Dei, sed p̄candi & balestrādi cū amafijs suis, de quib; ait Dñs: Domus mea, domus orōnis vocabitur: vos aut fecistis illā speluncā latronum. Vñ Propheta ait, q̄ ingressus est tēplum, & vidit ibi reptilia & abominatiōes pessimas. Sexta est fidelitas. Multum. n. confert, q̄ hō hēat fidem in p̄dicatore, & q̄ credat ea q̄ dicit p̄dicator esse vera, & non faciat sicut aliqui curiosi indiabolari, qui d̄t, Istud q̄ dicit p̄dicator, non apparet mihi verū, & disputabūt de his, quę nō intelligunt: & sēpe d̄t p̄dicatōrē dixisse vnū, & p̄dicator dicit cōtrariū, & sic cū suis ambagibus nolent credere verbo Dei, & credent per cantulis mulierū, & cantoribus mendaciorū, q̄ cantabunt de Rotolando, & faciēt ictus incredibiles, & nota q̄ isti tales sunt publici ifames & audire eos est pc̄m, quia tales sūt p̄dicatores diaboli, & diabolum mendax est & pater mendacij, & isti p̄dicāt mēdacia, vt alliciāt hoīes ad mēdacia, & diuertāt eos ab auditiōe p̄dicationis veritatis. Vñ d̄t, veniet t̄ps, quo sanam doctrinā non sustinebunt, & à veritate quidē auditū auertēt, ad fabulas aut cōuertentur. Septima est desiderium operandi, quia tunc ex p̄dicatione oritur fructus: Sicut legi in vita patrū de quodā exemplo dato vni, cui fuit dictū q̄ si hēret lebetē plenū panicata, tm̄ nō ponendo manū vel scopulū intus, posset illū mundare abijciendo paulatim q̄d est intus & proijciendo paulatim de aqua, & sic plures iterando & abijciendo mundaretur lebes. Sic est in p̄dicatione, quia eundo vna vice vel duabus, hō non pōt mundari à foribus pcōrum, sed si sēpe & sapius reitet, tunc mundabitur ad plenum. Nunc igitur ad euangelium redeūdo videamus tria in euangelio. Primo dicit, quō D̄mon tentat Iesum de gulositate. Secundo quō tētat

de vitio inanis glorię. Tertio quō tentat eum de vitio auaritię. Notandum igitur q̄ Christus iuit in desertū cum intellectu claro & luminoso, & cū velle feruido & vigoroso, & potenti insultu, vt tētaret a diabolo. vñ diabolus dubitās, vtrū Christus esset purus hō, an Deus humanatus per multa signa & sanctissimā eius vitam, & videns q̄ Christus iuerat in desertū post baptismum, & nō portauerat secum panē, custodit greges suos, & videns q̄ stetit 40. diebus & 40. noctib; q̄ nihil comedit, & postea esurit, cōsiderans q̄ Christus faciebat signa humana, & q̄nq; signa plusquā humana, cōsiderans et prophetias, quę loquebant̄ de futuro Iesu stabat in magno dubio: vñ deliberauit oīno tētare Iesum, & expedire se de factis suis, & transformauit se in forma humana, cū veste lōga ad instar vnus sc̄i viri, cū barba lōga, & vultu squalido, in forma vnus peregrini, & videbat totus defessus, & applicans ad Iesum cū ficta hypochrisi, ait: heus serue Dei, Salue. Audiui a sc̄is viris de lōginqua prouincia mea, q̄ natus est filius Dei. legi scripturas, reperio ipsum nasciturū de vna virgine. Vñ audiens hęc, circui multas puincias, quærendo vbi natus sit, & in nulla parte mundi potui reperire istā veritatē, nisi in ista puincia Ierusalem, vbi intellexi te fore illū, & venisti ieiunare in deserto sine pane, aut aliquo cibo, & vt scias q̄ ego sim magn⁹ seruus Dei, & q̄ habēā sp̄m prophetię, scio q̄ ieiunasti 40. diebus & noctibus. Christus aut bene armatus audit & nihil dicit. Et Diabolus p̄sequitur dicens: vñ mihi q̄ Deus parum curet de te, dimittendo te in hoc deserto tot diebus, & nunquā prouidit tibi de aliquo cibo, & scio q̄ esuris. Si ergo filius Dei es da mihi istā cōsolationem. Dic, vt lapides isti panes fiat. Et nota q̄ Diabolus nūq̄ tētat hoīem, quin portet medicinā. Vnde dicit, vñ quod Deus parum curet de te, q̄d inducit desperationem. Et Christus r̄ndet. Nō in solo pane viuūt hō. In qua r̄nsione tria facit, quia Primo r̄ndet ad propositum. Secūdo impugnat inimicū. Tertio dat nobis cautelā. vñ dicit, O diabole; hō respectu carnis fragilis viuūt de pane, sed respectu anime rationalis viuūt de oī verbo quod p̄cedit de ore Dei. Videns igitur diabolus q̄ tentatio de vitio gula parum profuit, transit ad aliā. Tentat ergo sc̄do eum de vitio inanis glorię. Tunc assumpsit eum Diabolus in sanctam ciuitatem & statuit supra pinnaculū templi. Sed qualiter assumpsit eum? dic quod cum alijs d̄mo-

A dæmonijs : quasi vellet ostendere Christo: Ecce ego habeo tantam grām Dei q̄ habeo angelos mihi seruientes. Faciā ergo te porari supra pinnaculū templi, vt non solum mihi manifestetur, sed & oī populo, & dū esset supra pinnaculū ait Diabolus: Mitte te deorsum, quia scriptū est: Angelis suis mandauit de te, vt in manibus tollant te, ne forte offendas ad lapidē pedem tuum. Et nota q̄ Diabolus in omni sua tentatione quærit malum. Christus respondit; scriptum est, non tentabis Dominum Deum tuum. dat sibi Christus vnum sponsonum, & Diabolus non perpendit. quasi dicat non debes tentare Deū tuum, quē quæris & non intel ligit: quia quod potes ingenio humano facere, non quæras facere per miracula. Sequitur. Probat igitur tertio tentare Chrm̄ de auaritia, volens Chfo persuadere q̄ erat tā sancta vita q̄ oēs thesauri erāt sibi in absco diti. Assumpsit iterū eum Diabolus in mō tem excelsum, & ostendit illi oīa regna mū di & gloriā eorū. Sed qualiter ostendit oīa regna mundi? Dic forte ad instar incantato ris, qui facit videre illusionē diabolicam in vngue, vel christallo, patā vnā ciuitatē, domos & alia multa. Ita potuit facere appare re Chfo: Subdit ergo: Hæc oīa tibi dabo, si cadens adoraueris mē. Et Chfus iterum ip sum repercutit dicens: vade retro satana. Scriptum est, Dñm Deum tuum adorabis, & illi soli seruiēs. Tūc reliquit eū diabolus. Sed quare Chfus permisit se tentari? Dic q̄ ideo, ne certificaret diabolus, q̄ esset filius Dei; q̄ si nō permisisset se tentari, diabolus fuisset certificat⁹, & nō permisisset eū occi di. Cibetur ergo aīas nras verbo Dei, vt il lammati mereamur gloriā paradisi &c.

F E R I A S E C U N D A
post j, Dominicam Quadrag.

Sermo VI.

Buni in supplicium æternum, casti aīam in vitam æternam: Matth. 25. Videndum nobis modo superest hodie de amore, qui dicitur amor timorofus, notatus in præallegato verbo, in quo tria secreta misteria nobis consideranda supersunt. Primum est de iudiciali maie state: Secundum est de iudiciali veritate. Tertium est de iudiciali æquitate. Quæ tres considerationes comprehenduntur in Psal. cū ait: Iudicabit in nationibus: Implebit rui nas, cōquassabit capita in terra multorum.

Prima pars principalis.

Circa primum secretum, scilicet de iudiciali maiestate cōtemplemur quat tuor. Primo quis venit, aut veniet. Secundo quomodo, & qualiter veniet. Tertio cum quibus veniet. Quarto quomodo in triumphali maiestate stabit. Circa primum igitur volue mentem ad considerandum, quis veniet ad iudicandum mundam. Certe filius hominis, de quo dicitur. Cum venerit filius hominis in sedē. Sed discipuli tunc dixerunt ad Iesum. Dic nobis, quando hæc erunt? Et Iesus respondit, Non est vestrum scire tempora vel momenta, id est puncta vltima. Vnde nota q̄ postquam Antichristus venerit post eius mortem durabit mundus 45. diebus. Et adde, quia tunc conuertentur omnes, iuxta illud; Nisi abbreviati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro. Sed videtur huic contradicere illud Dominicum, Cū venerit filius hominis, putas ne inueniat fidem super terram? d. Non. Quomodo ergo verificatur ista? dic q̄ filius hominis veniet, oēs, & Iudæos, & alios populos iudicare, qui erunt execcati propter eorū mala. Non. in istius modo in hoc. Veniet. n. dies Domini, sicut fur tempore quo totus mūdus erit plenus iniquitate, quia tūc in tribus sceleribus iudicabitur mundus, scilicet in scelere superbia, luxuria, & auaritia. Et Deus punitiones distribuet secundum peccata, quia ponet humilitatem contra superbiam, quia superbi humiliati tuq̄nt: Superbia. n. quia semper ascendit sursum, comprimitur per rui nam; quæ tendit deorsum, sicut in lucifero videmus, qui pp̄ superbiam suam posuit paradysum ad arma, & Michael pugnauit cum Dracone, & Draco cū eo, & Lucifer proiectus est de paradiso in profundum inferni cum angelis suis. Ecce prima superbia in altiori loco coeli coepit, & per ruinam præcipitata fuit in profundum: Contra luxuriam ponet submersiōnem, & suffocatiōnem sui ipsius. Et quoniam homines illud sanctum præceptum, quod Dñs dedit in paradiso dicēs, Crescite & multiplicamini & replete terram, nō intelligentes verterunt in luxuriam pessimam, & fetor transiuit ad nares Dei, dedit Deus pœnam delicto cor respondentem, quia qui in delectatione carnalis luxuriæ voluntariæ submerguntur, postea inuiti ligantur, & suffocantur in angustijs inordinati amoris, & zelotipia, & veniunt in tantos labores, q̄ inui dent

A dent mortuis & cognoscunt pœnas suas accoratas, & causam pœnarum & remedia quæ prodesse, & tamen non possunt se iuuare, nec sensu suo, nec posse, nec ratione, sed immeriti remanent in amaritudine dolorum suorum, donec Deus miseretur pœnæ suæ. Et sic in brodio suæ luxuriæ stāt submersi. Contra auaritiam ponit sitim: quia quanto plus auarus possidet diuitias, tanto plus possidetur ab eis, sicut ebrius q̄ quantum plus vini bibit, tanto plus possidetur a vino: quia sicut ignis est insatiabilis, sic & auaritia, quæ semper dicit, affer, affer. Vnde siuis q̄ cupiditas auaritiæ tibi extinguatur, fac sicut sit quādo extinguitur ignis, quia si ligna apposita igni subtrahuntur, deficit ignis. Ita in auaro, si diuitiæ eius subtrahantur sibi & diuidantur inter pauperes, extinguitur suus insatiabilis appetitus. Ideo Deus videns cupiditatem auaritiæ in toto mundo, in die iudicij destruet illam cum igne. Psalmus. Ignis ante ipsum præcedet & inflammabit in circuitu inimicos eius. ita q̄ Deus ardebit totum mundum, & postquam erit arsus, volent stare aliquibus diebus ante quā veniat, vt purgetur malus aer, & tunc terra erit sterilis & draco stabit super arenam maris, & erunt contra nos omnia elementa. Et non solum ignis erit ante aduentum Christi, sed in iudicio totus mūdus erit focatus, & propter diuinam potentiam congregabuntur ad inuicem tria genera ignis ad comburendum mundum. Primus erit subterraneus infernalis. Secundus erit ignis communis quo utimur. Tertius aereus & elementaris. Primus ergo ignis erit ad cruciandum eos, qui damnabunt in inferno, & ad purgandū & peccatores saluandos. Secundus ignis erit, quo consument omnia ista, quæ sunt super terram. Tertius ignis supraæreus erit subtilians ad purgandū alia elementa. In tali igitur incendio omnes erunt arsi, ita q̄ boni erunt purgati, mali autem erunt combusti in igne æterno. Et Deus mittet tubicinas per quatuor partes mundi horribiliter concinentes, Surgite mortui, venite ad iudicium. Et in vltima tuba veniet filius hominis, non ut iudicetur sicut quando venit in mundum, sed veniet in triumphali maiestate ad iudicandum omnes. Et omnes resurgent vnus ætatis, boni in melius, & mali in peius. Vnde boni per communionem animæ quæ habebit gratiam & communicabit gloriā cum corpore, erunt felicissimi, & corpora bonorum erunt immorta-

lia, & communicato corpore cum anima per gratiam & gloriā omnes erunt suo bono repleti. Et sic anima dānati, quia erit iuncta cum damnato corpore morte æternali, plena erit omni supplicio & deformitate. Vnde secundum Doctores, omnes, saluati erunt ætatis Christi. s. triginta trium annorum tam paruuli quā magni, & omnes defectus corporum erunt remoti, & erunt pulcherrimi & sine macula. In damnatis autem erit alio modo, quia facit saluatio animæ facit corpus pulchrum, ita damnatio animæ cōmunicata corpori facit corpus omnino deforme & terribile. Et qui in hoc mundo erat claudus, vel mancus, si erit de damnatis, remanebit in suo defectu. Filius hominis igitur, sicut prius venit in vilitate, sic modo veniet in maiestate. Sed nota q̄ occurrit vnus pulcher punctus euangelij, quia veniet filius hominis iudicare mundum, quando erit plenus auaritia. Auaritia enim vocatur idolatria, in cap. Auaritia, quæ est idolorum seruitus. Vnde Matth. 24. ait Dominus, cum videritis abominationem desolationis, in loco sancto. Idolū vocatur auaritia, idolum vocatur luxuria, & demum omne quod amatur plus quā Deus. Si enim plus amas filium, vel vxorē, vel vineam quā Deum, hoc est idolum. Sed hoc loco intelligimus idolum desolationis, quod erit solum in fine mundi. Nā quando Lucifer fuit præcipitatus de caelo, illud non fuit idolum desolationis, quia remanserunt multi Angeli in cœlis. Tempore diluuij non fuit idolum desolationis, quia remanserunt octo personæ viuæ. Sed tempore mūdialis destructionis vocabitur idolum desolationis, quia omnes erunt auri & habes primum, scilicet quis veniet. Nunc ergo secundo videamus, quomodo & qualiter veniet. Et aduerte, quod scribit Ioannes Apoc. 13. in quo scribit, quomodo veniet filius hominis. Vidi nubem candidā & qui sedebat super eam, similis erat filio hominis, & habebat coronam auream in capite suo & in manu sua falcem acutā. Istud ergo misterium signat quatuor cōditiones in Christo, tēpore, quomodo veniet, quia veniet purus, sapiens, dominans, & beatus. Per nubem candidam signat puritatē Christi, vnde Christus iudicaturus mundum veniet purus, sicut ascendit in cœlum. Et tunc Apostoli qui viderunt ipsum de terra ad cœlum ascendere, videntes eum similiter ad iudicandum descendere recordati eius quod dixit illis Angelus in ascensione scilicet

A licet hic Iesus qui assumptus est à vobis in cœlum, sic veniet, stabunt sicut in memorati. Veniet ergo super nubem, quæ est leuis, in qua notatur priuatio peccati, quia peccatum est grauius. Secundo dicit nubem istam candidam esse, in quo notatur sapientia Christi, de quo Salomon. Candor lucis æternæ & speculum sine macula. vel potest etiam intelligi caro Christi candida & pura ab omni macula peccati, quæ caro quasi nubes diuinitatē Christi adumbrabat. Vnde illud Prophetæ. Ecce dominus ascendet super nubem leuem, & intrabit Ægyptum.

B Hoc est dicere, quod quando dominus primo venit in Ægyptum, venit leuiter illuminando, & quando veniet iudicare, veniet in nube lucida. Sed quare lucida? quia & ipse clare omnibus apparebit & facta omnium conscientiarum detegetur apparenter & erunt lucida. Quia ut dicit in Apoc. Aperti sunt libri, & iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta erant in libris. Quod autem dicit eum sedentem, notat dominum, & quietum ac tranquillum eius iudicium, quia tanquam iudex tranquille iudicaturus sedebit. Sententia enim iudicis debet pronuciari sedendo. Veniet rursus. Sapiens, quia iudex debet esse sapiens. Et dicit similem filio hominis. Vide intellectum Spiritus sancti, quia non dicit hominem, nec dicit Deum, sed si similem filio hominis. Ad notandum quod Christus non venit sicut purus Deus, nec sicut purus homo, sed similem filio hominis multice. Nam si veniret sicut purus homo, non videret corda. i. peccata hominum, quia solus Deus scrutator est cordium. Et si veniret sicut purus Deus, peccatores possent dicere. Deus tu creasti nostram naturam humanam fragilem & plenam omni miseria subiectam omni iniquitati, & tu altitonans stas in illis celestibus ædibus, & nos in istis miseris fragilis carnis permittis immergi.

D Si habuisses experientiam carnis, & fragilitatis nostræ & sensisses pericula mundi, tu haberes misericordiam de nobis. Ideo dicit si similem filio hominis, quia in quantum Deus videt corda hominum. In quantum homo, ostendit se habuisse experientiam carnis nostræ. Vnde Paulus. Non habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris tentatum per omnia. Veniet etiam dominans in maiestate triumphali, habens in capite suo coronam auream, quod signat sapientiam humanam. Et habebit falcem in manu sua, quod signat sapientiam diuinam. Falx etenim habet duas partes vnam: quæ

tendit sursum, & aliam quæ tendit deorsum, quæ signat duo iudicia, scilicet bonorum in parte superiori, & malorum in parte inferiori, quæ iudicia cōpetunt soli Christo. 22. dist. nemo mittat falcem in messem alienam. Item per falcem notatur timor & amor. Timor in inferiori parte per damnatos: Amor in superiori per saluos. Tertio nunc videamus cum quibus veniet. Et certe; ecce dominus veniet & omnes Sancti, & Angeli eius cum eo. Venient Angeli mali cum suis damnatis. Et damnata corpora erunt ita graua & infirma, quod non poterunt per se stare nisi portentur & sublineantur à diabolo, quia vnde corpus & damnatum ponderat plus quam vnus magnus mons etiam si esset plumbeus, ita quod nisi tenerentur à diabolo, subito penetrarent in profundum. Beati autem venient per se, quia iam per gratiam beatorum corpora propter communitatem animæ communicata cum corpore veniet leuiter, quia sicut gratia animæ communicata cum ipsis beatis corporibus facit ipsa leuia, ita damnatio animæ comunicata corporibus damnatis facit ipsa graua, & quia omnis anima habuit duos Angelos in hoc seculo vnum bonum ad exercitium boni, & alium malum ad exercitium mali, quilibet diabolus habebit suam animam cum corpore & deludens portabit eam dicens, Ecce meum castronum. Et similitur boni Angeli associabunt suas animas dicentes, Ecce frater meus, & gloriantes gratias agent Deo. Et omnes boni saluati, & omnes Angeli cum beata Virgine erunt ad iudicandum mundum & præcipue Apostoli quibus ait dominus. Sedebitis & vos super duodecim sedes iudicantes, &c. Nota igitur quod ante tribunal Christi erunt quatuor genera. Primum genus erunt sancti & perfecti. Secundum genus erunt aliqui boni. Tertium genus erunt aliqui mali. Quartum erunt aliqui extra fidem existentes, & sic erunt quatuor differentie in iudicando. aliqui iudicabunt, & non iudicabuntur. & aliqui iudicabuntur & iudicabunt. & aliqui iudicabuntur & non iudicabunt, aliqui nec iudicabunt, nec iudicabuntur. Primi qui non iudicabuntur, licet iudicabunt, erunt Apostoli, quibus ait Christus. Eritis iudicantes duodecim tribus. Secundi qui iudicabuntur & iudicabunt, erunt boni, qui iudicabuntur in bonis gratiæ permanentis, & iudicabunt iustum esse Dei iudicium, de quibus in Apoc. audiuit Ioan. vocem clamantium. Iusta

A Iusta & vera sunt iudicia tua, domine. Tertij iudicabuntur, sed non iudicabunt, scilicet mali, qui iudicabuntur ad gehennam perpetuam in malis culpæ & poenæ inseparabiliter. Quartij nec iudicabunt, nec iudicabuntur, sicut Apostolus, Iudei, Saraceni & infideles, quia qui sine fide est iam iudicatus est. Erit tamen differentia inter beatos, quia vnicuique dabitur præmium gratiæ, & gloriæ condignum suo merito, & plus, & minus secundum suum meritum. Similiter in damnatis dabitur præmium condignum suæ damnationi plus & minus prout merebunt. Quarto nunc videamus, quomodo in triumphali maiestate stabit ad iudicandum. Sedebit. n. super sedem diuinitatis, iuxta illud, Thronus tuus in sæculum sæculi, de quo throno ait Ioan. Apoc. 20. Vidi thronum magnū candidum. Et sedentē super eum, a cuius conspectu fugit cœlū & terrā. Et vidi mortuos pusillos & magnos stantes ante thronum. Thronum enim magnum dicit, notando magnitudinem æternitatis in Christi diuinitate. Candidum autē in denotationem puritatis intemeratæ carnis Christi. Et dicit cœlū & terrā in iudicio a facie illius fugere. quia, ut ait Petrus in epistola. elementa calore soluentur, & cœlum similiter, ut purgetur.

Secunda pars principalis.

Secundum misterium est de iudiciali veritate. In quo nota quatuor veritates. Prima est congregatio. Secunda separatio. Tertia nominatio. Quarta præmiatio. Prima ergo veritas est, quia congregabuntur coram eo omnes gentes, & nullus habebit ibi aduocatum. Cessabunt ibi iura procuratorum, quia quilibet habebit satis pro se procurare, & erit coram eo omnis vtriusque sexus. Secunda veritas est, quia seperabit eos ab inuicem non solum loco, sed & merito, secundum bonum & malum, quod quisque fecerit. scilicet bonos ad gloriam, & malos ad supplicium æternum. Tertia veritas est nominabit eos sicut pastor pecudes suas. scilicet bonos, simplices, fideles & virtuosos. Omnia enim quæ ex pecude exeunt sunt bona. scilicet lana, & carnes, lac, pellis & vox, quia etiam balando annunciat bene & bonum. Diligentibus enim Deum omnia cooperantur in bonum. Malos autem nominabit hircos, quia similes sunt mali hircis, qui semper delectantur in libidine, & sunt foetidi, & bene videt de nocte: quoniam qui male agit, odit lucem, & ambulat per tenebras, & est sterilis, quia omnis operatio sine charitate, est sterilis.

Quarta veritas est præmiatio, quia stabunt iusti à dextris sicut pecorellæ, & recipient præmium gloriæ, quia in dextera eius diuitiæ & gloria; Et mali stabunt a sinistris iudicati in profundum malorum, quia cadent a latere tuo mille & decem milla, ad te autē non appropinquabunt. Sed nota quod pauci sunt de saluati, quia plures sunt damnati, licet improprie dicatur de damnatis quod sint, quia in veritate damnati nihil sunt.

Tertia principalis pars.

Habitabit igitur duabus primis partibus, sequitur tertia de iudiciali æquitate. Vnde nota hic quatuor præmia bonorum, & quatuor malorum. Bonorum igitur præmia sunt ista quatuor. Prima glorificationis. Secunda commendationis. Tertia humiliationis. Quarta acceptationis. Prima igitur glorificationis erit, quia ille vultus glorificatus erit ita in aspectu bonorum miræ iucunditatis, pulchritudinis, splendoris, suauitatis, & mansuetudinis, quod mens humana deficiet ad tantum bonum capendum, quia finitū infinitum capere nequit. Et sua benigna voce dicit. venite benedicti patris mei, possidete regnum præparatum vobis ab origine mundi, venite humiliter. & tunc animæ illæ erunt in gloria intelligentiæ radicata, & irradiata, effundentur ad secretum suæ gloriæ, quia intellectus erit illuminatus omni scientia claritatis diuinæ, in qua speculabitur anima, & de hoc participabit cum corpore, ita quod corpus fiet lucidum & clarum, & Voluntas sua erit conformis cum mente diuina, & participabit de voluntate Dei, ita quod erit quasi vnum cum diuina voluntate. Memoria reminiscetur, quia semper possidebit gaudia paradisi, & quod anima erit immortalis, & perpetua fruatur lætitia, & gustabit corpus pariter cum anima ista gaudia contemplando patrem, filium, & spiritum sanctum. Vnde illud, Satiabor cum apparuerit gloria tua. In dulcore sapientiæ, quia fluminis imperius lætificat ciuitatem Dei, cum oculis ad videndum ineffabilia paradisi, cum auribus ad audiendum angelicos choros cātantes dulcia cantica dragmatis. Cum naribus ad odorandum odores suauitatis. Cum gustu ad gustandum spirituales cibos in mensa omnipotentis Dei. Ecce igitur quam bonum, & quam iocundum habitare fratres in vno. Hoc enim est verbum valde attractiuum, & ideo omnes deberent bene operari, ut tam perennem gloriam consequerentur. Et cum omnes

A erunt ibi, dabit omnibus benedictionē applicabilem paternitati patris, quia illi sicut filij Dei, iuxta illud, Ego dixi, Dij estis & filij excelsi omnes, & non solum erūt beati, quia filij sunt Dei, sed quia fratres & coheredes Christi. Intrate ergo in vitam æternam, & non poteritis expelli. vos despexitis vana & caduca, & modo reperistis eterna. Nunc ergo eritis in Paradiso reges coronati diademate glorioso. Vnde dicit de Christo, quod est primogenitus mortuorum & princeps regum terrarum. Ideo Apoc. 5. audiuit milia milium dicentium, Redemisti nos domine Deo in sanguine tuo, & fecisti nos Deo nostro regnum, & regnabimus, &c. O quam grandia parauit dominus diligentibus eum, quia ut ait Apostolus, nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quanta parauit dominus diligentibus se. Secundum premium est condemnationis, assignando causas: Esuriui, & dedistis mihi manducare, & hoc procedit a pietate, quia beati misericordes, quia misericordiam commoventur. Si vis intrare vitam, da panem. Isaias. 48. cap. ait, Frange exurienti panem tuum. Sicuti, & dedistis mihi potum, quia dans amore Dei aquam sitienti, possidebit vitam. Sed non faciat sicut ille, cui petijt quidam seruus Dei potum, qui respondit, Non vendo vinum. & dum sciuisset quod erat famosus homo, dolens misit se excusatum. Et vide quod ille non faciebat propter Deum, sed propter fumum eius famam. Ideo qui fumum sequitur, fumum habebit. Fac ergo eleemosinam indifferenter unicuique, secundum Deum, nec presumas malum de aliquo, nisi sua vita esset tibi notoria, quia vitiose viueret: quia melius est prouidere bonis operibus. vnde August. venale habes. Et quid vitam æternam. Et quilibet potest emere vitam æternam, quia tantum valet, quantum potest quisque expendere in amore Dei ieiunando, peregrinando, elemosinando, &c. Erā pauper & nudus, & me recipies vestilli hospitale tuum sine murmuratione. Eram infirmus, & visitasti me. Et nota quod non facit mentionem de septimo, quod est mortuos sepelire, quia illa est misericordia spiritualis, & hoc loco non facit mentionem nisi de misericordia corporali, ut ostendat quod si vitam æternam datur pro misericordia corporali, multo magis dabit pro misericordia spirituali, quod est maioris meriti. Et ideo debet homo esse misericordie spirituali innotuit. vnde si quis dubitat in facto suo, consule sibi recte, & est maius bonum quam bonum

corporale. Si est tribulatus, conforta eum. Si es offensus ab alio, parce illi, quia hæc est elemosina spiritualis quæ plus omnibus valet. Si vides aliquem malum, ora pro eo, & sic mereberis vitam. Tertium premium est humiliationis. Credo enim quod spiritus beatorum genuflectant se, amplectentes se inuicem, & glorificantes Deum in sæcula sæculorum de tot gratijs & premijs sibi datis dicentes, quando vidimus te esurientem, & fregimus tibi panem? Sitientem, & dedimus potum? Peregrinantem, & suscepimus te? quasi dicant: Si fuissetis tunc temporis bene fecissemus quod inquis. Quarta veritas seu premium est Acceptationis. Ideo dicit Christus: Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. ideo da esurienti panem, quia das Deo, sicut S. Martinus, qui dans partem mantelli vni pauperi, reperit se dedisse Deo. Et subiungit me: itū dicens: Id mihi fecistis, id est pro me, ideo pro tali merito dedi vobis vitam sempiternam. Habitis igitur modo quattuor meritis bonorum videamus quattuor iudicia damnatorum. Nota igitur modo quattuor veritates. Prima est condemnationis. Secunda reprobationis. Tertia querelationis. Quarta est indignationis. Prima veritas condemnationis est, quia voluit se contra malos, & licet de sui natura habeat vultu gratiosum, tamen propter abominationem peccati, & propter vlcus quod sentiet de amissione tot animarum, pro quibus proprium sanguinem effudit, conturbatus, videbitur terribilis ac tremebundus malis, & hoc propter poenam, quam de suis facinoribus expectant. Proferet igitur ipse iudex terribilem sententiam dicens: Discedite a me maledicti in ignem æternum. Et assignabit quattuor causas istius tremendæ sententiæ. Prima est separatiua, eam ait: Discedite, quia ammodo eritis separati a luce & ibitis in tenebras exteriores, & non poteritis videre aliquam veritatem, & non videndo, non cognoscetis, & non cognoscendo eritis semper in summa ignorantia, & eritis remoti ab omni contemplatione dulcedinis, & corporalis, & spiritualis, & semper sentietis penas infernales. vnde illecebra voluntas æternaliter maledicta, quia nunquam volens nec appetes, nisi malum, & omnia sint tibi in desiderio contraria tuo bono, & mens tua semper gullet amara, & dulce pati omnem grauitatem & poenam, & sicut elegisti mala illa perpetrando, ita mala habeas in æternum. vade & tu memoria, & sis semper memora-

rata,

A rata, & memento quod anima tua semper erit inseparabilis a corpore, & participabit seculum æternalibus poenis in sempiterno igne, & appetet separari a corpore, & non poterit. volent mori, & non esse, & negabit, & erit semper in continuo bello: & reminiscere, quia dolori tuo non erit finis, & anima tua semper habebit societatem demonum ipsa torquentium, & quod participabit de suis, & sociorum poenis, & non poteris remitti, nisi malorum, & tibi dietim noua præparabunt supplicia. Ite corpora maledicta, & inter uos & animas vestras sit continua guerra, & vnum vestrum semper affligat alterum, & sicut omnia elementa in mundo erant pro vobis concordantia, nunc sint semper ad inuicem contra vos discordantia. Ite sicut forma in mundo agebat, & materia patiebatur, inter vos deinceps seruabitur contrarium ordinem, quia materia agere querat, & forma pati, ut poena vestra magis crescat. Et ignis in corporibus vestris exultans cum alijs elementis, uniat cum igne infernali, & fortificet vires suas, & semper querat consumere partes alias corporum vestrorum, & non possit partem aquaticam, nec alias partes consumere, sed sint semper in bello, in qualibet sui parte cum doloribus, sine fine. Item in corporibus vestris sit semper omnis appetitus accensus, & famelicus fame, & siti, & omni desiderio, & appetat inuamētum ita quod pars calida corporis appetat frigus, & pars frigida appetat calorem, & sit ordo peruersus naturæ in vobis, & semper sitis in omni necessitate sine aliquo inuamēto, & omnia ista contraria sint simul & semel in qualibet parte corporis. Ite igitur maledicti in tenebras exteriores, ubi est umbra mortis, & omnis confusio & stridor detur, & omnis generatio poenarum, & continuus ululatus. Et ignis erit vndique præparatus ad vindictam, & erit in corde damnatorum eos. A sinistra erunt diaboli ad miserias animas & corpora inglutendum, sicut lupi rapaces, cum gratificationibus aperientes ora præparantes omnia genera tormentorum. A dextera erunt Angeli ipsas animas malorum inculpantes, & equus iudex semper ipsis damnatis videbitur iratus & recte. Secunda veritas reprobationis est, quia opera misericordie abhorruerunt. Vnde ait: Esuriui, & non fregistis mihi panem. Sed non ne sunt maiora peccata? Certè sic. In omitendo facienda, & in faciendo non facienda, & multipliciter committendo. Sed si

S. Bernard. de Senis, Serm. ph. Tom. 4.

Deus punit istos malos, quia omiserunt facere opera misericordie, quam punitionem habebunt illi, qui peccat in committendo, id est auferendo panem pauperibus debitum, sicut in tenendo elemosinas in testamentis relictas & legatas. O usurarij, O robatores hospitalium, O Prælati habentes pingua beneficia, quorum introitus non dispensatis secundum Deum, a quorum mensis priuati sunt pauperes Christi. O occupatores bonorum pauperum, & iurium pupilulorum & viduas opprimentes, venite, venite ad iudicium, quia casa calda vos expectat. Nudus eram & non me operuistis. O vos, qui habetis stangas vestibus oneratas, quas finitis potius a tineis consumi, quam vestire pauperes. O vos foeminae candatae cum usuris vestrorum maritorum, ut uobis faciant caudas longas, & bene apertas manicas suffultas gibellinis, quo ibitis? Putatis ne iudicium Dei fabulam fore. Attendite & desine usuras & robarias, & noli sugere sanguinem pauperum, & filiorum suorum, fame degentium domi, ut tuam uxorem facias apparere caudatam. Non visitasti infirmos. Heus, quid dicam de his qui tempore pestis fugiunt parentes, fratres, filios atque proximum, & dimittunt ipsos mori desperatos, sicut canes sine aliqua prouisione & animæ & corporis. Sed de his qui tenent carceratos pro debitis non habentes, vnde soluant, & dimittunt eos ibi perire. Vel qui tenent captiuos, quos ceperint, & ibi eos trucidant, & occidunt, quid erit de istis? Aperite oculos, & speculemini in hoc futuro iudicio. Tu vides quod in bestijs est insitum a natura, quod una alteri comparatur: Quare ergo nos, qui expectamus futurum iudicium, non exeremus opera misericordie? Tertia veritas est querelationis. Sicut enim boni humiliter dicunt versus Deum, Quando esuriui, & dedimus tibi panem? quia nunquam vidimus te, & referent sibi gratias: Ita per contrarium isti damnati querelantes dicent? Quando vidimus te exurientem, & non fregimus tibi panem? Quando fuisti nudus, & non operuimus te? quasi dicant: Semper nos fecimus debitum opus misericordie, & facis nobis iniustitiam. Hoc ergo facient propter duas causas. Primo ad denotandum eorum ingratitudinem: quia sicut animæ in gratia propter abundantem humilitatem omnem minimam gratiam sibi reputat immensam, & non pro sua merita habere, quia cognoscit se nihil esse nisi a Deo: Sic

C

contra-

Discursus.

F

G

H

A à contrario anima dānata ita est ingrata, q̄ propter eius superbiam conformē suo Luciferō, cum quo participat, credit se promereri suis meritis paradīsum, sicut demō credidit se promereri esse simīlē Deo propter ignorantiam luminis veritatis. Secunda ratio est, quia rabies poenā, quam habebunt, intricabit ita eos, q̄ erunt ita oīb. anxietatibus circumdati, q̄ effecti sinemorati, volēt loqui, & nō poterunt explere verba, & ne scient quid dicant, aut faciant, &c. Quarta veritas est indignationis: Amē dico vobis, Quod uni ex minimis meis nō fecistis, mihi non fecistis. Et sic ibūt maledicti in ignē q̄ternū, iusti autē in vitā æternā, ad quā, &c.

F E R I A T E R T I A
post J. Dominicam Quadrage.

De Amore non dubioso.

Sermo VII.



Ineravit Iesus in templum & eiecit omnes ementes, & vendentes. In quo sacro eloquio tractaturi de amore, qui dī amor nō dubius, considerare possumus tres gradus, secundum tria genera Christianorū, in quibus gradibus vita omnīū Christianorū cōprehenditur, & sunt hi gradus. Primus est timentis humilitatis. Secundus est feruentis charitatis. Tertius est negligētis tepiditatis. Primus status sumī ibi, Intrauit Iesus. Secundus ibi, In templum. Tertius ibi, Et eiecit emētēs, & vendētēs. De primo & secundo modicum tāgemus, sed de tertio plura dicenda supersunt.

Prima pars principalis.

Dico q̄ primus status est timentis humilitatis, in quo statu tria genera secularium cōtinentur. s. Virgīnū, Viduorum, & Maritorum. Vnde quicunque est in istis statibus, nisi sit in eo timore la humilitas, à casa calda andarā. Et nota q̄ in statu virginali q̄nque virgo peccat ex mala custodia matris, quandoque per tentationes diaboli, quandoque per tentationes carnis. Quia qualitercūque peccet, si timet & horret, quādo peccat, est bonum signū, quia est signum timētis humilitatis. Et nota, quia videbis pulchra, quōd illa, cui vī non deturpare sibi conscientiam, est sicut mala massaria, quę scopādo dimittit scopaturas in angulis, & sub bancis domus, sed

Nota.

Exēplū.

solicita & bona massaria scopat per omnes angulos totam domum. Ita addisce tu facere. s. scopare conscientiam in omnibus angulis ipsius, vt nulla intus lateat turpitudine. Vnde in statu isto virginitalis, siue masculus, siue foemina peccet, & post peccatum remaneat sibi timor, verecundia, & humilitas, non despero, sed si non confiteatur, est malum signum. Et nota q̄ volo q̄ isto mane conducamus diabolū in vno angulo & ipsū capiamus sicut piscem in stricto orificio. Similiter in statu viduali, si vidua cadit & abhorrens illud peccatum tremit, est bonum signum, & quanto plus dolet, tanto melius signum est. Ita & in statu matrimoniali, si maritus, vel vxor cadēs tremit, & cōfitendo lachrymatur, est bonū signū. Et iste est status timentis humilitatis.

Secunda pars principalis.

Tolle secundum statū feruentis charitatis. Quia Christus fuit magister charitatis, & sciebat quid est charitas, & pericula charitatis perdēdā, inuenit tres modos per quos charitas ædificatur in seculo. Primus est anima. Secundus est corpus prope animā. Tertius sunt diuitiæ extra corpus & animam. Primum fundamentum Christus fundauit in anima per subiectionē propriæ voluntatis per obedientiā. Secundum fundamentum Christus fundauit in corpore per castitatē & cōtinentiā. Tertium fundamentū fundauit in diuitijs, spernendo illas voluntariē, & læto animo. Primum ergo fundamentum est in animo: quia sicut libera voluntas attēdens ad peccata, separatur à Deo: ita subiiciens se cum proposito & uoto obediendi, in statu obedientiæ alligatur Deo. Vnde Christus dicit, Qui vult venire post me. i. sequi amorē meum & viā charitatis, abneget seipsum. i. propriam voluntatem, & me sequatur, cum obedientia corporali. Vnde quādo isti duo status seruantur, & quando in illis peccat anima & tremit, & confidendo erubescit, est bonum signum, sed melius signum est sequi amorē Christi cum obedientia. Castitas obediens facit animam feruentē in amore Dei: Et obediens Deo videtur ita accensus amore Dei, quōd de facili caput suum in ignē apponeret. Vnde semel fuit quidam, qui propter obedientiam saltauit in ignem & illæsus exiuit. Et nota mirabilem regulam in cognoscendo luxuriosum à casto, quia luxuriosus credit quōd nullus sit castus,

A sit castus, & quōd nullus possit viuere in castitate. Castus autem, qui longo tempore steterit in castitate, credit quōd omnes de facili stent casti. Et si luxuriosus videt aliquam mulierem loquētē cum fratre, vel tangentem sibi manum ex charitate, subito malum cogitat, & castus nunquā crederet, nisi bonum. Ratio est, quia omnes vident cum suis oculis. & potes capere exemplum in radijs Solis percutientibus in fenestra vitrea diuersorum colorū, quia ipsēra Solis percutions in vitro talem colorem demōstrat in terra, qualis est color obiecti vitri, ita quōd secundum diuersitatem vitri diuersificatur color solis, vt notet q̄ secundum colorem cogitationum hominum in corde existentium & operum cōformium voluntati, faciunt in alijs talia iudicia quales ipsi sunt. & possum dicere cū bona cōscientia, quōd toto tempore quo fui frater & audiui confessiones, nunquā habui fratrem, qui quærendo elemosynam fuerit vnquā carnaliter tentatus. Licet aliqui dicāt illum statum elemosynandi esse valde periculosum in mendicantibus. Et nota, in veritate, q̄ Deus dat gratiā creaturis suis ad conferuandum eas in statu, in quo vocauit eas, vnde Dominus imposuit paupertatem fratribus Minoribus, vt conferuent castitatem. & ideo concludendo dico q̄ omnis anima potest in mūdo benefacere, si vult, adiuta Dei auxilio. Similiter tales imbrodati videntes paupertatē, non credunt illam posse sufferrī. Sed status obedientiæ & feruendi Deo est præstantior alijs. Vnde Marcus: Qui reliquerit patrem & matrem, &c. in hoc mundo centuplū accipiet, & in alio seculo vitam æternā possidebit. Et certe bonus religiosus si bene aduertit, videt clare quia sic est: quia si relinquit vnum patrem carnalem, acquirit mille patres spirituales in ordine: si duos fratres, acquirit quatuor millia si vnā domū, acquirit mille domos in omnibus conuentibus, & vbiq̄e habet expensas. Vnde Psal. Iacta cogitatum tuum in domino & ipse te nutriet. & ex his habes duos status, scilicet Timentis humilitatis, & feruentis charitatis.

Exēplū.

Nota.

C Nota. Vnde Dominus imposuit paupertatem fratribus Minoribus, vt conferuent castitatem. & ideo concludendo dico q̄ omnis anima potest in mūdo benefacere, si vult, adiuta Dei auxilio. Similiter tales imbrodati videntes paupertatē, non credunt illam posse sufferrī. Sed status obedientiæ & feruendi Deo est præstantior alijs. Vnde Marcus: Qui reliquerit patrem & matrem, &c. in hoc mundo centuplū accipiet, & in alio seculo vitam æternā possidebit. Et certe bonus religiosus si bene aduertit, videt clare quia sic est: quia si relinquit vnum patrem carnalem, acquirit mille patres spirituales in ordine: si duos fratres, acquirit quatuor millia si vnā domū, acquirit mille domos in omnibus conuentibus, & vbiq̄e habet expensas. Vnde Psal. Iacta cogitatum tuum in domino & ipse te nutriet. & ex his habes duos status, scilicet Timentis humilitatis, & feruentis charitatis.

Tertia pars principalis.

Sequitur tertius status, qui dicitur negligētis tepiditatis. Vnde dī de his qui sūt in isto statu, q̄ Christus eiecit eos de tēplo. i. tepidos. Ideo Apoc. 3. Scio q̄ tepide, quia nec calidus, nec frigidus es,

sed quia tepidus es, incipiā te euomere ex ore meo. Et dicitis quia diues sum & nullius egeo. Et non vides, quia nudus es, pauper, & miser, & miserabilis, &c. Vnde circa ista omnia facias tres considerationes, quæ ad tepidum pertinent. Primo qualiter est conditionatus. Secundo qualiter à seipso sit reputatus. Tertio qualiter dignē sit reprehensionatus. Tolle primā. s. qualiter est conditionatus, & hoc habet tres veritates, quæ Christus loquēdo de tepido, tibi memorat repetendo calidus, & frigidus, & non sine mysterio: Nā inter calidum & frigidum est vnū mediū vitiōsum, quod habet multos defectus, quod dī tepidus. Hoc autē procedit, quia nec calidus. Natura. n. caloris est ascēdere sursum de terra, sicut vides vapores de terra ascēdētēs propter reuerberationem solis, quia sol sursum trahit, & similititer aer ignitus seu ignis, & in hoc signat status illorum, qui sunt in amore amoroso, qui cognoscunt grās à Deo habitas, & ex hac cognitione etiā perditas grās cognoscunt in alijs. & per hoc videntes se possidere q̄d alij perdiderunt, incitātur in amorem diuinum. Et isti, vel iste, habēs talē cognitionē vocatur calidus. Vnde Dauid cognoscens grām sibi à Deo datā ait, grās soli Deo referens, & non sibi. Non nobis domine, nō nobis, sed nomini tuo da gloriā. Frigidus autē facit contrariū, quia stringit & vadit deorsum: Nā aqua & oleum cōgelatū stringit deorsum, & hoc est q̄ qui sine calore charitatis est, frigidus stringit in cōscientia, ita q̄ nō possit sursum stare ad cognitionē veritatis, sed cōdensatus in vitijs grauat & deorsū tendit. Atq̄ hoc optimū habet in se, q̄ culpas suas sibi soli imputat, nō Deo aut diabolo, nec dicit, talis fuit causa huius peccati, se excusando: sic bona foemina, quæ confitendo dabat culpā sui scādali marito. Vnde bonus sacerdos absoluit maritū absentem inculpatū ab vxore, & dedit vxori penitentiā ieiunādi. Cape modo mediū inter calidū & frigidum, quod est tepiditas, & considera duas tepiditates. Vna tēdit de frigido in calidum, & ista est bona. Alia, quæ tendit de calido in frigidū, & ista est mala tepiditas. Nunc ergo videamus, qualiter tepidus est conditionatus, & cape tepiditatē, quæ nec sursum tēdit, nec deorsum. Pone q̄ vna anima nō cognoscit, nec videt peccata, nec dolet de illis, nec considerat. Ista non habet amorē ad bene viuere, quia nō cognoscit Deum, nec vadit sursum, aut deorsum. Sed pone. Aliqua anima

Exēplū pro cōfessione.

H

A non timet malum, tunc faciet omne malū: quia sicut timor inducit ad bonum, sic qui caret timore inducitur ad omne malū. Ratio, quia timor offensæ ab amore procedit, & ubi non est amor, non est timor, & ubi non est timor non est occasio bonū faciendi. Vnde talis tepidus est pessima bestia. Vnde Gregorius concludit quod tepidus est pronus ad faciendum omnia mala. Ratio, quia in bono opere se maxime iustificat & in peccato se alleuiat & excusat: Puta quia si faciunt aliquid boni reputant se sanctos & in peccatis non aduertunt dicentes. Quæ aut qualia peccata commisi ego? Nunquam violauit virgines, non strupatus fui, non adulteravi, non succendi sacras ædes. Non derobavi, non fui proditor, quid mali feci? & sic isto modo se excusat tepidus non videns, quod tunc intricatus est. Nihil ergo isti superest, nisi ut in eburnea capsula imponatur & ibi mortuus adoretur pro sancto: Sicut illa pessima mulier, quæ confitens parochiali sacerdoti, qui ipsam per omnia optime cognoscebat, volebat se sanctam ostendere. Vnde sacerdos dimisit eam clausam in sacristia, & cepit campanizare, & festizare, ita quod omnes & masculi, & foeminae currerunt ad ecclesiam petentes quid sibi vellent iste campanæ, & sacerdos omnibus congregatis ait: Ago diem festum, quia inueni vnam sanctam et sine peccato, et dum quaererent ubi esset sacerdos accensis luminibus aperuit sacristiam et ostendit istam mulierem omnibus quæ confusa discessit cum derisione omnis populi. Ita debet fieri istis tepidis, quorum status est periculosior omnibus alijs, quia melius est esse facinosum, quia sceleratus cognoscebat se pessimum, tremat dicendo, heu miser, quot mala feci. Essem mille mortibus dignus, et sic sæpe se humiliant Deo, flendo de peccatis suis.

D Vnde Ecclesiast. Sunt peccatores et scelerati, qui tremunt conuersi, etc. Sed tepidi sunt ad instar panni nigri, in quo non bene videntur maculae, sed in albo panno omnis macula quantumcumque parua discernitur: et ideo de istis tepidis ait Psalm. Posuisti firmamentum eius formidinem. Ego enim vidi multos vsurarios, armigeros crudelissimos, meretrices, et aliquando paganos conuertit ad dominum et fieri bonos seruos Dei, sed tremo cum nunquam viderim tepidum ad Deum conuertit, quia quando peccata offuscant homines in tepiditate, credentes se non habere magna peccata, valde dubius est illorum status, et sunt ad instar la-

Exemplum.

pidis fracti, qui consolidari non potest, ita tepidi, qui in tepiditate sua franguntur, nunquam solidantur. Melius est ergo esse aut bonum, aut malum, quam tepidum, et ideo dicit, Vtinam esses calidus, aut frigidus. Calidus, quia natura calidi est mittere foras virtutes intrinsecas, sicut in herbis, quæ tempore calido foras emittunt flores, ita calor in anima bene operando mittit foras bona opera. Frigidus autem, quia licet tempore frigoris non appareant flores, quia frigus stringit: tamen in illis plantis est substantia humida, in quo est possibile et verisimile tempore calido pulcherrimos flores pullulare: quia licet malus homo sit frigidus, et tempore peccati sit striculus ita ut non appareat in eo flos boni operis, tamen quia cognoscit se malum, est in eo fomes humidus, ex quo verisimile est eum conuertit, & pullulare bona opera, quia timet. Vnde de talibus ait Dauid: Cogitavi vias meas malas, et conuertit pedes meos in testimonia tua. Secunda veritas est, qualiter tepidus est à se ipso reputatus. Vnde nota tres fore reputationes tepidi. Prima est, quia credit habere diuitias naturales, vel corporales. Secundo credit habere diuitias spirituales. Diuitias corporales putat habere, cum se in hypocrisis sua putat pulchrum et gracilem et recti corporis, et uagi aspectus, et sani coloris reputat et fortis corporis, et ob hæc omnia credit se amari carnaliter sub habitu et colore sanctitatis. Diuitias morales putat habere, cum extimat se habere cardinales virtutes sic ut sit prudens, iustus, fortis, et temperatus, in his omnibus uersatur plenus vento pro fama et laude mundi. Diuitias spirituales se putat possidere, cum virtutes Theologicas sibi vendicat, quia putat se fidelem, et sperantem in Deum et charitatiuum, cum tamē hæc omnia tepidus credat habere à se, et non à Deo. Cuius figuram habes in euangelio de Phariseo, qui mouendo caput dicebat, Non sum sicut ceteri ribaldi, et publicani. Ieiuno bis in Sabbato, decimas do omnium quæ possideo. Sed vix animæ illi, quæ in tepiditate sua secunda consistit iustificatione, de qua Do. Apoc. ait in persona talis animæ: Sedeo ut regina, vidua non sum, luctum non video. Subdit, propterea vna die venient plagæ eius. Qui enim tepidus est, sedet in peccato, non aduertens quod sit inuolutus in scelere, et putat se regem supra peccata, quasi se iustum et sine peccato reputas, cum sit subgrauis peccatorum iugo ligatus.

Non

A Non videt luctum, quia de futuro luctu in iudicio peccatorum non cogitat, sperans vitam æternam, cum iam damnationis aram possideat. Et ideo ait dominus in Apocal. tali tepido: Pauper es, cæcus & nudus, & miser & miserabilis, &c. Non ergo sequamur tepidum Phariseum, sed Publicanum, qui stans ad fores templi tremens pro peccato suo dicebat, peccatus suum percipiens, Deus propitius esto mihi peccatori, nec audebat intrare templum, quia nihil virtutis se habere iudicabat, & nihil cognoscebat in se, nisi peccata, saluo quod sperabat in Deo, & se humiliabat: sub potestati manu Dei sui. Tertia veritas est, qualiter tepidus dignè sit reprehensionatus. I. quia neque calidus, neque frigidus. Nota igitur hic spiritualiter tres cibos. Primus cibus dicitur, qui extra corpus est. Secundus cibus dicitur, qui in corpus missus euomitur. Tertius cibus, qui in corpus digestus conuertitur in nutrimentum. Per cibum extra corpus existentem intellige animas peccatrices, & timentes tantum pro peccato, quæ existentes extra gratiam, tantum propter timorem ad intra sui sapissime reuertuntur, sicut habet dictum de Publicano peccatus suum percipiens, & hinc ordinatum est, ut orantes peccatus percipiamus, quia tremat anima, & signat quod in se reuera est. Alius cibus est cibus digestus, qui conuertitur in nutrimentum, & hoc est quod anima quæ depasta est pabulum verbi Dei, iam ipsi Christo conformata in ipsam conuersa, & comedens talem cibum habet dentes superiores, & inferiores. Per superiores intellige iustitiam, per inferiores intellige misericordiam. Tertius cibus est, qui in corpus missus euomitur, & hic est cibus tepidi reprehensibilis. Ideo reprehendit eum dominus dicens: O tepide, tu qui reputas te ditiorē hominem mundi, nonne vides te infirmum peiori infirmitate, quæ sit in mundo. Peior enim infirmitas mundi est perdere memoriam, & fieri stultum, quia homo simul perdit sanitatem animæ, & corporis. Si enim quis infatuatur in peccato mortali, non potest saluari, quia non potest penitere, nisi forte habeat dilucida interualla, in quibus posset tunc penitere, et saluari. Magna ergo et reprehensibilis est agritudo tepidorum, qui se iustos putant, cum sint peccatores, et siquid boni habent in se, non Deo, sed sibi attribuunt, et arbitrantes se signare percipiunt se digito in oculo, iuxta illud Matth. 6. Si lumē quod in vobis est, tenebræ sint, quia quod appropriamus nobis virtutes, illæ efficiunt tenebræ et peccatum. O miserabilis anima cæcata, et priuata lumine veritatis, quæ magis incitationibus credis quod pre-

S. Bernardini de Senis, Seraph. Tom. 4.

dicatoribus, vide quod sis pauperrima ita quod non habeas quod comedas, quia es omni charitate priuata: non a iactantia facit omnia ista mala, et omnia bona turbat, et uideris intrare de calore charitatis in tepiditate sicut homo cæcus sine rectore, et sicut homo nudus, et famelicus sine subsidio. Vita igitur tepiditate, quæ est periculosissima, et sectare calorem charitatis, ut ardendo in amore Dei habeas ad gloriam æternam, ad quam, etc.

FERIA QUARTA
post j. Dominicam Quadrag.

De Amore miraculoso.

Sermo VIII.



Eneratio mala, & adultera signum querit. Matth. 16. Volendo hodie tractare de amore, qui dicitur miraculosus, dicam de vna via, qua pensata fiet utilitas animarum.

Sed non cogitantes facta animarum deridebunt me, & ego deridebo eos. Et ad euidentiā dicendorum volo primo declarare vnum dubium. I. Quod est maius desiderium, quod habeat diabolus contra animam. Et certe hoc est, quod extirpet ipsam de firmitate fidei. Et sunt tres rationes. Prima ratio est, quia diabolus scit, quod quando anima non habet fidem solidam, nunquam poterit Deo placere, quia scit istam regulam statutam in imperio magni Regis, iuxta dictum Pauli ad Hebr. 11. Impossibile est sine fide placere Deo. Secunda ratio est viuua, quia intelligit malitiosus diabolus quod fides Christi est uia ad vitam æternam, quia arcta est via, quæ ducit ad vitam. Nam anima existens extra fidem, est extra viam saluationis, sicut si esses in capite vnus viæ bifurcatæ, & velles ire ad sanctum Iacobum, & via dextra iret ad sanctum Iacobum, sinistra autem iret ad partes remotissimas. & si incipis ire per viam sinistram dimissa dextra, quanto plus itinerabis per eam, tanto plus fies remotus à sancto Iacobo. sed si vadis ad dexteram, quanto plus itinerabis, tanto propinquior fies sancto Iacobo, & tandem applicabis ad locum optatum. Ita in proposito in principio iuuentutis si incipis ire per viam fidei Christi, quanto plus viuuis, & perseueras in illa, tanto magis appropinquas Deo. Et sic incipiens à contrario ire in iuuentute, quanto plus viuuit, tanto fit remotior à Deo, & magis appropinquat diabolo, & tales in fidei vias errantes facilius mouentur credere incantatio-

Sermo de miraculis.

Quod est maius desiderium quod habeat diabolus contra animam.

Exemplum.

H

C 3 nibus

Anibus & diabolicis superstitionibus. Et accidit male itineranti quod si itineravit male per decem miliaria & perpendit se errasse redundo, perdit illa decem miliaria & rursus alia decem iterum eundo per bonam viam, quæ non perdidisset rectè ambulando, & hoc est valde tædiosum. Et cõmuniter in cruciarijs ponuntur signa demonstrantia bonam viam, & accidit sæpe q̄ malandrini mutant illa signa, vt ducant peregrinos in nemora in manus latronum, vbi occiduntur & derobantur. Sic accidit erranti in via fidei, quia diabolus demonstrat malam viam, & mutat signa & facit q̄ non sequitur viam veritatis. Vnde dicitur de talibus, Errauerunt in solitudine. Cum ergo totum nostrum fundamentum vitæ spiritualis stet in fide, ideo diabolus illam nititur extirpare. Tertia ratio est, quia diabolus nititur extirpare animæ oculos fidei, quibus euulsis anima in omne peccatum præcipitatur, quia positus extra fidem prolabitur in omne nefas. homicida, adulter, incendiarius, vsurarius, & omnia mala perpetrat, quia si non credit, non timet infernum. Et sicut vnus solus videns occidit mille cæcos, sic diabolus cecat infinitas animas, & illas occidit. Vnde Sophonia 2. Ambulabunt vt cæci, quia domino peccauerunt. Cum ergo diabolus tantum labore animas excæcare, vt deuiant à fide, quia prædicatores non debent sollicitare ne animæ deuiet à fide, à diabolo seductæ. Filij etenim tenebrarum prudentiores sunt filijs lucis, quia magis est sagax diabolus diuertere animas à fide, quam velint esse aliqui prædicatores, vt animas in fide conferuent. Et ideo volo hodie prædicare contra aliquas fraudes diabolij, quis ostendit hominibus sub specie boni, quia aliqui credentes benefacere, sunt in periculo damnationis æternæ. Vnde fundo me in quarta flama amoris nostri Seraphini, qui dicitur amor miraculosus. Nã generatio mala signum quærit. In quibus verbis tria miraculorum genera denotantur. Primum est gratiæ. i. signum Ionæ. Secundum est malitiæ. i. signum quærit. Tertium est stultitiæ. i. generatio adultera. In his igitur omnia mundi miracula includuntur.

Prima pars principalis.

DE primo genere miraculorum scilicet gratiæ, Bonauentura in Centiloquio suo, in tertia parte 14. teponit quatuor differentias, quibus miracu-

la Dei differunt à miraculis diaboli. Prima differentia est à causa efficienti, secunda differentia est à causa formali, tertia differentia est à causa materiali, quarta differentia est à causa finali. Tolle primam ex causa efficienti: Bonauentura declarat q̄ miracula Dei facta sunt per operationem potentiam infinitam, miracula demonis sunt ex causa finita & terminata. Veniamus ad praticam. Audisti incantationem illam?

Tre fra per vna via andata.

Immanza dal diuolo se incontraua, &c.

Ista habetur in libro del Disse. Nam liber iste est valde magnus. Sic in percantulo lanæ succidæ, quia dicunt q̄ plaga illa nunquam fetet nec etiam marcescit, quando est incantata de illa lana. Est ne hoc miraculum Dei, an diaboli? Certè diaboli miraculum est. Et vt videas veritatem, attende q̄ aut hoc est Dei, aut est diaboli. Si est Dei, tu poteris cum eisdem verbis omnia alia miracula facere, quia Deus non plus in vno laborat quam in alio, qui est potes omnia facere & est potentiam infinitam. Vnde si non potes omnia facere cum eo nisi ad plagam, stat quod Deus sit potentiam finitam & non infinitam, q̄ est falsum. Si ergo hoc est, stat q̄ est diaboli, & non Dei, & sic de oibus alijs huiusmodi percantulis. Præterea miracula quæ à virtute Dei procedunt, sunt supernaturalia: sed diabolus non potest facere nisi miracula naturalia. Modo tu, qui scis incantare percantationes, herbarias, breuia & facturas, fac tibi incidere totaliter vnum digitum ita q̄ sit separatus à manu, & certè cum omnibus percantulis quos scis, aut scire poteris, nec etiam diabolus poterit tibi digitum solidare, quantumcunque ipsis fidem adhibeas. Sed ex virtute diuina ita spicatum digitum imo & collum, & totum corpus frustratim incisum solidaretur in solo nomine dulcis Iesu. Sed modo dicendo de modo diaboli circa apparentias suorum miraculorum, Diabolus qui est astutus, & sapiens scit plus de medicina quam omnes medici de mundo. Vnde sæpe euenit q̄ infirmus habet aliquam infirmitatem occultam in medullis, vel iecore, quam medicus ignorabit, & infirmus quæret percantationes & vetula rencagnata, anus diaboli percantabit, & diabolus sciens fontem ægritudinis, & sciens herbas illi infirmitati appropriatas, cum subtili artu tia imponet infirmo dormienti in loco læso & liberabitur, & sic infirmus dabit fidem percantulo, & diabolata anus iactabit se q̄ liberavit infirmum, quem medici non poterant

Arant liberare, & sic isto modo diabolus creditur colitur, & adoratur, & detrahit honori Dei, qui solus adorandus est & colendus. Si enim homines scirent virtutes herbarum, sicut scit diabolus, subito omnes homines liberarentur. Vnde audiui ab vno meo dico, q̄ sciebat vnum florem nascentem apud nos, qui impositus plagæ subito euellerat ferrum de plaga. Ita facit occulte diabolus, quoniam isti per incantum extrahunt ferrum cum duobus digitis de plaga, quia clam possunt superponere de illo flore. Vnde cum semel vnus faceret percantulum, vt euelleret ferrum de plaga, dixit vnus Sacerdos q̄ erat peccator & non potens prohibere, dum ille percantaret, presbyter incepit plane dicere euangelium S. Ioannis, & non erat modus q̄ percantator posset ferrum mouere, & admiratus fecit q̄ vlceratus deposuit cultellum suum, & rursus nihil proficiens ait: Certè aliquis magnus peccator est hic. & sacerdos ait: Vere tu es ille, nam operatio tua diabolica non potest resistere verbis euangelij, quod assistens dixi. & habes primam de causa efficienti. Secunda differentia formaliter est, quantum ad medium causæ dispositiuæ. Medium virtutis Dei & publicæ iustitiæ. Publica iustitia est fides iustificans publice prædicata. Vnde qui facit miraculum Dei, debet publice facere, & dicere, quia Apostoli in nomine Iesu publice miracula faciebant, quæ publice prædicabant. Vnde Matth. ultimo. In nomine meo linguis loquetur nouis, serpentes tolent, & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super ægros manus imponent, & bene habebunt. Nonne ait dominus, Ego palam locutus sum mundo & in occulto nihil. Et quotidie vobiscum eram in synagoga, & in templo, publice docens, &c. Vnde signum publicæ iustitiæ est, quoniam vnus virtuosus & sanctus existens in gratia Dei in nomine Iesu publice demonia eiicit. Hoc est signum publicæ iustitiæ. Et non est sicut ligare vnum breue ad pellen dum febrè cum filo vnus virginis, in die Iouis, stomacho ieiuno, ante Solis ortum, dicendo ter Pater noster in aure dextra & sufflando super malum, & huiusmodi circunstantijs, quia tales circunstantiæ delictum aggrauant. Imo nota q̄ etiã infideles uisi sunt in scripturis in nomine Iesu illuminare cæcos & mortuos suscitare, sicut de Dionysio magno philosopho discipulo Pauli, & Clemente discipulo Petri, & alijs. Cum enim Dionysius Christi fidem illuderet, & à casu portare tur cadaver, Paulus ait Dionysio: Ex quo quæris signa, vade tu ipse, & iube illi cada-

ueri vt resurgat in nomine Iesu, Dei Pauli, & subito surrexit in publico. & conuersus est Dionysius, faciens illud miraculum non in virtute sua, sed in virtute benedicti nominis Iesu, in quo Paulus vitam habebat fidem. Signa autem diaboli sunt priuata & occultæ iustitiæ, quia ille qui docebit percantulum, occulte docebit & dicet, Noli docere alios quia perdit virtutem, & dicet q̄ non potest docere nisi in nocte Natiuitatis, vel Epiphaniæ, & similes truffas. Nam si ista essent ex Deo, omni tempore & hora & publice, & omnibus in charitate comunicarentur. Tertia differentia est materialiter, quia interest inter materiã miraculorum Dei, & miraculorum diaboli. Materia enim miraculorum Dei est supernaturalis: Materia miraculorum diaboli est secundum naturam, & sunt possibilis secundum ordinem naturæ. Vnde vno tempore contigit Florentiam, q̄ pueri cõmuniter per totam Florentiam exeuntes de scholis, si reperiebant aliquam magnam arborem seu trabem, vnus tangebatur cum vno digito ab vno capite trabis, & alter ab alio, & dicebant nonnulla verba secreto: Et ambobus simul dicentes. Su, su, su, leuabant vnum quoddam maximum lignum quod decem homines non leuassent. Et in isto modo in conuentu Fratrum Minorum eleuauerunt vnum immanem lapidem propter quod fuit notificatum istud domino Episcopo, & fuit ordinatum sub pena excommunicationis, q̄ nullus amplius talia attentaret. Modo istud est mirabile in apparentia, q̄ duo pueri eleuent tantum lignum, sed tamen non est præter, nec supra naturam, q̄ illud lignum possit per plures homines eleuari: sed si per plures homines, multo magis per plures demones, quia multi demones inuisi illos pueros adiuuabant ad eleuandum lignum. ita q̄ diabolus potest naturalia facere, sed non supernaturalia. Et nota bene & tementi, & quere euangelia, & non inuenies Christum fecisse miracula sine magna & notabili causa. & licet in libro de infantia Saluatoris dicant multa miracula facta à Christo puero, ecclesia non approbavit librum illum, quia non sunt credenda, scilicet q̄ fecerit, licet facere potuisset. Christus enim in veritate nunquam aliquod miraculum fecit sine magno mysterio. Quarta differentia, quæ est ex causa finali est pulchra, & est in timore Dei. Vnde nota q̄ Deus nunquam sanauit corpus q̄ animam non sanaret, imo principaliter faciebat propter saluare animam. Sed diabolus facit aliter, quia facit miracu-

A la sanando corpus propter damnare animam. Item facit Deus mirabilia corpori, & animæ ut ipse Deus honoretur, & colatur in hoc mundo, & in alio. Dæmon facit miraculum ut Deus inhonoretur in hoc mundo, & in alio. Itē facit Deus miraculū, ut Christianus ædificetur dæmon, facit ut scādalizet. Itē Deus facit miracula, ut aliquis sanctus honoretur. Sed dæmon facit, ut sui sequaces & complices adorēt. Etenim, ut paucis diaboli malitiā in suis miraculis amplectamur, primo facit ea, ut corpus credentis sibi pariat: Sicut vides in habētibus orbem caducū, qui faciunt se agitari à vespere vigiliæ sancti Bartholomæi vsq; ad vesperā diei festi eiusdem saltando cū timpanis, tibijs, tubis, & sonaleis, & omnibus strepitibus, & non habent per totum annū amplius illud malū vsq; ad festū S. Bartholomæi alterius anni. Istud ergo miraculū est diaboli, quia si esset Dei, curaret pro toto tēpore vitæ patietis: sed diabolus, nō permittit ipsum liberari, nisi pro vno anno, ut omni anno fiat suum anniuersarium, & plures animas lucret. Nocet enim ista saltatio, & continua agitatio corpori adeo, q̄ per violentiā exterminati laboris accidēt calūs morbi, & in hoc finalis intentio diaboli est perditio corporis in exterminato labore, & perditio animæ in falsa fide & credulitate. Sicut ille morbus deberet per Deum liberari, potius cessaret propter orationem, ieiunare, & alia opera spiritualia facere, q̄ propter illas truffas, & saltus & tripudia, quia vñ festum Bachi, & ibi agitant pulchre iuuenes, &c. Secundo facit diabolus miracula, ut faciat malū animæ, quia anima dat fidem istis operationibus diaboli, & fit idolatra, & sic dānatur: quia quā videt per illa verba extrahi ferrū de plaga, & febrē cessare propter illud breue de charta nō nata, dat fidē facili ter oībus alijs verbis & percantulis, & faciunt iste bestiales foemina incantare filios de vermibus proiciēdo plumbum, & dicēdo verba in auribus, & multa similia sunt per memoratas foeminas. Et scias q̄ si quis haberet bonam, & plenā fidē in solo noīe Iesu, liberaret oēm morbum. Ita ergo scias, q̄ sicut Deus vult per miracula venerari, sic et diabolus vult per sua miracula venerari. Nā in vita aeterna incēpit velle adorari, & sic facere querit in terra. Sed attende, quid vult dicere, q̄ quā audiuntur mirabilia Dei, oēs stant attenti mirātes, & timētes Deum & illuminantur in fide, & quā audiuntur mirabilia diaboli, oēs rident. ratio huius est, quia truffæ sunt. Nā in mirabilibus Dei anima

venit in deuotionē, quia intellectus venit in gratia crescēdo, videndo sapientiā Dei, & intellectus, & memoria cōmunicat corpori simul de illa gratia illuminēte lumine veræ fidei, ita q̄ ista gratia corpori cōmunicata inducit illud ad actus extrinsecos deuotionis, & timoris Dei, & fidelitatis: Sed in miraculis diaboli secus, quia ribaldariæ suæ intellectui facile discoperiuntur, & virtutes animæ quæ sēper laborāt ad uerū, veniūt in displicentiā falsitatis, & inducit risum in elusionē falsi. Et tunc fit lætitia Deo: quia sicut diabolus habet solatium quā faciendo percantulum truffaris de Deo, sic Deus lætatur, quando videt animam in vera intelligentia permanentem truffari de diabolo.

Prima pars principalis.

Veniamus ad secundam, quæ est signum malitiæ diaboli, quæ malitia in eius mirabilibus quatuor modis demonstratur. Primo per medium auaritiæ. Secundo per medium infidelitatis. Tertio per medium carnalitatē. Quarto per medium deceptionis.

Primum mediū est auaritiæ, quia sunt aliqui ribaldi, qui propter auaritiā portant ampullas, & dicunt q̄ intus est de lacte virginis Mariæ & vendunt eas. Item aliqui vendunt ossa mortuorū, & dicunt ea esse ossa sanctorū, & vidi vnū, qui fecerat bullas Papæ falsificatas, quæ testificabant q̄ erant ossa sanctorū & faciebat mercantiā de ossibus mortuorum. Similiter in vendentibus de ligno crucis, & ponēdo sup igne, si non cōburi, credunt illud esse lignū crucis, qd̄ est falsū, quia Doctores dicunt q̄ Salomoni missum fuit vnū lignū, in quo ignis nō habebat vires. Itē Augustinus dicit, q̄ est vnum genus ligni ficus, quod impositū igni non cōburetur. Itē in incantationibus, qui vendunt breuia, et intus vendunt fidē Christi. Vnde nota regulā ad cognoscendum breuia mala à bonis, quia in breuibis malis sunt nomina, quæ nō intelligunt, ut est Asterot, qd̄ est nomē diaboli, et vterius attēde quia in eis ponunt characteres, quæ sūt sigilla diaboli, sicut in bullis et Papalibus, et Imperialibus, et Regalibus ponunt sigilla principū, sic et in breuibis ponunt sigilla diaboli, quia illæ sūt sue bullæ. Itē nota, quā scribitur in pelle, seu charta nō nata cū pilo bestia. Illa pellicula nō nata signat Antichristū nō natū. Itē attende, quā ligatur cū filo virginis, et per puerū virginē. Item quā percantulum debet plus

Regula cognoscendi breuia.

A plus fieri vna hora quàm alia, quia virtus Dei non limitatur sub hora, loco aut die. Item quando in illo breui dicitur, q̄ quicūque portauerit super se, nō morietur in igne, aut aqua. Et scito, q̄ quicūque vedit, aut scribit scienter videntibus talia breuia, peccat mortaliter, & contra fidem facit. Et nota q̄ aliquū repertum est, aliquē totum trucidatū qui dicit se non posse mori sine poenitentiā propter vnum breue, quod habet supra se, & mentitur, quia Diabolus potest stare in illo corpore, & ostendit velle cōfiteri, ut detur fides illis breuibus, ut alij decipiantur. Vñ si aliquis habet fidē in istis breuibus morietur, non confitens de hoc peccō, damnatus vadit a casa calda. Secunda causa est infidelitas. Quia volūt isti q̄ res diuinæ sint rusticane diaboli, sicut qui volunt diuinare respiciendo manum & frontem, quanto tempore viues, & qualem fortunā habebis, & in sortilegijs & incantationibus in phiala, vngue vel christallo cum candelis benedictis, incisorio & duobus cultellis, & cum psalms, ad furtum inueniendum. Item illi, qui credunt in libris de arte notoria, in clauicula & pentaculis Salomonis, quæ est clauis diaboli. In omnibus enim istis diabolus conatur supplantare fidem Christi. Tertia est cā carnis, quia multa querunt propter desideria carnis & luxuriā facere incantationes ad amorem alicuius mulieris vel viri, & facere sibi portari aliquā foeminam sicut Cyprianus, qui per incantationes misit diabolom ad S. Iustinam. Vnde nota hic q̄ si persona est bene confessā & sine peccato mortali, & est in gratia, Diabolus non hēt potestatem super eā, sicut non profuit Cypriano mittere dæmonem ad Iustinā, quia erat in gratia Dei, & nihil pualuerunt cōtra eā, & quia diabolus dixit Cypriano se nihil posse contra eā, q̄ erat in gratia, ideo ipse cōuersus fuit ad fidem Christi. Sed quid dices de his, qui faciūt sibi portare foeminas per incantamenta, & hnt secum agere, & si queris à muliere, dicet tibi q̄ est verū q̄ fuit portata, & habuit coitum cū tali, & tñ mentietur. Nota q̄ diabolus potest transformari in forma mulieris illius incantatæ, & faciet se portari, & fatuus incantator credet q̄ sit illa foemina, & copulabitur cum Diabolo, & ex inde faciet q̄ foemina somniabit se portari & iacere cū illo & reportari, & tñ in vero nihil erit, & hoc vt detrahatur fidei Christi, & est deceptio carnalitatē, licet et in veritate aliquā cōtingat, q̄ propter peccata mulieris incantator possit per dæmonem trahere mulierem, quasi insanā

& nesciam ad domum suam, & abuti illa, q̄ tñ nesciet quid agat. Quarta est cā deceptio. Sunt n. aliquæ vetulæ renagnatæ, quæ credunt se ire cum Zobiana, vel in cursū, quia diabolus faciet sic sibi apparere in somnis, q̄ efficiatur vna gatta, & tñ non erit verū, quia diabolus transformabit se in vnam gattam, & in apparentia gattæ intrabit cameram, & paterfamilias habens puerū eredit, quod sit vna striga, & surgens percutiet gattam & videbitur sibi fregisse gambam gattæ, & deinde diabolus faciet frangi gambam illi vetulæ, & in crastino tam ille paterfamilias quàm illa vetula credent esse vera ista, & erunt illusiones diabolicæ, &c.

Tertia pars principalis.

Tertium gen^o miraculorū est stultitiā. Generatio stulta & adultera, & incipiā ab adultera. Nota q̄ herodiana & zobiana est idē, & fuit ribalda vxor fratris Herodis, quæ fecit amputari caput Ioanni Baptistæ & calcavit ipsū sub pedibus suis, & inde venit q̄ est in deuotione meretricū, & male custodiūt mulieres suum diem dicentes fabulas q̄ zobiana oī anno venit ad flumē Iordanis, vt baptizetur & reperit eū siccum. Vnde habentes vxores custodiētes dies Herodianæ deinceps verberēt eas & reputēt eas non bonas. Aliqui et sequuntur auguriorum opiniones stulti et insani, sicut antiquorū tempore fiebat, vt apparet in Valerio Maximo in titulo de omnibus et augurijs. Et nota tres differentias, quia aliqua sunt corporalia, aliqua temporalia, aliqua spiritualia. Corporale, vt si reperis in via leporem vel mustellam, vel si obuias alij cui foemina in pelicia discoperta, quia erit malum augurium. Item audiendo coruum vel nicticoracē in tecto. Item aliqui ponūt fidem in garrū auium, sicut quedā vetula, quæ habens fidem in garrū auium audiuit primo die Martij cuculū quinquies garrientem, et accepit augurium q̄ deberet viuere 5. annis ponens vnum annū pro singulo cātū, tandem ipsa primo anno grauiter infirmatur, vicinæ visitant eam et videntes eam grauata, confortant eā vt cōfiteatur, et illa ait. O ego non moriar ex hoc malo. secūda die peiorat. volunt q̄ cōfiteatur. Ipsa dicit, q̄ adhuc dēt viuere quinque annis, quia audiuit Cuculū quinquies cantantē primo Martij seu Maij. Tertio die vix loquitur, et volentibus vicinis q̄ cōfiteret, licet nō potuisset, illa annuebat quinq; digitis. s. q̄ quinq; annis

Antis superueneret, & sic sequenti nocte sine confessione mortua est cum diabolo per fidem augurij in cantu Cuculi. Item aliqui ad dolorem dentium incantans cum cunctello in terram fixo. Item diuidunt virgam nucelarij contra toretas & signant, & quando serpens morderet aliquem. Item mulieres aliquæ sciunt liberare dislombolatos, & quando vna vena equirat aliam. Igitur aliqui scribunt nomina diabolica super hostijs & in pomo, & in salina, & faciunt comedere. Item aliquæ mulieres dant de arca Antenorij pueris suis, vt liberentur a tuffe pagana. Et quid dicam de matribus docentibus filias suas facere mille ribaldarias maritis, vt possint facere quicquid volunt, ne mariti habeant libertatem super ipsas? In spiritualibus vide quod Diabolus omnia corrumpit & conuertit in se, quia in nocte Natiuitatis in missa S. Sufannæ quot breuia fiunt & docentur in die sancti Sebastiani & calcaria ponuntur in aqua benedicta, & de his qui ponunt zoccum in vigilia Natiuitatis, & seruant de carbonè & dant comedere illi zocca, aliqui parant mensam in nocte Natiuitatis, nec dant ignem vicino in mane. Aliqui faciunt cruces in passione Domini de oliua, & habent istam virtutem: quod non possunt mori sine magno malo. Item aliqui credunt in diebus oziagis. Item comedentes omnia nata die Iouis sancta, in quibus oibus peccatur mortaliter. vnde hodie dictum Christi verificatur in hoc, quia generatio mala & adultera signum querit. Non tacebo de his, qui capiunt oleum sanctum & corpus Christi sacramentum, & exercent illa in operibus Diaboli, & sic in omnibus talibus & multo pluribus fides Christi est corrupta, quam intemperatam seruare nobis concedat Christus benedictus, Amen.

D FERIA QUINTA post j. Domin. Quadrag.

Sermo IX.



Ecce sanus factus es, iam noli peccare. ne deterius tibi contingat. Io. 6. c.
 Tractaturus hodie de amore, qui dicitur vigorosus, confidero tres status ipsius amoris vigorosi hoc ordine. Primus status est diuina gratia illuminatiua. Secundus est poenæ & culpæ ruinatiua. Tertius est punitio nis periculosa & anfractiua. Prima, Ecce

Sermo de Incarnationibus.

iam sanus factus es. Secunda, iam noli peccare. Tertia, ne deterius tibi contingat.

Prima pars principalis.

Tolle primam, scilicet gratiam illuminatiuam. Hæc gratia illuminat animam, & facit eam esse beatam, & dat animæ cognitionem peccatorum suorum. vnde Apoc. 8. in tertio sigillo dicitur: Cum aperuisset sigillum tertium, ecce equus niger & qui sedebat super eum habebat stateram in manu sua, & audiui vocem dicentem, bilibris tritici denario vno: & tres libras ordeï denario vno: vinum & oleum fene læseris. In hoc eloquio nota tres veritates ad illuminandum intellectum nostrum & animam. Prima veritas, cui simulantur facientes percutulos. Secunda veritas, a quibus equitatur incantatores. Tertia veritas, a quibus sunt excæcati. Accipe primum, cui assimilatur talis scilicet equus. Equus enim nescit quo vadit, & si malum habet ductorem, præcipitatur. Ita est in oculo fidei, quia vnus minimus error infidelitatis orbatur ipsum oculum fidei, et postea habet Diabolum ductorem, qui præcipitat animam. Et nota quod tangetur, quando homines excæcantur, vt sequantur errores. Et non mireris, si vides fidem Christi esse ita dilaniatam, & erroribus plenam: Nam fides est ita nobilis quod quanto plus corrumpitur, tanto plus efficitur deterior. vnde vides in nobilitate aciei oculi, quia omnis minima percussio valde nocet sibi plus quam alijs membris. Ita est in nobilitate oculi fidei, quia errando in vno solo verbo, homo damnatur & efficitur cæcus. sed in alijs peccatis sunt mille remedia, sed peccando in fide, nulla est redemptio. Sed vnde venit quod tot herbariæ, incantationes & opera diaboli regnant in mundo? Et quod homines audiendo in prædicationibus tot animarum pericula non corriguntur? Considero quod hoc triplici de causa procedit. Prima est ignorantia. Secunda est superbia. Tertia est stultitia, quæ inducunt homines in istos errores. quæ quidem causa in istis verbis describuntur. Ecce equus niger. Iste equus habet tres significationes. prima, quæ est niger & significat ignorantiam. Equus portat caput altum, & significat superbiam. Equus calcitrat, & significat stultitiam. Ignorantia igitur est prima causa istorum errorum, & nota quod in hoc loco Apoc. sunt duo equi, Albus & niger. Albus signat animam virtuosam

Atuosam plenam intelligentia. Niger signat animam cæcatam, plenam ignorantia & sceleratam ac plenam peccatis. Secunda est superbia, quia vna feminella ignoras Deum & sanctos ibi post facturas & stultitias per cantulorum, audiendo prædicatores & Doctores ecclesiæ, & reprehensiones illorum faciet contra fidem, & est ita luciferana, quæ nescit Pater noster, & vult scire plus quam Deus & sancti. hoc a superbia procedit, quia dicit: Ego confessus fui, & Sacerdos dixit quod non deberem plus percontare, & parum post ipse infirmatus fuit & misit pro me, & fecit se percontare. Sed vide pauperula, quæ quando sacerdos te reprehendit ipse per os Dei locutus est, & quando dixit quod tu percontares locutus est per os diaboli, nec excusaris dicendo, sacerdos dixit mihi, vel ipse facit etiam istos percutulos: quia si cæcus cæcum ducit, ambo in foueam cadunt, quando qui debent docere animas, faciunt incantationes, & non intelligunt si est bene factum necne, & hoc facit superbia, quia dum prædicatur hoc fore male factum, & contra fidem, propter superbiam dices, iste nescit quid dicat. Ego pur video quæ in isto percontulo sunt bona verba & prodeunt, &c. Et tñ in vero est blasphemia Dei. vnde Augustinus Superbia meretur illudi, & Diabolus ducit animas istorum ei alligatas, sicut buffalus ducitur per nasum anulo perforatum. vnde Ieremias. Superbia tua & arrogatia cordis tui, decipit te. & sic habes caput equi. vide in decretis. 26. q. 1. 2. 3. 4. & 5. quantum laborat contra istorum animas excæcatas. Et in testamento veteri prohibet Dominus credi istis incantatoribus siue verum dicant, siue non, & vult quæ tales lapidentur, Exod. 9. ca. Nonnulli credunt quod ego somniam ista, & quod dicam de capite meo. vide tertiam rationem, quare hoc prouenit a stultitia. Reperi multa peccata in diuersis terris, sed aliqua specialia in vna plus quam in alia, sed vniuersaliter vbique terrarum regnant istæ incantationes & herbariæ, & ista procedunt a stultitia, quæ æquiparatur calci equi, vnde Christus æquiparat istos Iudæi dicens, Qui manducat panem meum, leuabit calcaneum suum contra me, & percussit me in pectore scilicet, ille qui comedit & bibit meum sanguinem, cum quo recuperavi eum, calce me percussit, quia non vult credere mihi, sed faminis diabolatis, & hoc procedit ex insipientia, quia dixit insipiens in corde suo, non est Deus. vnde quoniam Christus venit in mundum, ipse inuenit to

tum mundum plenum idolis, & dixit: si non dimitto aliquod remedium nihil faciam, & sic dimisit vnum remedium propter eleuare & extirpare omnes istas incantationes, & dimisit remedium non minus Iesu, cum quo omnis infirmitas liberatur & mortui resurgunt. vnde Marci vltimo: In nomine meo demonia eijcient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super ægros manus imponent, & bene habebunt. Secunda veritas est, a quibus equitantur incantationes. equitantur enim a diabolo, & hoc est quod dicit, qui sedebat super eum. Nam Diabolus qui vocatur Bezebut, habet multos equos & equas, & est princeps herbariarum & incantationum, & tot equitat, quot faciunt & credunt in ipsis. vnde quæcumque mulier, quæ querit herbarias propter facere se impregnare, imprægnabitur a Diabolo, & illi qui dant denarios filijs tempore Natiuitatis vt ludant, sunt equi diaboli: & stipendiarij, qui faciunt incantare equos, & qui ponunt denarios in focatia in sancto Martino. Et qui in anno nouo dant bonam manum seu strenam, quia vnus Diabolus sic nominatus illud inuenit. Et qui illo die nolunt comedere ruspantia retro sed proicientia antea, sicut porci. & qui ex voto nolunt comedere de capite, vel de pede. & portantes anulos appropriatos grauiso. & qui portant denarium crucis, & qui lauant sibi manus in Sabbato sancto cum pullantur: campanæ propter scabiem. Et qui in mane S. Ioannis Baptistæ vadunt per rosatam, & qui cum vident lumina & nouum ignem in Sabbato sancto ostendunt sibi bursam ne deficiant sibi denarij. Et qui habent in deuotione primam diem Martij propter tempestatem. Et qui faciunt signare equos & non ascendunt eos in die sancti Ioannis. Et qui credunt dies oziagos. Omnes isti peccant mortaliter. Et qui incantant tempus propter periculum tempestatis, quia talibus euenit illa gratia, quæ venit vni mulieri Ianuæ, quæ signando ad tempus ostendit annum tempori & sagitta celestis percussit eam in bersalio: & sic mortua est cum suo incantamento. Sed quot ribaldariæ sunt in matrimonijs in dando ribaldarias comedere maritis in ponendo spurcitas sub caput lecti, & faciunt maritos portare supra se nescio quid. Vnde dum semel vna iuuenis vellet diligere a marito, iuit ad rencagnatam, quæ in nocte expoliavit se nudam, & illa iuuenis remanserat ibi cum vna focia, & voluerunt videre quid faceret

A ceret illa anus & illa incantatrix fecit venire unum dæmonem, qui minxit in vno vreo, & dixit, da bibere de hoc illi iuueni, & maritus diligit eam, & illa iuuenis videns hoc, horrore percussa noluit bibere. Et sunt qui incantant sanguinem, & qui vadunt iuxta persicum, & cum incantauerint dicunt, Diabole asporta istam infirmitatē, & persicus siccatur. Et quæ expellunt gattas extra domum, vt pariant masculum; & sic isto modo Diabolus cum istis superstitionibus omnia vitiat. Imo & scientias veras, puta astrologiam, quæ in se est vera & bona, sed Diabolus permiscuit eam cum nigromantia, quia obseruat puncta stellarum in magicis, & sic corrumpunt illā, vel quia & Diabolus facit astrologum præsumere quod possit certitudinē scire de re futura, quod nō est sciendum: quia licet astrologus possit vehemēter iudicare de aliqua re futura per verisimiles coniecturas, tamen certitudinem non habet, quia Deus sæpe dispensat cum creaturis suis, prout vult, sicut in Ezechia visum est, cui Dominus quindecim annos vitæ superaddidit. Vnde dum semel vnus astrologus vellet præcise mortē Principis cum quo stabat, vidit quod fœm eum debet mori illo anno, et cum staret mæstus corā principe, princeps voluit scire cām suæ tristitiæ, tandem astrologus post multa coactus dixit Principi quod illo anno erat moriturus, cuius verbi efficacia ita impressa est in corde Principis quod factus tristis dicti perdidit esum, et tandē reclinatus in lecto iacuit, quasi moriturus, et non poterat consolari mortē expectans. Quidam miles sciēs Principē iacere pro verba astronomi, dixit astronomo: Dic quæso, quanto tpe reperis te videtur? ille dixit, viginti annis adhuc superuiuo, et mox miles ipsum gladio transfodit dicens, mentita est astronomia tua, quia hodie morieris. Et tunc princeps audiēs quod astrologus fuerat propriæ mortis ignarus profligit ex lecto, qui solo timore iacebat, et liberatus est statim. ita quod certitudo non potest in talibus haberi. Et multi sunt qui credunt somnijs inanibus, cum tñ somnia possunt apparere ex complexionibus, & exercitijs, & cogitationibus, & passionibus, & esu, & crapula, & ex diabolica suggestionē: vel etiam ex diuina inspiratione. Vnde oēs qui dant fidē istis, sunt equitati à Diabolo. Tertia veritas est: A quibus sint excæcati. Et quidem a peccatis. Nā dicit quod Diabolus qui equitabat equum nigrū, habebat statērā in manu sua, & poterat infideles, &

peccatores. Statera signat iudicium discretionis, quia discretio discernit & iudicat bonum in manu Dei, Malum autem iudicat in manu diaboli. vnde quā hō plus diligit infidelitatem quā fidelitatem, & credit plus vni fatuæ incantatrici, quā dictis scōrum & prædicatorum, & quærit plus solatia corporis quā aiā, & cupit plus cōplacere diabolo quā Deo, ille expectat ponderari statera dæmonis. Et quā rationem plus assignabit incātor, nisi quia nō poterat talis liberari nisi incantasset, & tu plus existimas sanitatē quā aiām. O quantū statera tuæ discretionis est iniqua sed quæ remedia debēt fieri infirmis? Quære medicos & medicinas. Non enim Deus frustra medicinā instituit: Nō frustra herbis & plantis, & alijs nascentibus proprietates exhibuit, nisi ad iuuamentum hoīs: Et oñes sunt optima remedia: non in percantulis, quia dñr mendacia. Forte dices: Deus dicit, adiua te & ego ēt adiua bo. hoc est verum si legitimo modo te adiuues, & Deus adiuuabit te puniendo vel præmiando. Dices, tñ vñ mihi quod bene faciam, si quæro modum liberationis meæ, quocumque. O pauper intellectu, tu deciperis, quia Deus vult te infirmari pro aliquo tuo bono, ideo caue, ne ex hoc tibi cōtingat deterius. Quid enim præstat, an perdere fidem, an liberare infirmum. O infortunate, tñ appretias fidē, quātum asinus gemmā, Et sicut asinus plus appretiat ordeū quā gemmā, sic tu magis appretias carnē quā animā. Quid est melius, an patientia Christi, an impatientia diaboli? Tu enim indiscerta statera plus ponderat iniquitates, stultitiam & malitias, & diabolū, quā Christum, & præponis incantatrices, scīs, & fallacias dæmonū, ecclesiæ & sacræ paginæ. Et proponis pelles bestiarū non natarū, pellibus scōrū martyrū quā tāta passi sunt pro fide Chři.

Secunda pars principalis.

Secūndus status est penæ & culpæ ruinationis. vnde dicit Christus, Iam noli peccare. Ideo occurrit vnū dubium, quæ est causa, quare vnus liberabitur propter incantationes, & propter medicinas, orationes & missas, & vota non liberabitur? Ratio, quia Deus sæpe permittit infirmitates ad experimentum creaturarū suarum, & ad purgationē peccatorū suorum: & quia sic terminat propter orationes, non mutat positū, quia scit illā infirmitatem esse medicinam animæ

A animæ patientis. Sed si aiā sit impatiens, & separet se à Deo suo & recurat ad Diabolū, tunc Deus permittit ipsam in manibus diaboli, ex quo sibi sic eligit, & Diabolus adulatur carnī, vt perdat aiām, & liberat creaturā ab infirmitate corporali, & ponat eā in infirmitate spūali, quia facit ipsam infidelē. Item ēt quare maleficiatur mimonium, & puer in cunabulis exsiccatur? Non propter aliud hoc permittit Deus nisi propter modicā confidentiā, quam hñt hoīes in Deo: vnde 2.6. q. 6. c. mater, Doctores ponunt istā rōnem, quod Deus permittit ruere domum quā non habet bonum fundamentum. Inde est quod vna puella vadens ad maritū existens in peccō mortali, potest maleficiari, quia nō confidit in Deo. vnde si vadit cum timore Dei, non est possibile quod diabolus habeat potestatem in illo matrimonio, nec in alijs quibuscunq; personis timentibus Deū. & nota quod non est minus peccū soluere maleficiatos, quā illos maleficiare. vñ si vis soluere maleficiatos, solve eos in solo nomine Iesu. Itē alia ratio est, quia hoīes in istis superstitionibus hñt malam opinionem. Erit aliquis natura liter infirmus morbo incurabili, & credet quod sit maleficiatus, vel incontratus, & hoc est graue peccū, & se ibi experientur omnes percantatores, & tot peccā fiēt circa ipsum, quod si deberet alias liberari, Deus indignabitur, ita quod infirmus semper permanebit in illa infirmitate. Item alia rō est, quia Deus permittit, vt intelligas & scias eius virtutē. Nam, vt ait Aug. permittit hoc Deus, quia nō habes fidem, Deo dicendo solum, Pater noster, non facies illud miraculum, & tñ facies cum illis peccantulis, quia deficit tibi fides, & dñt insani, quod habent in istis bonā manum, & abnegauerunt Deum. Item alia rō est, vt mundus cæcus intelligat quod fides Christi deficit. vnde 20. q. 1. c. 1. Deus permittit hoc, quia stas cū diabolo. Et portado breuia supra te, portas diabolū. de quo hēs in c. nec mirū. 2.6. q. 5. quia miscet nomina Dei cum noībus diaboli. Et quā inferitur ali quod mendaciū in eo, tunc illud breue est diaboli, & quā limitatur in certo die & hora. vnde scribentes, portantes, consulentes, quod portentur: ementes, vendentes, credentes, & laudantes, peccant mortaliter. Et nihilominus aliqui fatui consentunt, & comedunt corpus Christi, & habent diabolū supra se. Item & alia ratio est, quare Deus permittit, vt videas quantū studium, & quantus affectus habetur in his percantulis, & capit iste diabolus cum vetula ran-

cagnata indiabolata incantatrice mille animas, vt cognoscatur quantum studium habet diabolus in capiēdo animas. Item alia ratio, vt cognoscatur verus homo probatus, qui talia vilipendit, & non sequitur fantasias muliebres.

Tertia pars principalis.

Tertius stat⁹ est punitio periculosæ, & anfractiuæ. vnde nota tres punitioes à Deo datas. Prima est tēporalis. secunda corporalis. tertia infernalis. Prima punitio est temporalis, de qua in titulo de sortilegijs, puniuntur sortilegi publicis penitentijs, & quadraginta diebus afficiuntur penīs corporalibus & excommunicantur. Et si sunt sacerdotes, debēt priuari officio & beneficio. Secunda punitio est corporalis, quia raro videbis hominem sortilegum & incantatorē qui non moriatur mala morte, vel desperata, vel subitanea sine penitentiā, & cum infamia. Tertia punitio est infernalis, quia iā iudicatus est, quia qui non credit, iā iudicatus est: & est mirabile quod diabolus ita excæcat eos, quod morientes non pñt penitere. vnde Apoc. 9. Non egerunt penitentiā, sed sunt excæcati à diabolo. vnde Paulus ad Rom. vlt. Et dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt: & iste est amor vngorosus, cuius ardore & dulcedine repleat nos Deus, vt mereamur gloriam æternam.

FERIA SEXTA

post j. Domin. Quadrag.

De Amore gaudioso.

Sermo X.

Lat tibi sicut vis. Matth. 15. Amor, de quo tractare volumus, dicit amor gaudiosus. vnde nota, quod per tres status & gradus procedit anima. Primus status est desiderans. Secundus est dolorans. Tertius gradus est iubilans. Tolle primum, & est vtile scire. Nota ergo, quod tria sunt lumina animæ desiderantis in primo gradu.

Prima pars principalis.

Anima igitur desiderans hēt tria lumina. Primum est lumē vidēdi defectus suos. Scdm est videre Deū esse, qui dat esse aiām. Tertiu ē videre, quod dulce ē aiām vniri Deo. Aiā igitur primo gradu videt se nihil esse, & se esse infirmā & multos habere defectus, & non

A & non posse ex se quicquid habere, et quod expedit ea habere cibum, et quod solus Deus est cibus anime. Et tunc venit ad secundum lumen proficiendi, et discernit differentias inter mundum et Deum, et inter finitum et infinitum. Et ex isto lumine sequitur tertium videre, et tunc dicit anima: O si possem frui Deo, dices ad iustarum filium, per digi intra se. Quia serui sunt in domo patris mei, qui abundant panibus, & ego hic fame pereor. Et sic reuersus receptus a patre intravit in gaudium patris sui. unde bene discurrendo incipiamus a natiuitate pueri. vides enim, quod puer nascitur ita debilis, & infirmus, quod nihil potest ex se, nec cognoscit patrem, nec matrem. imo quando adhuc est aliquantulum maior & incipit ire, ita se queretur lupum, sicut patrem. unde per illam ignorantiam & debilitatem, quia nescit se in boccare, nec in minimo iuuare, & nihil scit facere, nisi inturpare. inde est quod illi sue nature debili & defectiue, tot iuuamina in omnibus sunt inuenta, ut viuamus, & habemus necessaria corpori propter comedere, & vestire, & habitare. Et si bene consideras nulla creatura eget tot necessarijs, quot indiget homo. Unde Iob, Nudus egressus sum de utero matris mee. Asinellus enim & pecorinus, & cetera animalia nascuntur armata, & pullus cum natus est vadit, & comedit, & cognoscit bonum granum a malo, & alia animalia ut nata sunt, cognoscunt matrem, & nos sumus ita imbecilles, & pleni miseria, quod ex nobis nihil possumus nec habemus. Et nihilominus rebellamus creatori nostro. Inde est quod natura eget tot necessarijs, quia in sudore vultus tui vesceris pane tuo. Et qui non laborat non manducet, unde oportet quod omnia sint occupata circa miseram vitam corporalem: Et omnia elementa, aer, terra, aqua, laborant subtus & supra, ut subueniant isti corporatio. si militer ignis ad calefaciendum, & sustentandum vitam nostram, & omnia breuiter loquendo subiecta sunt nostre egentie. Si modo intelligeremus hoc nos habere a Deo, & quia non ex solo pane viuit homo, sed de omni verbo, quod procedit de ore Dei, quia non solum oportet intelligere necessaria corpori, sed & necessaria anime, ut viuatur, ita quod si anima sciret bona spiritualia, sine quibus non potest viuere & intelligeret amoris Dei, multo magis quareret cibum spiritalem quam temporalem. Et tunc vides quot pericula, quot labores, quot mala sustinemus pro corpore. Quid ergo fieri debet pro anima? & sicut mater gubernat infantulum, & educat tenendo ipsum in brachio, ita Deus nutrit animam dando sibi quattuor desideria, ita

quod primum desiderium est viuendi, secundum desiderium est habendi virtutes, tertium desiderium est sciendi, quartum desiderium est habendi quietem. Sicut enim anima naturaliter abhorret mortem, quia natura abhorret non esse: sic e converso appetit vitam, quia secundum philosophum omne ens appetit permanere. Et sic a simili, cum anima habet lumen seipsam videndi, sicut corporaliter appetit viuere, sic & spiritualiter desiderat eternaliter viuere. Rursus sicut homo appetit in hoc seculo bonis temporalibus, abundare credens bona temporalia esse summum bonum, cum non recte cognoscat, quia de bonis temporalibus fit maior amissio quam lucrum, sicut de infansato infante, qui fugit lapidem, & credendo lactare plus dimittit de suo quam acquirat de lapide; quia homo quanto plus in diuitijs mundi pro corpore lucratur, tanto plus perdit pro anima, sic anima illuminata lumine veritatis appetit acquirere virtutes. Et licet vulgares credant quod acquirere diuitias sit magna virtus tamen veritas est quod acquirere virtutes hoc est ipsa virtus, quia sapientia huius mundi stultitia est apud Deum. Unde non laboremus in acquisitione diuitiarum, sed virtutum. Unde Augustinus. Inquietum est cor nostrum, donec veniat ad te. Item sicut homo est semper cupidus scire in hoc seculo, & inuestigat que in hoc seculo sunt scibilia: quia ut ait Philosophus omnes homines natura scire desiderant, sic & anima illuminata semper inuestigat & satagit scire originem fontis illius bonitatis, a quo creata est. Item sicut homo in hoc seculo omnia facit, ut in fine quiescat & gaudeat, sic anima illuminata omnia patitur in hoc seculo. scilicet ieiunia, vigilijs, disciplinas, & omnem poenitentiam, ut in fine quiescat. Secundum lumen est videre Deum esse, qui solus & totus dat esse animam, & istud secundum lumen nascitur ex primo lumine videndi tuos defectus, quibus egess: unde cognoscendo primo nihil ex te esse, & nihil ex te habere, tu postea venis in cognitione Dei. unde cant. 1. Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt verba tua vino fragrantia vnguetis optimis. quod dicitur quod quatuor lumina nascuntur in anima ex cognitione Dei. Primum est lumen sui luminis, cum ait: Osculetur me osculo oris sui, quia osculum est os. Secundum lumen est intelligere Deum per cogitationem, meditationem, & contemplationem. unde Psalmus. Eruit cor meum verbum bonum. quod dicitur quod intelligit sapientiam Dei ad supplementum ignorantie sue, ideo secundum splendorem infusum in sacra Scriptura fugit illius scripturam verba. Iohannes dicit, Meliora sunt verba tua vino: quia vinum cauatur hominem de memoria,

A moria, sed verba dant lac, non escam, secundum Paulum, ex quo lacte fit optimum nutrimentum. Tertium lumen est abundantia gratiarum Dei, in qua abundat anima plena fragrantia preciosorum vnguentorum. unde Paulus, Christi bonus odor sumus: alij ad vitam, alij ad mortem: ad vitam bonis, ad mortem malis, & hoc est quod dicit, fragrantia vnguentis optimis. Quartum lumen est imbibitium anime in Deum, cum subdit, Oleum effusum nomen tuum. Oleum est sanatiuum, illuminatiuum, transpenetratiuum, & ignis nutritiuum. Ita nomen Dei est vorabile, & habet mirabilem virtutem, quia hoc nomen, quod est tota sapientia Dei, propter saluare humanam naturam, & hoc est nomen Iesus. Et qui non cognoscit hoc nomen, non cognoscit Deum, & intelliges illud nomen, quantum sit sanatiuum in Domina oliuarum, quia nulla infirmitas est, que in nomine Iesu non sanetur. Itaque videbis quantum transfigatur & dilatetur cor nostrum in nomine Iesu, quia in nomine tuo videbimus lumen. Ecce cor dilatatum, propter quod tota anima est transformata, quia quantum anima cognoscit Deum, tamen ipsum amat, Oleum est nutritiuum ignis, quia anima cognoscens Deum nutrit ignem amoris diuini. unde vides qualiter anima venit ad profectum visionis Dei. ex istis igitur venit anima ad tertium lumen, quia considerat quantum stetit bene, quoniam est vnita cum Deo. Sed quoniam videt sibi deficere amoris dulcedinis Dei, amaricat. Ideo in Cant. dicitur. Adolescentula dilexerunt te nimis, scilicet anime inebriata diuino amore: quia sicut nimium vinum inebriat, & multa febris facit mori: Ita multus amor Dei vnitus anime facit animam, ita inebriari amore diuino, quod non timet mori morte corporali, sicut fuerunt martyres, qui gaudebant pati & mori in nomine Iesu, quia inebriati erant illo nomine. Et ita erant ardentes in nomine illo, quod in magno frigore sudoribus affluebant. unde S. Franciscus habens modicos pannos, dum interrogatus fuisset tempore hiemis in intensissimo frigore ab vno diuite vestibus duplicato, qui tremebat, nunquid frigeret, dixit quod tanto calore ardebat quod sudabat. unde diues tangens manum B. Francisci, tamen calorem sensit ex illa manu, quod sensit ipsum calorem diffundi per totam personam. Hoc enim facit nimius amor, quia sicut nimius cibus facit euomere, sic nimius amor facit euomere verba Dei. Imo tanta est vis amoris diuini, quod facit animam infatuari, adeo quod nihil curat de mundo, nec plus curat in amorem de Deo ire nudus quam vestitus, nec deridit quam laudari. Ideo non est mirum, si di-

cit, Trahe me post te, quia calcitro mundo, & cupio dissolui, & esse cum Christo, secundum Apostolum. Et ex his habes primum statum, qui est desiderans.

Secunda pars principalis.

Sequitur secundus status, qui dicitur tribulans vel dolorans. Et tunc anima est in isto statu, quoniam querit Deum & non inuenit: & alij vident quod Deus se vltro det non querentibus, sicut hodie vidisti in euangelio, quod Christus querebatur a Cananea que sequebatur eum, & ipse fugiebat sequentem: & alibi habes, quod Deus currit post fugientem se, ita quod multi querunt eum, & nunquam possunt habere vnquam letitiam de ipso Deo. Sed per querite & inuenietis: petite & accipietis: pulsate & aperietur vobis. Querite cum intellectu illuminato, & pulsa cum toto affectu, quia tandem cum bene pulsaueris, Deus post tuam doloratam anxietatem, aperiet tibi ostium letitie affluentis, & te consolabitur dicendo, fiat tibi sicut visis me cognoscere, & amare, veni anima mea dilecta, que tanto tempore me quaesisti, & nunc gaudia suscipe tui creatoris: & anima tota ardens in consolatione diuina vnendo se Deo & fruendo ipso, dicit cum Psalmus. Quia magna multitudo dulcedinis tue Domine, & Deus ait illi, Caue ne me perdas. videamus ergo de euangelio aliquid. In isto amore gaudioso notato per illud, fiat tibi sicut vis, tres affectiones demonstrantur in Cananea, quia primo desiderat, secundo suspirat, tertio petit. Primo igitur ecce mulier Cananea a finibus illis egressa. Existens Iesus in partibus Tiri & Sydonis, quare erant duae terrae Canaenorum, quas Iudaei non potuerant acquirere. vna Cananea sentiens famam Christi, venit cum magno desiderio ad eum, et Christus vitans eam intravit vnam domum, et Cananea secuta est eum in illam domum, et Christus exiit domum illam, et cepit auferre, et secessit transeundo terram Tiri et Sydonis, et Cananea sequitur cum veloci passu. Hoc signat quod quando cum anima vellet poenitere & habere contritionem, & quanto plus laborat in hoc studio ad missas & ad predicationes, vnde quod minus poeniteat, et quod Deus fugiat ab ea. et Cananea. i. voluntas nostra, sequitur indefessa veniens ad secundam affectionem. Voluntas igitur nostra ad finibus suis veniens. i. considerans a prima die originis sua innumera peccata, et rursum sine damnationis aeternae, ait cum Dauid: Cogitavi dies antiquos, et annos aeternos in mente habui. Clamat suspirans. Ecce secunda

A secūda affectio. Miserere mei fili David, qđ signat contritionem animæ, quādo clamat misericordiā dicens, ego pur vellem Deum amare, & est intricata in istis carnalibus desiderijs mundi, & versatur in cupiditate auaritiæ, & suspirando dicit: Si non adiuuas me, sum periclitata. Clamat ergo Miserere mei nō intrādo iudicium tuum, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Sequitur tertius affectus petentis. Offendit enim necessitatem suæ egentis, & desiderij dicens, filia mea. & non alterius, idest anima mea male vexatur, idest à spū fornicationis, & voluntate carnali trahitur in luxum. Et istas tres affectiones habes circa primam principalem partem, quæ est status desiderans. Nunc circa secundam principalem sequitur status dolorās, in quo status tres probationes facit Deus de anima: quia primo probat intellectum cū taciturnitate & fidelitate, secundo affectum cū longanimitate, tertio desiderium cum patientia & diuturnitate. vide primum; quia non rēdit ei vllū uerbū: uolebat. n. illā pbare, si erat fidelis cum taciturnitate. Nā cum uerbū Dei tacet, clausa misericordia, vī quōd Deus trufetur de anima, sed hoc facit ut pbet suum intellectum & fidem, & ut cum magno labore acquies grām Dei, & melius custodias ipsā. vñ sicut scholaris grossi ingenij pp magnum studiū cū multo labore acquirit scientiā, & fit valens, & memoriosus, & qñ non intelligit, tñ studet q̄ uenit ad lumen scientiæ, sic aīa quæres Deum multotiens non inuenit, & accidit quādoque q̄ ipsa aīa nescit quid petat, sed tādē reperit Deum & perpendit suā petitionem non fuisse iustam. Secundo probat cum longanimitate, quia ista Cananea pur non cessat clamare post eum. Miserere mei fili David: Et accedentes discipuli rogabant eum dicentes: Dimitte eā, quia clamat post nos. q. d. expēdias eā cito, & noli facere nos vituperare & clamare post nos, quia alij foret credent peius. Christus autem respōdit suis discipulis aduocatis illius Canaenæ: Non sum missus nisi ad oues, quæ perierāt dom⁹ Israel, quod figuratiuē uult dicere q̄ multotiens petens vnā gratiam ab vno sancto intercessore tuo, & videbitur quōd nec tu, nec s̄ctus audiatur, sed Deus facit illud ut te probet. At illa Christo dicēte illa uerba currendo uenit, & cadens in faciem suā adorauit eum dicens ualde anxiādo. Domine adiuua me. Tertio probat eā cum patientia, & factis respōdendo sibi cum in-

iuria dicens, Non est bonum sumere panē filiorum, & dare canibus, & uocauit ipsam vnam canem. Et nota pulchrum respōsum. At illa dixit, Etiam domine. q. d. uerum est quod ais, quia sum vna canis & magna peccatrix. Nam & catuli edunt de micis, quæ cadunt de mensa Domini sui. q. d. Domine miserando mei, da mihi minutissimas gratias in vno angulello paradisi, dummodo fugiam pœnas inferni.

Tertia pars principalis.

Sequitur tertius status, qui est Iubilans, & est tertia pars prædicationis nostræ, in qua dat Canaenæ tres consolationes. primo ipsam illuminādo splendore ueræ fidei ibi; O mulier magna est fides tua. secūdo consolatur ipsam per affectum charitatis magni amoris. i. fiat tibi sicut vis. tertio consolatur ipsam per effectum operando & sanando filiā suam, ibi, & sanata est filia eius ex illa hora. Vnde multotiens Deus obaudit ut probet, & probando cognoscat perseverantiam peccatoris, deinde multotiens dat gratiam animæ quæ gratia vadit & uenit, ut multotiens accendatur amor Dei, & melius illuminetur anima in cognitione sui creatoris. Finaliter cōsolatur animam recipiendo eam ad gaudia æterna.

S A B B A T O post j. Dominicam Quadrage.

De Amore gratioso.

Sermo XI.



Abstinete uos ab omni specie mali.

1. ad Thesal. Intendimus tractare in hac vltima penna nostri Seraphini de amore, q̄ dicitur gratiosus, per quē addi-

scemus hodie abstinere ab omni specie mali. Vñ ut abstineamus à malo, oportet tres gratias interuenire cum Dei auxilio. Prima est gratia illuminās. Secunda est gratia operans. Tertia est abstinentia ab omni malo. Nota igitur quōd post aperturam tertij sigilli, de quo Apoc. 5. imo. 6. Io. dicit. Audiui uocem in medio quattuor animalium dicentium bilibres tritici denario vno, & tres libras ordei denario vno. Vinum & oleum ne læseris. In quibus uerbis notantur tres gratiæ superscriptæ, sine quibus nullus potest auferre à diabolica fraude.

Prima

Prima pars principalis.

Prima igitur gratia est diuine illuminationis. Et hoc est, qđ uult dicere Sanctus Ioan. q̄ illi fugiebant illū equum nigrū, de quo scribitur in tertio sigillo, & erant perterriti ualde. Et audiuit tanquā uocem, quæ signat sanctā spirationem Dei, q̄ non est uox spiritualis, sed corporalis. imo econuerso, quia nō est uox corporalis, sed spiritualis, quæ post hoīes clamat, guarda, guarda. quia nisi Dñs illuminaret nos, nullus posset cauere à fraudibus diaboli, quia Dñs lumine nominis sui Iesus leuauit de mundo oēs errores, & cū notitia Dei mundo manifestata hæresis de mundo fuit leuata. Io. 5. Paraclitus autē Spiritus sanctus, quē mittet Pater in noīe meo, ille uos docebit oīa, & suggeret uobis oīa, quia in noīe Iesu dabit intelligere, & cognoscere Deū, & dicit, q̄ ista uox exibat de medio quattuor animalium, quæ signant quattuor uirtutes cardinales, ad dandū intelligere, q̄ Deus cum noīe suo inspirabit vitare fraudes diaboli, tē iuuādo cū quattuor uirtutibus prædictis. Signatur et̄ uita actiua in illis animalibus, quia ait Ezechiel, Primū aīal simile leoni, secūdu simile vitulo, tertiu habebat faciē quasi hoīs, quartū aīal simile aquilæ uolātis. leo signat iustitiā. Vnde illud: Iustus tāquā leo confidens. Moraliter dē, q̄ leo nascitur mortuus, & p tridū stat tāquā mortuus, & post tridū pater uociferādo super eum facit illū uiuere; quod signat, q̄ nisi iustitia stet tribus diebus, non ualet. Primum est dimittere malum. Secundum dimittere tñ malū non sufficit, nisi iungas secūdu diē, qui est, q̄ cum clara intelligentia facias bonū, & fac bonū. Adhuc ista duo non sufficiūt, nisi interueniat tertia dies. i. fides, quia iustus ex fide uiuit, & ideo oportet clamare tertia die, quia qñ desistis a malo, & facis bonum, & cum pura fide illud operando refers ad gloriam Dei, illud naturale conuertis ī morale. & ideo Christus tertia die uoluit resurgere, ad dandū intelligere illa tria superscripta. i. q̄ prima die debes relinquere malum, secūda operari bonū cū intelligentia, tertia cōfidens in Deo referre bonū ad gloriā Dei. Vnde Paul. Mortui n. estis, & uita uestra abscondita est cū Christo. Mortui n. estis. ecce prima dies. Vita uestra. ecce secūda. Abscondita est cum Christo. ecce tertia. & hoc de iustitia. Et secun-

dum animal simile vitulo, qui signat patientiam, quia patientia portata cū amore Dei facit omnia sufferre. Vnde Psal. Propter te mortificamur tota die, extimati sumus sicut oues occisionis. & quia patientia fundata in dilectione Dei facit sufferre oīa, ideo ait Christus: Iugum meū suauē est, & onus meum leue. Et tertium animal habens faciem quasi hoīs, signat temperantiam, quæ uirtus nō habet locum nisi in homine, qui utitur ratione, quia oīa animalia sine discretionē non plus comedunt quā sibi sufficiat, sed quando puer peruenit ad annos discretionis, & efficitur magnus, & est in plena discretionē, appetitus attrahit hominem, si est auarus ad cupiditatem, si est gulosus ad ingluuiem, si est luxuriosus ad luxuriam, & sic de alijs. Et temperantia cum ratione dicit: Non facias. & refrenat illum inordinatum appetitum: & ideo dicitur quasi facies hominis, quia in facie hominis notatur sapientia. Vnde, Cor eius in manu eius, qui est sapientia moralis. Et nota, q̄ alia est sapientia moralis, alia spiritualis, quia sapientia spiritualis facit intelligere & amare Deum: sed sapientia uitæ actiue est tēperantia, quæ in uisū rationis facit agenda, & uita fugienda. Et quartum animal simile aquilæ uolanti, quæ signat prudentiam, quia sicut aquila habet oculos magis acutos & magis resistentes radijs solis, quia tenet oculos magis fixos in sole, quam alia animalia: ita prudentia inuita homini facit vitare malum, & eligere bonum. Vnde propter hoc potes intelligere illa uerba, Facies hominis, & facies leonis à dextris ipsorum quattuor. Nota, q̄ dextera signat prosperitatē, quod uult dicere, q̄ in prosperis oportet uti facie hominis, qui interpretatur temperantia: & leonis, quæ interpretatur iustitia. i. q̄ in prosperitate semper debes uti iustitia, & tēperantia. Et facies bouis à sinistris ipsorum quattuor. Sinistra interpretatur aduersitas, & vitulus interpretatur patientia, quod uult dicere, quod in aduersitate tu debes esse fortis, & uti patientia. Et facies aquilæ desuper ipsorum quattuor, quod uult dicere, quod siue ī prosperis, siue in aduersis aquila. i. prudentia, debet uolare desuper, idest, debes te regere cum prudentia, & alias uirtutes cum prudentia regulare: & sic habes quattuor uirtutes. Et nota, quod si faceres omnia bona, & non essent istis uirtutibus regulata, nihil faceres, quia multotiens credens facere bonum, faceres malū, & econtra. Vnde temperantia regulat

S. Bernar. de Semis, Seraph. Tom. 4.

D omnia

A omnia in faciendo, & non faciendo, & oculi aquilæ vndique respicit regulando. Et nota, quod patientiæ virtus tunc demum acquiritur, cum anima est cõtentã de laboribus. Sed pone, quod tibi superueniat paupertas, vel aduersitas, & pone quod dimittas istos labores de foris, & anima tua abundet gratijs: certè eris gaudiosus, & omnia patienter feres. ad instar dormientis, & stantis in lecto, & dicentis famulo: Cooperi me bene, & claude ostium, & fenestras, & sic stat calidus, & dimittit frigus, & niues ab extra. Ita est in anima agitata paupertate, & laboribus, quæ dimittens ista de foris stat pauisata in statu suæ quiete mentis eleuatæ versus Deum, considerando istas suas aduersitates occurrere pro meliorado, & nõ peiorando conditionem status sui. Sed si leuares de lecto nudus, & projiceres te in niue, tu morereris frigore, & non meliores conditionem tuam. Ita est in impatientia, qui quandoque desperat, & perdit animam, & corpus. Multotiens. n. homo dicit, Ego non possum portare patienter istos labores, & credit se dicere verum, & tamen potest illos ferre; & decipitur sic dicendo. Ecce igitur quatuor animalia, ex quibus exit vna vox diuinæ inspirationis. & hoc de prima.

Secunda pars principalis.

Sequitur secunda pars, quæ est Gratia operans. i. exercitium bonæ operationis. Vnum iustitiæ, aliud penitentiæ de malo operato. Vnde bene viuendo, & dolendo de malis præteritis, fit homo bonus operarius. Et sunt duo operarij, vnus frumenti, & alius ordei. Primi sunt operarij iustitiæ; ideo ait vox illa: Bilibris tritici denario vno. de alijs operarijs ait: Et tres libras ordeï denario vno. Vidisti igitur in tertio sigillo diabolus ponderare conscientias delusas, & Deus illuminat illas. Diabolus promittit malum, & Deus bonum. Dicit igitur iustitia: Fac bonum, & caue tibi à malo; & tunc est vna libra quando librat te, dimittendo malum, & facièdo bonum. Alia libra est pro denario. Denarius. n. dicitur à decem, quia decem paruuli valent vnum denarium. Vnde si vis bene facere, & virtuose operari, oportet te vitare decem vitia, & operari virtutes eis oppositas, quæ sequuntur. Primum vitium est vita gulosa. Secundum est vita luxuriosa. Tertium vita cupida, & damnosa. Quartum est vita su-

perba, & ambitiosa. Quintum crudelitas vituperosa. Sextum vita vacua, & vanagloriosa. Septimum vita iniusta, & criminosa. Octauum vita misera, & spurciosa. Nonum vita affannata, & dolorosa. Decimum voluntas propria carnis amorosa. Igitur si vis tranquille viuere vitando decem vitia suprascripta, oportet sceteris virtutes istis vitijs oppositas & contrarias. Prima vita sobria, contra vitam gulosam. Secunda vita casta, contra vitam luxuriosam. Tertia vita larga, contra vitam cupidam & damnosam. Quarta vita humilis, contra superbiam & ambitiosam. Quinta vita mansueta, contra crudelitatem vituperosam. Sexta vita grauis, contra vacuum & vanagloriosam. Septima vita iusta, contra iniustam & criminosam. Octaua vita purgata, cõtra spurciosam. Nona vita tranquilla, contra affannatam & dolorosam. Decima amor Dei, & proximi, contra amorem proprium. Nunc igitur hæc omnia concordando. Si vitas gulam, sequeris parcitatem: Si vitas luxuriam, sequeris castitatem, & sic habes quatuor minuta. Si vitas cupiditatem, sequeris largitatem, & sic habes sex. Si dimittis superbiam, sequeris humilitatem, & sic habes octo. Si dimittis crudelitatem, sequeris mansuetudinem, & habes decem; & sic subsequenter de singulis. Vnde nota, quod ex supradictis habes decem bonas vitas, & decem malas vitas. Vnde oportet nos habere duas librationes tritici. i. iustitiæ in exercitio bonarum operationum, & timoris in euitatione vitiorum. Triticum. n. est cibus hominis: vnde qui est iustus faciens bonas operationes, hic dicitur homo. Ordeum autem datur iumentis: vnde homo, qui relinquit malam vitam, faciens penitentiam de peccatis suis, hic factus est iumentum penitentiæ, & Dei, iuxta illud: Vt iumentum sum apud te, & ego semper tecum. & hic habet tres libras ordeï denario vno, quia in penitentia sunt tria. i. lætitia, lenitas spiritalis, & humilitas. Huius figuram habes Ruth. i. vbi legitur, quod Noemi iuit peregre, & reuerfa est in domum tempore messis ordeï. Noemi. n. interpretatur pulchra. i. anima ad imaginem Dei creata, quæ vadit peregre, quando recedit à Deo per offensam ad instar filij prodigi, & recollecta in se reuertitur tempore messis ordeï, dolendo de peccatis perpetratis, & penitentiam agendo, & tunc considerat quantum fuit ingrata de beneficijs sibi à Deo datis. Et angelus animæ cridat dicès: O anima mea, quæ stas

in

A in ista fæce, lumen tuum dereliquisti, & es in obscuritate tenebrarum peccatorum. & tunc dicit anima: Peccaui, & feci omne malum, & meritum ordeï per penitentiam, & redit domum, quia domus propria est conscientia, & hæt etiam homo cuiusdam cõem. i. paradysum, quæ intrat mediante bono opere. Et nota, quod penitentia stat in tribus. i. cõtritione, confessione, & operis satisfactione, quia peccatur in tribus. i. cognitione, affectione, & operatione. Itè peccatum consistit in duobus, vel omittèdo, vel cõmittèdo, quia præcepta Dei stant in faciendo, vel non faciendo. Itè potest tripliciter peccare in quolibet istorum decem præceptorum. Primo, quia non ponderas Deum sicut debes, vel non amas sicut debes, & nõ operaris quod debes. Volue per contrariu: quia amas, quod nõ debes, & afficeris ad id quod nõ debes, & operaris, quod nõ debes. & sunt sex libere. i. tres in oibus istarum: tres in omittèdo, & tres in cõmittèdo, quas hæs pro vno denario. Vnde nota, quod quoniam Dominus creauit Adã, dedit sibi vnũ denariũ, & fuit derobatus à diabolo, & perdidit denariũ, & Deus postea expulit illũ de paradiso & post peractã penitentiam Dominus repetijt denariũ à diabolo, & restituit Adã in decem gratijs. Prima est scire, 2. est velle, 3. posse, 4. discernere, 5. pmeditari, 6. facere bonũ, 7. cognoscat homo nihil per se posse nisi adiutus à Deo, 8. timor Dei, 9. amor Dei, 10. quod oẽ bonũ quod facit, faciat ad honorẽ Dei. Et iste fuit denarius datus Adã. Modo perdit homo denariũ, & cadit sibi, quoniam nõ hæt suprascripta. i. velle, scire, & posse, &c. & nõ potest facere bonũ per se, sed malũ sic. Vnde vide, quod sicut Adã fuit expulsus, & fecit penitentiam flendo, Deus fecit sibi restitui suũ denariũ, & recuperauit prædicta: sic homo peccãs perdit denariũ, & deperditũ recuperat per penitentiam flendo peccatum suũ. Vnde si vis fugere fraudes, oportet te habere duas operationes. i. facere penitentiam de perpetratis malis, & agere bonũ, & tunc restituitur tibi tuus denarius.

Tertia principalis pars.

Sequitur tertia gratia, quæ est abstinentia ab omni malo, & dicitur gratia spiritalis consolationis. Nam cum anima sentit consolationes spirituales, obliuiscitur omne malũ facere, quia iam carnis oblita est, quæ suadet malũ, iuxta illud: Gustato spiritu desipit ois caro. & ideo dictũ est, quod illi fugiebant illũ equũ. Vnde subdit: Vinũ, & oleũ ne læseris. Nota, quod de duabus rebus fit mæs

lata. Prima est lætitia, secunda est dulcedo. Sed oportet, quod istas præcedat iustitia. i. quod dimittas malũ, & quod facias bonum, & tunc habebis deuotionem Dei. Sed si poneres deuotionem in breuibus, credens, quod portando ea tu non possis mori in igne, vel aqua, illa est deuotio asinina. Vnde nota, quod deuotio debet habere tria. i. iustitiã, lætitiã, & dulcedinem. Iustitia est penitens, quia vere penitens est iustus, & equiparatur tritico. Vinũ est lætitia, quia lætificat cor hominis. Oleũ est dulcedo, quia linit, & mulcet. Nunquã enim habebis deuotionem sine lætitia cordis, & tunc mens est læta, quoniam est libera à peccatis, & inebriatur vino gratiæ Dei. Nã Petrus antequã biberet de illo vino, negauit Christum. Sed postquam inebriatus est illa amenitate, sicut & alij Apostoli ibãt gaudentes a conspectu concilij, quia digni habitũ sunt pro nomine Iesu contumeliã pati. Vnde Psal. A fructu frumenti, vini, & olei sui multiplicati sũt. in deuotione lætitia, & dulcedine: Quã nobis p̄stare dignetur, &c.

DOMINICA II.
Quadragesimã.

In qua Dominica incipit secunda ala Seraphini, quæ dicitur Amor ineffabilis, & habet flammam septem, quæ sunt Amor honorans, Amor lamentans, Amor condemnans, Amor bene vtens, Amor remunerans, Amor bene conuersans, Amor amplexans.

De Amore honoranti.

Sermo XII.



Ita est filius meus dilectus Matt. 17.

Quonia in ista secunda Dominica habemus tractare de secunda ala nostri Seraphini, quæ dicitur Ineffabilis: ideo incipimus hodie à prima penna, seu flamma, quæ dicitur Amor honorans. Ad euidentiam igitur dicendorum præmitto tria, quæ aptarèt mundũ, si rite fierèt. Primo si boni cõfessores, & boni predicatores pro Deo exercerèt sua officia, & nõ pro auaritiã, aut propter. Secundo, si patres & matres bene castigarèt filios suos. Tertio, si magistri scholarũ timerèt Deũ, & docerèt pueros doctrinam Dei, & timere Deũ, & patrẽ, et matrẽ, et docerèt eos pulchros mores. Modo nos habemus in euangelio

D 2 gelio

A gelio nostro, q̄ Christus seruauit mandata patris. Vnde Deus Pater de illo ait, *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Ipsum audite.* Et nota, q̄ quedam præcedunt transfigurationem, quedam sequuntur, & quedam concomitantur. Vnde primo assumpsit Iesus Petrum, Iacobum fratrem Petri, & Ioannem, & duxit illos in montem excelsum seorsum. i. in partem. Vnde nota, q̄ prædicator non cum apparentia mundi, sed Dei præcedere, vel procedere ad euellendum aias de manu diaboli. & dicit seorsum. i. in vno cantu, quoniam signat contemplationem, quoniam habet in cantu solitario, humili, & basso. & transfiguratus est ante ipsos, & non ante se; non tamen apparuit sicut est in paradiso, quia est ineffabiliter pulchrior, sed apparuit talis, quale est vnum corpus beatum, & glorificatum, & aliter apparebat Petro, aliter Iacobo, & aliter Ioanni, secundum varias illorum gratias, quas habebant. Nam Petrus interpretatur obediens, Iacobus pauper, Ioannes castus & luminosus gratia Dei. & respiciens faciem eius tanquam sol, iuxta illud Matt. 13. Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. Vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix, quoniam signat, quod in scriptura sacra anima sapienti omnia apparent alba, & pura, sine aliquo defectu. Et ecce apparuit illis Moyses, & Elias cum eo loquentes. Sanctus Lucas dicit, quod loquebatur de excessu dilatati amoris in cruce fideo in corpus Iesu in Hierusalem: vnde Petrus audiens dicere excessum, dixit, melius est stare hic quam mori. Vnde ait: Respondens Petrus dixit ad Iesum: Domine bonum est nos hic esse; si vis faciamus hic tria tabernacula: Tibi vnum, Moyse vnum, & Elie vnum. Et nota, quod Petrus erat bonus gulosus, quod volebat, quod Ioannes contemplantius staret cum Elia, & Iacobus actiuus staret cum Moyse, & ipse staret cum Christo in suo tabernaculo. Et adhuc eo loquente ecce nubes lucida obumbravit eos, & vox de nube ait: Hic est filius meus dilectus, &c. Audientes discipuli ceciderunt in faciem suam, quia non potuerunt sustinere illum splendorem, & visionem, & contemplationem, & timuerunt amore timoroso. & accessit Iesus & tetigit eos dicens, Nolite timere. Leuantes autem oculos suos neminem viderunt, nisi solum Iesum, quia Moyses, & Elias recesserunt. quod signat, quod in vita æterna nihil aliud est, quam solum Iesum contemplari. & descendentes illis de monte præcepit Iesus, Nemini dixeritis visionem hanc, donec a mortuis resurgat filius hominis. quod signat, quod gratie visionum diuinarum debent custodiri, nec de fa-

cili reuelari, ne perdat. Et in hoc toto euangelio nihil aliud est quam totus amor, qui dicitur Amor honorans. Ideo vnum de præceptis decalogi est: Honora patrem tuum, & matrem tuam. de quo amore faciamus tres vtilis considerationes, quæ sequuntur. Primo qualiter filius debet honorare parentes, & quot obligationes. Secundo, quia non honorat, & unde procedit, quod non honorat parentes. Tertio remuneratio, quam consequitur non honorans parentes. Circa primum igitur. scilicet quomodo filius tenetur honorare parentes. nota septem obligationes.

Prima pars principalis.

Septem igitur sunt. Prima est amare parentes. Secunda est timere parentes. Tertia est reuereri parentes. Quarta est obedire parentibus. Quinta est supportare parentes. Sexta est imitari parentes. Septima est subsistere parentibus. Nota igitur tres causas, quas debet amare parentes. Primo, quia tibi dedit esse. Secundo, quia te nutrit. Tertio, quia te castigauit. Et si nulla alia causa esset in mundo, nisi quia dedit tibi esse, debes spiritum patrem amare, & matrem etiam. Vnde Ezechiel. 3. Honora patrem tuum, & non obliuiscaris gemitus matris tue: quia nisi fuisset, tu non haberes esse. vnde qui bene considerat, videtur debet, quod omnia, quæ habet, & temporaliter, & spiritualiter, habet a patre suo, & a matre. vnde si pater tuus manenet te in studio, vel mercantia, aut aliqua arte, cum tu es valens, & lucraris, & ipse est senex, & mentecaptus, memento illius, quia dedit tibi esse, & inde habes omnes alias gratias. scilicet virtutes, honores, diuitias, & filios, & alia omnia, & consequeris gratiam Dei, & per consequens paradysum. Vnde magister noster dicit: Cognoscat mundus, quia diligo patrem. Sed quia Christus non præcepit patri, quod amaret filios? sicut econtra. Imo præcepit, quod non odit filios, & seipsum plusquam me, non est me dignus. Rõ, quia naturale est, quod quicumque diligit suam naturam, sicut pater diligit imaginem quam fecit: & quia quilibet naturaliter amat carnem suam, inde non expedit præceptum patris de amore filiorum, quia amor carnalis naturaliter descendit, spiritualis autem ascendit sicut ignis, quia gratia Dei equiparatur igni, & natura humana inclinatur ad amorem filiorum, & non ascendit, quod est ex defectu nature, quia omnes nascimur filij iræ, sed per gratiam saluamur. Et videmus exemplariter, & in facto, quod maior est amor patrum ad filios, quam econuerso. Multi enim sunt parentes seipsum damnantes.

F

Nota.

Ezech. 3.

G

H

Exemplum

A damnantes feneratoro, ut acquirant filios. Et econtrario videmus multos filios desiderantes mortem parentum, cum facti sunt diuites, ut possint gaudere. Vnde semel Pergami accidit, quod vnus fuerat maximus fenerator, ut acquireret multis filijs quos habebat, & acquisiuit illis multas opes, & tamen filij male obediebant sibi. Vnde vna die iste fenerator ad se reuersus dicit intra se: Ego perdo animam meam pro istis filijs inobedientibus, & video, quod in vita mea calcitrant mihi, volo experiri si morerer, qualiter prouiderent animam meam; & dixit uxori propositum suum, & quod promitteret facere sicut ordinaret, & ita vxor facere promisit. Exinde iste vsurarius finxit se infirmum, & incepit gemere, & lamentari, & sic fingens petorare dietim, transactis quinque diebus, ecce vxor exiens cameram ante diluculum, incepit clamare dicens, maritum esse mortuum: & audientes filij iuerunt ad matrem dicentes, vbi sunt denarij patris nostri? at illa dixit, pater vester dedit mihi clauem, & ordinauit, quod non darem vobis ipsas, quia vult, quod dispensem denarios, quos cum peccato acquisiuit, pro anima sua. Tunc dixit vnus, vbi sunt istæ claues? Mater respondit, habeo ipsas in sinu; & alter posuit manum ad sinum, ut acciperet sibi clauem: & inter clamandum, & reluctandum maior filius intrauit cameram, & alij sequentes eum non iuerunt ad lectum patris ad videndum si esset mortuus, an ne, sed accepta securi fregerunt capsam denariorum; & tunc pater leuato capite dixit: quis rumor de filijs, qui tanto impetu matrem perturbatis vestram, ecce viuus: & surgens eiecit filios de thalamo, & conuersus ad se vidit periculum animæ suæ, & confessus male ablata restituit, & omnia pauperibus erogauit. Vnde discite pater non thesaurizare filijs, ut anima tua crucietur in inferno, & filij tui gaudeant in mundo, & nunquam pro anima tua dent vnum denarium. Similiter nec filij debent tantum amare patrem, quod aliquid attentent contra Deum, quia plus debet amari Deus, quam parentes, & post Deum pater & mater. Et tu pater non facias sicut aliqui, qui audientes filios blasphemantes Deum, vel sequi lasciuias mulierum, gaudent, & ridet, sed filios tuos nutrias in timore Dei. Secundo debet filius timere patrem & matrem, neque etiam si esset filius vir annosus & fortis, debet contradicere patri, sed per omnem vitam suam timere illum, quia iusto iudicio

B Exemplum

C

D

Secundum - do timere patrem, & matrem.

Dei videntur blasphemiam parentum in filios incidere, cum parentes habita iusta occasione filios blasphemant. Vnde sepe visum est, quod facta blasphemia patris aut matris in filium, subito captus est infelix filius in blasphemiam parentum, licet melior sit timor filialis veniens a zelo patris, & timore Dei, quam a timore blasphemie paternæ. Et patres debent vti etiam maxima discretione in tenendo filios sub timore, quia sunt aliqui qui dimittunt filios, cum habent xiiii. ann. ire quo volunt solutos sine habena regiminis alicuius. Vnde Greg. Præbeatur parentibus amore mixta formido. Nec etiã debent parentes esse ita rigidi, & tenere filios sub tanto timore, quod desperent, & fugiant a patribus, & fiant ilpendiarij, aut sicarij, vel alias male deuiant. Tertio debet filius reuereri parentes, & habere ipsos in honore. Vnde Dñs ait: Ego honorifico patrem meum. Ideo tu qui habes familiam, fac quod tu & vxor tua sitis honorati, ac si essetis Rex & Regina, & fac te vocari dominum, & vxorem tuam dominam, & sicut Principibus, & officialibus sit reuerentia, ita filij, & tota familia debent facere reuerentiam domino, & domine domus. Vnde Eccl. 3. Qui timet Deum, honorat parentes. Videmus enim cum quanta reuerentia stent serui coram Principibus, & quam prouisi ad obsequium, ita quod si Princeps dicat: Fac sic, respondeant: Factum est: & dicunt esse factum antequam incipiant facere: & hoc venit ex abundantia cordis, propter significare affectum amoris, & magnam reuerentiam. Et si hoc faciunt serui dominis, quanto magis debent filij parentibus esse reuerentes. Ideo tu pater nutrias sic filios tuos, ut sis illis in maxima reuerentia ex modestia morum tuorum, & non dimittas filios, aut filias stare sicut asinos, sed exerce illos continuo in virtuosis operibus & laboribus. Nam, ut ait Seneca, Languent præ inertia saginata. Et tu fili debes honorare patrem in tribus, operando, loquendo, & patienter ferendo. Nam filius debet dare cor in amando patrem in omni patientia, & sufferre eum in omnibus, & nunquam debet reputare se habere ius contra patrem: quia licet pater quandoque videatur exorbitare contra filium, tamen debent aliqua præcessisse alijs incognita, quibus pater mouetur, sed est de raro contingentibus, quod pater moueat sine causa contra filium. Quarto debent filij parentibus obedire secundum Deum, exemplo Christi, qui factus est patri obediens usque ad mortem crucis. Et Christus ait, Ego præcepta patris mei ser-

Tertio reuereri parentes.

G

H

Debet filius honorare patrem in tribus.

Quarto obedire.

A uau. Et Prouerb. 16. Fili honora patrem tuum, & nō obliuiscaris legem matris tuę, liga eam in corde tuo iugiter, & circunda eam gutturi tuo. Vnde tu mulier, cum filia tua vadit ad maritum, non doceas eam herbarias, sed dic: Filia mea, tu exis domū meam, & vadis ad domum mariti; dilige Deum ante omnia, & post Deum amam ritum tuum super omnia, nec ames aliū hominem, nec des illi aliquam causam suspicionis, & quando errat, auisa eum cum charitate & reuerentia, & tene ipsum nitidū, & curam habe de sumptibus & familia, & si sit turbatus, sis patiens, & obediens sibi

Documētu matris ad filiam euntē ad maritum.

B cum silentio, & obedias in illis, quę sunt secundum Deum: in his verō, quę non sunt secundum Deum, remorde eum sapienter, & modestē. Sit tibi, maritus tuus loco patris tui, & mater mariti tui sit tibi mater, quia tu & maritus tuus duo estis in carne vna. Et si maritus tuus esset molestus parentibus proprijs, tene partem eorum, & reconcilia ipsos, & supporta senectutem eorum, & provide illis in charitate, cibando illos bonis condimentis, & sterno leuam ipsorum, & si quid contrarium loquerentur contra te, ne respondeas illis. Item quia senes quandoq; smemorant propter senium, considera qd & tu efficiaris etiā senex secundum naturam, ideo sis patiens.

C Filios tuos nutrias cum timore Dei, & bonis moribus instruas, ipsos duc ad Missas, & predicaciones: & discē filia mea mores tui mariti, & si sint boni, fac te illis conformem. Quinto debent filij supportare parentes. Nam Christus hoc docet per Paul. Alter alterius onera portate. Et Salomon: Suscipe senectam patris tui, & ne cōtristes illum in vita sua, quia semper est supportanda senectus. Et si est mentecaptus, malus filius trufabitur de eo. O nefande puer, nondum probasti mundum, quia multo-tiens decrepitus pater propter longā experientiam sciet plus quam tu iuuenis, qui reputas te ita sapientem, licet quandoque videatur tibi in aliquo smemoratus; ideo non spernas senem. Nam virtus iuuenis est habere omnia virentia; & virtus senis debilitatur, & fit arida. & nota, qd si male tractas senem patrem, nō efficiaris senex. Et si pur senescis, sis ita hebes, sicut pater tuus. Sūt etiam aliqui filij, qui ducta vxore nolunt, qd proprię matres loquantur aliquid aduersus nurus suas, & volūt, qd sint pedissequę vxorum suarum, & omne verbum quod loquitur mater, est vna bumbaria; & nurus

Quito sup portare.

D semper, patiete filio, loquitur per obliquū, & multoties expellunt senes parentes de domo: sed vā talibus, quoniam ipsorū est regnū inferni. Vnde Greg. Nemo patrem verbis asperis lædat. Filij loquātur quę parentes delectent, quia patres quādo audiūt filios loqui res virtuosas, valde gaudēt, sperantes, qd efficiantur valentes. & econtra filij contristantes parentes sunt causa mortis suę ante tempus. Sexto debent filij imitari parentes, quia tu fili debes considerare, si pater tuus habet aliquas virtutes, puta quia sit patiens in aduersis, non iuret, nō blasphemet, obliuiscatur iniuriarū, sit amicus Dei, faciat elemosinas libenter: Tu igitur in talibus debes illum imitari, & dicere filijs tuis, pater meus habebat tales virtutes, vt & illi ipsas imitentur. Septimo debent filij sustentare & nutrire parētes, qd ad hoc illos obligat lex naturę, lex scripturę, & lex gratię. Nunquam enim poteris tantum facere patri, qd satisfacias secundum debitum. Ipse enim tibi dedit, quod nunquam poteris ei dare; te nutriuit in pueritia, & tu nunquam poteris eum nutrire in tanta necessitate. Et volo dare tibi vnū cōsiliū, qd nunquam perdes seruitium per te factū alicui. Cum aliquis querit a te denarios mutuo, vel aliquid seruitium, respice eum in vultu, & pensa, si habuit, vel habet patrem, vel matrem, & considera qualiter tractauerit eos: si bene tractauit parentes, seruias sibi: si autem non, noli sibi seruire, quia perdes seruitium, quoniam qui est ingratus parentibus, multo magis erit ingratus tibi, nisi esset in extrema necessitate. Nam tales ingrati beneficiorum parentum sunt inimici naturę. Vnde 1. ad Corin. 4. Qui suorum maxime domesticorum curam non habent, infideles sunt. Ideo non impediās te cum talibus, quia non habent fidem.

E semper, patiete filio, loquitur per obliquū, & multoties expellunt senes parentes de domo: sed vā talibus, quoniam ipsorū est regnū inferni. Vnde Greg. Nemo patrem verbis asperis lædat. Filij loquātur quę parentes delectent, quia patres quādo audiūt filios loqui res virtuosas, valde gaudēt, sperantes, qd efficiantur valentes. & econtra filij contristantes parentes sunt causa mortis suę ante tempus. Sexto debent filij imitari parentes, quia tu fili debes considerare, si pater tuus habet aliquas virtutes, puta quia sit patiens in aduersis, non iuret, nō blasphemet, obliuiscatur iniuriarū, sit amicus Dei, faciat elemosinas libenter: Tu igitur in talibus debes illum imitari, & dicere filijs tuis, pater meus habebat tales virtutes, vt & illi ipsas imitentur. Septimo debent filij sustentare & nutrire parētes, qd ad hoc illos obligat lex naturę, lex scripturę, & lex gratię. Nunquam enim poteris tantum facere patri, qd satisfacias secundum debitum. Ipse enim tibi dedit, quod nunquam poteris ei dare; te nutriuit in pueritia, & tu nunquam poteris eum nutrire in tanta necessitate. Et volo dare tibi vnū cōsiliū, qd nunquam perdes seruitium per te factū alicui. Cum aliquis querit a te denarios mutuo, vel aliquid seruitium, respice eum in vultu, & pensa, si habuit, vel habet patrem, vel matrem, & considera qualiter tractauerit eos: si bene tractauit parentes, seruias sibi: si autem non, noli sibi seruire, quia perdes seruitium, quoniam qui est ingratus parentibus, multo magis erit ingratus tibi, nisi esset in extrema necessitate. Nam tales ingrati beneficiorum parentum sunt inimici naturę. Vnde 1. ad Corin. 4. Qui suorum maxime domesticorum curam non habent, infideles sunt. Ideo non impediās te cum talibus, quia non habent fidem.

Sexto imitari.

F

Septimo sustentare.

Cōsiliū.

G

Secunda pars.

H

Sequitur secunda pars. Quare filius nō honorat patrem, & quibus de causis. Et nota, quod causę quibus filius non honorat patrem, sunt sex. Prima est iniquitas humanę corruptionis. Secunda est cupiditas humanę possessionis. Tertia est superbia humanę ambitionis. Quarta est carnalitas humanę abusionis. Quinta est negligentia humanę confusionis. Sexta est vindicta dignę punitionis. Prima ergo causa est iniquitas humanę corruptionis. Quando

A Quando enim filius non videt Deum, neq; cognoscit, neq; amat Deum, non expectet pater, qd sit gratus versus se, quia qui nō curat de Deo, qui est pater omnium, multo minus curabit de patre terreno. Vnde Mat. 3. Genimina viperarum, quis vos docuit fugere a vettura ira? Vipera cum nascitur scindit corpus matris, & occidit matrem, quia tales filij, vel filię ribalde facient mori matrē ante tempus propter angustias & tribulationes, quas sibi dant. Vnde legitur, qd post diluuium remansit Noe cum septem filijs, & Noe plantauit primō vineā, & cū ipsam vindemiauit inebriatus est, & dormiebat discoopertus; & suus filius minor videns patrem, derisit eum, & maior cooperuit ipsum: & ideo Noe sciens, qd Chanaham deriserat ipsum, maledixit illum. Vnde Salomon in Prouer. 30. Oculum, qui subsanaue rit patrem suum, & despexerit partum matris suę, cornu de torrente cauant, & filij aquilę deuorabunt ipsum, quia tales suspēdūt, & corui cauant sibi oculos, & demones deuorant eos in inferno, & sic male capitant. Eccl. 4. Non glorieris in contumelia patris tui. Non erit tibi gloria, sed cōfusio. Secunda est cupiditas mundanę possessionis. Vnde tu pater nota filium tuum, quia qn vides ipsum in iuuentute auarum, noli expectare, qd crescat, sed quam citius potes remoue ipsum a te, quia tibi tollet oia, & dabit tibi panem & vinum ad mensurā, qd de natura iuuenis est esse largum, & de natura senis est esse auarū. Vnde Absalon per auaritiā expulit Dauid de regno, qui fuit pater suus. Item ipse filius videns, qd pater est senex, & non potest lucrari, recedit ab eo, & non recordatur de tot beneficijs a patre receptis. Tertia est superbia humanę ambitionis, qd videtur iuueni, qd sit sapiēs, & qd melius sciat se regere per se, quam faciendo modo patris, & quia non cognoscunt pericula mundi, male capitant, & mala societas sepe facit filium rebellare patri.

Prou. 30.

B Quarta causa est carnalitas humanę abusionis, quia cum filia est philocapta, incipit nō timere patrem, nec matrem, vnde cum audit equitantem, vel cantantem, profilit ad fenestras, nec facit patri, & matri debitam reuerentiam. Tunc caue, quia est malum signum, & castiga ipsam baculo, vel facias sibi diuelli tantū sanguinem, qd ille calor extingatur. Sic etiā de filio, qui vadit de nocte, vel trufatur de patre, tunc caue pater, quia furabitur tibi frumentū, vinū, & oleū, & pecuniā, si poterit, & conuersando cum

C mala societate, efficietur fur, & ribaldus. Item caue, qn das filio tuo vxorem, qualem sibi tradas, qd non indiabolet eum. Et nota, qd prouenit qnq; qd filij sunt vitiosi etiā ex defectu parentum, quia qn pater generat filium in mala dispositione nocet genito: puta si pater generat filiū qn est ebrius, filius est ebriolus: si generat qn est in magno affectu taxillorū, filius fit taxillator, & similia: & sic filij inclinantur ad illā dispositionem, in qua erat pater tēpore generationis eorū. Et Philosoph. ait: Qualis pater, talis filius. Vnde spurij, & filij presbyterorū, & religiosorum, & monialiu, vt plurimū sunt ribaldi & vitiosi, quia male geniti. Vnde si vis hñe bonos filios, genera eos in sobrietate, cū timore Dei, & impossibile erit qd non te bene tractent in senio, & qd nō sint boni. Quinta est negligentia humanę cōfusionis, quia male castigantur, & nutriunt in pueritia sine cognitione Dei, & virtutum. Vnde Eccl. 10. Qui parit virgē, odit filiū, & si nō castigas ipsum, ipse castigabit te. & multotiens patres sunt causa, qd filij fiant ribaldi, quia dāt eis pecunias, maxime in festis Natiuitatis, vt ludāt, & fiat gulosi, & cum audiunt, qd vadunt post mulieres, gaudent, & crescunt cum illis malis moribus propter negligentia parentum, & fiunt lufores, & furātur, & suspenduntur, maledicentes patri, & matri, qui nō castigauerūt eos a pueritia; ad instar illius, qui dū ducere ad furcas, finxit se velle osculari patrem antequā moreretur, & dentibus truncauit nasum patri dicens: Si castigasses me, non suspenderer modo. Sexta est vindicta dignę punitionis diuinę, quia accidit sepe diuina iustitia permittente, qd sicut quis deliquit, ita in eodem delicti genere punitur: vnde accidit qd filij verberāt patres, quia ipsi patres etiā verberauerunt suos, quod visum est in experientia. Vnde pauci sunt anni, qd dū filius verberaret patrē in Corsica in medio vię, & traheret ipsum p capillos & barbā percutiendo ipsum pedibus & pugnis, postquā traxit eū vsq; ad certum locū, pater incepit dicere versus filium: Non plura fili, non plura: nā iustitia Dei volente recte fecisti, quia in isto loco, & modo quo me traxisti verberādo, traxi & ego patrem meū, ita qd fecisti vindictā aui tui. Similiter & in Foro Iulij in Spilimbergo accidit, qd dū dominus Vtertinus, dominus illius castri trāsiret per terrā audiuit magnum clamorem, & intrans domum illam inuenit filium acriter verberantem patrem, tunc pietate motus cepit

D 4 ipsum

Exempla

A ipsum filium, & incepit illum percutere, quod videns pater genuflectens coram domino dixit: Domine, ne percutias filium meum, quia etiam ego verberabam genitorem meum; quod audiens ille, & considerans iudicium Dei, statuit quod de cetero ipsum impune pro libito verberaret. Similiter in villa rusticus vnus labium faciebat, & puerulus suus ait, pater quid vis facere? Et rusticus ait, volo in labio isto dare comedere auo tuo; & puer a Deo inspiratus dixit, Pater mi fac ipsum bene magnum, quia cum eris senex sicut est auus meus, ego similiter dabo tibi comedere intus. tunc rusticus **B** ille considerans quod dixerat infantulus, abiecit labium, & se correxerat. Item Mantue quidam iuuenis dum haberet patrem senem, & orbem, & vellet ducere vxorem, animaduertit, quod in die nuptiarum plures congregarentur in domo sua in conuiuio ad nuptias, & quod ineptitudo senis patris sibi in verecundia redundare, & imaginatus fuit ducere patrem extra ciuitatem, & claudere ipsum in vna ecclesia distante per miliare a ciuitate, donec nuptie complerentur. & accersito patre duxit eum extra ciuitatem. Et pater quarebat: quo me ducis fili? & filius dicebat: veniat pur mecum, quia cito erimus ad locum, & tandem opportuit patrem **C** pauare, quia grauabatur senio, & filius duxit eum super vno lapide magno secus viam. Et pater ibi quiescens ait: Dic mihi queso fili mi, quo me ducas: qui dixit, Ego hodie facio nuptias, & vos estis cecus, & incommodus in domo, ita quod venientes ad nuptias vos abhorrent, & deluderent, ideo putauit vos ponere in hac ecclesia vsque ad occasum, & postea veniam pro vobis. Tunc pater clamans ait: O vera & digna Dei iustitia, memini fili mi, quod similiter feci patri meo, quando duxi matrem tuam, & duxi eum per istam viam, & ad istam ecclesiam, & pauauit **D** super hoc lapide, sicut ego: ideo bene facis fili mi satisfacere mihi eo pretio, quo ego satisfeci patri meo. Sed vnum tibi significo, quod posteris tuis relinquam, vt similiter tibi faciat, sicut tu mihi fecisti. quod audiens filius, exterritus magnam Dei iustitiam contemplando, reduxit patrem ad proprios lares, & ipsum ad nuptias primatem in mensa locauit, vt decuit.

Tertia pars.

Videamus modo remunerationem, quam consequitur non honorans patrem. Septem igitur sunt remunerationes mala. Prima est dolens paupertas. Secunda est breuis vita. Tertia est turpis infamia. Quarta est infelicitas filiorum. Quinta est maledictio paterna. Sexta est indignatio diuina. Septima est aeternalis pena. Primo igitur superuenit dolorosa paupertas, quia omnia male succedunt talibus filiis, quia quicquid velint faciant de omnibus perdunt. dignum est enim, vt ex quo contra naturam operantur, natura secum etiam contra rationem operetur. Secundo est breuis vita. Ad quod nota memoratu dignum, & quod fuit verissimum ex relatu domini fratris Petri de obseruancia. Du esset vnus pulcherrimus iuuenis aetatis 22. anno **F** rum, qui non fuerat a parentibus castigatus, sed in prauis moribus enutritus, & omnibus parentibus inobediens, tot atrocitatem fecit, quod in teneris annis ad furcas damnatus fuit: cumque esset ad furcas appensus, dum miles expectaret animam separari a corpore, vita diutius morabatur. Incipit spumare, astates admiratur, & ecce incipit barba illi suspenso crescere, qui erat imberbis, & paulatim fit barba prolixior. post incipiunt **G** pili canescere, & aetas adolescentis mutatur in virum antiquum. Fama vulgatur per urbem: currunt vndique gentes, hanc nouitatem visura. Hoc pulsat aures Episcopi: **G** Accedit vt videat prodigium. Et denique aetas istius teneri & pulcherrimi iuuenis se monstrauit in nonaginta annos creuisse. Et iam capillis cadentibus, & rugis venientibus in facie graue caluitiu demonstratur; & sic iuuenis 22. annorum, exspirauit senex 90. O inauditum Dei iudicium. Stupent omnes, quid sibi hoc velit. Tunc Antistes ciuitatis prudens misterium intellexit, & ait in populo: Videte stupendum Dei iudicium in hoc iuvene, vt emedemus, & filios vestros corrigatis. Mutatio aetatis in isto iuvene nobis **H** significat, quod naturaliter debebat viuere vsque ad 90. annos, in quibus spiritum emisit: sed propter sua scelera, & malam vitam, & quia male tractauit suos parentes, Deus abbreviauit dies suos: Quia viri sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos. Tertia est infamia. O quam malam infamiam consequitur qui non honorat patrem, aut matrem. Nonne maior proditor est, qui patri aduersatur, quam qui omnibus Principibus seculi? Quarta est maledictio paterna. Nunquam. n. peruersus filius maledicitur a patre, quin etiam recipiat maledictionem Dei. Vnde Eccl. Maledictus qui contristat patrem suum. & c. 3. Maledictio matris eradicat domum. **Quin-**

A Quinta est infelicitas filiorum, quia qui male tractat patrem, nunquam est contentus de filiis, quos generat: quia aut moriuntur infeliciter, aut nascuntur filij monstruosi & similia. Sexta est indignatio diuina. Est enim aliquorum opinio quod Iudas proprium interfecerit patrem, & propter hoc semper supra se habuit diuinam indignationem, donec factus proditor Christi se ipsum laqueo suspenderit. Septima & vltima est aeternalis poena, quia in die iudicij dicit Deus, Si ego condemno in ignem aeternum extraneos, qui non prouiderunt pauperibus, quanto magis condemnabo eos, qui proprijs parentibus non subuenerunt. Et ideo talibus malis filiis dicit, Ite maledicti in ignem aeternum. Bonis vero filiis dicit, venite benedicti, percipite gloriam aeternam, quam nobis concedat omnipotens.

F E R I A S E C V N D A
post ij. Dñicam Quadrage.

De amore lamentanti.

Sermo XIII.

**Sermo de
peccato Sodomorum.**



Non peccato vestro moriemini. Io. 8.

In his verbis notatur secunda flamma, quae dicitur amor lamentans. Conqueritur amor Dei de tot abominationibus, quae regnant super terram. Ego dicam & tacebo, & tacendo dicam, & credendo tacebo, Et tacendo clamabo. Causam huius querelae habes Apocal. 13. Vbi dicitur: Vidi de mari bestiam ascendentem habentem capita septem & cornua decem, & super cornua eius decem diademata, & super capita eius nomina blasphemiarum, & bestia quam vidi similis erat pardos, & pedes eius, sicut pedes vrsi & os eius sicut leonis, & dedit illi draco virtutem suam & potestatem suam magnam & vidi vnum de capitibus suis quasi occisum & mortem, & plaga mortis suae curata est, & admirata est vniuersa terra post bestiam, & adorauerunt draconem, qui dedit potestatem bestiae, & adorauerunt bestiam dicentes, Quis similis bestiae? Et quis poterit pugnare cum ea? Et datum est ei os loquendi magna & blasphemias. Et data est illi potestas facere menses 42. Ista bestia est pessima sodomia, quae regnat super terram, in qua habes considerare tria mala. Primo excacat hominem in

peccato. Secundo facit hominem induratum. Tertio facit hominem desperatum. prima ibi, in peccato. secunda ibi, vestro. tertia ibi, moriemini.

Prima pars principalis.

CApe primam considerationem, quae est excacare hominem. Vnde nota tres causas caecationis in hoc peccato. Prima est contra naturam delectatio. Secunda est in peccatis ruinatio. Tertia est in peccato gloriatio. Circa primum de delectatione contra naturam, considera quod creatura in qua incipit regnare hoc peccatum, videt vnam bestiam exire de mari, quae bestia est inordinata voluptas talis peccati, & exit de mari quando incipit in se delectari. Vnde nota quod sunt duae delectationes in hoc mundo. Vna est delectatio creaturae, alia est delectatio creatoris. prima delectatio est amara, secunda est dulcis, psal. Quam magna multitudo dulcedinis tuae domine. Dulcedo igitur creaturae est amara, quae ad corticem videtur dulcis, sed semper conscientiam amaricat & mordet, & ista amaritudo nunquam finit, solum domitam quiescere, nec viuere in pace, neque etiam mori, quia bestia. i. diabolus ipsum vocat. Nam isti sodomitae ponentes suum inordinatum desiderium in pueris, consumunt sua in istis facinoribus, & vbi credunt capere delectationem, capiunt amaritudinem & semper incuruantur ad malum, ad instar delphini, qui semper incuruatur in mare. Nota quod quinque habet istud peccatum, est cauerna vitiorum omnium, quia illud peccatum nunquam regnat solum. Et incipit ista bestia exire de mari, maxime in Italia postquam regnauerunt maledictiones guerrarum, quia vna maledictio trahit aliam post se. Nam in aliquibus regnat solum vnum speciale peccatum & singulare, sed in pessimo sodomita regnant omnia peccata. Et ideo dicit quod ista bestia habet 7. capita & decem cornua, quia propter 7. capita signat septem peccata capitalia, propter decem cornua signat transgressionem decem mandatorum Dei, & ideo possunt dici sodomitae cornuti, quia diabolus eorum ductor pingitur cornutus. Vnde Deus dedit praecipuum, Non colis plures Deos. Deus. n. tuus vnus est, sed sodomitae faciunt sibi plures Deos, quia amant plures pueros. Facit etiam sodomita contra secundum praecipuum, quod est Sabbata sanctifices, quia in diebus festiuis faciunt plures ribaldarias, quam alijs diebus, & san-

A & sanctificant sabbatum suum diabolo. Et nota quod quando filius tuus non obedit tibi, scito, quod ipse est effeminatus, & de negligentia tua post ea habebis dolorem, vnde de veta pueros vti cum malis societatibus. Facit etiam contra tertium præceptum, Nō sis occisor. Nam totiens committit homicidium sodomita quotiens peccat, & spargit semen humanum in loco sterili, quod si in naturali loco poneret, gigneret & animas precrearet. Facit contra quartū, Non mechaberis, quia sodomitæ mechantur pueros & nolunt videre feminas & ob defectum ipsorum sæpe feminæ in adulteria coguntur: quia mariti potius mechantur pueros quam velint proprijs vxoribus debitum reddere. Facit contra quintum, Nō furtum facies, quia sodomitæ omnia furantur, quæ possunt parentibus, vt dent pueris & faciant illos gulosos, faciendo prandia & merendas & gulosis bolis ipsos quasi oues simplices percutur alliciendo. Faciunt contra sextum, Non periurabis, quia cum reprehendunt de tali delicto, milies periurabunt, quod non est verū & quod nunquam fecerūt talia & simpliciter sunt periuri. Faciunt cōtra septimū, Non concupisces vxorem alienam. quia licet non concupiscant alienam feminam, tamen concupiscunt alienos pueros & filios, vt secū luxurientur, & sic de reliquis omnibus. Tertium est gloriatio in tam abominabili peccato, vnde dicit decē diademata esse super cornua eius, quibus vna corona instituitur, quod signat gloriam malitiæ sodomorum, qui cæcati in talibus, peccatis gloriantur, & rotunditas coronæ signat infinitatē illius peccati. vnde non cesses clamare sicut tuba: Mitte voces tuas. vis videre gloriam istorum, qui gloriantur in malis suis. Peccator talis, cum in profundum malorum venerit, spernit Deum & non secrete gloriatur, sed publicē. Vnde psal. Quid gloriaris in malitia, qui potens es iniquitate? Nuncio vobis, o sodomitæ, q̄ in peccato vestro moriemini. Et nota quod propter hoc horribile peccatum, Deus sentiens odorē sodomitæ in ciuitatibus Sodoma & Gomorrha, orto sole insperatus ignis accensus est, & consumpti populi illi sodomitæ & versę sunt illæ ciuitates in fauillam. Sol signat lumen veritatis, quo isti sodomitæ cognoscunt se male agere, sed quia non abstinent à peccato, tunc inopinato Dei iudicio & vident & sentiunt suas ribaldarias cum graui ruina. Et vide ad quam cecitatem inducit diabolus istos, quia si possent habere pul-

chiores feminas mundi non tangerēt eas, & quanto plus senescunt, tanto plus cæcantur in hoc vitio, adeo q̄ fuerunt duo eiusdē ætatis, qui in iuuentute incipientes simul commisceri, perseverauerunt vsque ad ætatem sexaginta annorum.

Secunda pars principalis.

Secundo principaliter hoc vitium indurat cor hominis. Vnde nota tres causas esse huius indurationis. Prima est blasphemare, secunda est deuorare, tertia est indiabolare. Prima ergo est blasphemare. Nam secundum Aug. Blasphemare est quæ Dei sunt, sibi appropriare, quia isti ribaldi corrumpunt pueros appropriando sibi eos ad carnalitatē & tollendo illis innocentiam suam propter putridam delectationem priuando ipsos gratia Dei per adulationē. Vnde psal. Fructum eorum de terrâ perdes & semē eorum à filijs hominum. Ecce maledictio eorum, qui fructum spargunt & non habent filios, & hæc est blasphemia in Deū, quia inter Christianos contaminatur caro sanctificata hominum. Immo aliqui doctores dicunt, q̄ Deus adeo abominatur hoc vitium quod cum difficultate permittit filium incarnari ea carne, quam videbat adeo turpiter contaminari, licet quando Christus venit in mundum, inuenit totum mundum corruptum, & Christus expulit demonem sodomitæ. Vnde illud, Cum fortis armatus custodit atrium suū, in pace sunt omnia quæ possidet. Cum autem supuenerit fortior eo, vniuersa illius arma aufert. Sed si diabolus postea reuertitur in domum suam, tunc si peior. Nam Christiani erant per Christū a pagania purificati & ab isto vitio, sed reuersi in eodem sunt peiores, quam prius. Secunda causa est deuorare, ideo subiungit quod bestia habebat os pardi. pardus significat malitiam sodomorum, qui philocapiuntur de pueris sicut de foeminis, & tenet scholas cum suis fraudibus decipiendo pueros. Ecce pellis pardi variati. Subdit, Et pedes eius sicut pedes vrsi. Vrsus est animal luxuriosum, & pedes vrsi signant affectum luxuriæ di. Et os eius sicut os leonis. Os leonis signat modum voradi & decipiendi pueros. Sic q̄ per pardum signat malitiam sodomorum. Per vrsum signat adulationē. Per leonem signat violentiam, quia isti maledicti sodomite decipiunt pueros istis tribus modis. Aut per malitiam inducendo illos suis fraudibus & nugis. Aut per adulationes dā-

A do sibi pecunias, & soluendo fructus & similia. Aut per vim, quia sæpe illis incutiunt timorem. Ideo o parentes auisate pueros vestros, vt sibi caueant a talibus sodomitis, quia tales adolescentes taliter capti bñ possunt dicere, Susceperunt me sicut leo captus ad prædam & sicut catulus leonis habitans in abditis. Tertia causa est indiabolare. Vnde dicit q̄ dedit illi draco virtutem suam, & potestatem suam magnam, scilicet malignandi, quia non est vitium quod magis in diabolet hominem quam hoc. Amor enim propriæ carnis excæcat eos, quia amor pingit cæcus, & maxime signat huius peccati cecitatem, quæ primo ipsos sodomitas excæcat, & rursus excæcat eos qui sibi credūt, & hoc quia tot malitiosa verba & deceptoriam habent præmanibus, & istas omnes deceptiones habent a diabolo qui habet tria, sed licet velle, scire, & posse de sui natura, sed quādo cecidit, perdidit posse. ideo qui creauit eum alligauit eum, & sic remāsit in scientia sua, licet illa peruerterit de bono in malum, & hæc est scientia, qua vtuntur sodomitæ vt possint suam artem operari. Et in ipsis potest per nouam considerationem verificari illud, quia sapientiores sunt filij tenebrarum filijs lucis, quia sodomitæ filij tenebrarum sunt astutiores in decipiendo pueros quam patres in custodiendo.

Tertia pars principalis.

Circa tertium videamus q̄ hoc peccatum facit hominem desperatum, quia dicunt aliqui q̄ praticantes istā maledictam sodomiam vsq; ad ætatem triginta annorum, est quasi impossibile q̄ non damnentur in ea. Ideo o vos sodomitæ moriemini in peccato vestro, quod facit hoīem desperatum. Nota ergo tria. Prima causa desperationis est. Sēper peiorare in peccato. Secunda causa est Deum persequi & inimicari sibi. Prima cā est Semper peiorare, quia siue habeat sodomita, quod vult siue non, peccat. Et siue confundat siue non peiorat. Siue vituperetur, siue non, peiorat. Et siue sit diues, siue pauper, peiorat ad instar sulfuris cum pice, quia quāto plus picis cum sulfure proijcis, tanto plus ardet & fetet vsque ad cælum, & signat putredinem sodomitarum. Et pluit Deus super eos maledictiones, quæ nunquam recedunt. Subdit, vidi vnum de capitibus suis quasi occisum in mortem, quod signat q̄ quādo sodomita re-

prehenditur à prædicatore, disponit se ad emendandum de turpitudine sui peccati, cognoscens sceleratam vitam suā, sed plaga mortis eius subito curata est, quia reuertitur iterum ad peccandum. Vnde ait Dominus, Veni in mundum vt videntes videant & non videntes cæci fiant. Secunda cā est contaminare socios, ideo ait: Admirata est vniuersa terra post bestiam, quod signat, q̄ contaminatus omnes alios contaminat. Et adorauerunt bestiam dicentes, Quis similis bestia? quasi dicat, Quis est maior bestia q̄ sodomita, & adorauerunt draconem, scilicet peccatum sodomitæ. Tertia cā est Deo contrariari & ipsi inimicari. Nam Deus est natura naturas, & quicquid est aut fit, facit Deus per naturam, vnde faciens contra naturā facit contra Deum, quia nullum est peccatum contra naturā sicut sodomia: quia vt dicunt Doctores, postquā diabolus inducit hominem ad illud peccatum, non potest ibi stare, quia diabolus est inclinatus ad animam naturalem, & p̄m̄ contra naturā est contrarium omnibus creaturis. Vnde dicit, datum est illi facere menses 42. diuide quatuor in quatuor denas, quod signat quatuor virtutes, & duos signat dilectionē Dei & proximi, quia sodomita neque Deum diligit, neque proximum. Nunc ergo tale vitium cum cæteris alijs abhorrentes virtutes sectemur, vt mereamur gaudia paradisi, ad quam gloriam, &c.

FERIA TERTIA post 2. Domin. Quadrag.

De amore condemnante.

Sermo XIII.



Secundum opera eorum nolite facere. Matthei 23.

In hoc euāgelio Christus nihil tractat, nisi de Sacerdotibus, & religiosis. & licet materia nūius euāgelij sit singularissima, tamen pro meliori de factis sacerdotum præsentis temporis melius est silere, quàm male loqui. vnde quantum attineat pro modo circa euāgelium, considero tres virtutes manifestatas hic. Prima naturæ ambitionis. Secunda naturæ dilectionis. Tertia vtriusq; naturæ retributionis. Incipit ergo, Tunc Iesus

A sus locutus est ad turbas, & ad discipulos dicens: Super cathedrā Moysi sederunt Scribæ, & Pharisei. Omnia quæcunq; dixerint vobis, facite, si sunt bona quæ dicunt, sed si sunt mali & mala dicunt, secundum opera eorum, nolite facere, puta si sacerdos intrat vineam suam & tpe mēsis Maij frāgeret pāpanos vineæ suæ dicens se velle vindemiare, certè omnes rultici trufarentur de eo, & nolent facere sicut ipse, quia scirent se male facere, immo expectarent tempus quo vna esset matura, & tunc vindemiarent. Similiter si nauis rumperetur, in qua esset pater cū filijs & tota familia, certè vnusquisq; quæreret propriam salutem fugiendi naufragium, & filius tunc non iuuaret patrem, quia satis haberet se posse iuuare. vnde cum hodie in hoc mundo nauis sit rupta & sine gubernatore, oportet q̄ vnusquisque se iuuet. sequitur. Dicunt enim & non faciunt. Alligauit autē alijs onera grauiā & imporbabilia, digito autem suo ea mouere noluit. Omnia verò opera sua faciunt, vt videatur ab hominibus, & sunt ambitiosi. Dilatant enim philaterias suas, & magnificant simbras: Amant primos accubitus in cænis, & primas cathedras in sinagogis, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus, Rabi.

Exempla

B Nota ergo q̄ quod licet verbum Christi est vnum lumē veritatis. Vos autem discipuli mei. Ecce. 2. f. Naturæ dilectionis, cum instruit eos, Nolite vocari Rabi, quia omnes estis fratres, & vnus Deus est magister vester, & patrem nolite vocare vobis sup̄ terram. Vnus enim est pater vester, qui in cælis est, quasi dicat: Bene licet vocari pater & magister, sed non ambitiose, quia tunc q̄ris vocari pater per ambitionem, quādo tu vis quoddam filius tuus potius faciat tuum vel le quam voluntatem det, & tunc peccas. Nā Christus erat subditus Ioseph & Mariæ, & Ioseph non uocabat ipsum filium per ambitionem, sed q̄ erat minister suus, & ideo ne vocemini minister, immo magister nolite vocare, quia magister vester vnus est Christus. & subdit, Qui maior est vestrum, fit sicut minister. Sequitur, Qui se humiliat, exaltabit. Ecce. 3. f. Retributionis, qui humiliado exaltatur, habet præmium retributionis p̄ humilitate. Et qui se exaltat humiliabitur. Ecce aliud præmium ambitionis, &c. Sequitur nunc videre de tertia flāma amoris condemnātis, de qua Apoc. 14. c. Angelus ponit poenam sodomorum. Dicit ergo, Ecce alius Angelus exiuit de altari, qui habebat potestatem super ignem & aquam &

C clāmāuit voce magna ad Angelum, qui habebat falcem acutam dicens, Mitte falcem tuam & vindemia botros vineæ terræ, quæ maturæ sunt vna eius, & misit Angelus falcem suā in terram, & vindemiauit vineam terræ, & misit in lacum iræ Dei magnum, & calcatus est lacus extra ciuitatem, & exiuit sanguis de lacu vsque ad frenos equorum per stadia 1600. In præmissis igitur verbis tria mysteria notantur.

D Primū est corporalis punitio. Secūdu est Temporalis correctio. Tertiū est Æternalis damnatio.

Prima pars principalis.

IN primo igitur mysterio corporalis correctionis nota tria. Primo Christū cognitorem sodomorum. Secundo Christum manifestatorem sceleratorum. Tertio Christum castigatorem iniquorum. Tolle igitur primum, quod demonstrat Christum punitorem sodomorum, cum ait, Angelus exiuit de altari habens potestatem in igne. Et nota q̄ vbi fit mentio in Apoc. de secundo Angelo, semper intelligitur Christus. Altare igitur signat humanā voluntatem, quia mens humana est templum & ara Dei, dumodo sit mens unita cum Deo in gratia & ignita amore diuino, iuxta illud Exodi, Ignis in altari meo semper ardebit, i. in mente hominis sit semper feruor charitatis. Cū ergo ista mens est per vitium separata a Deo & ista ara est Deo polluta, tunc Angelus, id est Christus exit de altari, i. de ista mēte peccatoris, ita quod Christus est cognitor sodomorum, & de illis exit ob fetorem sodomiam. Secūdo est reuelator sceleratorum, quia peccatum talium manifestat, & hoc est quod ait, quia Angelus ille clamauit voce magna, Mitte falcem tuam & vindemia botros vineæ terræ. Vnde no. q̄ Christus quādoque tacet, q̄n quis peccat & se corrigit. Sed cum peccator perseuerat, tunc clamat & publicat illud peccatum. Vnde media nocte clamor factus est, quia clamor sodomorum multiplicatus est. Et isti ribaldi publice narrāt inter se de isto vitio sine pudore, & Christus permittit quod cridetur & ratio cinetur publice de isto peccato, expectando de ipsis glorificari, quando per iustitiā mittet eos in supplicium æternum. Tertio est factus castigator iniquorum: ideo dicit, Mitte falcem tuam & vindemia botros vineæ terræ. Et nota, quod plures sunt maneries vinearum, quia quædam sunt altæ, & quædam,

A dam bassæ: vineæ altæ sunt illæ, quæ sunt in matrimonio, quæ adhærent arbori, scilicet marito, qui est arbor vxoris: vineæ bassæ quæ vadunt per terram, sunt sodomitæ, seu pueri quos sodomitæ corrumpunt. Vindemiatur autem ista vinea, cum punitur sodomitæ, & botri seu graspi vinearū signāt pueros corruptos. Vnde vindemia botros vineæ terræ. i. pueros sodomorum mittendo epidimiam in eos, & ideo epidimiam regnant modo plus solito, quoniam maturæ sunt vineæ, quia isti tales principiauerunt in hoc vitio & perseuerauerunt vsque ad senium & indurati sunt, & non sunt corrigibiles, ideo tempus est vindemiæ. Ideo ait, Misit angelus falcem suam in terram & vindemiauit vineam terræ. & falcis est punitio culpæ & pænæ. Vnde nota q̄ sicut tria sunt peccata generalia, quæ regnant in mundo, ita sunt tres punitiones: nam totus mundus est plenus auaritia, luxuria & superbia, & cōtra ista sunt tres punitiones, scilicet Guerra contra superbiam, Sterilitas & fames cōtra auaritiam, Pestilentia cōtra luxuriā & inordinatum appetitum sodomorum. Vnde vindemia vineam terræ. i. sodomitas agētes, scilicet & consentientes. Vnde nota q̄ sodomia dicitur pecora: Gomorra dicitur cæcitas. Faciatis ergo o patres filios vestros confiteri, si sunt corrupti a talibus, & redite eos cautos vt præcaueant sibi ab istis ribaldis, & si sunt decepti in isto vitio, non perseuerent, quia indurati in illa cæcitate nunquam consententur. Et volo pueri, si aliquis dicit vobis aliquid de illis negotiis, dicatis illis, Cornute. Cauendæ igitur sunt mala societates, quæ inducunt pueros in peccata & moriuntur postea ex peste Deo permittente propter sodomiam. Misit ergo angelus falcem suam & vindemiauit vineam terræ, quoniam maturæ sunt vineæ eius. Vnde nota in vuis tres status, scilicet Agrestem, quod signat peccatū contra naturā in iuuentute. Si reprehenditur tamen iuuenis & se castigat, bene est. Alius status sunt vineæ maturæ quod significat sodomitam existentem in sodomia & perseuerātem in ea. Alius status sunt vineæ marcidæ, quod significat sodomitam marcidum in peccato, ita quod in co gloriatur.

Secunda pars principalis.

Sequitur secunda pars de temporalis correctione. Christus enim volens corrigere, considerat vnde velit incipere, &

quandoque tenet falcem expectando quod peccator se emendet. Sed tñ ait illud psal. Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. i. cum expectauiero satis, ego mittam falcem. i. subitam pestilentiam. vnde Esa. Ecce dominus mittet falcem in terram & dissipabit terram. & hoc quando multiplicant ista vitia, & si non venit tunc expectat, & si non emendatur, tunc punit cum peste, & vindemiatur. Vnde Gregor. Vindemiauit me dominus & locutus est Deus in die furoris sui.

Tertia pars principalis.

Tertia pars est æternalis damnatio. Et hoc est quod dicit, Misit in lacū iræ Dei magnum. Lacus enim iræ Dei est infernus. Vnde sicut amauerunt brodium & putrida, ita in brodio æternalis pænæ lacus iræ Dei immerguntur in loco putridio inferni, & quia noluerunt misericordiam in hoc mundo, habeant iram Dei magnam in futuro iudicio. Nam propter hoc vitium dominus quinque ciuitates cōbussit & funditus deuastauit, & in illo loco non nascitur herba & vnus lacus est teterrimus, in quo nullum lignum quantuncūq; leue subitinetur aut natat, sed subito ad fundū mergitur, & si qua anis desuper volat, subito cadit mortua. Et est ita niger ille lacus, q̄ ex terra quæ inde sumitur, fit tinctura pannorum. Ita quod hæc est æterna damnatio talis lacus in quo nota tristia tormenta sodomitarum, quia erunt tormenta desperata, quod eijcientur extra ciuitatē. Vnde ait, Calcatus est lacus iræ Dei extra ciuitatem. Nā ciuitas dicitur, quasi ciuium vnitas, quando sunt omnes ciues vnus ciuitatis vniti, tunc sciunt, volunt & possunt, quia sciunt & volunt vnus propter alium. Inde sequit posse & quælibet ciuitas bene vnita est potens, quia sciunt & volūt, & ideo possunt: sed quando sunt discordes, tunc destrunt, quia omne regnū in se diuisum desolabit, quod est dare intelligere, q̄ sodomitæ mittent in lacū iræ Dei extra ciuitatē. i. sup̄ nam Ierusalem, & nō scient, quia erunt cæci, nō volent, quia deficiet illis affectus omnis bonæ voluntatis, & non poterunt, se ad inuicem adiuuare, ideo erunt desperati ibi. Vnde secundum Iob, Et horror & nullus ordo, & umbra mortis, scilicet ignorantia, & amissio potatis & perpetua discordia. Horror, quia habebūt odio illos, cū quib. peccauerunt. Calcatus est premere in angustia pænæ, quia Deus calcatur eos in lacu illo, & simili-

A similiter diabolus. Vnde Esa. Calcaui eos in furore meo & conculcaui in ira mea, & vnum calcare pertinet Christo, & aliud calcare pertinet executoribus & ministris irae Dei, scilicet demonibus. vnde propheta, glorificata est corona electorum Efraim. Corona est gloria sodomitae. Efraim interpretatur crescens, scilicet incipiendo, crescendo & perseverando. Hebraeorum, quia inebriati prosequuntur in illo vitio. Et gloria, quando gloriantur in malitia sua. Corona Hebraeorum est illa, quae est in medio, scilicet capiteus sodomitarum est ille, qui coronatur in poena & culpa, quia sodomitae habebunt tormenta aggladiata. Et exiit sanguis de lacu. Lacus habet duo significata, vnu in corpore, & aliud extra corpus, quia signat extra corpus mortem & poenam, sed in corpore signat delectationem, scilicet quod quod sodomita delectatur in illo vitio, est sanguis in corpore, sed quando exit sanguis de corpore, tunc exit de lacu irae Dei. i. poenae. Vtique ad frenos aequorum. Nam sanguis sanguinem tetigit. Primus sanguis in vita peccando contra naturam tetigit sanguinem in poena aeternali. Et vocat sodomitas equos diaboli. vnde Zacha. 12. c. ait: Castigabo eos in furore meo, percutiam omnem equum & equitatem in amentia. vnde propheta: Percutiam in furore sodomitam. frenum ponitur equo habenti os durum quod signat induratos & obstinatos in isto peccato, quia tales habebunt plura tormenta, quam illi qui minus peccauerunt. Vnde psal. In campo, id est in capitis minus peccantes. Et freno indurati. maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te. Per stadia mille sexcenta. Stadium dicitur a stando, quia Hercules currendo antequam traheret statum currebat per octauam miliarij. Stadium ergo est octaua vnius miliarij. Et mille sexcenta stadia sunt ducenta miliaria. Vnde Sodomita stabit in inferno per stadia mille ducenta. Mille signat intelligentias centum volendo sex operando quae faciunt ducenta miliaria, scilicet bis centum, quod signat binas delectationes, vnam corporis, aliam animae. Vnde Deus puniet istos sodomitas in anima & corpore, secundum eorum delectationes, quas habuerunt ex suo nefando coitu & secundum eorum intelligentiam voluntatis, &c.

F E R I A Q V A R T A E
post 2. Domin. Quadrag.

De amore bene vtente.

Sermo XV.



Citis quia principes gentium dominantur eorum. Mat. 20.

Videam⁹ hodie penam nri Seraphini elicitam ex euangelio, quod dicitur: Amor bene vtens. Ex quo nota tria fundamenta. Primo est patientia benigna. Secundo est charitas feruida. Tertio est humilitas profunda. Primum igitur fundamentum erit de patientia. Et Christus ponit se ipsum pro fundamento patientiae omnibus, qui volunt bene viuere. Ascendens ergo Iesus Ierosolymam assumpsit duodecim discipulos secreto & ait illis: Ecce ascendimus Ierosolymam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum & scribis. Ecce patientia. Et condemnabunt eum morte, & quare? Non propter aliquod crimen, sed propter feruentem charitatem, vt redimat mundus & aperiantur portae paradisi. Ecce feruens charitas. Et tradent eum gentibus ad illudendum & flagellandum & crucifigendum. Ecce humilitas profunda, quod filius Dei permittat se deludi & flagellis crucifigi, quasi dicat discipulis: Si ego male tractabor, qui sum magister vester, oportebit & vos similiter pati cum multa patientia & feruida charitate & multa humilitate, & ne desperent dicit subiungendo, Tertia die resurget, quia semper pungere & non vngere, non esset sanare primas plagas. Nam oportet Christum pati, & sic intrare in regnum caelorum, & quemadmodum ego facio, ita & vos faciatis. Et dum sic ratiocinaretur subiungit Euangelista, quod discipuli non intelligebant Christum, quia credebant dum diceret de regno patris sui in caelo quod diceret de regno mundi. Tunc accessit, ad eum mater Zebedaei, quae iam conuenerat cum filijs suis dicens. Ex quo Christus post resurrectionem suam est futurus ita magnus Rex, bonum est quod anticipetis & petatis aliquod bonum officium, vnde filij dixerunt: Nos non habemus audaciam, quia forte reprehenderet nos, sed vade tu mater, & dic sibi, quia habet te magister excusatum, & non dabimus nos scandalum aliquod discipulis, & sic ipsa cum filijs suis accessit adorans & petens aliquid ab eo. Qui dixit,

Prima & secunda partes principales simul. E

A dixit, Quid vis? Bene tamen sciebat quid vellet, sed hoc ideo fecit, vt causam haberet dicendi quod infra sequitur. Ait illi mater istorum. Dic vt hi duo filij mei sedeant vnus ad dexteram tuam, alter ad sinistram tuam in regno tuo. Et Christus non voluit se ad matrem discipulorum, sed ad discipulos & ait illis, Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? quasi dicat, Ego si volo intrare regnum patris mei, oportet me sublinere amarissimam passionem & crucifigi & mori. Et discipuli intelligentes dixerunt, possumus. Sed tu o Ioannes, qualiter potes, quia tu nudus profugisti relinquens sindonem. Et ait illis **B** Calicem quidem meum bibetis, sed dare autem ad dexteram meam vel ad sinistram non est meum dare vobis. hoc est dicere ire in paradysum per dexteram, vel ad inferna per sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a patre meo, & hoc de primo fundamento. Sequitur Secundum fundamentum humilitatis, & subdit, quod audientes decem alij discipuli indignati sunt de duobus fratribus & fuerunt scandalizati. Sed quomodo ita sancti viri poterant scandalizari? Respondeo quod interuenit scilicet inter scholares adinuicem disputantes, qui videbuntur quasi velle se percutere, sed non est illud scandalum propter malitiam, sed propter discere & elicere veritatem, & finita disputatione sunt fratres sicut prius. Ita in proposito fuit in discipulis, & vnde Christus videns decem indignatos, capit tertium fundamentum humilitatis. Modo tertium fundamentum est de humilitate cum ait: Scitis quia principes gentium dominantur eorum, & qui maiores sunt, potestatem exercent in eos. Vos autem non sic. Sed qui maior est inter vos, sit sicut minister, scilicet in humilitate, quia oportet volentem esse in gratia Dei fore humilem. Et appropriat sibi Christus ista omnia dicens. **D** Filius quidem hominis venit ministrare, non ministrari, vt daret animam suam in redemptionem pro multis. licet multi sunt vocati, pauci vero electi. Modo capiamus flammam nostram, quae dicitur amor bene vtens, de quo amore facio tres considerationes.

Prima est principium male consuetudinis. Secunda est consumatio male consuetudinis. Tertia est remedium male consuetudinum.

Expediamus igitur simul duas partes principales, scilicet principium male consuetudinis, & consumationem male consuetudinis. Nota ergo septem mala consuetudinis. Prima est malorum inductiua. Secunda est bonorum retractiua. Tertia est cordis induratiua. Quarta est animae incatenatiua. Quinta est gratiarum diminutiua. Sexta est in peccatis ruinatiua. Septima est in peccato necessitatiua. Tolle primam malignitatem, quae est malorum inductiua. Vnde Ierem. Cursor leuis explicas vias suas, quia pronus in malos vsus velut cursor leuis cito se expedit. Quia sicut mala voluntas peccandi sibi venit, subito peccat, vt in luxurioso, qui cum videt foemina, subito concupiscit eam, & iam machatus est, & sic mala consuetudo subito precipitat hominem in peccatum, quia vsus vertitur in naturam. & ita consuetus in aliquo vitio cito ruit sicut gallus cito fugit, cum dicitur vs, propter consuetudinem seruatiua in expellendo eum, quia semper quando expellitur, dicit vs. Et est ad instar molendini facti ad uentum, quia rotas ad omnem uentum. Similiter assimilatur naui sine gubernaculo, quae ducitur ad omnem uentum. Sicanima consueta ad omnia mala, est pronata ad omne nefas. Secunda malignitas est bonorum retractiua. vnde Iere. 2. Nunquid potest etiops uolere pellem suam? Sic nec peccator poterit bene facere, licet didicerit peccatum & cognouerit illud fore malum, & tamen non poterit se abstinere, & hoc est quod ait Dauid. Ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Pes est affectus, lapis est indurata consuetudo: quia qui male assuetus est, difficiliter surgit. Vnde minus malum esset ignis ardens domum quam ipsa mala consuetudo, quae non solum videtur corrumpere habitantes, sed etiam muros: quia si omnes recederent de illa domo, & noui homines intrarent, videtur quod muri illius domus inducant intrantes ad malos vsus ibi consuetos. Et si esses habitatus in malis moribus si velles ipsos relinquere & adherere virtutibus, non posses: Sicut nec plaga infistulata curatur, & sicut fistula grauat medicum, ita mali vsus grauant Deum. Vnde Ecclesi. Peruersi difficile corriguntur. Peruersi sunt resupinati, quando pedes vadunt sursum & caput deorsum. Itaque noli inueterari in malo, quia uolens non poteris abstinere

A abstinere a mala consuetudine. Tamēn quo usque status est in corpore, potest te tua conscientia remordere. Sed vnum volo dicere, quōd isti infistulati & indiabolati in malis vībus, cum magna difficultate liberantur & subiacent magno periculo mortis æternæ & pauci saluantur, & euenit de istis, sicut si exiret edictum a Cæsare quod vsque ad tres annos quilibet faceret suis manibus vnam pulchram picturam sub pœna capitis: essent aliqui, qui subito caperent pennellum & addiscerent vsque ad tempus trium annorum, & essent aliqui qui non curarent dicentes, Est adhuc bonum tempus, Ego bene potero addiscere & indulgent suis ministerijs. Et cū tempus erit lapsum, quasi trium annorum vel in vltimo die prefixi temporis, vellēt incipere addiscere. Tardē ferent magistri, sed illi qui essent assueti picturæ pluribus diebus, bene pingerent & non caderent in pœnam. Sic qui est assuetus longo vsu malo, Cum venerit vltima dies vitæ, & volet incipere bene viuere, tardē venit, quia quando homo est in illa agonia mortis, nihil scit nisi dolorem suum, & nescit quid faciat, & ideo pauci tales saluantur. Immo est maius factum quōd tales saluentur, quam si quis volaret sine alis. Nec reperitur huiusmodi quempiam saluatam fore, nisi latronem. Tertia malignitas est cordis induratiua. Vnde Iob, Indurabitur cor eius, quasi lapis. Ecclesi. 43. Flabit aquilo & congelabitur crystallus, quia aliqua species crystalli fit de aqua congelata per illum ventum aquilonis. Ita est in aquilone mali vsus & consuetudinis peccatorum, quia ita congelat animam quōd semper induratur & anima indurata siue in prosperis, siue in aduersis semper peiorat, quia tales sunt præda diaboli. Ideo caue ne indureris in malo vsu & te emenda. Vnde Apocal. duodecimo. Ve terræ & mari, quia descendit diabolus ad vos, quia si mare, id est, aduersitas vel terra, id est, prosperitas veniet indurato in malos vsus deteriorabitur. Quarta malignitas est animæ incatenatiua, quia assuetus & inueteratus peccator incatenatur sicut Sanson, qui quater quatuor ligaminibus fuit incatenatus, primū fuit ligamen carnalitatē Dalidæ, quæ taliter excæcauit eū quōd corrupta pecunia ab inimicis Sansonis, quærebat scire in quo consistebat virtus eius fortitudinis, & primo dixit quōd stabat in eo quōd si ligaretur funibus non posset solui, & ita fecit, & dum foret li-

gatus superuenientibus hostibus Dalidā clamauit, surge cito, & subito ruptis vinculis illos fugauit. Iterum suis blanditijs quæsiuit in quo stabat suauis, & dixit quod ligatus neruis septem, perderet vim, tandem ligatus & superuenientibus hostibus eius Dalida clamauit, surge cito, & statim ruptus neruis surrexit. similiter & licijs per capillos ligatus ad clauum surrexit & finaliter perseuerauit in sua mala consuetudine carnalitatē & luxuriæ & propalauit vires suas in capillis esse, quibus tonsis incidit in suos inimicos. Primum ligamen est affectio, secundum est consensus, tertium perseueratio, quartum induratio, quintum est interitus. Quinta malignitas est priuatiua omnis apitudinis benefaciendi. Vnde nos habemus naturale ingenium, liberam voluntatem, grandem memoriam, iuuentutem, sanitatem, pulchritudinem, fortitudinem. Item habemus bona spiritalia, scilicet sapientiam, intelligentiam, contemplationem, meditationem. Item habemus bona gratuita, scilicet gratiam gratis datam & gustum diuinæ dulcedinis & fruitionem ipsius creatoris. Et contra ista omnia est crassator ille diabolus, qui studet continue nos istis bonis deprædari, & inducit nos in malos vsus, quasi vbi est peccatum, non potest esse gratia Dei, & ideo ait Salomon Ecclesi. 11. Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequam veniat tempus afflictionis tuæ & appropinquent anni, de quibus dicas, Non mihi placent: Antequam tenebrescat sol & luna & stellæ, & reuertantur nubes post pluuiam. Sol est cognitio Dei, quia ex mala consuetudine homo fit de carne lapis, quia memoria fit sinerata, ideo pone memoriam in bona consuetudine amandi Deum & reminiscendi beneficiorum eius. Et luna, i. corpus hominis, quod est mutabile sicut luna, quia nunc crescit, nunc decrescit, in eodem sistere nescit. Luna plena signat plenum hominem in iuuentute. Luna sīma & diminuta signat corpus debilitatum senio. Luna pallens signat corpus infirmum, luna rubens signat corpus prosperosum, luna nigra & eclipsata, signat corpus moriens. Vnde si inueterascis in malo vsu, obtenebrabitur luna, quod est corpus hominis. homo igitur dum est iuuenis assuefaciat se virtutibus, & bonis operibus, quia vna vetula propter consuetudinem melius ieiunauit, quam vnus robustus iuuenis, qui non sit assuetus. Et stellæ

A læ, quæ notant, quinque sensus hominis, quia si assuefacis sensus ad bonos mores, tunc erunt sicut stellæ, & si corrumpis eos ex consuetudine vitiorum, tunc obtenebrantur stellæ, vnde valde periculosum est indurare se in mala consuetudine. Ideo Daniel vidit quattuor bestias, & bestia quarta terribilis, & fortis, & dentes habebat ferreos, & reliqua pedibus conculcat. Ista bestia est mala consuetudo, quæ tantum afferrat, quōd nescis te separare ab ea, & habet ungulas & dentes ferreos, quia anima non potest se desbrigare ab ea. vnde primo habemus charitatē gratuitam, ex qua licet mouearis ad confitendum, tamen propter malam consuetudinem iterum cadis: Et deuorat sicut canis redeundo ad vomitum & frangit bona opera. Sexta malignitas est in peccatis ruinatiua, exemplum habes in sancto Petro, qui primo incoepit negare Christum, secūdo dixit falsum, tertio fecit blasphemiam anathematizando, Non noui hominem. quia sicut lapis declinat ad centrum, ita mala consuetudo declinat ad peccatum. vnde Ecclesiast. 28. Ne assuecas iurare. Multi enim casus sunt in illo propter malam consuetudinem, sed omni vice qua iuras, & scis fore mendacium, semper peccas mortaliter; maxime iurando & inuocando res Dei. vnde si dicas per fidem meam, quæ fides est Christi, & illud quod iuras est falsum, peccas mortaliter, quia nihil aliud vult dicere, nisi quōd fides Christi est falsa, si id quod iuras est falsum, & nunquam videbis aliquem iurantem esse fidelem seruum Christi, nec Deus facit gratiam tali: Et nemini credas mendaci, seu iuranti faciliter, licet sua mendacia nihil noceant alicui. vnde in euangelio: Nolite iurare, neque per coelum, neque per terram, quia vix videbis habentem ista duo, scilicet qui non dicat mendacia, & non periuret, quin habeat magnam gratiam a Deo, quia melius est tacere mendacium quàm dicere, vt sequatur magnum bonum. vnde Gregorius: Non sunt fienda mala vt veniant bona. & quando quis sæpe dicit mendacium, & sæpe iurat, ita frequentando deducitur in malum vsu, eo quod in omni verbo iurat, & dicendo mendacium ipse met non perpendit, & spernit iusiurandum. vnde Salomon, impius cum in profundum malorum venerit, tunc spernit, &c. & talis mala consuetudo trahit animam de peccato in peccatum, donec suffocatur. Et anima ha-

bituata in mala consuetudine peccati, est ad instar ebrii, qui se inuoluit in fimo, sed eleuans non se tergit & ridet nesciens quid faciat. Idem exemplum est in fatuo, & sic est in peccatore, qui in peccatis inueteratus ridet, & fit desperatus. vnde ait Augustinus: peccata grandia & horribilia cum in consuetudinem transeunt, pro nihilo reputantur, & ad tantum veniunt peccatores quōd non solum videtur eis peccatum, sed gloriantur, & publice prædicant, quia sunt in peccatis maridi. Septima malignitas est necessitatiua, sicut sunt luxuriosi, qui propter malam consuetudinem videtur eis, quōd non possint abstinere. vnde vnus philosophus factus dominus vnus Ciuitatis dedit leges, quas propter consuetudinem male viuendi videbatur subditis impossibile esse posse seruari. Vnde nutriuit duos catulos natos ex vna cane, & vnum nutriuit in venationibus, & factus fuit bonus ad venandum; alium tenuit in coquina, & dabat illi comedere in patellis, & de brodio, & factus fuit leccator. quadam die conuocauit populum, & incoepit dicere de sua mala consuetudine viuendi & suorum malorum morum; & in exemplum fecit duci istos duos canes, & vnus habebat leporem sub mantello, & alius sartagine cum brodio, & vnus tenebat ambos canes, & vno tempore ille qui habebat frixorium, deposuit frixorium, & alter dimisit leporem & alius solutis canibus incoepit clamare: ille qui erat solitus ad venationem, subito cucurrit post leporem, & alius assuetus brodio, cucurrit ad patellam, & se imbrodauit dimisso lepore. & per hoc demonstrauit populo quōd illud procedebat ex sua mala consuetudine. Vnde patres in infantia filios assuefaciant virtutibus, quia est de illis sicut de vercella quæ facile pliat, sed non truncus: sic est in iuuenne, quia dum est iuuenis si addiscit, & habituatur in virtutibus, virtutes sequuntur eum quocunque vadit, & in quocunque statu reperitur, & ab actibus suis quilibet potest cognosci, quia tractant fabrilia fabri. Vnde in exemplo: Dum quidam philosophus captus fuisset, & venditus vni Principi, interrogatur a principe, quid sciret facere, dixit se esse philosophum, sed ille princeps nesciebat quid esset philosophus. sed tamen arbitratus est illum esse sapientem, & sic tenuit eum, & iussit sibi dari vnum

A solum panem in die, & de aqua, & vno die dum vellet emere gemmas misit pro isto philosopho, & positis coram illo tribus gemmis petijt, quæ esset præstantior. philosophus accepit eas in manu, & dixit, ista est pretiosior, sed habet vermiculum intus, & fracto lapide ita esse repertum est, & princeps admiratus voluit scire quò hoc vidisset: qui dixit, quòd posuerat eum in fronte, & lenferat, vnde princeps fecit sibi deinceps duos panes dari. Alio die volens princeps emere equos, misit pro philosopho. petens ab eo, quis esset melior. ipse elegit vnum de illis pro meliori, sed dixit quòd fuerat filius vnus asini, & ita repertum est. vnde admirans princeps dixit, quomodo hoc cognouerat. qui dixit, naturale esse quòd quando ille equus currebat, tenebat aures extensas sicut asini, & tunc iussit dari philosopho tres panes in die. vno alio die cum esset Princeps cum Baronibus in balneo nudus misit pro philosopho & petijt, quis eorum esset pulchrior. qui visis omnibus dixit, vos Domine estis pulchrior, sed habetis vnũ defectum. tãdem ait, vos estis filius vnus pistoris, & dñs clam accepta matre dixit illi, Scio a philosopho quis fuit pater meus, & nisi dixeritis mihi, vos interficiam, si autẽ dixeritis, nihil aliud erit, & tandem coacta mater ait, Tu es filius talis pistoris. vnde admirans dominus dixit philosopho, vnde habes quòd fuerim filius pistoris. qui dixit, habeo à tuis moribus & loquela, quia sicut pistores nunquam loquuntur nisi de pane, sicut nunquam ordinas mihi nisi panem, quia omnes tuæ gratiæ, & omnia tua beneficia, sunt panis & non aliud: & hoc, quia deriuatiuum sapit naturam sui primitiuũ. ex pistore venisti, & nunquam nisi de arte pistoria, & pane tibi cura est. Et sic habes duas principales partes expeditas ex his, scilicet principiũ malę consuetudinis, & consumationem malę consuetudinis.

Tertia pars principalis.

Tertium principale est remedium contra malas consuetudines. Et sunt septem remedia. Primum est orare & inuocare auxilium Dei. Secundũ est fugere causas malę consuetudinis. Tertium est abominatio vitij in quo es habitatus. Quartum est incipere præcauere in iuuetute a vitijs. Quintum est inniti cõtrario eius vitij in quo es habitatus. Sextum est ambulare cum bonis. Septimum est omnimoda mutatio vi-

tæ. Pro primo igitur si non potes te emendare, nec inuare, aut remouere a malo vsu, ora & inuoca auxilium Dei, quia spiritus vadit & non redit, ita quòd diuina bonitas te iuuabit. vnde propheta dixit, Deus in adiutorium meũ intende, Domine ad adiuuandum me festina, & Deus in nomine tuo saluum me fac. Quarite ergo & inuenietis: petite & dabitur vobis: quia si orabis, Deus iuuabit te. Et ideo. Luc. 11. ait, Cum fortis armatus custodit atrium suũ, in pace sunt omnia quæ possidet: Si autem fortior illo superueniens vicerit eum, vniuersa arma illius auferet, in quibus confidebat, & spolia illius distribuet. & Salomon in ecclesiaste, Si videris calumnias egenorum & violentia iudicia, & subuerti iustitiam, non mire ris super hoc, quia excelso alius excelsior est, & super hos quoque eminentiores sunt alij, & insuper rex vniuersę terrę imperat feruienti. Diabolus est fortis, sed angelus est fortior. Deus autem est longe fortior & angelo & diabolo, quia facta oratione Deus dicit diabolo, noli eum amplius tentare, & dicit angelo, custodi eum: & dicit homini, & tu relinque malam consuetudinem, & sic distribuet spolia diaboli. Secundum remedium est fugere causas malę consuetudinis. vnde tu sodomita cornute, si vis fugere malas consuetudines, fuge pueros & non respicias eos. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum & projice abste. Fuge causas conuersandi, videndi & audiendi. Et nota tu paterfamilias, quòd non dimittas dormire fratres cum fororibus adultis: Nec tu pater dormias cum filia magna: Nec tu mater dormias cum filio magno. vita causas, quia Diabolus est subtilis. & crede mihi, quia fui confessor, &c. Et nota quòd semel vnus sanctus pater habebat vnum socium, qui saepe cadebat, & ille pater releuabat eum, & pur ille iterum cadebat. vnde dum insisteret orationi pro eo habuit reuelationem, quod quocumque diabolus pulsabat ad ostium illius cadentis, ille aperiebat sibi, pater intelligens factũ in crastinum vocauit sociũ dicens, Accipias istud lignum magnũ ab vno capite, & ego capiã ab alio, & portemus ad ignem. & cum portarent, pater dimisit caput suũ in terram & dixit socio, porta tu solus. Ipse dixit, nunquã possem portare sine adiutorio, & tunc pater dixit, fili, per hoc intellige quod si vis quod Deus adiuuet te, oportet et quod tu adiuues te ipsum: quia si vis portare onus tuę tentationis & nõ cadere, Deus te iuuabit cum gra sua & sic

A & sic si diabolus pulsat ad ostium tuę conscientię, subito adiuua te ipsum, & fac illi resistentiam, & sic præcauit sibi deinceps. Tertium remedium. Pensa & considera omnem abominationem, quam potes de illo vitio in quod cadis: puta si tu es ebriosus, considera quid est ebrietas, & quot inconuenientia sequuntur ex illa tam corpori quàm animæ. Et quanta infamia sit tibi & tuę familię, & quòd tu perdis intellectum, & oculos, & viuis in peccato mortali. Si es luxuriosus, considera quòd nutriendo scortum consumis diuitias, considera infamiam & pericula, & sic de auaritia & alijs vitijs. Quartum remedium est incipere præcauere à vitijs in iuuentute, quia vercella plectitur, sed non truncus. Aiuicula iuuenis discit cantare, senex nõquam. Equus iuuenis discit quadrupedare, senex nunquam. Quintum remedium est contrariũ operari. vnde si fecisti peccatũ, & inclinaris ad illud, puta ad luxuriam, pone tibi in animo statũ per octo dies quod non luxurieris, & postea iterum ista alijs octo diebus quòd non cadas, & sic successiue de octo in octo diebus, & videbis quòd in pauco tempore fies castus, & si pur quandoque cadis, propone stare quindecim diebus, & perseuera isto modo quantum potes, & in pauco tempore eris liber. Vnde fuit vnus sanctus pater, qui inter alios socios habebat vnum ebriosum, & proposuit liberare eum, & dedit sibi quòd biberet vnum vrceum vini ad partem, & ordinauit canapario quòd quando hauriebat vinũ faceret vnã guttam cerę liquatę cadere in vrceo, & sic iuit guttando, & cera creuit in vrceo ita quòd quanto plus erat de cera in vrceo, tanto minus ille bibebat, in tantum quòd in pauco tempore ille habitatus est ita parũ bibere, quòd repulit à se vitium ebriositatis. Sextum remedium est ambulare cum bonis: quia si es luxuriosus, ambula cum honestis & sanctis & castis ac continentibus viris, quia cum sancto sanctus eris, & cum peruerso subuerteris. Septimum remedium est, quòd si vides te non posse resistere vitio tuę fragilitatis, muta te, sicut mutatur accipiter in cauea, scilicet intra in aliqua bona religione in cauea cellule, quia in aliquibus est quasi impossibile, quòd stando in mundo possint assueta vitia dimittere. vnde quæras bonam & sanctam societatem religiosorum, qui viuant cum timore Dei. Nam si reliqueres mundum, & intrares malam societatem, peius esset: vnde si intras bonam societa-

tem, & sis ebriosus, dabunt tibi bibere ad mensuram: & si eris luxuriosus dabunt remedium cum ieiunijs, & vigilijs, & disciplinis. Nec credas, vt multi credunt, quòd religiosi habeant bonum tempus respectu carnis, quia si faciunt quod debent, minor tentatio quam habent est tentatio carnis, & maior tentatio (quod non crederes) est scire ad inimicem conuersari, quia sunt plures diuersarũ complexionum. Aliqui sunt melencolici, aliqui iracundi naturaliter, aliqui leti, aliqui iuuenes, aliqui senes, & oportet te adaptare naturis oĩum, quod est valde difficile, nisi hõ sit prudens. vnde Bernardus exponedo illud verbum, bonũ est hic esse, loquedo de existentibus in societate bonorum ait, bonum est ibi esse, quia homo viuuit purius, cadit rarius, surgit velocius, vadit cautius, securius quiescit, rorat gratijs Dei, purgatur merendo citius, moritur in pace confidentius, & copiosius præmiatur, & quanto difficiliorem & grauiorem vitam habet religiosus quàm secularis, tanto magis præmiatur in vita æterna. Ad quam, &c.

F E R I A Q V I N T A
post ij. Domin. Quadrag.

De Amore remunerante.

Sermo XVI.



Recordare fili, quia recepisti bona in vita tua, Lazarus vero mala. Luc. 16. In hoc euãgelio Christus fecit vnã similitudinem discipulis loquendo de Abra-

hã, in cuius sinu stabat pauperrimus Lazarus, qui semper in hac vita fuit cruciatus, & in alia habuit meritum. in quo sacro euãgelio tractatur de quinta penna nostri Seraphini, quæ vocatur amor remunerans, quia sicut operaberis, ita habebis. vnde videamus tria misteria. Primo diuitis vitiosi consolationem. Secundo pauperis virtuosæ tribulationem. Tertio vtriusque iustam retributionem. Prima ibi, fili recordare. Secunda ibi, Lazarus similiter mala. Tertia ibi, nunc autem.

E 2 Prima

A Prima pars principalis.

Primum ergo misterium est diuitis virtuosius consolatio, quæ consistit in tribus generalibus fundamentis, & sex specialibus alijs fundamentis. Generalia igitur fundamenta sunt ista. Primum consistit in diuitijs. Secundum consistit in superbia intrinsecus. Tertium consistit in luxuria de prope, quia quicquid est in mundo, aut est superbia carnis, aut oculorum, vel superbia vitæ. Vnde nota istas delectationes sensuales, corporales & mentales in hoc euangelio esse notatas. Homo quidam erat diues. ecce delectatio & consolatio in diuitijs. Subiungit foris superbiam cum ait, & induebatur purpura & bisso. Addit prope luxuriam cum ait: & epulabatur quotidie splendide. Ecce quomodo iste diues capiebat omnia placimenta mundi quæ poterat, quia non cupiebat habere illa, quæ non poterat: & licet ista tria fundamenta sint generalia, tamen inde sequuntur alia specialia quæ sunt sex. Primum fundamentum est sui nominis obliuisci. Secundum est suus status periculosus. Tertium est suus status pomposus. Quartum est suus status gulosus. Quintum est suus status ruinosus. Sextum est suus status ambitiosus.

C Primum ergo demonstrat Christus dicens, homo quidam, & non exprimit nomen, quia diues iste ignorabatur in paradiso, vbi stabat Christus, quia in paradiso ignoratur nomen avari amatoris mundi & diuitiarum plus quam Dei. Amen dico vobis, Nescio vos. Sed in hoc mundo qui est totus fumus, & in inferno qui est ignis, bene cognoscitur diues auarus: sed Lazarus pauper & Paulus apostolus, & similes bene cognoscuntur in paradiso, quia ut ait idem Paulus, Nostra conuersatio in cœlis est, adandum intelligere, quod iudicium Dei non est simile iudicio mundi, quia secundum Ieremiam cognitiones meæ non sicut cognitiones vestræ, quia tantum distant sine comparatione, quantum distat cœlum a terra: quia pauperula mulier videns aliam caudatam mulierem, & bene indutam, credit illam fore foelicem: sed errat, quia parum durat in diuitijs illis. Alia ratio est, quia etiam damnati ignorantur in hoc mundo, quia si tu mulier scires maritum tuum, aut patrem esse in inferno, tu nullum bonum diceres aut faceres pro animabus illorum, & sic tolleretur illud bonum tibi, vel illis, qui sunt in purgatorio, vel si tu scires malum saluari, tu face-

B res malum, putans te posse similiter saluari. Itē ille diues, fuit ille, de quo loquitur Lu. 12. qui aiebat, Anima mea multa bona habes posita in annos plurimos requiesce, comede, bibe, epulare. Et dixit illi Dominus: Stulte, hac nocte repeto à te animam tuam. Quæ autem parasti, cuius erunt? Homo enim thesaurizat & nescit cui, & moritur, & sepelitur in inferno. & potest hic loqui de vno Lazaro, qui fuerat paulo ante quam Christus loqueretur istam parabolam. Tolle secundum statum periculosum istius diuitis. Vnde nota quod in acquirendo, & cumulando diuitias homo talis expectat magnam ruinam. Paulus. Qui volunt diuites fieri incurrunt magnas tentationes, & in laqueum diaboli. Item in tenendo diuitias est periculum, quia qui vult effici diues, est in periculo faciendi illicitos contractus stochizando, stramazando, derobando, & ad terminum vendendo, quia in mercatoribus secundum cursum presentis temporis alterum de duobus necessarium est, aut quod pauperes fiant, aut quod diabolus eos portet: quia si volunt fugere vnum laqueum, oportet quod cadant in aliud, iuxta illud,

Incidit in Scillam cupiens vitare Caribdim.
Vnde oportet quod diuitia à principio sint bene acquisita, & quod in medio sint bene vsa, & quod in fine sint bene dimissa. i. quod relinquantur tali de quo sis bene contentus. Tertius status est pomposus, & nota bene omne verbum, quia induebatur purpura & bisso. Duo sunt vestimenta. scilicet intrinsecum & extrinsecum. Bisso est species lini subtilissimi albi, & signat intrinsecam pompam. Purpura autem signat extrinsecam pompam, quia non vult Deus quod tu cures tantum de corpore quod obliuiscaris de anima. vnde si tu tantum curas studere illud corpus putridum, quare non curas etiam de anima, quia nunquam vestis animam veste alba purificata lauacro confessionis. Nonne ait Dominus, Mundi estote, quia mundus sum ego. & non quod non est peccatum mundare corpus, sed anima etiam debet magis mundari, quia non debes peius tractare animam quam corpus: quia si dominus tenet pro sclaua, & sclaua pro dominâ, non est iustum, quia bene licet tractare seruam, sed dominâ debet melius tractari. Abundantia enim vestium est signum intrinsecæ vanitatis, & qui habet curam vestium, non habet curam animæ suæ, & qui solum attendit ad se poliendum, necesse habebit obliuisci de anima. vnde Ecclesi. 18. Amictus corporis & risus detitium & incessus indicat

A indicat hominem, quia per habitum caputij, & vestium comprehenditur prudentia & modestia, vel vanitas & intemperantia animi: quia si caputium est frapellatum & gabra seu caligæ bipartita & vestis infrappata, tale est cerebrum, quales sunt vestes & habitus, & ita est laniata anima illius sicut caligæ & vestes, quas portat. Aliud signum est risus inordinatus. Alius est gressus, quando quis vadit se torzendo & occupat totam viam. Quartus est status gulosus. ideo subdit, epulabatur splendide, id est de multis ferculis, & diuersorum generum. vnde Iacobi 5. Epulati enim estis super terram, & educastis corpus vestrum in rabie luxuriæ, & Bernardus, opus eorum in terra & mari ambitiosa fames, quæ omnia fiunt propter gulam. Quintus est status ruinosus. ideo subdit, quotidie, ultra decentiam suæ conditionis, quia est peccatum. Tanto enim magis aggrauatur peccatum, quanto magis continuatur & frequentatur. Semel quidem in anno inebriari, aut crapulari, peccatum est: sed hoc repetere decies est adhuc grauius peccatum. Sed & quotidie inebriari, & crapulari, hoc grauissimum est. Vlcus enim quod continue scalpitur, continue fit peius. Vnde de adulterio dicitur in canonicis: Nihil grauius adulterio. quod volens glosa declarare ait: Grauius, quia sapius: frequentatio ergo peccati facit hominem ruinosum. Sextus status est ambitiosus, ideo subdit, splendide, quia non sufficiebat sibi comedere in scutellis ligneis, sed in argento & auro.

Secunda pars principalis.

Volue modo manum, & vide 2. misterium pauperis virtuosius tribulati, in quibus verbis euangelij quantum pertinet ad pauperem virtuosum, nota tres veritates contrarias statui istius diuitis gloriosi. Prima paupertas. Secunda humilitas. Tertia patientia. quæ tria si pauper non habet, perdit omnia. Ecce paupertas, cum dicit mendicus, & dicitur mendicus, quasi manu indicans, quando est ita afflictus quod non potest loqui, & porrigit manum indicando suam necessitatem. Humilitas, cum subdit, & iacebat ad ianuam diuitis, puta non superstrato aut tapetis, sed super terra, & in luto in strata extra terram ad ventum, & pluuiam, & solem, & omnia incommoda sufferebat, & hoc signat humilitatem iacere in terra. h. 2.

S. Bernard. de Senis Scraph. Tom. 4.

E 3

in pa-

E militas enim ab humo dicta est, quia sicut humus est bassum elementum, sic humilitas in sua natura est bassissima virtus, licet eius effectus sit altissimus. Patientia, cum additur, quod erat vlceribus plenus, cupiens saturari, non de magnis ferculis, sed de micis, quæ cadebant de mensa diuitis, & supererant canibus, & nemo illi dabat. non est mirum, quia omne simile appetit sibi simile. Nam bonus est contrarius malo, & luxuriosus honesto, &c. Ideo in domo diuitis gulosi canes magis compatiuntur Lazaro lingentes eius vlcera quam viri illi, quia mali erant, & odio habebant pauperem Christi.

Tertia pars principalis.

Sequitur tertia pars, scilicet vtriusque diuitis & pauperis iusta retributio. Nota ergo præmia quæ dantur pauperi correspondentia suis meritis, & contraria miseris diuitis. Primo diuitie paradisi contra paupertatem. Secundo gloria paradisi propter suam humilitatem. Tertio visio Dei in sinu Abraham propter eius patientiam.

G Primo ergo ait, factum est ut moreretur mendicus, & non dicit sicut in diuite, de quo dicit, mortuus est autem diues. Nam preciosa in conspectu Domini mors sanctorum eius, quibus dantur diuitie vitæ æternæ. vnde diues tantum fecit, quod non dando comedere Lazaro mortuus est mendicus, & per diuitem non defuit quin Lazarus fame moreretur, licet non fuerit sic, sed moriendo transiit de hoc mundo doloroso ad cœlestes diuitias: ita quod Lazarus non est mortuus ante tempus, quia regula est quod nullus bonus moritur ante tempus, quia boni sunt pleni dierum, sicut Abraam, Isaac & Iacob. vnde Psalm. Conuertetur populus meus, & dies pleni inuenientur in eis. & alibi: Videas filios filiorum tuorum. sed mali communiter moriuntur ante tempus. Secundo ait, quod portatus est mendicus ab angelis. Ecce præmium secundum, propter humilitatem suam. Vnde nota quod non dicit quod anima portaretur, sed Lazarus: non tamen in corpore. sed illud dicit duplici ratione. Prima ratio, quia signat resurrectionem gloriæ, quando in die iudicij resurgemus cum anima & corpore per figuram, quæ dicitur sine doche, quando totum accipitur pro parte. Alia ratio, quia ecclesia tenet quod anima beatorum iam sit cum corpore

A in paradiso, quia est certa de resurrectione, & q̄ corpus per idem est ac si iam esset vni- cum cum anima per resurrectionem. vnde in letanijs ecclesia dicit: Sancte Petre, ora pro nobis, ita q̄ dicit q̄ sanctus, & non anima sancti oret pro nobis. Item nota quod dicit angelos portare illam animam, dic. i. associabant ad instar vnus sponsæ quando associatur ad sponsum, quia bene sciret & posset ire, sed propter honorem associatur. Tertio ait, q̄ locatus est in sinu Abraham, propter eius patientiam, ad instar patris te- nentis filium: ad notandum q̄ ante Christum etiam qui moriebatur in gratia nō poterat videre Christum facie ad faciem, nisi cō replādo, sicut contemplabatur S. Paulus, q̄n̄ fuit raptus, ideo dicit in sinu Abraham, quia Lazarus, & ceteri S. Patres in illo tpe poterant contemplari Deum, sed non videre eum. Et vocabatur quies in sinu Abraham per contemplationem, & est sinus Abraham confinis visionis vitæ æternæ, quia q̄n̄ Christus ascēdit ad cælos, & glorificatus est, tūc de contemplatione viderunt Deum. Modo videam⁹ 3. præmia diuitis p̄ demeritis suis. Primum dolor contra suas diuitias. Secundum confusio contra eius superbiam. Tertium horror cōtra eius delicias. Primo doluit de diuitijs, & nota bene quod diues habet quattuor dolores. Primus dolor est in moriendo, cum ait, Mortuus est diues. Sed qualiter mortuus est? Ego imaginor quod iste diues mortuus est, quando erat bene e- brius, & dicebat, anima mea habes multa bona, quiesce, comede & bibe, & illa nocte subita morte veniēte sepultus est in inferno. Vel mortuus est sicut vnus diues auarus, non habens vxorem, nec filios, sed solus existens, qui habebat tres fratres, & nūquam dederat eis aliquid de suo, nec volebat quod ipsi haberent aliquid de suo, nec in vita, neque post mortem. accidit autem quod infirmatus est, & nullum habebat famulum & erat ita miser, quod moriebatur fame. vnde aliquæ vicinæ visitantes eū suaserunt sibi quod reperiret aliquam fidam senem, quæ seruiret sibi, & cognoscentes eius naturam nominauerunt sibi vnam miseriam conformem suæ naturæ, quæ placuit sibi. Et vocata sene ordinavit sibi quod emeret vnam pullastrutiam, & sic dabat sibi vnum quartum tantum in die. Iste peiorauit & recusabat attinentes ire ad ipsum, ne spoliarent ipsum. Isti fratres tenuerunt modum loquendi illi seni, & dixerunt quod faceret illum confiteri. Illa

persuasit sibi quod confiteretur. Ille respondit: eh non moriar. Altera die peiorat & isti instant cum vetula, vt confiteatur, & ille pur dicit se non moriturum. Tandem incipit ingrossari lingua, & pur non vult confiteri. Altera die totaliter amisit loquelam, & quia illi ordinauerant vetulæ quod dum esset prope mortem notificaret sibi, ipsa dixit eis quod ille amiserat loquelam. Illi ergo ceptis multis portitoribus intrauerunt cameram, & maior iuit ad lectum dicens: Quomodo valetis, & ille auarus adhuc boni intellectus non poterat respondere, sed hinc inde aspiciebat, nē aliquid auferretur. Et ille incipit eum hortari verbis dicens, non timeatis: bene liberamini, & ille annuebat capite quod sic. Interim iste iuuenis ponit manum sub capizali & accepit clauas, & ille auarus volens clamare non poterat, sed mutabat annuens, quod inde recederet, sed ille clausa vetula in quadam camera introductis fratribus aperuit banchos & capsas vndique plenas, & vidente illo auaro, & gemente, & pleno omni anxietate & dolore, quia videbat se robari, & non poterat obuiare, acceperunt omnes denarios eius & vasa argentea, & fecerunt pluri- mas salmas, & vocatis portitoribus omnia miserunt ad domum suam, & dum nil foret mittendum, nisi lectus super quæ iacebat ille moriens, posito illo super paleis extraxerunt lectum de subtus & miserunt domū, & quia suasionem medici iste hēbat in pedibus vnum par caligarum nouarum de scarlatta, & deliberatione facta inter eos vnus accipit vnam caligam, & alter aliam, & extrahentes caligas de gambis simul & semel, isti extirabāt caligas, & diabolus extirabat, animam, & in illa miseria & cum illo dolore senex auarus mortuus est. Vnde exinde dicitur quando aliquis moritur: El se tira le chalzē. **H** Ecce eius primus dolor, quia dimittit diuitias. Secundus dolor est in sepeliendo, quia cum magna confusione sepultus est in inferno, & sicut corpus vndique conculcatur terra, sic anima vndique conculcatur doloribus inferni. Vnde Psalm. dolores inferni circumdederunt me. Et nota quod iste diues non dicitur damnatus propter v- suras, sed quia male vsus est diuitijs suis, non erogando pauperibus. Quid ergo fiet de vsurarijs, prædonibus, furibus, & male contrahentibus? Et nota quantum interest inter mortem diuitis, & mortem paupe- ris,

A ris, quia accidit in his sicut de accipitre, & gallina, quia nobilis homo educat accipitrē cum magna industria portando in pugno feruendo sibi, pascendo eum, poliēdo caudam & supportādo eum in omnibus, vt fiat domesticus, & portat eum omni mane ad missam & ad prædicationem, vt fiat magis deuotus, & aptat eius alas, & breuiter in omnibus est sibi subiectus. Sed gallinā licet faciat oua, & sit utilis, tamen in eius vita semper est spreta. si vadit in coquinam expellitur, si ad mensam expellitur, si can- tat est fastidiosa, & nūquā pausat, & pueri & famuli in oibus ipsam vilipendunt, tan- dem cum venit in fastidio interficitur, sed in eius morte tota familia gaudet. In mor- tuo uero accipitris secus, quia projicitur in foueam, gallina uero cum lætitia recōditur in sinu domini sui, & incorporatur sibi, & fit caro & sanguis domini sui. Ita in anima pauperis accidit, vt fiat diuina participat. ca- ro & sanguis dilecti Iesu, & in vita sperni- tur, in morte uero vadit ad mensam agni prouidi. f. Dei, & diues projicitur in fossa infernali. Tertius dolor est in videndo, & non erat paruus dolor diuitis videndo se habuisse tot bona in mundo, & nunc esse in pœnis inferni, & videndo Lazarum quem spreuerat in mundo esse in sinu Abraham in tanto gaudio paradisi, vnde ele- uans oculos suos, cum esset in tormentis, vidit Abraham à lōge, & dicit a longe pro- pter id quod infra dicitur, inter nos & vos est magnum chaos. Et hoc ad eius confu- sionem Deus voluit quod in tanta sua pœ- na videret Lazarum gloriosum. vnde Gre- gorius dicit, quod Deus permittit, quod vsque ad diem iudicij damnati videant bea- tos in gloria gaudentes cum afflictione & inuidia, imò & sancti, s̄m Doctores sem- per videbunt, & continue vident damna- tos: Sed post resurrectionem damnati pro- pter eorum plurimas pœnas non videbūt sanctos, & damnati vltra proprias pœ- nas affliguntur propter felicitatem beato- rum. Iunge quartum dolorem sensus. vnde clamabat, pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aqua, &c. Et dicit, pater, cap- tando beneuolentiam, sed parum prodest, & bene dicit Abraham per naturam, quod descenderunt multi ab eo, &c. vt refrige- ret linguam meam, quia crucior in hac flā- ma. sed quare non petebat maiora, bene pe- tijset maiora, sed desperabat obtinere. sed quæ fuit causa huius petitionis, & potue- runt esse tres. Prima erat inuidia, vt mit- tendo Lazarum ipse Lazarus interim rece- deret ab illa gloria, & non esset ita tribula- tus videndo gloriam Lazari. Secunda ra- tio, quia leuando Lazarum ab eius consola- tione minueretur eius pœna. Tertia ratio, quia refrigeraret modicum eius linguam. Et nota quod iste diues murmurauerat cō- tra illum pauperem in hoc mundo, ideo in eo in quo deliquerat, puniebatur, scilicet in lingua. vnde considera mundum suarum pœnarū. Et ad intelligentiam nostri euangeli- j considero, quod quādo Lazarus mortuus est, fuit præsentatus coram Deo, di- cens, Domine ego fui multum tribulatus in mundo, quia sum mortuus fame. dixit Deus, qualiter hoc dixit Lazarus, vnus di- ues auarus abutens diuitijs suis in quoti- dianis epulis, dimisit me mori fame, & tunc credo quod Deus dedit potestatem diabolo, vt ipsum diuitem coram throno suæ maiestatis præsentaret, & quod obe- diens diabolus illā diuitis animam subito euulserit de corpore, & coram Deo ap- præsentauerit, & Deus dixit, veni miserrime. Iste meus seruus valde conqueritur de te, quod dimiseris eum mori fame, & istud probat per scripturam sacri euangelij, quæ non mentitur. Nam diues iste fecit multa mendacia, & primo dicit se excusando, Do- mine, tunc cum mortuus est, ego non eram in ciuitate illa. dicit Lazarus, quomodo po- test dicere hoc, quia euāgelium dicit, erat. Et videns quod non poterat negare hoc, dicit aliud mendacium, domine ego ha- bebam magnam familiam. dicit pauper imò scriptura dicit: Quidam, & sic erat ipse solus. dicit diues aliud mendacium, ego eram pauper, quod vix poteram mihi sufficere. dicit pauper, euāgelium dicit cō- trarium, quia dicit diues. Cum videbas ip- sum nudum, quare non induebas: dicit **H** diues, ego non habebam nisi vnam ves- tem pro me. dixit Lazarus, imò dicis men- dacium, vide librum, quia dicit quod in- duebaris purpura & bisso replicat Deus: quare saltem non dedisti ei semel pran- dium? dixit diues, vix habebam pro me. re- spondit Lazarus, tu dicis magnum menda- cium. imò quando veniebas domum cum societatibus, tu respiciebas alibi causam non videndi me. & epulabatur. dicit Deus vi- des modo, quia tu dicis mendacium. dicit diues, o ego epulabar quādo cunquē. sed raro. dicit Lazarus, imò quotidie. dicit Deus quare ergo non dabas sibi aliquid? dicit

A diues, licet ego epularer quotidie, quid eredis: ego tamen viuebam grosso modo & parce. imò dixit Lazarus, tu mentiris, quia scriptura dicit splendide, in auro & argento, & nitidis pannis, & tapetis, & ego Lazarus iacebam ad ianuam eius. dixit Deus, o mendax, si iacebat infirmus, quare non faciebas sibi mederi? Respondit diues, ipse nullum habebat malum. imò dicit Lazarus, ego erà vlcerebus plenus. dixit Deus, vade crudelissime, non reperio in te fore aliquam charitatem, quia bene credo quòd mortuus sit ex tua culpa. dixit diues, Domine quia isti gaiossi vadunt quærendo ostium & affluunt multis elemosinis.

B ego credebam ipsum fore de illis. Inquit Lazarus, imò ego desiderabam saturari de micis, quæ cadebant de mensa tua. dixit iterum Deus, ego non reperio te exercuisse aliquam pietatē in eo, tu es peior quàm canis. dixit Lazarus, vos verum dicitis, quia & canes magis compatiēbantur mihi, quia veniebant, & lingebant vlcera mea, & exercebant cum lingua sua illam pietatem, quam poterant versus me. dixit Deus concludendo, factum est ergo vt moreretur iste mendicus propter te, & bene ac iustum est, vt portaretur ab angelis in sinu Abrahæ, & modo recipiat gloriam in præmium suorum laborum, & tu sepeliaris in inferno, à quo custodiat nos Deus per suā misericordiam, Amen.

F E R I A S E X T A
post ij. Domin. Quadrage.

De Amore bene conuersante.

Sermo XVII.



Istis illi in villam suam, vt pasceret porcos. Luca 25. c. & in euangelio hodierno. Filius prodigus missus fuit pascere porcos, quia consumperat suā viuendo luxuriose. In quo sacro ellocio elicitur amor bene conuersans, & sunt tres differentie conuersantium. Prima est conuersatio bonorum cum bonis, & hæc est optima. Secunda est malorum cum malis, & hæc est pessima. Tertia est contra, scilicet quando boni conuersantur cum malis, & mali cum bonis, & ista est varia.

Prima pars principalis.

Accipe primam conuersationem, scilicet bonorum cum bonis, & ista est optima conuersatio. & primo probō triplici ratione. Prima ratio est, quia bonus cum bonis conuersando potest melius operari. Secunda ratio est, quia malum potest habilis euitari. Tertia ratio est, quia in bono potest melius perseuerari. Dico quod prima ratio est, quia bonus potest melius operari, quia melius possunt duo quàm vnus, & sic de pluribus. Item potest quis melius labores sustinere beneuiuendo cū pluribus bonis, quàm per se solū. Item possunt melius scire, quia plus sciūt plures quàm vnus. Item plures melius volunt, quia vnus inuitatur per alium, & vnus capit exemplum ab alio. Secunda ratio est, quia malum potest melius euitari quàm in solo, quia in solo nō est scire ita promptum, nec velle, nec potest ita bene perseuerare vnus solus, sicut in bona societate, quia in bona societate vnus adiuuat alium. Tertia ratio, quia in bono potest melius perseuerari declinādo a malo, & faciēdo bonum, perquirēdo pacē & fugiēdo rixas. probatur et per auctoritatem Ecc. 4. c. v. soli, qui si ceciderit non hēt subleuatē. Et non est bonum homini esse solū, faciamus ei adiutorium. & Hiero. in decre. in epistola ad Rusticum: primū quidem tractā dum est, vtrum solus in monasterio cōuersari debeat, nam hodie est magis via periculosa stare solus in deserto, vel in eremitio solito, quia hodie dæmones sunt disligati. Item quia homines non sunt ita constantē, nec sciunt ita bene se regere, & multotiens credunt ire in siluam, vt efficiantur eremita & cadunt, & postea reuertuntur ad stipendia & efficiuntur peiores quàm primo erant. vnde homines credunt quandoque bene facere & faciunt malum. vñ Hiero. dicit, si vis seruire Deo, debes primo videre viam per quā debes ire. itaq; stare solū est periculosum, quia nulla ars est ita difficilis ad discendum quàm ars seruiendi Deo: quia si est ars manualis, stando cū vnō magistro citi⁹ addiscet quàm à seipso: ergo oportet quòd etiam tu habeas bonam societatem, vt discas seruire Dño, licet habeas bonam voluntatem, quia socius dabit tibi viam solidam & regulatam. vnde mihi placet quod stes in societate, & caueas intrare viam, quam nunquam intrasti, & habeas bonam societatem, quia tu vides per experientiam, quod plures melius defendunt vnū castrum.

Secunda pars principalis.

Astrum quàm vnus solus, & melius ac leuius portant vnū pondus quàm vnus solus. Et Mat. 18. c. Vbiq; fuerit duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ego sum. Vnde Dauid volens videre, si quid esset in hoc mundo, quod posset assimilari paradiso, cōtemplando dicit, quia mirabilia sunt opera tua domine, quæ posuisti in abscondito, & dixit: Ierusalem, quæ ædificatur ut ciuitas, cuius participatio in idipsum, & cōsiderauit statum Regum, & Principum, & non est similis paradiso, quia quandoque isti reges, & domini expelluntur. Itē quandoque putantur felices apud pauperes uidentur principes, vel diuites fore felices, & intrinsecus vruntur doloribus, & rancore, & peius habent quàm pauperes. Item considerauit omnia ista bona temporalia, & status, & cōditiones totius humanæ naturæ, & nullam reperit in hoc mundo similitudinem cum paradiso, nisi in bona societate, & cōuersatione. Psalm. Ecce quàm bonum, & quàm iocundum habitare fratres in vnū, quia ibi sunt omnia bona, scilicet bona voluntas, bonum scire & bene operari. Vnde Ambro. dicit: Habe cōuersationē bonorum, quia cum eis habebis bona, quia cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris. & vide stellæ quàm pulcherrimæ qualiter concordant in obediendo suo creatori. & est commune vulgare, Ego nollem esse solus in paradiso. & vides corpus qualiter est plenum ossibus, & omne os habet suam virtutē, & similiter anima habet singulares virtutes sibi, quemadmodū ossa habēt suas singulares virtutes, quæ virtutes animæ appropriatæ sunt virtutibus ossium. & vides quòd vnū quantumcunque minimum os male stat sine alijs. similiter vides in regimine mundi, & in beneuiuendo vnus subalternatur alteri, quia nec Papa, nec Imperator possunt facere sine alijs, ad dandum intelligere quòd quilibet eget bona societate. Vnde Ioan. Climacus. dicit quod quado vnus solus equus vadit, vadit piger: sed quando est in societate, visus aliorum, & pedum strepitus dant sibi vigorem. similiter in societate plurium peregrinorum vnus propter alium melius peregrinat: similiter si tu es in vna bona societate, tu magis proficis cū vna modica bona voluntate quàm vnus alius optime voluntatis solus, quia vnus docet alium, & inuitat ac inducit, & imprimat voluntatem alterius ad bene agendum, orandum, & operandum.

Vide secundam conuersationem malorum cum malis, & ista est pessima, & probō primo per rationem, quia si sunt plures mali in vna societate declinati ad faciendum malum, & vnus habeat modicum auium in faciendo aliquid malum, alius habebit alium modicum, alius aliu modicum, & vnus docebit aliu. Vnde reducendo omnes istos auius in vnam pessimam voluntatem, erūt sufficientes ad omne malum, & hoc tam in cognoscendo & sciendo, quàm volendo, & operando, & facere possendo omne malum: quia quod vnus ignorat, non vult, aut non potest, alius scit, & docet, hortatur, vult, potest & coadiuuat. & licet sit vnus bonus & bonum sciat, alij idipsum faciunt obliuisci, & vnus pro alio sciunt, volunt & faciunt melius omne nefas. Et probō etiam per auctoritatem maximè in tribus peccatis vltra alia regnantibus scilicet luxuria, auaritia, & superbia. Vnde Dauid, Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem. & dicit operamini, & non qui operati estis, quia in illo qui operatur, est magnum periculum: sed in illo qui operatus est, potest esse bonum & malum, intellige qui non operatur. Et dico quòd maximè in ijs tribus peccatis, qui est & vult esse contaminatus, nolite secum impedire. Vnde Salomon: Qui tetigerit picem, conquinabitur ab ea. & luxuria potest dici pix, quia nigra & conquinatiua, Esaias, Conuertetur pluuia eius in picem, & cor eius in ignem, quæ est luxuria, & facit hominem infamem. Similiter in superbia. Vnde Salomon, qui communicat superbo, conquinabitur à superbia. Fui in vna ciuitate, in qua venit vnus dominus cum sua comitiua superba, qui portabant caputios ad rebeccatum, seu ad pandulfam, & inde ad paucos dies omnes iuuenes illius ciuitatis, qui honestissimos ante caputios portabāt, inceperunt portare etiam suos ad rebeccatum & illo modo, & illud non processit, nisi à superbia. Similiter in auaritia si conuersatus fueris cum auaro, videndo diuitias, & modos suos efficietis auarus, & peruersus. Nam peruersus est os uersum. Vnde cum peruerso peruerteris. tu vides, quòd erunt duæ res, quæ simul comestæ nocebunt, sed separatim comestæ non nocebunt, propter earum mali-

A malitiam simul mixtam, & communicatam, quarum malitiarum simul inuentarum fortificant malitiam suam & necant hominem, & tamen separatae non necabunt, si comedantur, & volui scire causas tantorum homicidiorum commissorum in Lombardia, & in alijs partibus ubi fui. & habui homicidas, qui dixerunt quod non habebant voluntatem occidendi, nec praecesserant causas, sed propter malam conuersationem, & malas societates interfecerant aliqui ipsorum ultra trecentos homines, & vituperauerant infinitas foeminas, & postea ipsas occidebant, & si grauidae erant pueros extrahabant ex ventribus ipsarum. Item pueros natos eiciebant, & collidebant in muros capiendos per pedes, & percutiebant cum capite in muro & exanimabant pueros, carnes Christianorum vendiderant ad macellum, & aliqui emebant, & comedebant de ipsis, domos infinitas cremauerant & arua uastauerant. & dixit mihi ille ostendendo magnum aedificium, quod si illud foret plenum, moneta non persoluere tur pro damnis per eum factis, & pro rebus ignitis, & uastis. Vnde dixi quod teneret certos modos, quos si tenebit spero quod misericordia Dei dabit sibi gratiam, reuersus est ad laborandum. & dixit mihi postea quod si modo lucratur quinq; foldos, videtur sibi quod efficiantur ducati, ubi primo non poterat tantum praedari, & lucrari, quin dilapidaret & omnia illa dixit procecidisse propter malam suam societatem.

Tertia principalis pars.

Tertia pars principalis est tertia conuersatio scilicet malorum cum bonis, & haec potest fieri dupliciter, quia aut bonus conuersatur cum malo, ut ipse malus efficiatur bonus: Aut malus conuersatur cum bono, ut peruertatur bonus. Primo casu laudabile est in ijs, qui perfecti constantes sunt. Secundo casu periculosum est valde & maxime in iuuenibus. & ratio, quia homo est fragilior & pronior ad cadendum, & faciendum malum quam bonum, & ideo leuius bonus conuersando cum malis efficitur similis malo quam e contrario, & quandoque peior. Item quia facilius quis descendit quam ascendit. Vnde Eccles. 2. c. Derelinque iniquum & discedent a te mala. Grego. super Ezech. in Homilia dicit: Infirmi debent confortia euitare malorum, & loquitur de iuuenibus, & assignat exem-

plum naturale, quia tu vides quod conuersando cum leproso, vel rognoso, eorum flatus, vel tactus cotaminat conuersantes secum. simile accidit in conuersatione bonorum cum malis, quia efficiuntur mali. sed admiror de vno, quia non recordor de conuersatione nostrorum vidisse aliquem rognosum. & ratio est, quia bona conuersatio non dimittit, quia subito remedia adhibet. Vnde Apoc. 9. c. ubi Io. vidit similitudinem locustarum similes equis paratis ad praelium, & sextus Angelus tuba cecinit, & vidit tot equos; et qui sedebant super eos habebant loricas igneas, & hiacinthinas sulfureas, & capita eorum erant tanquam capita leonum, & de ore ipsorum procedit ignis, & fumus, & sulfur. Equi sunt iniqui homines a diabolo equitati, os leonum mordax & vorax. Ignis significat auaritiam, fumus significat superbiam, sulfur significat luxuriam. Vnde nota quod tres partes sunt in mundo, scilicet perfecti, qui non dimittunt se contaminari, alij sunt puri, & periculosi sunt in conuersando, quia de facili contaminantur a malis. Alij sunt mali cum malis, & ista est pessima conuersatio. Vnde Salomon in Prouer. 16. c. Qui graditur cum sapientibus, sapiens est. & in conuersando cognoscuntur homines, amicus stultorum, similis efficitur, quia cum scelerato nunquam addisces bona. Petrus conuersando & stans ad prunas cum malis abnegauit Christum, sed recedendo ab illis malis societatibus & exeundo foras, Christus respexit eum & conuersus est. Illud accidit propter malam societatem, quae ibi erat. Adam propter Euam ruit. Angeli mali propter Luciferum ceciderunt, & sic de multis alijs tota die videmus homines, qui propter malas societates publice condemnantur. Itaque vitemus malas conuersationes, & societates malas, ut vitemus mala, & cum bonis conuersemur, ut efficiamur boni & prosequamur virtutes, quibus medijs Dei gratiam reperiamus, qua mediante taliter proficiscamur in vita praesenti, ut ad coelestem patriam perducamur, quod facere dignetur omnipotens Deus per suam misericordiam.

Amen.

A S A B B A T O
post ij. Dom. Quadrag.

De Amore amplexante.

Sermo XVIII.



Et misericordia motus est, & occurrens cecidit super collum eius & osculatus est eum. Luc. 15. c. Haec est materia singularis ad hortandum peccatores desperantes de misericordia Dei. In quibus sacris verbis tractatur de amore amplexante elicitio ex euangelio hodierno ibi, Et occurrens cecidit super collum eius, &c. In quo notantur tria mysteria. In primo notatur lapsus peccatoris criminosis. In secundo notatur releuatio status gratiosi. In tertio notatur displicentia mundi, & demonis inuidiosi.

Prima pars principalis.

Dico quod in primo mysterio notatur lapsus peccatoris ruinosis. Vnde notandum quod sunt nouem gradus, seu status labentium in peccatis. Primus est velle labi, & sequi appetitum suae propriae voluntatis. Secundus est velle sequi & perseverare in sua propria voluntate. Tertius est se a Deo separare, & elongare. Isti gradus pertinent principio, id est incipientibus mala facere. Quartus est in concupiscentijs mundi late & sine freno se laxare. Quintus est gratias a Deo datas dissipare. Sextus est in concupiscentijs, & voluptatibus mundi magis vtendo famescere. Isti tres status pertinent medio, scilicet proficiscentibus in malo. Septimus est omni miseria se subiugare. Octauus est omne miserum & vilissimum opus exercere. Nonus est se in fine delusum reperire. Isti tres respiciunt finem & consumationem vitae hominis peccatoris.

Dico, quod primus status lubricandi in peccatis est, secundum suam propriam voluntatem & appetitum labi, sicut fecit iste prodigus. Vnde dicit, Homo quidam habuit duos filios, & dixit adolescens illis patri: Pater da mihi portionem substantiae, quae me contingit. Vnde tu vides, qualiter iste adolescens quaerit emancipari & sequestrari a patre, ut possit late sequi suam propriam voluntatem & libertatem. et nota in hoc euangelio, per patrem intel-

lige Deum, qui est pater creatione et redemptione. mater est virgo gloriosa, filius prodigus significat malum hominem, filius verus bonus significat bonum hominem, filius adolescentior est iuuenis insensatus, non credens patri, neque matri, vetulis et expertis in mundo, quia in antiquis est sapientia. vnde prouerbialiter dicitur soli, Qui non credit suae matri vetulae, per crura cadunt sibi fetes fetidae. Vnde iste adolescens dum incipit conuersari cum discipulis, et malis societatibus, videt alios socios suos portare vestes simbriatas, et capitios ad rechegnatam cum nouis sozijs, et caligas a gamba scissa, et a gamba torta, et labi in omnem labem laiciuiae, sicut a socijs promotus ad petendum portionem suam, ut ipse libere posset facere propriam voluntatem, sicut et ipsi discipuli. Vnde imaginor quod eius mater hoc sentiens dissuasit ei dicens: fili mi, noli petere portionem substantiae tibi tangentis, quia cum dissipaueris illam cum socijs tuis male viuendo, tu postea non recipieris a patre tuo, neque a fratre, et furaberis, et male capitabis, quia qui sua consumunt, cum deest, aliena sequuntur, et non attendenti matris verbis pater sibi dedit partem substantiae suae eidem tangentem, et diuisit illis substantiam. haec diuisio est Dei, quia omnes homines sunt filij Dei, et quidam uolunt stare cum patre, et sequi voluntatem patris magis quam suam propriam. Aliqui uero nolunt sequi voluntatem Dei, nec stare cum eo, sed uolunt sequi suam propriam voluntatem, sequendo voluptates secundum suum proprium appetitum, et carnalitates. Vnde Eccle. 15. c. Formauit Deus hominem, et dimisit illum in manu consilij sui. Si igitur homo facit suam propriam uoluntatem, sequendo appetitus suos, tendit deorsum, et descendit: sed si facit uoluntatem Dei, tendit sursum ascendendo. tu igitur potes facilius iudicare quod quando homo sequitur suam propriam voluntatem proprii appetitus, quod est signum suae ruinae, et est principium suae damnationis. Vnde Ber. in sua quam scribit fratribus de monte Dei epistola dicit, quod principium perfectionis est non discernere non uelle, id est spoliare se propria uoluntate, et disponere se obedientiae superioris, et quod experti non debent ita, dico experti in uia Dei non debent ita de facili recipere unumquemque in regula, nisi sit bene approbatus, quia etiam si uolens ingredi dicit fratribus, si non recipitis me, me interficiam et similia, non est ei cre-

Aci credendum, iuxta illud, Nolite credere omni spiritui, sed omnia probate, quod bonum est tenete: nam aliqui veniunt ad religionem cum aliqua mala intentione, & ideo non est credendum, nisi expertis & scientibus regulis, & primo & ante omnia disponentibus abijcere propriam voluntatem, quia principium ruinæ est sequi proprium velle. Sequitur secundus gradus lapsus criminosis, qui consistit in hoc, quod quando quis incepit secundum suam propriam voluntatem facere, & perseverat in sua voluntate malefaciendi inchoati, sicut fecit iste adolescens, qui congregatis omnibus sibi à patre datis, &c. transit ad tertium gradum.

BTertius gradus est, quia sic perseverando in via peccatorum elógatur à Deo, & ideo dicit quod peregrè profectus est, & in regionem longinquam: unde finge hunc adolescentem fuisse Paduanum, & congregatis denarijs ex alienatione substantiæ sibi datæ persuasum fodaliu inuit Ferrariam, & ibi emit equos, & fecit sibi zorneas fimbriatas cum recamaturis & caputium ad summacaminum, & caligas à gamba storta, & dabat sibi bonum tempus in hospitio, deinde inuit in Franciam, & sic peregrè profectus est in regionem longinquam. vult dicere quod quando homo sequitur suam propriam voluntatem elongatur à Deo. Unde Isaias, Iniquitates proprias separauerunt nos à Deo nostro, quia voluntas est creata ut affectet Deum, & non elongetur à voluntate sui creatoris, sed semper sit sibi conformis dicendo, fiat voluntas tua sicut in celo & in terra. similiter intellectus est creatus ad hoc, ut intelligat, cognoscat, & contépletur Deum: & memoria, ut recolendo amet suum creatoré, quia iustitia suggerit amare, timere, & intelligere suum creatorem. Unde Pau. 2. ad Corin. 6. c. Quæ communicatio est iustitiæ ad iniquitatem, & lucis ad tenebras, & Dei ad diabolum. qualiter ergo ex obliuione Dei eris cum Deo, & qualiter lux erit vbi sunt tenebræ, & qualiter erit Deus, vbi est diabolus, cum duo contradictoria non possint simul stare. cum ergo anima peccat, elongatur à Deo per millia millium milliarium. Quartus gradus est in concupiscentijs sine freno rationis se laxare, sicut equus sine freno, quia si rumpitur frenum, hic inde vagatur discurrendo, & calcitrat, & multotiens interficit equitantem, quia non habet frenum, cum quo eum gubernet. Possimus ergo digne æquiparare adolescentem huiusmodi equo, & calcaria malis societati-

bus: quia sicut calcaria faciunt currere, calcitrare, atque saltare equum, similiter mala societates faciunt iuuenes dilapidare substantias suas & male capitare. Sequitur quintus gradus, qui est, gratias à Deo datas dissipare, & ideo subdit, & dissipauit substantiam suam viuendo luxuriose. Nam substantia animæ nihil aliud est, quam voluntas, memoria, & intellectus, quia homo viuendo luxuriose, dissipat memoriam, hebetat intellectum, & supponit propriam voluntatem procliuam omnibus lasciujs, & carnalibus desiderijs, & sic consumit cito corpus, & senescit, & dissipat virtutes animæ, & sic perdit omnem substantiam suam in hoc mundo: & in alio, vel dissipat substantiam suam, scilicet tempus, quod est maioris pretij omnibus alijs rebus mundi, quia tempus tantum valet quantum Deus: quia si diabolus haberet vnum modicum temporis, in quo posset penitere, sicut nos, ipse saluaretur & acquireret Deum, & per consequens tantum valet tempus, quantum Deus. Unde qui expendit tempus luxuriose est dignus multa reprehensione, vel substantia est gratia Dei, vel paradysus: Unde Salomon in Prover. Qui nutrit scortum, perdit substantiam suam, scilicet animam, corpus, mundum, scientiam, & famam, & sic perdit omnem substantiam suam id est aptitudinem, quia viuens luxuriose non proficit sibi, neque proximo, neque mundo, neque Deo. Unde Job, Ignis est visusque ad consumationem. Sextus status est, quanto magis vititur delicijs, & concupiscentijs mundi, tanto magis famescit: quia vitiosus fit insatiabilis, quia peccatum peccatum attrahit, & abyssus abyssum inuocat, & quanto magis peccat, tanto magis fit insatiabilis in peccatis, & ideo subdit, facta est fames valida in regione illa, & incipit egere: & cum omnia consumasset, eius socij quasi colore dereliquerunt illum adeo, quod venditis equis, & vestibus viuendo luxuriose à proprijs famulis fuit derelictus, & non habes unde redimeret panes cepit egere. Sequitur modo septimus status, qui est se in omni miseria subiugare, sicut fuit iste prodigus, qui in tantam & tam extremam egestatē peruenit, quod abijt & adhefit vni ciuitum regionis illius, qui videns quod nesciebat attendere miseriæ, neque equis, nec fore aptum ad mysterium aliquod, nisi ad lasciuias, & procacitates mulierum, &c. sicut assuetus fuerat, intra se dixit, ego prouidebo tibi, sicut mereris. Unde dicit, mittam famem super terram illis, scilicet quibus

Abus est appetitus suæ propriæ voluntatis, quorum Deus venter est. Sequitur octauus gradus, qui est in omni miseria se exercere sicut iste prodigus, quem dominus suus misit in villam suam, ut palceret porcos, porci enim nihil aliud sunt quam sensus brutales, & iniqui, & qui sequitur propriam voluntatem in voluptatibus se immiscendo sine ratione & inique, pascit porcos iacentes in fimo, sicut est videre libenter inania, audire turpia gaudiose, gustare vetita, & tangere impudica cum delectatione, &c. Sicut sunt aliqui nobiles curijs dominorum deseruientes, qui committunt omnia pudenda sine freno rationis. Sequitur nonus status lapsus criminosis, quia talis dissipator gratiarum sibi datarum à Deo vltimo reperit se delusum, & ideo subiungit, & cupiebat replere ventrem suum de siliquis, quas porci manducabant, & nemo illi dabat. Siliquæ sunt cortices fabarum, quæ implent & non saturant, sicut moneta quæ licet impleat auaros, tamen non satiat eos: sed ad instar ignis est, qui quanto magis ligna reperit, tanto maiorem flammam facit, & magis vrit: ita auari, qui tanto magis vruntur in auaritia, & appetunt quanto plura accumulunt. o anima insensata, quæ pascis porcos tuorum sensuum peccando in cupidine sitis habendi, & auaritiæ, &c. Nonne vides, quod capiendo mundana recedis à Deo, & vadis in regionem longinquam viuendo luxuriosè, &c.

Secunda pars principalis.

ET nota quod sicut per nouem status anima cadit, & separatur à Deo, ut supra dictum est: ita per nouem status releuatur, et redit ad patrem, quorum tres pertinent principio, tres medio, et tres fini. Primus est præteritam vitam considerare. Secundus præteritorum malorum vitam emendare cum seruente cogitatione. Tertius est cum bona deliberatione poenitentiam agere. Quartus incipere bene operari. Quintus est paternaliter amplexari. Sextus est se Deo humiliter. Septimus est se virtutibus ornare. Octauus ad domum reuertendo nuptias facere. Nonus est post reuersionem ad domum patris iubilando gaudere, & ibi quiescere. Dico ergo quod primus status est considerare suam vitam præteritam. Ideo euangelium subdit dicens, in se autem reuersus dixit, quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, etc.

Peccator autem in se reuertitur quando considerando mala quæ fecit, odit se ipsum et disponens suam vitam emendare, confidit de misericordia Dei. Unde nota singula verba, quia ex quolibet verbo euangelij elicitur vnus dolor peccatoris. unde videns se in tanta miseria dixit, quanti mercenarij, non dico filij sicut sum ego, sed mercenarij sunt in domo: non dico in nemore, vel villa, vel stalla porcorum, sicut sum ego: et non dico domini talis qualis est meus, qui ita male tractat me, sed patris id est cum paterna affectione, et charitate tractatis seruos suos, et dico mei, non illorum Dominorum, qui non habent misericordiam de seruis suis, sicut iste dominus, cui seruo, qui posuit me ad standum, dormiendum, et comedendum cum porcis, et custodiendum porcos suos brutaliter viuendo, et quod peius est, serui illi patris mei abundar panibus: ego autem hic fame pereor. Nam panis patris, est corpus Christi, quod est panis Angelorum, ex quo anima fatiatur. quasi dicat, dum ego stabam in domo patris mei, et sequebar voluntatem Dei, abundabam panibus Angelorum et gratijs Dei, et eram diues bonorum naturalium, corporaliu, et spiritalium: nunc recedens à patre meo, et uolens sequi propriam voluntatem consumpsi omnem substantiam meam viuendo luxuriose, scilicet dona Dei, gratias eius, et reuelationes, etc. Et hic, id est isto modo carnalium desideriorum, pereor fame, diuinorum. o anima, quæ deuiasti à domo patris tui, contempla re vitam tuam præteritam, et mala quæ fecisti, et ascende secundum statum. Sequitur secundus status, qui est malorum præteritorum cum seruente cogitatione vitam emendare: ideo hoc considerans iste prodigus confidens de paterna misericordia dixit, Surgam, et coculcat omnes cogitationes desperationis, ponens se in spe paternæ misericordiæ, et sic confidendo transit ad tertium gradum. Sequitur modo tertius gradus, qui est cum bona deliberatione poenitentiam agere, quia postquam proposuit vitam malam emendare proponit modo agere poenitentiam dicens, postquam iuero in conspectu patris mei, dicam illi, Pater peccaui in celum et coram te, quia poeniter me fecisse tot mala, etc. transit ad quartum statum. Sequitur quartus gradus siue status, qui est incipere bene operari, et ideo postquam peccator deliberauit bene operari, poenitens de peccatis præteritis surgens per poenitentiam, et contritionem venit ad patrem totus humilis, et totus famelicus cibo spiritali, nudus gratia Dei, et discalciatus operationibus bonis,

A nis, et totus anxius intus, et extra fessus, et afflicus, etc. quod significat animam peccatricem surgentem a casu peccatorum, et conuersam et poenitentem ac confidentem de misericordia Dei, quae proponit amplius nolle peccare, & venit ad patrem ipsam clamantem & dicentem, Venite ad me o uos, qui laboratis, & fessi estis, quia reficiam uos, &c. Quintus gradus est paternaliter amplexari. unde subdit, cum autem adhuc longe esset, &c. Misericordia motus est, & occurrens cecidit super collum eius: quia cum anima cognoscit se peccatricem, & praenitendo, Deus pater a longe uidentem eam redeuntem ad se, misericordia motus amplexatur, & osculatur ipsam tribus cum misericordijs. scilicet cum misericordia praeniente, consequente, & subsequente: Prima misericordia Dei est praenitens, & elicitur ex ijs uerbis, cum autem adhuc longe, &c. Quia nondum plene poenituerat, sed disposuerat se poenitere, & cum anima est in isto statu, immediate sequitur secunda misericordia, quae dicitur consequens, deinde sequitur subsequens, ecce secunda. Et misericordia motus est, & occurrens cecidit super collum eius, &c. Ibi tertia, dixit autem pater, &c. Sicut in Petro, qui postquam abnegauit Christum ter, & Christus respexit eum cum oculo misericordiae praenitens, & statim gallus cantauit & recordatus est Petrus uerbi domini, & exiit foras plorauit, & poenitentiam agens consequutus est aliam misericordiam, deinde aliam. Et similiter in Magdalena quam Christus praedicando, & reprehendendo uita, respexit cum ista misericordia praenitente, quae flendo peccata sua consequuta est misericordiam consequentem, & subsequentem. Similiter & sanctus Paulus, dum Christus dixit, Saule, Saule, cur me persequeris. Et similiter Dauid praenitens est. Similiter & Zachaeus, qui ascenderat arborem Sicomorum, ut uideret Christum, qui transiens uocauit eum dicens, desce de qua uolo esse tecum in cenaculo tuo. Et Matthaeo dixit, ueni & sequere me. Nam Christus stat cruci affixus cum brachijs apertis, & pedibus conclauiatis, & cum capite humili, & inclinato semper paratus ad recipiendum peccatores, & cum uider eos uelle redire ad se, infundit gratiam praenitentem, & occurrit sibi gratias infundendo. Et ideo occurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum, dando sibi misericordiam consequentem, quia iugum meum suauis est

& onus meum leue: uade. & noli amplius peccare, deinde post confessionem, & contritionem anima quieta consequitur gratiam & misericordiam subsequentem. Sextus gradus est se Deo humiliare, quia quando peccator se humiliat Deo, dicendo, Pater peccaui in caelum & coram te, est signum emendationis eius malae uitae praecedentis, & dicit, peccaui in caelum propter uilipendium diuini numinis, & coram te scilicet feci contra tuam magnam sapientiam, aqua illuminatus sum, & ex contemptu tuae charitatis, quia te non timui, nec feci uitam uoluntatem, & dissipauit gratias a te mihi dadas, propterea non sum dignus uocari filius tuus. Septimus est se uirtutibus ornare. hinc est quod subiungit: dixit autem pater ad seruos suos, qui sunt uirtutes decorantes animam: Cito proferte stolam primam & induite illum, quia postquam peccator conuersus determinauit amplius nolle peccare, & exuere peccata, & uitia, tunc Deus pater omnipotens iubet illam animam indui stolam primam, id est uirtutes primo inducentes animam ad uitam, quae sunt charitas, innocentia, & puritas, quia per poenitentiam, & contritionem anima efficitur pura, innocens, & plena charitate. Unde Christus, Luc. 18. c. Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum caelorum. Et date anulum in manibus. Nam soli liberi homines debent portare anulum, ad denotandum quod quando peccator qui erat seruus peccatorum est conuersus, fert anulum aureum, scilicet fidei in signum libertatis, & non seruitutis, & restituitur in pristinum statum, & pro filio reputatur. Et calciamenta, quod significat spem, quia ante erat priuatus spe uitae aeternae, nunc uero conuersus calciatur spe, sicut in Magdalena, Petro, Paulo, Zachaeo, & sancto Matthaeo foenatore, qui conuersus ad Christum calciati fuerunt ista spe uitaeternae consequendae. Non tamen debemus calciare pedes nostros spe ita dissoluta & laxata, & ample, sed stricta, quia posset esse ita lata, quod exiret pedes nostros & remanere nudis pedibus, ita quod oportet habere spem cum timore, & satisfactione, cum poenitentia, & restituendo aliena si fieri potest, &c. & amplius non peccando, sicuti Magdalena, quae ita ligauit caligas uinculo spei, quando Christus dixit, uade & amplius noli peccare, quod amplius non dissoluit caligas suae spei, sed perseverauit usque in finem. Unde quia Maria Magdalena est speculum

A lum magnum peccatoribus, rogo quod Dominica die omnes meretrices ueniant ad praedicationem, quia audient de spe huiusmodi, per quam confortabuntur. Sequitur octauus status releuati, & conuersi, qui est mutatio nuptialis. Ibi, & adducite vitulum saginatum. & adducite, ut manducemus & epulemur, quia hic filius meus mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus est, &c. Nam per hunc vitulum saginatum potest intelligi corpus Christi: quia postquam peccator mortuus in peccatis, & deperditus, per poenitentiam, confessionem, & contritionem reuiuiscit, uocatur ad nuptias, & ad cenam agni prouidi, quia pater vitulus saginatus, id est in cruce mortuus, & passus pro eius redemptione inuitat eum ad cenam secum, & se dat sibi in escam, & sic reuiuiscit peccator. *O Iesu come potestis soffire, la uita far morire, &c.* Sequitur nonus status qui est iubilatio gaudere, & aeterna perfrui laetitia in gloria patris, sine fine.

Tertia pars principalis.

Veniamus modo ad tertiam partem praedicationis nostrae, quae est tertium mysterium, uidelicet, Displacencia mundi, & demonis inuidiosi. In quo notantur tria uitia contraria uirtutibus superscriptis. primum ipsorum uitorum est inuidere. Secundum conturbari. Tertium satisfacere. Quae tria uitia eliciuntur ex uerbis euangelij, quae sequuntur: Erat autem filius eius senior in agro, & cum ueniret & appropinquaret domui audiuit symphoniam, & chorum, & uocauit unum de seruis, & interrogauit quid hoc esset? isque dixit illi, frater tuus uenit, & pater tuus occidit vitulum saginatum, quia saluum illum recepit. Indignatus est autem & uolebat introire. Ecce quia inuidia motus uolebat introire & indignatus est, &c. Pater ergo illius egressus, quia dictum fuerat sibi quod erat indignatus & uolebat introire, cepit eum rogare ut intraret, & patienter ferret, & pariter secum iubilaret, &c. At ille respondens dixit patri suo, Ecce tot annis seruiui tibi & nunquam mandatum tuum preterui, et nunquam dedisti mihi haedum, ut cum amicis meis epularer, et occidisti illi vitulum saginatum. Unde pro gaudio se iactando, patrem et fratrem ingratos dicit, et uituperat improperando, et se turbando.

Unde nota actus et progressus inuidi. Sequitur tertium uitium, scilicet satisfacio. Nam prouidus pater satisfacit omnibus dicens: fili tu semper mecum es, et omnia mea tua sunt: epulari autem oportet et gaudere, quia frater tuus hic mortuus fuerat, et reuixit, perierat et inuentus est. Quia ita gaudium erit in caelo super uno peccatore poenitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis, qui non indigent poenitentia. Luc. 15. cap. Quod gaudium iustorum nos sentire faciat cum suis sanctis in caelis omnipotens Deus per suam misericordiam, Amen.

DOMINICA TERTIA in Quadagesima.

In qua Dominica incipit tertia Ala Seraphini, quae dicitur calidus amor, & habet pennas septem, quae sunt Amor sanctificationis, Amor purgatiuus, Amor auisatiuus, Amor correctiuus, Amor sanatiuus, Amor inflammatiuus, Amor acutus.

De Amore sanctificationis.

Sermo XIX.



Rat Iesus eiciens demonium, & illud erat mutum. Luc. XI. c.

In praecedentibus tractauimus de duabus alis nostri Seraphini, scilicet amoris mobilis, et amoris incessabilis: restat nunc tractare de tertia Ala, quae dicitur amor calidus, quo mediante anima calescit in amore Dei. Quam alam extendemus in septem pennas, secundum septem uias istius amoris calidi. Et hodie tractabimus de prima penna, quae dicitur amor sanctificationis. Secunda amor confessatiuus, seu purgatiuus. Tertia amor auisatiuus, quarta amor correctiuus, quinta amor sanatiuus, sexta amor inflammatiuus, septima amor acutus. Modo redeamus dicendo de nostro amore sanctificationis: Sancti esote, quia sanctus ego sum. Et ut possitis seruire Deo in omni sanctitate in statu matrimoniali, de quo isto mane sum tractaturus, vos uidebitis

A debitis quod habebitis multa peccata in hoc statu matrimonij, de quibus nunquam confessi fuistis, nec sciistis fore peccatum, seu peccata, nec forte unquam peccauistis, et melius intelligetis, quam ego: ideo nolite contaminari, si in hac materia me extendam ad dicendum, quia secundum subiectam materiam vtar vocabulis honestis & claris, ita quod vnusquisque poterit bene intelligere, & sciet quid est licitum & quid illicitum, si bene aduertit. Et nota quod dominus frater Bernardinus quia in isto euangelio non potuit bene tractare hanc materiam ipse prosequutus fuit hanc materiam die Sabbati successiue, super euangelio de Samaritana, Ioan. 4. cap. In quo suum thema fuit, Ego sum qui loquor tecum, alios quinque viros habuisti, & hic quem habes non est tuus, & ideo deducam illos duos sermones in vnum quam melius sciuerim & potero. In quo theme notauit flammam amoris, qui dicitur inflammatus: & primo redeo ad primum euangelium, vbi dicitur, quod illud dæmonium erat mutum. Hierony. dicit, quod illud dæmonium primo faciebat cæcum, secundo surdum, tertio mutum. quia illud dæmonium est contrarium Deo, & facit animam cæcam, quia non vidit, nec intelligit: ideo facit surdum, & facit etiam mutum, quia in confessionibus sacerdotes non audent interrogare mulieres, & sunt tanquam canes muti non valentes latrare, quia sunt in carnalitatibus imbrodati: & etiam procedit, quia verecundia tenet mulierem ne dicat lasciuias suas, & multotiens fatua mulier vt appareat honesta, dicit marito, sacerdos interrogauit me de tali turpitudine, & vult scire id quod facio vobiscum, & maritus fatuus scandalizatur cum sacerdote, & ideo sunt tanquam canes muti non valentes latrare, & ideo sacerdotes debent interrogare donnas grossas, sed cum honestis vocabulis. potest etiam dici mutum, quia non interrogando, & non credendo fore peccatum, mulier non confitetur, & credit se fore confessam, & facit ad propositum quod dicitur Exo. 21. c. Si bos cornupeta fuerit ab heri, & nudius tertius, & contestati sunt dominum eius nec concluderit eum, occideritque virum, aut mulierem: & bos lapidibus obruetur, & dominum illius occident. Bos habet duo cornua, quæ significat duos appetitus scilicet irascibilitatem, & concupiscentiam,

quia naturaliter inclinamur ad luxuriam. Vnde licet habeas uxorem, & sis in statu matrimonij, & habeas appetitum carnalis desiderij, debes illum appetitum regulare debito modo, & refrenare cum tribus frenis infra scriptis. sed si sine ratione vtaris illo appetitu, bos tuus cornu petat, & debes protestari, & notificare domino illius bouis, scilicet rationi eundo ad prædicationes, seu confitendo, quia addisceres quando licet uti matrimonio, & quando non, & quando est peccatum, & quando non: si facta protestatione non claudis bouem, scilicet concupiscentiam, & occiderit hominem utendo contra rationem bestialiter cum uxore, tunc occidit vtrunque, scilicet maritum, & uxorem: quia aliqui credunt posse facere de vxore quicquid volunt, & vti ea sicut volunt, & non est verum: imo non licet uti ea, nisi cum ratione & debito, & ordinato modo, prout infra dicetur, quia matrimonium est sacramentum ordinatum à Deo in paradiso tempore innocentie, & fuit factum ante peccatum, & cætera sacramenta facta fuerunt post peccatum. Vnde Paulus dixit, Viri diligite vxores vestras, sicut Christus dilexit ecclesiam, in epistola ad Ephes. &c. Et diligite eas amore sanctificatio, & honestatio, qui docent qualiter sacrum matrimonium debet exerceri taliter, quod non dicatur adulterium. Circa quæ faciemus tres considerationes, secundum tria debita & obligationes concurrentes in matrimonio. Prima qualiter matrimonium debet esse in carne regulata. Secunda, quomodo matrimonium debet esse in carne sanctificata. Tertia, quomodo matrimonium debet esse in carne honorata. Vel breuius qualiter matrimonium debet esse regulatum, sanctificatum, & honoratum.

Prima pars principalis.

Circa quæ Paulus inquit, Sciatis vnusquisque suum vas possidere in omni sanctificatione. Vas mariti est vxor, & maritus est vas vxoris, ideo vterque vtatur alterutro vase in sanctificatione, id est regulato modo, quia mulier non habet potestatem sui corporis, sed vir, & vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier, cum conditione quod matrimonium sit regulatum, sanctificatum, & honoratum: quia vtendo aliter quam

quam debeat, non est honoratum. circa quæ nota quatuor dubia.

A Primum dubium est, vtrum vxor sit obligata reddere debitum marito, quandounque maritus vult, & in omni modo quo vult, & omni tempore quo requirit uxorem, & in omni loco & continue. Ad cuius dubij declarationem nota tres veritates, secundum quas debet matrimonium regulari.

B Prima, quod matrimonium debet esse cum carne refrenata exercitatum.

Secunda, quod matrimonium sit cum obedientia regulatum.

C Tertia, quod matrimonium sit cum prouidentia discretæ custoditum. Dico primo, quod matrimonium debet esse cum carne refrenata exercitatum. circa quod nota tria scienda siue frena.

Primum frenum, cum quo debes regere voluntatem in matrimonio, est quod non interueniat voluntas, vel opera, nisi cum tua propria vxore: & econuerso vxor, nisi cum proprio marito, quia sunt duo in carne vna, & in huius signum Eua prima mulier fuit facta ex costa Adæ, quia debent esse æquales, maximè in actu matrimoniali: quia non solum licet marito exercere aliam, quam propriam uxorem, sed nec desiderare, quia secundum Augustinum, vtendo vxore tua propria cum desiderio alterius, tu peccas mortaliter, immo videndo aliam mulierem, cum desiderio habendi eam, licet non des operam habendi ipsam, peccas mortaliter: & similiter virgo, vel vidua & multo magis maritata solum cogitando & stando in illa cogitatione de aliquo viro, ponendo aliquam delectationem in illo, etiam si non vellet personaliter esse secum, semper peccat mortaliter. Et Hieronymus.

D 32. quæstio: quarta, dicit, quod qui amat uxorem nimis ardentem, hoc est si vellet secum vt, etiam si non esset eius vxor, peccat mortaliter. & subdit, quod nihil est turpius quam vt vxore propria in malis vsibus: quia qui taliter abutuntur vxoribus, sunt sicut porci, qui tenent totum os in broda, & cum vis subtrahere sibi brodium, immerguntur in brodio & clamant & ingluuiant.

Secundum frenum hic sequitur. Vnde vos foeminae nolite pudere de his, quæ Deus facit, sed pudeat vos peccata committere: nam siue Deus fecerit te pul-

chram, nigram, magnam vel paruiam, grasmam vel macram, albam vel rubeam, quilibet habet contentari, quod talis sit facta à Deo. in tantum, quod si tu non velles esse mulier, peccas mortaliter. Similiter debetis contentari de passionibus vestris, quas dedit vobis Deus, & non hominibus, & est magna gratia esse mulierem, quia plures saluantur foeminae quam viri, & habetis multas passiones in pariendo, & cætera. & magnos labores circa curam rei familiaris & domus, nec debetis verecundari audire de talibus, nec dicere defectus vestros confessori vestro. Vnde quæro, cum tu mulier habes tuam passionem, & maritus tuus te requirit, vtrum tenearis sibi consentire, distingue, aut illa passio non est naturalis, & tunc neuter peccat, nec maritus petendo, nec vxor consentiendo: aut est passio naturalis, & tunc distingue, quia aut maritus scit te habere illam passionem, aut ignorat; si ignorat, tunc si vxor consentit ignorante marito & non certificato de illa passione ab vxore, non peccat maritus, sed sola vxor mortaliter peccat, & si ipse scit & petat, & tunc distingue, quia aut tu scis tuum maritum esse sodomitam, & ita imbrodiatum, quod iret ad alias foeminas vel pueros, tunc si es menstruata & sibi consentias, non peccas mortaliter, sed ipse solus peccat: aut si scis tuum maritum esse constantem & virtuosum & non ad alias mulieres iturum, nec fore sodomitam, & tunc si consentis, vterque vestrum peccat mortaliter. Item si es menstruata & scis, quod si tuus maritus sciret te habere illam passionem non requireret te, sed iret ad alias, vel ad pueros, & requirat te, tu consentiendo & nihil sibi dicendo de passione tua, sed cælando non peccas. & ratio, quare est prohibitum ire cum menstruata, est quia si generaretur partus ille, aut esset mancus, leprosus vel mutus, vel bestialis, vel pareret vnum frustum carnis, vel monstrum & huiusmodi: & propterea Deus prohibuit in veteri testamento, & quia eadem est ratio in nouo, quæ fuerit in veteri, ideo, & nos seruamus. Immo aliqui iungunt aliud frenum, & sic erit tertium frenum.

Tertium frenum est, quod est periculosum peccati mortalis, quando agitur cum foemina prægnante, quando est periculo-

A sum disperdendi, sed si non est periculum disperdendi, non est peccatum mortale, & aliqui volunt dicere, quod est periculum in principio parus & in fine, sed discretio moderat omnia prædicta. Sed si consideramus canes & bruta animalia, sunt magis temperata, quam homines, qui vtuntur in discretione, quia sciunt quando suæ foeminae appetunt, & tunc sequuntur illas donec sunt plenæ, & deinde nunquam eas molestant post conceptum.

B Quartum frenum est, quod non vtaris cum vxore tua contra naturam, quod est, secundum Sanctum Thomam & Doctorem, quando vteris quocunque modo vtaris, quod secundum cursum naturæ taliter vtendo generare non potes. Et nota quod si essent maritus & vxor non apti ad generandum, vel senes, si potiantur vxore sua, & coeunt tali modo, quod generare possent secundum naturam, si essent apti ad generandum, non peccant. 32. questione quinta capit. adulteri. vbi dicitur, quod adulterium vincit fornicationem, vincitur autem ab incestu, sed incestu deterius est peccare cum matre, sed horribilius est peccare contra naturam.

C O Sodomitæ pessimi, aperite aures, quantum sit terribile peccatum contra naturam, quia peius est quam agere cum propria matre, sed cum vxore agere contra naturam, multo peius est. O Sodomita ad focum, ad focum picis mundi & æternalis.

Vnde vos mulieres debetis potius mori, quam consentire, quia moriendo taliter, subito iretis in paradysum & intelligerentur vobis esse remissa omnia peccata vestra, quia beati qui patiuntur propter iustitiam, &c. Item si cognoscis illam, quam tuus pater leuauit de sacro fonte, peccas, quia ipsa est tua soror spiritualis. Item tu sacerdos cum

D confitearis aliquam foeminam, quæ conqueratur quod eius maritus abutatur ea in vitio sodomie, vadas subito ad episcopum vt separet illum

tho-
rum. non ergo miremini si loquutus sum ita late, & aperte de his, quia expedit cuncta rimari.

Secunda pars principalis.

Secunda regula est, quod matrimonium debet esse in carne sanctificata cum obedientia regulata, & vt bene intelligas est duplex obedientia, vna est regularis, alia matrimonialis. Regularis est illa, quam debent habere regulares, quia tenentur obedire suis prælati, & ista obedientia est limitata: tamen quia prælati si præcipit subdito, imo si papa præcipit, quod quis faciat peccatum, non tenetur obedire, quia sunt maiores in benefaciendo & inuitando ad bonum, sed non in peccando, quia omnis dupliciter est peccatum, ideo non est obediendum tibi illicitis, quia in quantum non faciunt officium suum nõ es sibi obligatus obedire: quia vt dixi, Papa non potest præcipere, quod faciam malum. Et ideo Sanctus Franciscus fuit cautus, dicens in regula, quod sui fratres sint obedientes prælati, dummodo non præcipiant id, quod esset peccatum, quod non præciperent, nisi licita. Secunda est obedientia matrimonialis: quia vxor marito, & contra maritus vxori obedire tenentur in statu matrimoniali in his, in quibus non interueniat peccatum, quia mulier non habet potestatem sui corporis, nec contra. Vnde cum obedientia regularis sit multo magis stricta quam matrimonialis, & subditus non tenetur obedire prælato, vbi obediendo peccaret: multo ergo minus vxor tenetur obedire marito, nisi illa obedientia sit debito modo regulata & discreta. Vnde tu mulier nota tria pericula, in quibus non teneris obedire tuo marito.

E Primum est, quando est periculum perdere charitatem Dei, quam debes præferre tuo marito, quia stando continuè in broda cum tuo marito, charitas Dei eradicatur de mente tua, quia duo contraria, scilicet luxuria & Dei charitas, non possunt simul stare in eodem subiecto.

F Secundum est, quod vides expresse quando obediendo marito tu peccas mortaliter, quando scilicet habes tuam passionem naturalem, nisi modo superscripto, vel vellet te sibi consentire contra naturam, aut aliter offenderes Deum.

G Tertium, quando times perdere pudicitiam: quia licet vxor sit cum marito consentiendo debito & regulato modo, semper seruat pudicitiam, quæ pudicitia pro-

Apter frequentem coitum & inordinatum perditur similiter in loquendo verba impudica, & cundo & conuersando cum impudicis perditur pudicitia, quia tunc foeminae perdentes pudicitiam sunt labiles ad omnem lasciuiam, & tales cognoscuntur, quia sunt balde, seu sbardellate in omnibus suis gestis, tam in gressu & habitu, quam in verbis, vsu, & conuersatione. Nam pulchrior domina mundi fuit dulcis virgo Maria, & sui actus & gestus corporis sui benedicti erant ita pudici, graues & honesti, quod nullus hominum videns eam nedum mouebatur ad aliquam malam cogitationem, sed si quem malum sensum carnalitatatis habebat, subito ab eo cadebat. Itaque tenehora in manu & tene carnem subiectam rationi & spiritui, & rege te in præstando debitam obedientiam tuo marito cum discretione, quia periculosum est sequi omne desiderium & delectationem carnis: quia nisi refrenetur & reguletur ac cum ratione illuminetur, homines excæcantur, ita quod submerguntur in brodio.

Tertia pars principalis.

C Tertia veritas est, quod matrimonium debet esse, in carne honorata & debet exerceri cum prudentia discreta, quia mulier data est nobis socia in adiutorium, non propter luxuriari, sed propter fornicationem euitandam, ideo debet cum discretione vt: nam Deus non est amator extremorum, ideo tene medium inter duo extrema, & sic tutissimus ibis. & sicut in comedendo est magna diuersitas, quia aliquis cibus confert vni stomacho, qui noceret alteri debiliori, secundum varias naturas & complexiones hominum, quia si dares vni puero cibum conueniens vni magno, & non lac, puer moreretur, & similiter si dares tantum lac magno moreretur. Ita accidit in coniugatis, quia aliqui sunt iuuenes, aliqui minus iuuenes, aliqui sani, aliqui infirmi, aliqui robusti & fortes, aliqui debiles, &c. Vnde non potest dari certa regula, quot vicibus debeas dare debitum, sed do tibi tres consultores, cum quibus in talibus te gubernes, & consulta.

D Primus est prudentia in considerando naturam tuam, & naturam & complexio-

E nem tui mariti: & secundum tuam & suam naturam fortem vel debilem cum discretione debitum reddere debes: si est fortis plus, si debilis minus.

Secundus consultor est conscientia, quæ te regulabit: quia conscientia est lumen, quod dat tibi videre quid & quantum expediat. Ideo in cubiculum tuæ conscientia intra & cum freno ac cum istis consultoribus te gubernat.

F Tertius consultor est charitas, pensando necessitatem animæ & corporis tui mariti, taliter operando, quod tuus maritus non peccet contra naturam, & quod tu non perdas animam, & ista tria consilia facient te regulatam. Et require tibi vnum confessorem, qui habeat scientiam & conscientiam, cui confitearis & dabit tibi modum faciendi & te regulandi si ex te nescires capere medium, nec de te confidas sine consilio boni confessoris, quia si habet scientiam sine conscientia, dabit tibi consilium quod teneris obedire marito quoties te requirit, & decipieris. Et si habet conscientiam sine scientia te nimis arctabit & posses errare: tamen vidi aliquas Dominas in statu matrimonij ita pudicas, quod quando mariti requirunt eas, videtur sibi facere sacrilegium, & tamen reddunt sibi debitum modis superscriptis, cum prudentia, conscientia, & charitate. Secundum dubium est, vtum mulier teneatur reddere debitum marito, si ipsam requirit quando cunque solum cum cigno vel signo aut nutu capitis vel manus, an teneatur expectare quod maritus dicat suam necessitatem verbo, & similiter vtum maritus sit obligatus reddere debitum vxori indicanti suam necessitatem per aliqua signa, vel debeat expectare, quod ipsa sibi dicat. Ad quod respondeo, & primo dico.

G Primus casus est, quod consideratis prædictis duabus obedientiis, scilicet regulari & matrimoniali, quæ multum inter se differunt tantum, quantum anima differt a corpore, & video, quod si prælati annuit per aliquem actum, quod vellet me celebrare, quod non pecco, si non celebri, nisi mihi expresse dicat, quia regula esset nimis arcta & pauci saluarentur: tanto igitur minus vxor est obligata marito reddere debitum per signa, quæ sibi faceret, nisi expresse eam requirat, vel nisi expresse monstrantur signa: sed differunt, quia maritus tenetur deseruire vxori, quando

A dō sibi ostendit signa aliqua, per quæ bene comprehendere potest voluntatem vxoris, necdebet expectare quod expressè vxor eum requirat, & signa mariti debent esse magis aperta & maiora, quam signa vxoris, quia honestius est in marito facere ista maiora signa, quam in vxore, & quia vxor naturaliter est magis subiecta & obligata marito, quam maritus vxori.

B Secundus casus est, in quo scēmina obligatur seruire marito sub pōna peccati mortalis, quando non seruendo sibi timet, quod vadat ad alias, & committat adulterium, vel sodomitium. In quibus casibus si cognoscis tuum maritum fore adulterum, vel sodomitam, obligaris requirere eum, & omnem modum tenere, quod det tibi debitum, si sic faciendo scis quod tuus maritus non committet prædicta, & aliter faciendo ipse peccaret cum alia, vel cum puero, tu peccas mortaliter nisi facias modo iam dicto & ipso non penitente.

C Tertium dubium est, vtrum si maritus requirat vxorem contra naturam, dicendo quod si sibi non consentit, ipse committet adulterium cum alijs mulieribus, vel sodomitium cum pueris, mulier tenetur consentire marito. Dico quod non, etiam si Diabolus deberet eum portare. Probat per Augustinum 20. quæstione secunda, capit. facies. Vnde & si quis interrogaret te de aliquo, quod si dicis ille interficietur, & si dicis mendacium liberabitur a morte, tu debes potius dimittere illum occidere, quam mendacium dicere. immo plus, quia debes potius dimittere perdere totum mundum, quam dicere vnum mendacium. ratio est, quia melius est, secundum Augustinum in libro contra mendacium, non peccare, quam peccare, & dicendo mendacium semper peccas. igitur, & cetera. & mendacium, & vsura non recipiunt dispensationem. Vnde secundum Augustinum, facias ex tuo latere, quod debes. Nam si tacendo verum potes iuuare hominem a morte, non est peccatum tacere verum isto casu: sed mendacium dicere nunquam licet. Vnde si quis dicat mulieri: omnes istos interficiam, nisi mihi consentias, melius est, quod dimittas potius omnes interfici, quam tu pecces consentiendo, quia non sunt fienda mala vt bona fiant.

D Sed pone, quis dicat, quid potius vis, aut quod vnus moriatur, aut omnes vel mille? Certè minus malum est eligendum, scilicet, quod permittat potius vnum interfici quam plures. Dico permissiue, nec moueant te exempla Sanctorum, qui videntur dixisse mendacium, sicut Iacob, qui dixit patri, quod ipse erat Esau, & subtraxit benedictionem fratris, & Christus qui dixit, quod Ioannes erat Elias, quia non dixerunt mendacium: sed exemplariter loquuti sunt assimilando illos illis, quos fore dicunt. Item aliud exemplum, considera vnum nobilem per aliquam infirmitatem effici freneticum, & vxor vel famuli accipiunt ensem appensum in capite lecti, & abscondunt ipsum. Maritus dicit vxori, da mihi meum ensem: certe si vxor dat sibi ensem, & percutiat aliquem, peccat, nec tenetur obedire. similiter si obedit marito debitum penitenti inordinate, quia videtur dare ensem furioso, peccat mortaliter. Vnde quando maritus vult inordinatè, quod sibi consentias, tu debes cum blanditijs & discretè reprahendere eum, ne vadat ad alias, vel peccet aliter, & quando erit in se reuersus, remanebit contentus & magis diligit te quam primo, & accendetur magis in amore Dei, & non erit zelotipus de te. secus si videbit te procliuem & improbiantem, quia erit suspectus de te. Item sunt aliquæ dominæ, quæ cum multa prudentia reducere sciunt suos maritos ita castos, quod per tempus vouent castitatem & sanctificant matrimonium, & nota infra scriptos modos ad faciendum suos maritos castos.

Primus modus est, quod in te appareat vnum bonum exemplum versus tuum maritum in honestate vestium, in videndo te orare, festizare & in sanctis moribus & actibus exerceri, quia tunc plus mouebitur tuus maritus exemplis, quam verbis: & licet maritus tuus habeat rabiem luxuriæ, illam temperabit.

Secundus modus, admone ipsum cum bonis verbis, dicendo sibi, non videtis, quod a modo non sumus plus habiles ad procreandum, & destruitis personam, & perditis animam, &c.

Tertius modus, fuge causam, & sis prudens in leuando te a conspectu mariti, & non facias sicut faciunt aliquæ fatuæ, quæ ostendunt crura, māmillas, & se expoliant in camisia & nudæ in conspectu mari-

A maritorum. Et nota, etiā quod si vides tuum maritum quod quotidie efficitur marigrabiatus, ascende in montem & consule tres tuos consultores supra scriptos, alioquin peccabis.

Secunda pars principalis.

S Ed nota secundam partem principalem, quia matrimonium debet esse in carne sanctificata: sed pone quod maritus vtitur cum vxore solum propter delectationem, vel principaliter propter delectationem, sed habet istū respectum quod potens vti cum alia, non vellet, nec vellet vti cum sua si non esset vxor, vel nec contra naturam vti vellet. An capiendo tantum delectationem peccet. ad hoc Doctores dicunt, quod potest interuenire peccatum, sed non semper. Primo propter inordinatam affectionem. Secundo propter nimiam frequentationem. Tertio propter dissipationem virtutum. Cape primam rationem, scilicet propter inordinatam affectionem, dicit sæpe maritus: Quare non possum capere delectationem de meis rebus & de vxore mea. Sed Augustinus dicit, quod non est tuam sed Dei, ergo oportet quod ipsa magis obediatur Deo, quam tibi, ergo non potes vti ea inordinate sine peccato. Exemplum, lucratus es mille ducatos & ex bono lucro sunt tui, sed potes ipsos nimis amare & male vti, & peccabis ad instar diuitis, qui vidit Lazarum in sinu Abraham & non imputabatur, quod male lucratus fuit, sed quia male vsus fuerat diuitiis suis. Similiter tu habes vinum tuum ex tua vinea natum, non tamen licet tibi inebriari ex illo tuo vino, licet tuum sit. Similiter tu potes tantum amare & inordinate vti tua vxore propria, quod perdes animam tuam & hoc ignorabas & forte non credebas fouere peccatum. Secundum signum est ex nimia frequentatione.

C Augustinus sexta distinctio. capit. Ad eius tangit, quod dantes filios ad nutricem, vt possint luxuriari cum vxore, est peccatum. Vnde nota tria signa, per quæ tu cognoscas, quando est peccatum mortale luxuriari cum vxore. Primum est, quando maritus vel vxor propter nimium coitum infirmantur. Vnde tu pater caue, ne filius tuus iuuenis, quando nubit smemoretur. Secundum est, quando maritus infirmatur & vxor sibi consentit, quia potest

D faciliter mori, quia non sunt septem anni, quod quis accepit vxorem & tantum luxuriatus fuit, quod est mortuus in eius brachijs luxuriando. Tertium signum est, quando propter dissipationem, & nimiam frequentationem coitus non potest generare vel generatum non potest ad effectum producere, seu in lucem edere, vel ita debilitatur virtus naturalis, quod alter vel neuter potest generare, quia tu es causa perden di tot animas, quot nascerentur, & semper est peccatum mortale. Vnde Tobia 7. capit. dicitur, quod Sara habuit septem maritos, quos omnes interfecit Angelus prima nocte, quia iacebant secum propter appetitum inordinatum. Vnde ecclesia consulit, quod sponsi prima die debeant abstinere a coitu. Alia ratio est propter specialem delectationem, quia actus carnalis nimium frequentatus excæcat hominem, superuenit ignis & non videntur solem, scilicet Deum & effeminatur & obliuiscuntur Dei & efficiuntur bestie insensibiles & ignorantes, cæci & ribaldi sectatores mulierum maximè studentes deuiantes a studio propter lasciuam mulierum. Item patres multotiens habent, filias & non aduertunt in conspectu filiarum dicere & facere ribaldarias, & virgo fingit obaudire & non videre, sed multotiens audita & visa deducunt in practicum & insciji parentibus sæpe nubunt. simile in domo patris, fratres & famuli portant diploydes curtos & breues vsque ad umbilicum, & ita inhoneste vadunt in zuparello per domum in conspectu fororum & ostendunt turpia, & incitant eas, licet fingant non videre, & dant causam edicto. Similiter sunt qui ponunt fratres cum sororibus viros potentes in vno lecto vel in vna camera ad dormiendum vel ipsos solos stare de die, &c. Cauete, quia diabolus est subtilis. Immo periculosissimum est dimittere filias adultas dormire cum parentibus, & filios adultos cum matribus & attinentes iuuenes, cum consanguineis. Itaque præcauete, quia confessores omnia sciunt. Et vidi talem ætatis viginti annorum, stuprasse vltra septem suas proximas attinentes, & cognatos cum cognatis, & fratres cum sororibus filios, cum matribus & patres cum filiabus. Vnde amore Dei custodite, & refrenate iuueniles calores, & remouete causas a faciatis, quod in domibus vestris iuuenes vadant in habitu honesto, & sint in moribus faceti. & notat

A Hierony. contra Ioui. circa si. contra proca-
ces, & amatores illicitos luxuriarum. Amor
formæ obliuio boni est, & infamiæ proxi-
mus, magna consilia turbat, auctos magnos
spiritus trahit, ad infima, querulos, iracun-
dos, temerarios, dure impios, feruuliter
blandos omnibus inutiles ad bona faciens,
& cum insaturabili affectu flagrat. Itaque di-
ligentes vxores, & formam mulierum in-
decenter inducunt obliuionem Dei sui, &
proximi, & efficiunt infames, quia vbi est the-
saurus tuus, ibi est cor tuum.

B Et nota quod sunt tria genera non ha-
bentium cor. Primum genus sunt auari &
vsurarij, quia habent cor in capsâ, vbi est
thesaurus suus. Nam Sanctus Antonius Pa-
duanus fecit reperire i capsâ cor auari mor-
tui, quia dixit quod habebat cor suum in ca-
psâ & fuit euisceratus & medici non repe-
rierunt sibi cor in corpore, sed aperta ca-
psâ denariorum, ibi repertum fuit cor
sicut prædixerat beatus Antonius. Secun-
dum genus sunt ebriosi, qui habent cor in
vegere boni vini. Tertium genus sunt phi-
locapti, qui habent cor in loco mulieris vi-
lissimo, quem appetunt magna consilia tur-
bat, quia si esset de consilio alicuius magni
principis consuleret de foeminis. Et simile
sodomitæ habent cor ad pueros. Hinc est qd
Veneti expellunt eos de consilijs suis, sed
si se emendant, tunc cessante causa cessat ef-
fectus. Querulos facit, quia si vir vel vx-
or sit inamorus de alia, vel ipsa de alio,
semper sunt retrogradi, vel nunquam pos-
sunt habere pacem adinuicem. Iracundi et-
iam sunt semper, nisi quando vident suam
amafiam. similiter blandi, quia amafiam fa-
ciunt erga amafium suum oem seruitutem cum
multis blanditijs & cum insaturabili affe-
ctu, flagrat.

Tertia pars principalis.

C Apertiam partem generalem, qua-
liter matrimonium debet esse in car-
ne honorata. Et quia contrariorum
eadem est disciplina, quia cognito quibus
modis vituperatur matrimonium, sciemus
ipsum honorare, prout decens est. Idcirco
nota quod sacramentum matrimonij tri-
bus modis vituperatur.

Primo modo non seruando modos debi-
tos. Secundo modo non seruando debita
tempora. Tertio modo non seruando loca
debita. Et sic vituperari potest ratione mo-
di, temporis, & loci.

E Capè primum, scilicet ratione modi, &
potest tribus modis vituperari. primo mo-
do cum visu, quia non licet marito videre
omnia pudibunda vxoris, nec se speculari
in illis foetidis, licet tamen capere delecta-
tionem cum vxore sua, sed de hoc non li-
cet facere artem, quia multa sunt licita vti,
quæ videndo non sunt licita. Secundo mo-
do cum visu ore, quia non est licitum ma-
rito & vxori loqui de omni carnalitate, nec
ponere os ad illicita loca, non tamen di-
co quod semper sit peccatum, sed cum mo-
deramine inculpatae tutelæ, quia non licet
ponere os i omni brodio & se impinguare
perseuerando in longum in broda, quia tunc
est peccatum. Item ponendo manus & te-
nere in omni vituperio & cõtinuando pec-
cas, sed non in omni casu. Vnde abomina-
biles facti sunt, sicut ea q̄ habuerunt, scili-
cet maritus & vxor peccando. Secundo
modo non seruando tempora. Nam eccle-
sia ordinauit tempora: vnde sunt aliqui di-
centes quod prohibitum est coire cum vxore
in diebus festiuis, siue in omni festo & tẽ-
pore Quadragesimæ, & in diebus quibus ie-
iunatur: sed hoc est consilium & non præ-
ceptum. sed in sacratis temporibus peccas,
scilicet in die veneris sancta, & in die qua
debes sumere corpus Christi, non potes si-
ne peccato coire cum vxore tua, nisi in ali-
quibus casibus. Vnde Grego. in suo Dialo-
go ponit de quadam muliere, quæ peccauit
cum marito carnaliter illa nocte præce-
dente diem, in qua erat indicta processio,
quæ veniens ad processionem indemoniata
fuit, & Deus permisit demones ipsam ve-
xare propter illud peccatum, quia fecit cõ-
tra indictum. Vide, in testamento veteri fuit
tempus seminandi, nunc verò in nouo est
tempus recolligendi. Exod. 18. cap. ponit,
quod quando Deus volebat dare leges, ful-
gurabat per tres dies ante: Multo magis,
quando tu debes sumere corpus Christi, de-
bes abstinere a carnalitate per tres dies an-
te, & saltem illa nocte. simile habes i libro
Regum, quod quando Dauid fugiendo pe-
tiit a sacerdote si habebat panes laicos,
qui dixit, se non habere nisi panes benedi-
ctos & recusabat illi dare & socijs suis, ni-
si dixisset se abstinuisse a coitu mulierum,
& cæt. & de consecra. secunda dist. capit.
omnis homo. dicitur, quod volens cape-
re corpus Christi debet abstinere ante per
septem, vel quinq; vel 4. vel 3. vel per du-
os dies, & licet glo. in illo cap. videatur di-
cere, quod teneatur vxor, vel vir reddere
debitum

Prima pars principalis.

A debitum, intellige regulato modo supra-
scripto, & assignat pulchrum exemplum,
quia dicit, si moreretur tibi pater, vel ma-
ter, frater vel filius, illa die tu non luxuria-
reris: multo magis debes præcauere, cum
vis accipere corpus Christi. Item deturpa-
tur ratione loci matrimonium, quia prohi-
bitum est exerceri in certis locis, quia non
licet exerceri super altari, nec in ecclesia &
loco sacro, nec in platea coram populo.
Tamen Ricard. dicit, quod potest esse ca-
sus qd sine peccato posset maritus petere de-
bitum, verbi gratia si aliqua esset vallata in
aliqua bastia, & esset obfessa, ita quod o-
porteret inhabitari in illa ecclesia, & ibi es-
sent aliqui coniugati per longum tempus
obfessi & stimularentur a carne, quod po-
tess reddi debitum in ecclesia sine peccato,
tamen faciendo cum discretione. Et per
hoc habes hanc materiam, per quam tu
poteris regulari & conseruare te in sacra-
mento matrimonij sine peccato, & taliter
regere quod mediante gratia Dei fructum
facies ex matrimonio acceptabile Deo, &
vitam conserueris æternam, quam Deus
nobis concedere dignetur per suam mise-
ricordiam, amen.

C F E R I A S E C V N D A
Tertiæ hebdo. Quadrag.

De amore purgatiuo.

Sermo XX.



Multi leprosi. Ioannis quarto,
& in euangelio hodierno.
Nota quod sicut habemus ani-
mam & corpus, ita habemus
lepram corporalem & spiri-
tualem, & sicut venit in corpore quædam
tertia lepra, quæ est macrabilis, ita in ani-
ma. Vnde tractaturi in hoc sermone de le-
pra animæ, qualiter curetur: videamus
de amore confessatiuo, siue purgatiuo, &
mundatiuo de peccatis non confessis, quæ
sunt lepra animæ. Circa quæ faciemus tres
considerationes. Prima de confessionis
qualitate, scilicet qualiter sit facta. Se-
cunda de eius necessitate, scilicet
qualiter sit necessaria. Ter-
tia de eius vtilitate,
quantum sit
vtilis.

Primo dicamus de sua qualitate, quæ
notatur in istis quatuor versibus. s.
*Sit simplex humilis confessio, pu-
ra, fidelis:
Atq; freques nuda discreta, libes, veracida,
Integra, secreta, lacrimabilis, ac celerata,
Fortis & accusans, & sit parere parata.*

Nota igitur primum versum, & quod li-
bet verbum, & cape primum, scilicet, sit
simplex. Simplex dicitur sine plica. Nam
nostra conscientia quandoque est simplex,
quandoque est plicata. Nam sacerdos siue
confessor non videns illam tuam conscien-
tiam plicatam, non potest consulere, nec cu-
rare, nec bene confiteri, nisi ille qui confi-
teretur exprimat & displicet suas plicas, &
sunt paucæ personæ, quæ sciunt bene con-
fiteri. nam sunt aliquæ personæ, maximè
mulieres, quæ vadunt per filaterias & am-
bages antequam veniant ad conclusionem
siue reatus, & quando volunt dicere neces-
saria & tangentia factum consumperunt tẽ-
pus in ambagibus & minimis & non sup-
petit eis tempus dicendi illud, quod foret
necessarium, & suggerente diabolo reuer-
titur talis persona in confessâ, & ista dicitur
plicata, & non est simplex, quia simplex cõ-
fessio debet summatim, breuiter & conclu-
siue explicari cum debitis circumstantijs ag-
grauantibus delictum, vt infra diceretur, &
non debet fieri sicut plerique faciunt foemi-
næ & etiam mares, qui in confessionibus
se inuolupant, sicut aranæ quæ inuolupant
inufcas in telis suis captas. Item de-
bet esse humilis, quia peccator, quando est
ante confessorem, debet cõsiderare se fore
in conspectu Dei & vadit petere vitã æter-
nam, & debet ire cum humilitate, quemad-
modum si mereret mori & iret ad petendũ
veniam vitæ, & vitam ab illo qui posset ei
donare vitam, multo magis cum maiori
humilitate coram confessore pro obtinen-
do gratiam vitæ æternæ, pensando offensio-
nes factas Deo, & quantas ingrattitudines
commisissas versus Deũ de tot beneficijs no-
bis donatis. Quia Deus vult humilita-
tem cordis. Vnde Paulus Apostol. Deus ve-
nit peccatores saluos facere, quorum ego
sum primus, quia non erat primus, id est
maior peccator, sed illud dixit propter p-
fundam humilitatem, quia vna anima sine
peccato mortali, dicit se fore maiorem pec-
catricem mundi, sicut sancta Maria, quæ nũ-
quam

- A** quam peccauit: & sanctus Franciscus, reputabat se maiores peccatores mundi. Vnde Iacoponus loquens de beata Virgine, Peccato mortale, Nel tuo voler non sale, Ne alcuno veniale, &c.
- Vnde propter profundam humilitatem, quam habebant per gratiam intelligebant, & ita Beata Virgo Maria per ipsam gratiam quam habebat, quam Deo appropriabat pro suum magnum naturale quod habebat, quod nisi fuisset custodita a Deo ipsa Beata Virgo, de sui natura erat subiecta peccatis, & isto modo videndo se subiectam de natura sua & fragilitatis humanæ, seu mundanæ peccatis reputabat & videbat se isto modo maiorem peccatricem de mundo, nisi fuisset custodita mediante diuina gratia & ita Pau. & Fran. & cæteri sancti reputando se dicebant maiores peccatores mundi. Vnde propheta Dauid dicit, Ad nihilum redactus sum. Et nota quod est magna differentia in videre te esse nihil, & sentire te esse nihil, quia pagani, Iudæi, & omnes possunt se videre nihil ex seipsis, quia puluis est omnis homo: sed gustare se nihil esse aliud est, quia tantum interest inter gustare se nihil esse, & se nihil videre, quantum interest inter gustare panem, & videre panem.
- C** Nam videndo se, nihil Deus dat post gratiam quod ex hoc gustat & cognoscit se nihil fore. Tertio debet esse pura, quia cum pura intentione debes confiteri & non vt reputeris bonus: quia si vadis cum hac intentione, tu reuerteris peior, nec vadas sicut aliqui ex quadam consuetudine. Vnde Christus dicit, si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum erit lucidum.
- Fidels.** Quarto quod sit fidelis, id est sine mendacio, quod tu non ostendas illud, quod non es, nec dicendo te esse maiorem peccatorem mundi, cum non sis, quia est magnum peccatum potius quam merces, nisi illud diceres cum bona conscientia & bona intentione, sed dicas te tantum esse peccatorem, quantum es, vel sic quod tu habeas fidem, quod Deus remittat tibi omnia tua peccata, de quibus confiteris, si tu es bene contritus & confessus. Quinto dicit, Atque frequens, & hoc tribus rationibus, quia non possumus scire propter vnam tantam confessionem, vtrum Deus parcat nobis, vt de purg. canon. cap. Suscepimus. Vnde est reiterandum, immo consilium est, vt homo semel in anno confiteatur de omnibus peccatis suis, quæ toto tempore vitæ suæ fecit, non quod sit necesse, nisi in aliquibus ca-

sibus, vt alias dicam: quia dicendo nunc omnia, si alias Deus non tibi pepercit, forte nunc reperiet te ita bene dispositum, quod modo tibi parcat. Alia ratio est, quia commissio clauium est data sacerdoti. Vnde occurrit quod si sacerdos est catholicus, cum clauis purgat te & a multis poenis peccatorum, quas pati deberes in hoc, vel in alio mundo. Vnde reperias tibi vnum bonum, & valentem sacerdotem confessorem in scientia & conscientia, liberum non excommunicatum, non hæreticum, nec scismaticum, nec suspensum, neque interdictum: quia si sciens eum esse excommunicatum & huiusmodi, non valerit tibi tua confessio, sed donec nescis valet: sed si ignorabas tempore confessionis ipsum fore excommunicatum, sed postea aliquo tempore scis, cum scis, nihil valet confessio tibi illa, sed oportet te de nouo iterum confiteri. Vnde si est malus confessor tuus, clauis tibi data non auferunt tibi poenas, quæ auferrent, si esset bonus & qui tibi essent remissa si ab idoneo fuisses confessus, qui haberet clauis liberas. Itē volunt Doct. quod si mulier confiteretur alayco, vel a marito, sicut accidit semel de vno zelotipo, qui sub specie presbyteri in habitu clericali confessus fuit eius vxorē, vt sciret peccata eius: quæ perpendens quod erat maritus eius, dixit dum eam interrogaret: certe nullus postquam fui vxor Petri, tetigit me carnaliter cognoscendo, nisi vos domine, & credens maritus quod ipsa loqueretur de suo parochiali, quando venit ad domum, erat valde turbatus, & ipsa dixit: fatue, nonne confessus fui verum, quia nullus cognouit me postquam iui ad maritum, nisi vos, cui confitebar peccata mea, quem bene cognoui. Vnde in istis dic quod tanto tempore illa confessio, valet, quanto tempore illa persona ignorabit se confessam fuisse vni layco, & hoc quo ad confessionem, sed non quo ad poenæ remissionem. Tertia ratio est, quia plus stat in pudore, quia tu potes habere tantam verecundiam in confessione, quod dicendo tua peccata, cum illa verecundia, Deus remittet tibi peccata & poenam, sicut fecit in Magdalena peccatrice, cui remissa fuerunt culpa & poenæ, cum dixit, remittuntur tibi peccata tua. Nuda, quia oportet quod non sit vestita, sed sit nuda & aperta, sicut sunt aliqui volentes dicere peccata, sed nolent quod confessor ita ponderaret illa, & quod non videantur ita turpia & horrenda. Nam debes honestis vocabulis dicere peccata tua, taliter tamen aperte & nudè

- A** nude intelligantur, quia si confessor non intelligit, nesciet tibi consulere, nec debitam tibi tradere penitentiam. Vnde Iob 10. c. Non parcam ori meo. Et Isa. 14. c. Perdam Babilonis nomen & reliquias & germen. Per germen Babilonis interpretatur confusio, quia peccatum est confusio tui ipsius. vnde perde nomen tuæ confusionis, & dic audacter tua peccata. reliquias sunt res scantonatæ, & actus delectationis peccati, & circumstantiæ peccati, quæ aggrauant peccatum. vel germen est principale peccatum, non tamen debes dicere peccatum accusando aliquem. & germen est etiam, quæ peiorauit perseverando in tali peccato.
- B** Discreta. Discreta habet duos sensus. Primus in te, quod consideres tuum peccatum, & grauitatem, & dic te humiliando & grauando bene, sed minuta peccata non tantum ponderes, nec facias ad instar flentis & dolentis & grauantis valde hoc peccatum, quia sperat in ecclesia, & non posuerat pedes supra, & non faciebat sibi conscientiam de robarijs, dicens se forte habere ducentos ducatos de robarijs, & dum confessor illud ponderaret, & valde grauaret hoc peccatum, ille subridendo dicebat, quod erat consuetudo in prouincia illa derobare. Ita quod valde grauabat sperare in ecclesia, & derobare pro nihilo reputabat. vnde graua grauanda, sicut Dauid: Lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrimis meis stratum meum rigabo. Secundus sensus, quod quæras confessorem discretum, de quo tibi faceres conscientiam: & hoc potest esse duobus modis. Primo modo, quando tacet propter verecundiam, quia si vnum solum est retentum, Deus non parcat tibi: ad instar ciuitatis, cuius portæ essent clausæ, si murus esset ruptus in aliqua sui parte, inimici intrarent per illam rupturam, & caperent ciuitatem. Ita inimicus diabolus animarum, retento vnico peccato, intrandi adiutum per illud peccatum habet ad animam. Similiter si vnus est ex pluribus feritis percussis mortalibus, vna est ad necem sufficiens. Ita in non curando animam tuam ab vno solo peccato mortali, id est, sufficiente ad animam occidendum. Vnde nota, quod circumstantia peccati potest esse peccatum mortale, verbi gratia, conuersando cum femina ante quam venias ad actum principalis reatus, etiam occurrunt multa mendacia, & quandoque odia, &c. vt peruenias ad illum actum. Item vltra actum carnalem in illo actu in-

terue-

A terueniunt tactus inhonesti cum manibus, atque ore. Nam quotiens ista inordinate accidit, est peccatum mortale. Vnde non expedit solum confiteri se carnaliter cognouisse feminam, sed oportet etiam dicere circumstantias illius peccati. scilicet lenocinia, promissiones, fallacias, mendacia, tactus inordinatos, & mendacia, quae docuisti foeminam illam facere, vel furta inde facta, vel homicidium, seu odium inde sequutum, &c. quia non sufficit confiteri principale, sed oportet, & est necessarium cum appenditijs confiteri. Similiter in homicidio potest esse, quia possunt interuenire robora, &c. Idem in percussione sacerdotem, quia periculosius est offendere sacerdotem, quam laicum: & grauius est derobare viuellam, & pupillum, quam diuitem & potentem: Ita quod oportet dicere dignitatem, & conditionem personae, quam offendisti. Item dicere locum, quia grauius in ecclesia, & in vno loco, quam in alio. Item tempus, quia grauius est peccare in die festo, quam in alijs diebus. Item debes dicere modum, non solum dicendo, peccavi cum muliere, sed dicere modum, videlicet in somnatio. Et oportet etiam dicere numerum. scilicet quotiens peccasti. Et ratio est, quia non potest saluari, nisi dicat circumstantias, quia magnus est Deus, & laudabilis, & potens facere omnia, & sicut vult remittere tibi grauissima peccata principalia, ita remittit tibi circumstantias, ad instar vnus Principis, cui esses obligatus in mille dicitis, & volendo tibi remittere totum debitum de gratia speciali, nonne esset fatuum si tu supplicares, quod tibi remitteret vnus soldum pariter sine comparatione in omni potestate Deo. Item dicendo omnia peccata, gratia intrat animam, sed stando aliquid culpae, non potest intrare gratia, quia non possunt simul in vnum stare culpa, & gratia. Item Deus non vult stare de societate cum diabolo infernali. Feci itaque cum istis suasionibus, & modo isto confiteri multas dominas de ijs circumstantijs, de quibus nunquam confessus fuerant. Sed dic quae lo, o tu domina, nonne stetit propter verecundiam tui peccati dicere peccatum ipsum cum circumstantijs suis? Sed si non fuit verecundata in faciendo illud, quare verecundaris in dicendo ipsum? Nam non est verecundia lauare faciem deturpata, sed bene ire in conspectu aliorum cum ipsa facie sic deturpata. Item potest esse alia ratio, quia non dicis tuum peccatum, quia

dicis tibi, quod confessor reputabit te vnā ribaldam & peiorem foeminam mundi, si times hoc, cape discretam personam: quia memini me habuisse dnam in confessione, quae tenuit me duobus diebus, dicendo peccata sua cum anxietatibus cordis, & lacrimis multis, sed pur aliqua non audebat dicere: quod perpendens cum discretionem dixi, ego video, quod tu vis dicere, sed praereverecundia dabolus non te dimittit, quia nihil fecisti tam graue & horredum peccatum, quin alias fuerit factum etiam per sanctos viros, Petrus negauit Christum, Paulus fuit persecutor fidei, & interfecit fecit milia Christianorum: Iulianus interfecit patrem, & matrem: S. Ioannes Chrysostomus commisit stuprum, dixit mendacium, & fecit homicidium simul & semel: & latro in cruce fecerat tot mala, & Deus misericors & miserator misertus est eorum; quid ergo peiora facere potuisti? dic ergo in bono omine. & sic capiens vigorem omnia dixit aperte. & interuenit in praedicatorum, sicut in Balaam incantatore demonum, qui dum percuteret asinam, vt transfret, asina loquuta est dicens, non possum transire, quia hic est vnus angelus, qui obuiat mihi ne transeam. Vnde discretus confessor tanto magis compatitur de peccatore, quanto magis videt te dicere omnia peccata tua, & purgare te bene, & animam a vitijs, & peccatis: & bene perpendit quando omnia dicitis, vel no. Item ista causa, quod propterea teneat te pro mala & peiori femina mundi, non te moueat ad tacendum reatum, quia tu non vis vxorari secum, nec es sibi subiecta, vel sclaua. Itaque dicite audacter, sed cum pudore peccata vestra. Secreta debet esse ex parte confitentis, & confessi, quia confessor non debet reuelare secreta confitentis: imo periculum est Sacerdoti dicere, confessus sum bonam personam, talem, vel talem malam personam: quia si dicit se confessum fuisse bonam personam, & non sic dicat de alio, praesumetur, quod inferas illum fore malum, nec etiam licet dicere econtra. Item confessus etiam tenetur tenere confessionem secretam, seu penitentiam datam: tamen super hoc articulo distingue, quia aut dicere illud tendit ad vituperium, seu scandalum confitentis, aut confessi, vel alterius, aut neutrius. Si tendit in tuum vituperium, & in tuam infamiam, te vituperas, & facis stultitiam, & peccatum facis mortale. Si venit in scandalum & vituperium confessoris, vt si confessor dicat,

A dicat, ribalda non possum te absolueri, nisi recedas a presbytero, quia non sufficit te secum stare in domo propter scandalum, & malum exemplum aliorum: vnde reuelando peccat mortaliter; & licet ecclesia non dicat, tamen peccat. Item sunt aliquae ribaldae, quae vt videantur a maritis pudice reuelant sibi dicendo, quod confessor quaesuit de aliquo impudico, si fecerat contra naturam, vel huiusmodi cum marito, quia ita reuelando tales tradunt Christum, & peccat mortaliter, quia ponis te in manu Dei, & dicendo, facis maritum tuum venire in scandalum, & ad gladium cum confessore. Lachrimabilis. Quia per singulas noctes lacrimis meis stratum meum rigabo, cogitando de ingratitude, & peccatis horrendis perpetratis; & dicendo, heu miser, quid feci, perdidit paradysum, & me posui in inferno, & feci tot peccata in conspectu Dei. & nihilominus dicas, Domine reuertere ad me, & ego accipiam te. Tunc Deus miserator & iustus infundet gratiam suam, & recipies de tristitia tua magnum gaudium, ad instar mulieris, quae cum parit, tristitiam habet: sed cum peperit filium, fit gaudium plena. Accelerata. Quia subito cum peccasti, vadas ad confitendum: quia quemadmodum cum in domo accenditur ignis subito exclamas: ita cum peccasti, subito vadas ad clamorem confessionis ad extinguendum peccatum, quia vnum peccatum trahit aliud, quia post iram sequitur homicidium, &c. Fortis. quia sis ita fortis in confitendo, sicut fuisti magnanimus in peccando, quemadmodum Maria Magdalena fuit magnanima in expellendo peccatum. Accusans. quia debes accusare te ipsum, & non proximum, sicut Adam, qui inculpauit Deum dicens, Socia quam mihi dedisti, fecit me peccare. quasi dicat, si mihi non dedisses, non peccassem. D & Eua accusauit serpentem dicens, &c. & fit parere parata, scilicet illud, quod dicit confessor in bono, & non in malo, quia in malo non sibi consentias, quia Deus non permittit te periclitari, vt si confessor diceret, nolo te absolueri nisi prius mihi consentias: sed si diceret, no feras istas caudas, vel capillos mortuorum, non te excuses dicendo, meus maritus non vult, quia si tu velles, bene scires facere, quod ipse vellet; vel non dicas ita, ita fert consuetudo; vel caueas ne tripudies in diebus festiuis, quia est peccatum mortale: debes obedire, quia si haberes aliquod malum in capite, & me-

dicus diceret, si vis liberari oportet, quod E amputes tibi capillos, certe pro salute corporis id faceres, & pro salute animae recusabis?

Secunda pars principalis.

CApe secundam partem necessitatis, scilicet quantum confessio sit necessaria, & habet tres conclusiones. Prima conclusio est, quod nullus potest saluari si non confitetur saltem semel in anno, postquam venit in dies discretionis, a confessore discreto, qui sciat consulere, & docere. Secunda conclusio, quia etiam patres, & matres tenentur praemonere, & inducere filios ad confitendum saltem semel in anno, & si non confiteantur, tenentur tanquam Iudaei. Similiter tenentur inducere famulos, & famulas ad confitendum. Similiter & Sanctuli tenentur facere, quod filiotij, si parentes non habent, confiteantur: alias parum prodest eorum confessio, quia peccant. Similiter & medici mortaliter peccant, si non inducunt infirmum ad confitendum: quia diliges proximum tuum sicut te ipsum spiritualiter. ecclesie filij tui sunt, dilige ipsos. & fit contrariu: quia si asinus tuus cadit in foueam tu stude res extrahere ipsum de fouea illa, & conuocares vicinos, & pernoctares, vt euelleres asellum. & si filius tuus cadit in periculum mortis aeternae, non studes subleuare ipsum. Tertia conclusio est, quod non confitentem semel in anno, non debent sepeliri in sacro, quia etiam presbyter sepeliendo ipsum peccat mortaliter. Similiter excommunicatus non debet sepeliri in sacro, & debet expelli de ecclesia, & aliter faciendo Sacerdos peccat mortaliter. Et ad salutem vitae aeternae est necessaria confessio modo supradicto facta, ex qua anima lauatur a peccatis, & nitida facta infunditur gratia, qua mediante cognoscit Deum, & illuminatur lumine veritatis, per quam reperit viam paradisi, ad quem nos dignetur perducere omnipotens Deus, Amen.

De tertia parte dicitur a libi.

A FERIA TERTIA
Post iij. Domi. Quadrag.

De Amore auisatiuo.

Sermo XXI.



I cecus ceco ducatum prestat, ambo in foueam cadunt. Act. 15. c.

& in Euangelio hodierno. In hoc sermone intendo tractare de contritione, sed primo premitam de confessione aliqua. In

B quo sacro eloquio tractabimus de amore auisatiuo. Vnde sis bene auisatus, vt ducaris à luminato. & primo nota tres esse confessiones. Prima est excusatiua. Secunda est diminutiua. Tertia est humiliatiua.

Prima pars principalis.

Circa primam tangam vnum dubium cum aliquibus pulchris punctis. Primum, vtrum in confessione sit licitum excusare se, & accusare alium, sic dicendo, talis fuit causa, quod peccare, vel fecit me peccare? Dic secundum Ricar. de Media villa, quod licet in tribus casibus nominare alios, & non in alijs casibus. Primus casus est, quando aliter non potes manifestare tuum peccatum, videlicet grauitatem tui peccati, vt si peccasses cum filio, quia magis grauatur peccatum. Sed secundum Bonauen. potes dicere in genere, peccaui cum sacerdote. & tu femina diabolica, peccans cum sacerdote, qui representat Christum, est sacrilegium, & fornicari cum Christo. & non licet nominare dicendo, peccaui cum tali sacerdote. & iungit Bonuen. Pone, quod peccasses cum Papa, qui non est nisi vnicus, vel cum Episcopo, qui est vnicus in ciuitate: non tibi licet dicere, peccaui cum Papa, vel cum Episcopo, sed sufficit dicere, peccaui cum vno magno prelato. Sed pone, quod maritus peccauerit contra naturam cum vxore: mulier debet nominare dicendo, peccaui cum marito meo contra naturam, quia aliter non potes dicere. & quando aliter non potes dicere, tunc licet nominare, aliter non. Item non licet tibi dicere, maritus meus fecit me irasci, vel diabolus induxit me, vel meus vicinus; nec facias sicut illa, quæ inculpabat maritum, quod fuerat causa sui reatus, quia confessor absoluit maritum tantum, sed dedit penitentiam vxori.

ri. & hoc ideo absoluit maritum, quia peccauerat ipse. Item est casus, in quo licet nominare socium, cum quo peccasti, quando confessor est aptus corrigere ipsum, vel propter illud amplius non cadat in illud peccatum. verbi gratia, peccasti cum fratre, & confiteris cum suo superiore, & inde venit scandalum omnibus de illa domo, vel ordine, & euenit, quod suus superior sciet, & bene facies dicere. Sed Bonauen. dicit, quod bene esset, quod confitens diceret extra confessionem suo superiori, vt possit corrigere suum subditum, quia dicendo sibi in confessione, non posset reuelare confessionem, & bene facies, quia ex charitate tu teneris sibi dicere, & facere, quod sicut tu corrigaris, ita & ipse tuus socius corrigatur. Tertius casus est, quod licet accusare socium criminis, cum quo peccasti quodcumque vides te aptum recadere, nec potes aliter euadere illam ruinam, tunc potes nominare illum causa consulendi, vt euadas à periculo illo, quia sciendo personam, dabit tibi consilium salubrius. alius ab istis tribus casibus non licet. Imo Bonauen. dicit, quod si sacerdos interrogat te ultra illos tres casus, volens scire cum quo peccasti, non licet tibi dicere, neque dicere debes: imo si velles nominare illum, cum quo peccasti, sacerdos tibi mox debet imponere silentium, quantum ad socij nominis illius expressionem. Vnde bene dicitur ista confessio excusatiua, ad instar Adæ, quem Deus vocauit postquam peccauerat, dicens: Veni ribaldæ Adam, vbi es? non voluendo eius vultum gratiosum versus Adam, qui priuatus tanta gloria existens tibi promissa, & es subiectus tantæ miseræ, quantum est peccatum, o miserrime ingratus, quid fecisti? qui se excusauit dicens, Socia quam mihi dedisti, &c. quia fecit magnum peccatum blasphemando proximum, appropriando sibi quod non est suum, & blasphemando Deum, quia inculpabat Deum, ac si diceret, si tu non dedisses mihi talem sociam, non peccassem. Item inculpabat sociam, quia dicebat, quod socia induxerat ipsum. Item inculpabat pomum, quia si non fuisset pomum similiter non peccasset. similiter se. Similiter fecit Eua dicens, demonium fecit me peccare, & est peccatum excusare se, & accusare demonium, quia licet demon habeat intentionem tentandi, & faciendi peccare hominem, nunquam habet potestatem faciendi peccare ipsum, nisi velit & consentiat. nec facito sicut aliquæ

A quæ mulieres quando confitentur, quia sacerdos dicit, iurasti: & illa respondet, non potest fieri quin aliquando iuretur, & dicatur mendacia. Et nota, quod mentiuntur, quia potest fieri absque eo, quod iuretur, & dicantur mendacia: sed caue, quia latet anguis in herba, & quando dicis talia te excusando, semper tu blasphemus Deum, quia non est dicere aliud, nisi quod aut Deus non bene fecit, aut non fecit te bonum, sed tua malitia te contaminauit; quia videns Deus cuncta, quæ fecerat, quod erant bona: & sic te bonum fecit. Item blasphemus Deum ex eo, quod imposuit tibi legem, quam potes obseruare, quia est dicere, quod Deus est iniquus, & in primo casu facis eum ignorantem. Sunt etiam iuuenes dicentes, quod est consuetudo ire ad meretrices: & non est verum, quia non est consuetudo, sed corruptela, quia omnes si vellent possent facere contrarium, & adhibere remedia: vnde si diceretur iuueni, caue, quia si peccas cum meretrice, vulneraberis: certè si ita esset, abstineret pro salute corporum suorum: quare ergo non abstinens pro salute animarum suarum, quas perimus secum agendo? Item non luxuriarentur in medio plateæ, vbi populus, vel Princeps videret eos, sed quare non abstinens à visione Dei, & ab æterna damnatione, vbi omnes Sancti te vident. Similiter tu non blasphemares dominationem timore corporis, vel dominationis, & non abstinens te à blasphemando Deum.

Secunda principalis pars.

Secunda confessio est diminutiua, vnde nota duo dubia. Primum dubium est, vtrum ex quo ecclesia præcipit, quod confitearis saltem in anno, tu postquam confessus fuisti inde ad vnum mensem, tu peccasti mortaliter, & habes contritionem. Queritur, vtrum incontinenti debeas confiteri, vel debeas expectare vsque ad alium annum? Dico, quod si subito te poenitet, tu potes induciare vsque ad annum, quia aliquæ sunt obligationes affirmatiuæ, aliquæ negatiuæ. Et nota quatuor casus, in quibus quis obligatur incontinenti confiteri. Primus, quando sacerdos debet celebrare, & sumere corpus Christi: quia licet esset contritus, debet tamen confiteri. Secundus est, quando esset imminens periculum vitæ, quia exponens te periculo

maris eundo ad Sepulchrum, vel per meretricias: quia ex quo es inter Christianos, & habes valentes confessores, debes te purgare, & confiteri, antequam exponas te periculo maris. Tertius, quando conscientia remordet te, vt confitearis, & vult quod confitearis, quia faciendo contra conscientiam, peccas mortaliter. Quartus casus est, quando tu vis ire inter infideles causa moram trahendi, vel qualitercunque, vbi periculum est, nec est verisimile te reperire continue confessores, antequam vadas, tu debes confiteri, ex quo domi habes idoneos confessores, & non expectare annum, licet habeas cordis contritionem, quia aliter faciendo esses in culpa. Alius casus est, quando tu habes confessorem habentem potestatem absoluedi in specialibus casibus reseruatis, quia non est verisimile, te similem reperire. Bonauen. tamen dicit, quod in omni casu periculosum est se subito quamprimum potest non confiteri: & sic summam nota quatuor casus, in quibus quis tenetur subito confiteri. Primus, quando non est verisimile te posse confiteri si expectas, sicut in infirmitate, quia infirmus debet subito confiteri propter accidentia, quæ occurrere possunt. Secundus, quando vadis ad loca, vbi non est verisimile te posse confiteri, nec reperire locum, & personam habilem, in quo, & coram qua tu possis confiteri, quia es in culpa, ex quo es in loco, vbi reperis personam idoneam ad confitendum. Tertio, quando reperis personam idoneam, & habentem libertatem absoluedi in certis casibus reseruatis, subito debes confiteri. Quartus est, quando conscientia dicit, quod confitearis, vt supradictum est. Et licet non habeas veram contritionem, tamen non lites quin confitearis, quia si confiteris omni anno tu facis præceptum ecclesiæ, & euitas vnum peccatum mortale, in quod incurreres non confitendo. Item, quia si confitearis, confessio disponit te, licet non habeas veram contritionem, & ille actus humilitatis confessionis, & exhortatio boni confessoris inducent te ad veram contritionem, & ideo confitere, & subito. Et nota, quod qui confitetur, & non accipit corpus Christi, sine expressa, & legitima causa, illa confessio non valet, quo ad præceptum ecclesiæ, nisi in infirmitate. Illud non est nouum, sed est parum visitatum: & hæc est ratio, quia aut tu es dispositus accipere corpus Christi, & ita

A & ita obligaris illud sumere, sicut obligaris confiteri, ut in c. omnis vtriusque sexus. aliàs confessio non valet. aut non es dispositus propter distemperationem stomachi, propter infirmitatem, vel alia legitima causa, & tunc sufficit confiteri. pone, quod vnus secularis est contritus, & non potest confiteri, quia non habet idoneum confessorum, quia est in villa: dico quod potest assumere corpus Christi, cum proposito incontinenti, quam primum poterit, se confitendi, & reuertendo ad domum confiteatur. Item pone, quidam confessus est, & in actu accipiendi corpus Christi recordatur de aliquo peccato mortali, & poenitet: dico, quod potest sumere cum proposito confitendi, & postea confiteatur. Secundum dubium mouet Albertus Magnus: Quidam luxuriosus confitetur causa obediendi, & non causa deserendi luxuriam suam, & emendandi se. Queritur, vtrum profit sibi? Dico, quod confessio facta est dupliciter. Primo propter obedientiam, secundo propter remedium. Iam dicta confessio, quantum est pro remedio, non valet, quia confessio sine poenitentia non valet: sed quantum est pro obedientia, valet, quia vitat illud peccatum mortale, in quod incurreret. Item poteris ex hoc consequi aliud bonum, quia confessor poterit facere, quod emendaberis, & ex alia parte Deus dabit tibi gratiam. Vnde omnino confitere, licet non sis dispositus reddere ablatum, tamen valebit, ut dixi ad euitandum peccatum inobediendi, & poteris meliorare modo supra scripto. Tertium dubium est, vtrum confessus semel, teneatur iterum confiteri? Respondet Bonauen. in Centiloquio, quod duæ sunt causæ ex parte confessoris, & duæ ex parte confitentis. quare non valet confessio ex parte confessoris, oportet, quod habeat ista duo, scilicet auctoritatem, & potestatem, aliàs non valet confessio, ut puta si non est tuus sacerdos, vel est excommunicatus, interdictus, suspensus, vel priuatus à confessione, quia tunc non habet auctoritatem possendi confiteri, nec potestatem, quia non habet clauas aperiendi. Et nota, quod scio, quod isti duo ordines, scilicet Minorum, & Prædicatorum habent auctoritatem à Papa confitendi: de alijs ordinibus ita nescio. Vnde ante quam Fratres confiteantur aliquos, suus Prælati debet eligere quos videt idoneos, & ipsos appresentare debet Episcopo, & petere licentiam, & tunc si conce-

dit eis licentiam, poterunt confiteri: & si non concedit licentiam, adhuc poterunt confiteri, dummodo primo se humiliauerint in petendo licentiam illam, aliàs non habent auctoritatem; & confitens ab eis non erit confessus, quia nemo debet mittere falcem in messem alienam: & quando concessa est licentia ab Episcopo, tunc possunt confiteri, nisi in certis casibus seruatis, saluo quam si illi casus sibi concedantur: & si non est eis concessum, & aliquis confiteatur de aliquo delictorum casuum, tunc debent petere licentiam, alioquin non valet. Sed pone, tu scis sacerdotem esse in peccato mortali, tu poteris confiteri, & valebit confessio, licet sacerdos peccet: sed quando habet auctoritatem, & nescit confiteri te, non valet confessio, & oportebit te iterum confiteri. Ex parte verò confitentis, oportet duo interuenire. Primum, quod tu dicas omnia peccata tua, secundum, quod habeas propositum accipiendi corpus Christi illo anno, aliàs non valet, quo ad præceptum. Item si vadis cum proposito non deserendi peccatum, vel si diuidis confessionem dicendo partem peccatorum tuorum vni confessori, & partem alteri, vel si non te poenitet, vel te non emendas, quia in his casibus non valet quantum ad absolutiorem, & ad remissionem tuorum peccatorum; proficit tamen propter supra scripta. Item sunt aliqui dicentes, quod si recordaris de vno peccato tantum, de quo aliàs non fuisti confessus, non expedit dicere omnia peccata, sed solum illud de quo recordaris. Item si confessus fuisti de aliquo peccato, in quo iterum recidisti, non oportet dicere omnia alia, de quibus fuisti confessus, sed illud tantum in quod iterum recidisti. Item si præbyter dat tibi poenitentiam, & obliuiscaris reuertere ad illum cui confessus fuisti, & si non recordatur, oportet quod iterum confitearis. Item si nolueris facere poenitentiam, de qua recordaris, poteris confiteri de hoc solo, quod non fecisti poenitentiam, & illam facere.

Ter-

Tertia principalis pars.

Tolle tertiam partem principalem, quæ est confessio humiliatiua, in qua tria dubia denotantur. Primum, quomodo homo potest recordari de omnibus suis peccatis, ut sciat omnia dicere, & nota modum, quia primò homo debet considerare quot annos habet, & cogitet primo quando ipse incepit cognoscere bonum à malo, puta in septimo anno. Vnde cogites quid fecisti in illo anno, & cum qua societate usus fuisti, & quid fecisti clam, publicè, vel associatus in illo anno, & cum quo peccasti, & in quo loco, & quomodo, & quando. Similiter in octauo anno, nono, & decimo, & quando tu intras in pelagus peccatorum, & tuæ ætatis, discurre debes de die in diem, & de septimana in septimanam, & de mense in mensem, & de anno in annum, & de tempore in tempus, & de loco in locum, & de mansione in mansiones, quas mutasti, & in terris in quibus fuisti, & quid fecisti in singulis delictorum locorum. Item discurre contractus quos fecisti, si sunt liciti, vel non. Item discurre per artem, quam facis. Item obligationem, fidemque vxoris si fregisti, vel seruasti, & quotiens, & cum qua vxore fregisti fidem, &c. & sic venies ad recordandum te de tuis peccatis, & si scis scribere, scribas, & legendo dicas tuam culpam. tu mulier cum capite cooperto, & iunctis manibus, fac, quod confessor nunquam videat tuum vultum, & sic dicas omnia tua peccata cum ordinato, ac præmeditato, & delibato cogitamine, cum verecundia, & animo amplius non peccandi, quatenus est tibi possibile. Secundum dubium est, à quo debes confiteri. Albertus Mag. dicit, quod sicut sine baptisinate non potest saluari, ita sine confessione, si potest fieri, quia habeatur ibi sacerdos, alioquin potest confiteri vni mulieri, licet non sit necessaria, quia posset esse, quod præbyter esset excommunicatus: quia tunc sicut femina in casu necessitatis potest baptizare, ita potest in puncto mortis alicuius in casu necessitatis confiteri. Item nota, quod sunt sex, qui possunt confiteri, & absoluere. Primus est Episcopus ciuitatis: qui potest te absoluere plus quam sacerdos tuus. Secundus est suus Vicarius spiritalis, à quo potes confiteri, & absolui, sicut ab Episcopo. Tertius est ordo Minorum, & Prædicatorum cum licentia Episcopi modo supra scripto, qui dicuntur

proprij sacerdotes per priuilegium particulare. Vnde quando tales habent auctoritatem ab Episcopo, valet eorum confessio, nec expedit iterum confiteri tuo sacerdoti. Nec ob. glo. super c. omnis vtriusque sexus. quæ videtur contradicere, cuius dubitatio tollitur per extrauagantem Ioannis. Quartus est proprius tuus sacerdos Parochianus, qui etiam in quibusdam casibus certis non potest absoluere, nisi sint tibi concessi. Item habens licentiam à tuo Parochiano potest te confiteri. Item sacerdos confessare non potest, nisi positus sciat & sit notatus. Item potes absolui in quocunque casu, quando non potes aliter confiteri à Papa, vel nec ab Episcopo, quia qui libet in casu necessitatis potest effici præbyter tuus. Inter istos ponuntur etiam peregrini. Et nota, si vis peregre proficisci, non vadas, nisi habeas licentiam ab Episcopo, vel à tuo sacerdote, quod possis confiteri, & accipere corpus Christi, a quouis sacerdote. Imo aliqui dicunt, quod quando peregrinus bordonum accipit à præbytero, videtur sibi esse data licentia. Sextus casus, tu potes confiteri cui vis, quando tu habes sacerdotem, qui sit sciens, bonæ voluntatis, & conscientiæ, & sit persona non suspecta, & tuus sacerdos sit imitator ribaldarum. Et est alius casus, quando tuus sacerdos est reuelator confessionis, tu potes ire ad alium, modo supra scripto. Tertia pars nostri sermonis est, quæ natura nostræ confessionis, & quotuplex est eius natura, & est duodecuplex. Prima est purgatiua. Secunda illuminatiua, quia cõfitendo intelligis peccatum, & Deus dat gratiam, & disponit ad contritionem. Tertia à diabolo fugitiua, quia diabolus facit de anima, sicut lupus, qui capit pecudem per pilum, seu lanam, & nil mali sibi facit, donec illam portauerit quo vult in locum solitarii, & illa pecus nullum sentiens dolorem, nihil balat, neque clamat, quia si clamaret peculia ipsam eximeret, & postea lupus subito vorat illam. Ita facit diabolus portando nos, ita quod nil sentimus, nolendo confiteri, donec nos præcipitauerit, & subito nos deuorat in profundum. Ideoque cum nos portat exclamemus coram pastore nostro confitendo &c. Quarta cum Deo pacificatiua, quia cum sumus confessi, & contriti, tunc pacificati sumus cum Deo, ad instar columbæ portantis oliuam Noe in signum pacis, & cessationis diluuij. Ita anima nostra portat oliuam pacis, dicens cum Dauid,

Auid, Confiteor Deo, &c. Quinta, conscientia disgregatiua, sicut onus graue grauat: sunt cicatrices meae. nam & mulier cum parit, habet dolorem: sed cum peperit, habet letitiam: sic facit confessio, est disgregatiua vitiorum, & alleuiat animam grauamine peccatorum, & parit latitiam in anima confitentis. Sexta est demonis confusiva, quia diabolus confunditur, & per confessionem acclamatur post diabolum, sicut acclamatur post furem repperitum in flagranti crimine dicendo, ad latronem, ad latronem, qui fugiendo confunditur dimissis spolijs furti. Vnde Prouerb.

E Qui reuelat secretum amici, non curat amplius de amico. Sic in anima reuelante secretum diaboli sui amici, diabolus non curat de ea. Septima, iudicij placatiua, & est contraria iudicio huius mundi. Na si latro confitetur coram iudice suum scelus puniatur: sed non est ita in confessione, quia placat iudicem, & remittit. Octaua est coeli apertiuua, quia totiens datur clavis paradisi, quotiens confiteris, sicut latroni in cruce, quia cum confessus fuit se fore latrone dicens, Domine memento mei, &c. in contententi fuit sibi data clavis aperiendi paradysum: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Nona est conscientiae reintegratiua. Vnde Paul. Gloria mea haec est, testimonium conscientiae, &c. Decima est culpa fugatiua, quia reuelando tua peccata, discretus confessor facit te cautum, & curat, & curando fugat culpas, ad instar medici, qui curat plagam, & curando liberat infirmum: & habentis dentem marcidum, cui curatur & fugatur dolor. Vndecima est pena purgatiua, quia propter confessionem, & bonam contritionem anima purgatur, & saluatur: quia cum anima est purgata, Deus infundit gratiam, qua mediante facit poenitentiam, & poena purgatur.

D Duodecima est orationis impetratiua: Confitemini peccata vestra vnus alterum. & intellige de venialibus, quia non licet confiteri de mortalibus, nisi sacerdoti, nisi in actu consilij capescendi, & confitendo illo modo alterutrum, non est confessio sacramentalis, sed per modum consilij. Et sic seruando confessionem modis superscriptis, anima efficitur purgata, & implebitur gratia Christi, ex qua consequetur Dei misericordiam, qua mediante consequetur vitam beatam, ad quam nos Deus perducat feliciter, Amen.

F E R I A Q V A R T A
Post tertiam Dominicam
Quadragesimae.

De Amore correctiuo.

Sermo XXII.



Si peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eum. Matt. 18. c.

Vtile est seruare hoc preceptum. In quo sacro eloquio tractatur de tertia flama, quae vocatur Amor correctionis: & considera bene istud uocabulum, corripere, quod idem est, quod cor rapere, quemadmodum si filius tuus cadit in igne, tu subito extrahis eum, quia officium charitatis est subito subleuare cadentem, & corde rapere eum de igne inferni: & quia peccatum stat in corde, non immerito Deus posuit illud ministerium, ut rapias proximum de malo ad bonum, de peccato ad paradysum: unde correctio est admonitio fratris de offensione peccatorum. charitatiua cum seruire precedente. Vnde tria sunt necessaria in correctione. Primum, quod fiat precedente charitate, & cum charitate. Secundum, quod correctio fiat cum causa. Tertium, quod peccauerit frater tuus. Et merito dicitur frater tuus, quia omnes sumus fratres in Christo, quia pater & filius sunt fratres, & ceteri similiter sunt fratres, licet vnus sit maior altero; tamen oportet ut omnis iustitia impleatur, quod maior corripit minorem: & quandoque contra minor maiorem. Vnde possumus solide videre tres fore correctiones. Prima est fraternalis. Secunda paterna de maiore in minorem. Tertia filialis de minore ad maiorem. Sed quia prima est magis necessaria ad propositum, ideo cape primam fraternalem. Et nota, quod in hac prima, quae est fraternalis, occurrunt quatuor dubia. Primum est, utrum homo sit obligatus corrigere proximum suum, & utrum non corrigendo peccet? Ad illud dubium Ioan. Gualen. in libro suarum quaestionum, respondit dicens, quod si homo consideret illud loqui Christi, corripe si peccat. q. d. quod si non peccauerit non corrigas. Vnde distingue, quod duplex est peccatum, vnum mortale, & aliud veniale: peccata venialia non damnant, sed vnum mortale sic. Et non intelligit Christus in euangelio de peccato veniali,

A veniali, quia dicit in euangelio, lucratus es frater tuum hodie. ideo intelligit de mortali. subiungit Doctor subtilis, quod non intelligit solum de peccato mortali iam facto, sed de proxime fiendo, quoniam videt proximum ruiturum in peccato mortali, quia et debet corrigi, & est bonis intellectus, & quod Christus praecipiat ista duo, videlicet quod peccauerit, vel quod sit in proximo peccandi, ut in hoc exemplo; Erit una stulta iuuenis, quae nescit praecauere, & luxuriosus sequit eam, & est in proximo peccandi: teneris corrigere eam, ne cadat. Vnde Eccle. 17. c. Vnicuique praecipit Deus de proximo suo, ut corrigat, ne peccet. & est profunda materia ista quantum sit in euangelio. Vnde glossa super illo eloquio Eccle. dicit, Quod est ita debitum corrigere proximum, sicut est debitum parcere sibi, qui te offendit. Sed Ricar. in 4. 19. distin. distinguit, quod tribus modis, siue rationibus potest occurrere, quod quis non corrigat, & non corrigendo non peccat. Prima ratio, quia non videt tempus corrigendi, quia videt tunc proximum turbatum, & corrigendo illo tempore faceres ipsum peiorare. Vnde in isto modo mereris, si habes animum corrigendi ipsum expectando tempus. Secunda ratio est, quia potest esse ne displiceas, vel quia times perdere aliquod seruitium, vel quia dubitas ne forte faciat tibi scandalum, maxime in bonis temporalibus, vel quod te odiat, &c. tunc peccas mortaliter non corrigendo eum, quia tu des praeparare animam tuam proximi diuitijs, & bonis temporalibus. Verbi gratia, si plures essent pagani subuertentes Christianum, ita quod stare in periculo animae, tu obligaris ad debitum saluationis plus amare animam proximi tui, quam tuum corpus, & teneris ponere te sub poena peccati mortalis in periculo vitae, & in periculo perdendi bona temporalia. Est & tertius casus, seu tertia ratio, secundum Augustinum. 10. c. de Ciuit. Dei. Dicit quod si dimittis corrigere proximum, quia putas ipsum incorrigibilem, & times displicere, peccas venialiter, sed non mortaliter. sed si putas corrigendo ipsum, & dicendo sibi veritatem, proximum emendari, & propter verecundiam stas, tu peccas mortaliter, quia fraudas, cum si esset certificatus de illo se emendaret. Vnde Paulus clamat, ne cesses, maxime in praedicatione, quia non debet praedicator desinere dicere veritatem propter murmurationes, vel propter aliam causam. Ita quod pro tria potest dimitti. Primum expectando tempus. Secundum propter non perdere bona temporalia, vel amicitiam, vel ne murmuret. Tertio, quoniam desperatur ne corrigatur propter reprehendere. Sed si propter tepiditatem, quando speras corrigi, &

S. Bernard. de Senis, Seraph. Tom. 4.

E emendari, & non corrigitur; tunc hene est peccatum. Vnde Ioan. Chrysol. Vita bonorum, est scandalum malorum. Charitas ergo feruida corrigit cum discretionem. Secundum dubium est, quo ordine debet corrigi proximus. Respondit in euangelio Christus, & in eo ponitur ordo. & sunt tres modi corrigendi. Primus cum amore, secundus cum timore, tertius cum pudore. Et si ista tria non profunt, quia non emendetur, dimittes eum. Vnde cape sententiam Christi, quia tibi dat ordinem charitatis: & iste modus. scilicet corrigendi cum charitate inter te & ipsum, non valet: tunc corrige cum timore. scilicet secundo modo. & postea cum pudore. Vnde dicit, si peccauerit in te. i. te sciente quod peccauerit in te, vel contra te, quia si peccauerit contra te, non debes moueri ad corrigendum eum cum iniuria propter te, sed propter charitatem. Ideo secunda causa, quare debes corrigere fratrem tuum, est fraternalis charitas, & non propria. Tertia est modus, quia inter te, & ipsum solum corripe ipsum. & est debitum, quia sicut est debitum corrigere proximum, ita est debitum tenere istum modum & ordinem, & non sicut foemina facias, quae videns vicinam fecisse damnum in coquina, vadit ad comatrem, & dicit sibi; ve mihi tristi: vtinam essem mortua, quia nunquam fui ita dolorosa, nec tribulata, sicut nunc. Dicit comater, quid est hoc comater, quia nunquam uidi uos in tanta agonia? Respondit ipsa: ego nullatenus dicerem vobis, quia sum male coetata usque ad mortem, quod ego sciam ne dum quod alij sciant. dicit, comater non confiditis de me, bona comater. vos potestis mihi dicere audacter, quia erit subterram. tunc dicit ipsa: nescitis comater, quod talis vicina nostra fecit damnum in coquina cum tali: sed amore Dei nemini dixeritis hoc. At illa respondet dicens, per istam ego nemini dicam. Sed uerum mihi, quid dicitis, quia putabam ipsam fore unam bonam feminam, & mox inde recedens ibit similiter ad aliam vicinam tota turbulenta & anxiosa, quod si militer volens scire causas tantae melencoliae, tandem fingens nolle sibi dicere, dabit sibi iuramentum, nemini dicere, & similiter sibi dicit de vicina sua, & non erit inde reuersa, quod prima eius comater iam dixerit alteri, & alteri alteri, & sic de singula in singulam ueniet in notitiam mariti, & inde orietur magnum scandalum, & sic faciendo, licet dicat verum, nihilominus peccat mortaliter: quia aut debet tacere, vel corrigere eam, quae peccauit modis, & cum doctrina in hoc euangelio nobis tradita, nisi diceret

G alteri

A alteri cum prudentia. Videns quod propter se non corrigitur, & putat ipsam personam corrigi debere mediante reprehensione eius, cui illud dixeris: & est modus amoris. Et si te audierit, lucratus es fratre tuum; & animam tuam. Et tunc si dares omnia pro Deo, non tantum lucraberis quantum lucraris corrigendo proximum tuum, quia Deus bene poterat quod est lucrari unam animam. Et si non valet amor quia non corrigitur propter hoc: tunc proba timorem. Si cum timore, potes reducere proximum tuum & dicas tu solus sibi bis, ter, quater, & decies, si speras & putas ipsum corrigi debere, propea antequam velis adhibere alios tecum. sed si uides quod non uult propter te solus corrigi, adhibe unum tecum, si sufficit. Et si non prodest, tunc adhibe duos, quia tu debes considerare accipere personas bonae conscientiae, & graues tecum. & licet Christus non dicat de pluribus, tu potes adhibere tres, et quatuor, vel plures, quia in ore duorum, vel trium constat omne uerbum. et non erit licitum illis personis illud referre alijs: quia si illae personae tecum adhibitae ad corrigendum proximum, illud referret alijs personis, peccaret mortaliter, quia tenent tenere secretum, quia sunt testes: quia ille poterit dicere, correxisti illum in praesentia testium, ut ducas tecum tales personas, quae sint discretae ita quod proximus non scandalizet, & si audierit eos lucratus fueris animam fratris tui. Et si non audierit te. Ille est tertius modus, quia dicit ecclesiastes, non potes dicere patri, matri, vel fratri, aut marito, confessori, aut sacerdoti, cui magis uis tibi sine scandalo posse dici, ut corrigat, et non peccabis. Sed si tunc non audierit, dicit Christus, habeas ipsum pro publico, ex quo non corrigitur, et noli sibi loqui non ex odio, sed ut confusus corrigatur, sed si potes subuenire, subuenias sibi in suis necessitatibus, sed aliter fuge illum, et fac te conformem Deo, ne malus honores sicut bonus, et intellige hoc, quando est extra spem corrigendi. Unde subiungit Christus, ne spernas sacerdos, vel episcopus, quod cumque ligaueris super terram, erit ligatus, et per me. si cum iustitia facient. Tertium dubium est: si homo obligatur taliter, quod quotiescumque non corrigit proximum, peccet mortaliter. Unde nota quod ad hoc ut quis non corrigendo proximum peccet, vel non, sex causae concurrere debent. Tres pro parte corrigentis, et tres pro parte correpti. Pro parte corrigentis sunt ista tria. scilicet primum, quod sciat peccatum, vel signa, seu euidentia praesumptiones peccati. Ideo dicit Christus, in te. i. te sciente possibili scientia ibi quod sit certus, quod sit peccatum mortale, vel quod sit aptus peccare. Unde Ecclesiastes. Antequam

interroges, noli uituperare. & postquam interrogaueris, corrige. Unde non corrigas, nisi si scias, vel certa signa habeas. Secunda causa concurrens est patientia, ut concurret mansuetudo cum asperitate uerborum cum aliquibus. et cum aliquibus mansuetudo. Et nota quod si vis corrigere proximum, oportet te armare scuto patientiae, quia in corrigendo sustineas, si tibi dicentur opprobria patienter, et non solum disponas te sustinere uerba, sed et uerba. Unde si te disponis ad tantam patientiam, bene est: si autem, tu non peccabis in non corrigendo, sed in non disponendo te ad illam patientiam. Unde Iacoponus.

Veggio lo mio proffimo il qual e nato co Dio, etc. Mansueto e pio mi conuen portare, &c.

Tertia causa est, quoniam aliqua persona, est subiecta alicui, ut puta patri, vel matri, vel alteri personae discretae, quia tunc proximus non obligatur corrigere illam. uerbi gratia, tu uidebis filiam alicuius boni & discreti uiri, quae ibit nimis uana, si eius parentes sunt boni & sapientes, tu non teneris corrigere illam: si ipsi sciunt, quia est uerisimile quod corripitur ab eis. Sed est signum, quod est obstinata. secus uero, si ipsi parentes illud ignorarent. Idem in subdito praelati, quia si praelatus scit peccatum sui sacerdotis, vel monachi, tu non obligaris: sed si ignorat, sic. Item tres causae sunt ex parte illius, qui debet corrigi. Prima, quoniam uides quod peccans est aptus peccare, et non emendari, si ipsum corrigis, quia tunc peccabis, et non mereberis. Sed qualiter facit: praedicator dicit, quod si uidet quod propter suas praedicationes plures peccatores corrigit, debet tacere. Sed si plures corrigunt, tunc non debet tacere. Unde Salomone in Prover. 9. Noli arguere derisorie, ne oderit te. & Hiero. Frustranti et nihil aliud quam odium querere, stultum est: quia minus malum est habere caput ruptum quam muzum. Secunda causa est, quoniam non est aliud tempus corrigendi, et est tempus corrigendi. Tertia, quoniam non est nunc tempus corrigendi, sed expectas tempus cum alio corrigendi, sed uisio tempore. Unde si unum ex istis sex deficit non corrigendo, non peccas. Quartum dubium, quoniam si corrigendo quis sceleratus proximum peccet, vel non. Unde nota quod duplex est corrigere. Quia aliud est corrigere, aliud cum peccato corrigere. Primum corrigere quilibet obligatur et peccator. Primo, quia scit proximum peccasse. Secundo, quia amor naturalis nos inclinatur subleuare cadentem. tam magnus peccator corrigendo pauperem de uno paruo peccato angarizando eum, & faciendo se militem super illo peccato peccabat mortaliter. Unde Matth. 17. cap.

Tollere

A Tollere festucam si uis de fratris oculo. Quia tua conturbat lumina, tolle trabem.

Unde iste talis corrigendo peccat, & non corrigendo etiam peccat. Secundo modo, quia uelit corrigendo ostendere se non esse peccatorem, sicut plenus malis contractibus dicit malum de aliquo simili peccato. Vel latro dicet malum de aliquo latrocinio proximum corrigendo, ut appareat bonus, peccat mortaliter, quia est hypocrita marcidus, & facit scandalum. Si uero peccatum corrigentis est occultum, tunc si corrigit proximum meret, & facit debitum suum, quia peius est peccare publice, quam occulte. Alio modo est peccator morem corrigendo proximum hoc modo, quia ibit ad proximum cum bona humanitate dicens, frater mihi, Nos sumus peccatores, & stamus in perditione animae, & bonae famae, & in periculo corporum & rerum, amore Dei emendemur, non peueuerimus amplius in uisuraria prauitate, uel in hac miseria meretricij, uel proditionum, seu homicidiorum, &c. Quintum dubium est, ad quid est bonum istud reprehendere proximum. Dico primo, quod est bonum ad hoc, quia si proximus tuus peccatum non uidet, nec cognoscit suum peccatum, quia est excecatus: quia ubi regnat affectio, perit omne iudicium, nunc corrigendo ipsum, & dicendo, fratrem non uides tuum periculum, & tuam infamiam, &c. & tunc aperiet intellectum & uidebit errorem suum, & corriget se. Unde Salomone in Prover. Disciplina & correctio docet sapientiam. Ratio docet sensum maxime in iuuenem memorata, dicendo sibi, fatua quid fecisti, est ne iste honor, quem fecisti, & facis tibi, & tuis, quia alij oculi plus uident te quam tui. & fac sicut asinus, quoniam nunquam cadit ubi semel cecidit, & hoc praecedit propter clamores, & uerba, quae ibi habuit, ubi cecidit. Aliud bonum est, quia ex reprehensione uerecundat: & est confusio, quae inducit penitentiam & est una alia passio, quae inducit gratiam, ex qua postea sequitur misericordia. Unde cum peccator reprehensus uidet peccatum suum, dicit se reuerfus: Domine Deus eleua me miserum de hoc peccato, & poenitet se peccasse coterendo cor suum, & Deus infundit gratiam suam, de gratia transit ad gloriam. Aliud bonum est, quia si peccator non uidet suum peccatum, non cognoscit illud, & non cognoscendo, non sibi cauet. Unde Augustinus. Non desperemus arguere, & castigare, quia si fuerint filij pacis, conuertentur; & si non fuerint filij pacis, reuertentur in te. Unde si peccauerit in te frater tuus. Sed quis est iste frater tuus? Nota quod habemus duo genera fratrum. Unum genus fratrum maiorum & aliud minorum. Maiores debent quatuor modis castigare minores. Primo magistrando.

Secundo exhortando. Tertio corrigendo. Quarto castigando. Nam magister dicitur castigare filiam dicendo, filia mea ego magistro te, ne te piles, nec cures facere tibi capillos albios, quae tibi natura produxit. oculos tuos tene pudicos, & a uanis auerte. faciem tuam ne fucaris, non frequetes fenestras, nec catilenas discere gratias, neque motetos, nec stiles ociosas, nec cogites uana, & quale te Deus creauit, tale uelis uideri: & super omnia timeas Deum, quia si sic facies, filia mea exhortor te, quod habes gratiam Dei, & bonam fortunam, & similia. Unde Ecclesiastes. Filij tibi sunt, erudi illos, & incurua eos in iuuetute sua, quia lignum uetus male torquet, & in cera molli imprimis omnis forma: & si non corrigitur, corrigitur, increpa iuuenes deuotus a bono. Quarto corrigere cum uirga, si uerba non proficiunt, quia quae parcat uirga odit filium. Similiter minores possunt redarguere maiores. scilicet filius patrem, iuuenis senem, subditus prelatum, familiaris dominum, &c. quatuor modis. Primo cum dulcedine uerborum & actuum. Secundo cum reuerentia, quae semper debet seruari. Tertio cum asperitate. Quarto cum iustitia. Dico primo cum dulcedine minor debet redarguere maiorem, sicut filius habet patrem ebriosum, inuolens, auarum, luxuriosum, etc. Debet filius dicere contra patrem, & senem cum omni reuerentia, & dulcedine, deum mihi pro dulcis sime rogo uos, caute uobis a uino, ne inebriemini, quia consequuntur multa mala. Primo perditis famam bonam, similiter consequor et infamiam, & tota domus uestra. mens sit hebes, perditis memoriam, consumitis corpus, & animam submergitis in profundum. Similiter filia dicit matri fatuae & uanae: mater mea, cum reuerentia, uos uaditis nimis uana, & cum capite leuato. hodie tales dominus trufabant de uobis, amodo non estis puella. Ego filia uestra & iuuetula uerecundor nedom ire ita uana, sed de gestibus uestris, de amore Dei non plus faciat ista talia, &c. Et uide pastorale in Gregorio, qualiter docet corrigere maiorem taliter quod non perdat reuerentiam, quia non debet sperni gradus praelati, & cum reuerentia, & dulcore potest reprehendi Papa. Secundo modo cum reuerentia quare non debes perdere reuerentiam, quia licet sit excoriatum, deus facere illud quod dicit ecclesiastes. Asperitas bene stat de senem ad minorem. Sed praedicator debet uigere & pungeret, quod in omnibus sit fructus. Quartus est fructus iustitiae, quia non licet subditis reprehendere superiores, nisi propter iustitiam, si superior esset haereticus, & extra fidem, quia debet asperrime reprehendere eum. Unde Paulus ad Timotheum. Obsecra antiquum. Vel si Papa esset haereticus

A cui, omnes tenentur comburere eum cum ordine sicut iustitia ordinata, & similiter debent officiales corrigi eum iustitia ordinata. Itaque si peccauerit frater tuus, corripere eum ut emendetur, & consequatur gratiam Dei, quam & vos consequi ille dignetur, qui uiuit & regnat in secula seculorum, Amen.

F E R I A Q V I N T A
post iij. Domin. Quadrag.

De Amore sanatiuo.

Sermo XXIII.

B *Tans. Iesus super illam, imperauit febrim, & dimittit illam.* Luc. 4. & in euangelio hodie no. loquitur euangelium istud de focru S. Petri Apostoli, habente febrim continuam & mortalem: & superueniens Iesus imperauit febrim, & dimittit illam, & continuo surgens administrabat illis. Ex quo sacro eloquio elicitur quinta flamma amoris, qui dicitur sanatiuus: quia nulla gratia est ita sanatiua animae, sicut contritio: quia nil valet confessio, & cetera sacramenta, sine vera contritione de peccatis perpetratis. Contritio ergo venit uirtuose in anima ad instar iussus Christi qui imperauit febrim, & febris subito recedit, & liberata est focrus Petri languens, & administrauit Christo. Ita accidit in anima, quae paritur febrim mortalem mortaliu peccatoru: quia superueniens contritio infundit in illa anima contrita gratia Dei, quae imperat febrim illoru mortaliu peccatoru, quae subito recedunt ab illa anima, quae purgata, & liberata surgit a peccatis, in quibus ceciderat, & erat infirma, & administrat Christo disponens sibi seruire, & de cetero non peccare circa quam contritione tria sunt consideranda. Primum de sua quidditate. scilicet quid est contritio. Secundum de sua necessitate. scilicet quantum est necessaria. Tertium de sua qualitate. scilicet qualiter debet esse facta. Unde stans Iesus super illam, denotatur quidditas. Imperauit febrim, ecce necessitas. Et dimittit illam, ecce qualitas.

Prima pars principalis.

E T nota bene, quia dico quod primo est consideranda quidditas contritionis. Unde contritio a Doct. magistraliter sic diffinitur, videlicet. Contritio est dolor uoluntarie assumptus de peccatis cum proposito confitendi, & satisfaciendi. Primo dicitur, quod est dolor de malo facto, quia sicut in consentiendo peccatis de-

lectatus es: ita cum dolore & odio illius peccati expellas, quia contraria contrariis curant. Stans super illam, & subiungit uoluntarie ad differentiam illius doloris, quod uenit contra uoluntatem. sicut quando efficeris pauper: quia licet consentias illi uoluntate paupertati, tamen ille dolor non est bonus. similiter si moris tibi filius, ille dolor non est uoluntarius, sed in contritione debet esse dolor uoluntarius. & subiungit de peccatis: quia non debet penitere de beneficiis, sed de peccatis, quia si te non penitet in hoc mundo uoluntarie, uolenter coactus eris dolore, cum amarum & sempiternum penis in futuro seculo in inferno, ubi nulla est redemptio. Item potest dici uoluntarie, ad differentiam doloris dānatorum, quod suis malis gratibus uolente uoluntate patiuntur: & nota hic Albertum Magnum, qui dicit quod in paradiso non potest esse confessio, quia confessio continet tria. scilicet gratiam, dolorem, & meritum. gratiam infusa, dolorem de peccatis. Meritum. i. gloriam: & in paradiso non est dolor: & in inferno non est contritio, quia ibi nulla est redemptio: & in purgatorio non cadit poenitentia de peccatis. in non dolendo de bonis, sed de malis perpetratis. Cum proposito confitendi, contra aliquos, qui dicunt quod non est necessaria confessio dummodo habeat contritio. Unde merentur tales comburi, quia in articulis fidei habes, Et in uera sancta ecclesia, fundata super petra. petra autem erat Christus. Unde ecclesia precipit quod saltē semel in anno confitearis. Et ideo licet sit contritio, det esse cum proposito confitendi, & quod confitearis. Unde si vis stare in sinu, & parte cōtione ecclesie, oportet quod saltē semel in anno confitearis. Nam si fecisti fornicationem, & uelis pro contritione quam habes potius esse mortuus quam illam commississe, sed non es aptus confiteri, certe actus contritionis est uirtuosus, sed non est uera contritio. Sed cum uenit in actu confessionis, tunc est uera contritio. Unde pone quod non possis confiteri ore, sed habes uera contritionem in mente, & libenter confiteris si possessio sufficit. hinc est quod multotiens morienti maxime accidit in castris armate militie ponit pro comilitonem de terra in ore, & est bonum. Ad hoc quia ille moriens, sentiens terram in ore, considerat quod ipse est terra, & in terram debet reuerti, & humiliatur, & humiliando habet contritionem, quia ille plus sentit terram in ore, quam uerba concipiat aure. Et nota quod confessio, & contritio sine proposito restituendi parum ualent: quia sicut in cauda scorpionis ita uenenum, ita in fine uitae debet esse propositum satisfaciendi. scilicet reddere ablata, restituere famam illi quem defamasti: quia sine proposito destruendi, nil ualet confessio. i. contritio.

Secunda

Secunda pars principalis.

Vide secundam considerationem contritionis. scilicet de sua necessitate, quia confessio est adeo necessaria quod sine illa peccator non potest saluari, quia sine ea non potest haberi gratia concurrente contritione, nec lumen potest haberi sine expulsionem tenentiarum. Unde nota quod in uera contritione requiruntur tria, quae sunt necessaria ad ueram contritionem. Primum, quid: secundum, cum quo. Tertium, quare. Quid stat in duobus. scilicet in corde, & in peccato: quia cor est uas, peccatum est uenenum in corde recoditum. Unde ad expellendum istud uenenum peccati de isto uase cordis, oportet quod istud uas cordis rumpatur & trituretur, iuxta illud, scindite corda uestra, ut inde exeat uenenum peccatorum: quia nisi frangatur illud apostema peccatorum, interficitur anima, quia solum cor offendit Deum, & ideo oportet illud conterere, & frangi. Vide modo, cum quo, quia peccatum est durissimum, opacum, crudele, & amarissimum tantum quantum Deus est tenerimus, lucidissimus, mitis, pius, & dulcissimus, quia contritio est amarior atque leuor res mundi. Et ad habendum uera contritionem sunt necessariae duae mola. Una frustum, alia deorsum, inter quas frangitur frumentum, & conteritur farina, quia in uera contritione frangitur cor, & teruntur peccata exilentia in corde. Et est contritio, quemadmodum si una mola moueret de terra, & tenderet uelociter uersus coelum ascendendo, & alia mola moueretur de caelo uelociter descendendo se adiuuicē cum illo in petu obuiarent, & se in simul percuterēt, & cor hominis esset in medio: certe totum illud cor contereret: unde mola, quae tendit de terra sursum, est spes. Nam. Spera in domino, & fac bonitatem, quia non licet sperare tantum in Deo, nisi facias bonitatem. Nam illa est optima spes, quam sperando facis bonum: quia si uis a te leuare peccatum, impossibile est quod Deus deneget tibi ueniam. Similiter impossibile est quod Deus parcat tibi & quod salueris, nisi facias bonum, secundum possibilitatem ordinatam a Deo. Nam maiestas timorosa est. Caelum & terra est materia amorosa. Adorabimus in loco, ubi steterunt pedes eius, & tunc est hoc, quando anima uult emendari. & ista mola uadit sursum, quando est vigor materiae Dei. Unde Dauid, Mitte manum tuam de alto, &c. Et Esai. 50. c. Quis ambulabit in tenebris, & non est ei lumen, quia diuina materia est maior omnibus peccatis. Secunda mola est timor diuine iustitiae, quia

S. Bernardini de Senis, Seraph. Tom. 4.

Deus iustus iudex est. & Eccle. Corda filiorum implent contentum in hoc, quod si centies peccet peccator; Deus est ita misericors, quia expectando inuitat peccatorem ad penitentiam, & inspirando imprimit ad contritionem, quia nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur, & uiuat. Quare si Deus est ita misericors impijs, quod faciet iustis & bonis, quia pluit Deus super iustos & iniustos. Unde Io. in Apoc. 4. Time te Deum, quia descendit mola. i. iustitia Dei: quia nulla anima habet desperare, nec presumas quia peccares in spiritu sancto, quia solum confido de iustitia, & spiritus non habedo, desperares. Iohannes consistit iter spiritus & iustitiam, timedo facere malum, & spera te emendando, & faciedo bonum. Et ideo in Apoc. 10. c. uidit alium Angelum forte descendente de caelo amictum nube, & iris in capite eius, & facies eius erat ut Sol; & pedes eius tanquam columna ignis, & habebat in manu sua libellum apertum, & posuit pedem suum dextrum super mare, sinistrum autem super terram. Mare significat amaritudinem, & contritionem cordis magnam & profundam, sicut mare, quia quando anima uadit usque ad caelum sperando, & uis que in profundo desperando, dicit, Veni in profundo maris, & tepestas demersit me. Sinistrum autem super terram. Terra significat prosperitates mundanas, in quibus homo inuolutus, & faciedo malum, sperat in Deo. Nam quanto peior est homo, tanto magis sperat & fallit. Et ideo non oportet nimis sperare, nec nimis desperare, sed oportet tenere medium. Iohannes uenit Angelus, & posuit pedem suum dextrum super mare, sinistrum autem super terram, dicens: anima, ista firma & stabilis, quia non tibi licet male agendo sperare, quia est presumere, & duo pedes. unus in terra in prosperis, et alius in mare, quia materia Dei sperando, ut non desperes. & sic habes duas molas. Sequitur tertium. scilicet. Quare, quia peccatum habet naturam indurandi cor, & anima nostra est ualde delicata ad instar domicellae ualde delicatae, quae si sentit uenam plicam camiscie clamat pedisequa ut amoueat. & si lectus est durus. scilicet cor non potest paufare: sed si est mollis quiescit. Unde anima amorosa Dei uerba libenter audit, & quanto plus audit de Deo, plus innamoratur, & mundus plus odit, & tunc audiendo uerbum Dei quiescit: quia ut dixi, est ualde delicata, quae relinquitur deliciis Dei, & cor mouet. Unde Eccle. Cor durum in nouissimo malum habet, & sic habes tria. Primum, quod debet conterere. scilicet cor cum peccatis. Secundum cum quo. scilicet cum materia, et timore iustitiae. Tertium, quia anima est delicata, det esse ista contritio in corde contrito et humiliato, et non duro. Unde Dauid, Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime meae.

G 3 Tertia

A Tertia principalis pars.

ET in isto versu comprehenditur tertia pars, quæ est qualiter debet esse facta ista contritio. Vnde si vteris dicere istum versum, eris in gratia Dei, & Deus disponet te ad contritionem, & ad hoc ut habeas veram confessionem, oportet quod habeas septem, quæ si habebis perpendes te habere veram confessionem. Primum quod sit repensata. Recogitabo. Secundum quod sit necessitas secreta. Tibi. Tertium quod sit integra. Omnes. Quartum quod sit ordinata. Annos. Quintum quod sit appropriata. Meos. Sextum quod sit amaricata. In amaritudine. Septimum, quod sit intrinseca animæ meæ. Dico primo quod oportet, quod confessio sit repensata, quia oportet pluries cogitare, & repensare de peccatis antequam confiteatur peccatis. Vnde cogitemus vnum modicum de anima, & pensemus peccata nostra, & cum quanto labore itur ad vitam æternam, & nunquam cogitamus nisi de isto mundo caduco, quia si mercatores ita cogitent de anima & portarent tot labores pro anima, quot portant pro corporibus. oēs essent sancti. Vnde semel quidam avarus vna die dixit mihi, si ista via eundi ad paradysum est ita stricta, quis saluabitur? Et ego dixi, totum studium & ars mea est seruire Deo, & continue sto cum tremore, quod diabolus me portet. & dixi illi, cum quanto labore acquis tu pecunias: & intelligens ille laborem inquit, quippe est magnus labor cumulare diuitias. cui dixi, antequam cumulaueris pro tui sufficientia quanto tempore laborabis? quot vigilias, & studia portabis? quot fames, & sitis, & necessitates ac mortis pericula sustinebis, antequam efficiaris diues, quanquam sitis habendi nunquam satietur: at ille dixit, per annos quadraginta. Et accidit de duobus alterum, quia aut vno in puncto oia perdis, vel plerique talia tria bona relinquis quod cor tibi crepat, quia thesaurizas & nescis cui: si ergo oportet te sufferre tot labores pro bonis caducis, quanto maiores oportet illi, quod cooperat thesauros illos absconditos in celis, vbi neque tinea, neque erugo demolit. Vnde quanto res est pretiosior, tanto maiori pretio oportet vendicari. & homines nunquam studet circa factum animæ. & licet non faciant mentionem de anima, tamen Deus bene facit mentionem. Vnde Mat. 25. c. Qui venit in maiestate sua ibi erunt boni & mali, & demones, & oēs spiritus ad videndum culpas, & merita animarum & dabitur unicuique secundum quod fecerit in hoc mundo. & vide si illa via est arcta, quæ ducit nos ad

vitam, quia oportuit Christum pati, & sic intrare in gloriam suam. Vnde bene cogita & recogita de tuis peccatis, & penitentiam age. de penit. 3. dist. c. Hic de charitate, quia est pulchrior via mundi recogitare de anima. Et nota, si vis stare in gratia Dei, fac quod omni mane tu facias tibi signum sanctæ crucis in nomine Iesu Christi, & dicas aliquam orationem, & postea cogita tot gratias tibi à Deo collatas, quia primo dedit tibi esse, & animam rationalem, deinde ipsam animam in peccatis mortuam suo pretioso sanguine vendicauit. considera vitam æternam fore tibi si modo velis præparata pro modico, quia non sunt condigne passionis huius mundi in comparatione ad vitam. Præterea quod tibi dedit sanitatem corporis, diuitias, vxo rem bonam, filios, scientiam, sensum naturalem, dignitates, honores, & infinita alia bona; & fecit te esse Christianum, dedit tibi Angelum ad te inspirandum in bonis inspiratis, & omni die potes videre corpus Christi, audire predicationes, confiteri, & multa alia dona & gratias temporales, & metales tibi donatas, & datas omni mane recogita, & age sibi gratias infinitas. In secundo vero pensa peccata, quæ fecisti in præterito, & postea illud quod fecisti illo die, & confitearis sepe, & sic in mane erit officium Matutinum, & in sero Vespertinum, quia gratia non considerata non intelligit: neque culpa non considerata, & præpoderata intelligit, & non intellecta non præcauetur. Nam si amabis Deum, sepe cogitabis de Deo, & de gratijs datis tibi & de vitijs, quæ facis, ut confitearis & doleas. Sed si es avarus, de auaritia cogitabis: si es luxuriosus, de luxuria & carnalitate cogitabis, & sic de alijs vitijs, & peccatis: quia vbi est thesaurus tuus, ibi est cor tuum. Matth. 6. c. Secunda gratia est, quod sit secreta, quia repensando peccata tua tu debes cogitare in secreto, quia vna hora diei pone te in secreto in tuo studio, & cogitando intra in cubiculum tuum, & clauulo ostio ora. & in te reuersus ad instar prodigi reuertere ad domum patris tui. nec facias, sicut aliqui de nocte obliuiscunt de Deo, & de die obliuiscunt sui. Vnde talis moriens ignorabit, quod viuens fuit de Deo ignorans. Videns est quod consiliarij dñorum mundanorum consulant, & disponunt fideda in secreto, & non considerant de factis animæ, & æternorum bonorum: vnde tales possunt assimilari vni puero, quod remansisset princeps multarum terrarum, & hæret vnam matrem sapientem, & quod omni die rebellaret aliqua ciuitas illi pupillo. & dñna illa staret cum suis consiliarijs in camera ad providendum super salute status filij sui. & dum prouideret uideret filio-

A filiolum suum puerulum ludentem, & saltantem in camera, quia non intelligit pericula sui status: Et mifer prudens videns sui status ruinam, dicit filio: fili mi, depausa modicum, quia si intelligeres statum tuum, tu non ita saltares, nec ita luderes, nec iocundareris. sed cum eris magnus, & intraueris dies discretionis & considerabis deperditam, tunc tu dolebis. Ita faciet anima nostra in die iudicij, quæ non regit cum remigio discretionis, & labit in peccatis & est in memor sui creatoris, nec considerat supradicta, quia tunc luet & dolebit, sed tunc parum proderit, quia tunc erit tempus iustitiæ, & non misericordie. Fac igitur sicut medicus, qui licet teneat infirmum in camera obscura, tamen cum vult mederi plagam quam habet in capite, accipit lumem, & cum lumine videt totam plagam, intus & extra. & ipsam mundat, tergit, & curat, & refecat refecanda, euomit putrida, & superponit uerderam, ut rodant macidam carnem, & superponit vnguentum quod nouam carnem inducit cum lumine illo oia bene & accurate videndo. Ita facite tuam animam implagatam & tenebratam in peccatis, cura cum lumine sapientie & intellectus, ut refecet vetera peccata & reuiuifcat faciendum penitentiam, & superponedo vnguentum gratie, per quam peruenit ad misericordiam Dei. Tertia gratia, siue opportunitas, oportet quod sit integra, quia confitendo de peccatis paruis & non magnis, non valet. Vnde Esa. 1. c. c. Effunde sicut aquam cor tuum: quia si euacuas vas, in quo fuit vinum remanebit color, nisi bene laues illud, vas cum aqua. Effunde vas, in quo fuit vinum, remanebit odor, nisi cum aqua bene laues. Si vero in vase fuerit mel, remanebit sapor, nisi bene laues eum cum aqua. Ita quod oportet quod effundas cor tuum bene ablutum aqua, quia adhuc remanebit appendicia peccatorum lactis. scilicet cogitationum malarum in mente, & delectatio mellis. scilicet de peccatis præteritis, & color. scilicet vanitates: quia licet mulier confiteatur, non tamen deponet vanitates quæ consistunt in portado caudas, nec cessabit se fucare, & pilare, ac portare capillos mortuorum. Vnde ut tibi proficiat confessio, oportet quod bene laues cum aqua vas tuæ conscientie, cum proposito amplius non peccandi, nec in mente tua retinendi coloris, saporis, neque odoris de peccatis præteritis, nec aliqua appendicia & dependicia ab eis. Quarta conditio, quia debet esse ordinata, quia debes præmeditari peccata, quæ fecisti memorando cuncta, quæ fecisti, discurrendo tuam vitam à tempore discretionis citra, de die in diem, de septimana in septimanam, de mense in mensem, & de anno in

annum, & de loco in locum, & de exercitio in exercitium. Vnde Propheta, Anni nostri sicut aranea meditantur. Nam aranea facit telam magno opere artificiatam, & contextam, & latitat in obtuso foramine, & cum muscula retinet in tela, aranea subito exit, & inuoluppat muscā. & quoniam est bene inuolupata ipsam deuorat: sic facit diabolus cum ceperit animam, & laqueis mundanis captam, ipsam inuoluppat, & inuoluppatam deuorat. Vnde Salomon Prouer. 1. Frustra iacit rete ante faciem penatorum. scilicet animam lucidam & illuminatam in fide, & uirtuosam. Musca vero significat auaritia. vnde isti avari vocari possunt ragnatelli. Et S. Franciscus dicit denarios fore muscas, & bene: quia sicut musca vadit saltando, & volando de isto in illud, et de vno in aliud: Ita denarij vadunt hinc inde saltando de vna bursa in aliam, & de vna manu in aliam: & foris potest merito dici muscarij, vbi readunant muscā. id est denarij. Et quoniam avarus est diues denariorum, potest dici diues muscarum. & sicut musca semper vadit ad putredines, ita denarij cõter vadunt ad avaros marcidos in peccatis. Et illi musconi, qui vadunt susurrando et faciendo us, & intrant modo uolando huc, modo illuc, sunt vsurarij, qui ut efficiantur diuites intrant multas tentationes, & iniunt multos contractus illicitos. Et vides muscas plures nasci in estate quam in hyeme. estas significat prosperitatem, quia tu vides quod in prosperitate magis abundant denarij, & muscæ, & per consequens magis abundant vanitates, luxuria, superbia, & vitia, quæ in hyeme. scilicet aduersitate. scilicet quia quoniam venit hyems. scilicet guerra, tunc moriuntur muscæ, quæ dissipant bona, & denarij dant sacco mannis, collecte civibus imponunt, & sic depauperant ciues, & muscæ. id est sui denarij moriuntur. Vides etiam quod pueri quoniam habent auiculas, et capiunt muscas, et dant suis auiculis. Auiculae sunt armigeri, pueri sunt dñi temporales, qui capiunt muscas. id est denarios extorquendo a suis subditis, et dando ipsos suis armigeris. Similiter vides, quot armigeri moriuntur pro muscarum auaritia, qui ponunt se in periculo mortis. Similiter vides quod ad capiendum muscas ponit de aqua in uno bocali, vel de largato super vnam chartam et muscā, quæ ibi vadunt remanent captæ, quot fraudes, et contractus illiciti, et iuramenta intercedunt, ut homines capiant istos denarios, sicut in largato capiuntur muscæ. Vnde merito isti denarij possunt equiparari muscis. Itē musca fugit ignem de ætate, & de hyeme propinquat igni: nam ignis est amor Dei, quia avari fugiunt amore diuinum. Et sequitur fetida & caduca, sicut

A musca. Pesa igitur & recogita habere deinceps aliquam solitudinem de anima tua. Appropriata, Meos. hoc est si tu vis habere bonam contritionem, debes abijcere iniurias tibi factas, præpondera facta tua. Nam quoniam Christus ducebatur cum cruce super suis humeris gloriosis crucifigi totus flagellatus, dominus Iudaice punitione compassione lachrymanes sequebantur eum, ut habes Lucæ 22. c. Et Christus voluens se dixit, filie Ierusalém. i. filia huius seculi, nolite flere super me, sed flere super vos, & filios vestros, quia uenit tempus, &c. Quod significat, quod non placet Christo quod homo deat dolere de eius morte nisi primo plagat de sua offensa, quia tu interfecisti Christum, quia propter tuam salutem mortuus est, & toties interficis ipsum, quotiens voluntarie peccas mortaliter. Et si vnus interficeret alium, potius debet flere peccata sua interfector quam interfectus. Iohannes dicit, Meos, & non alios nos. Paulus. Vnusquisque onus suum portabit. i. peccatum suum, quia filius non portabit iniquitatem patris, nec e contra. Vnde dicit de tuis, proprijs offensis, quod fecisti Deo, &c. Sexta in amaritudine, quod non gaudeas, sed gaudente doleas, quod anima tua est denigrata super carbones. Ieremias. 4. c. Considera ergo quod tu es priuata vita eterna, & danata in inferno propter tua peccata, nisi conforteris. Septima conditio contritionis debet esse intrinseca, quia si pateris in oculo, & ponas medicinam in gambam, nihil proficit. pone ergo medicinam, ubi est plaga. scilicet in anima. Iohannes dicit animam meam, quia contritus debet esse in anima, ubi est plaga. Vnde Exod. 21. c. Si quis percusserit proximum suum lapide, & percussus non fuerit mortuus, & si ambulauerit super baculum, debet soluere medico: si duo fuerint rixati, sunt duo rixantes ad inuicem. scilicet corpus & anima. Nam caro concupiscit contra animam, & e contra. quia videndo pulchram formam concupiscentia concurret, auerte oculum.

D Vel si vides bonum cibum, & voluntas appetat illum, ieiuna, & tunc anima percutit corpus: sed quoniam corpus excecet animam tollendo voluntatem bonam, & rectam conscientiam, tunc corpus offendit animam. Vnde oportet quod corpus soluat expensas anime, & anima consentiens debet sumere medicinas ieiunando, elemosynas faciando, & debitam penitentiam persoluendo. & isto modo sanatur anima, qua sanata transit ad gloriam mediantibus penitentia pro satisfactione, confessione, & cordis contritione: ad quam vos perducere dignetur opus Deus, Amen. Et istam predicationem debes continuare cum precedenti predicatione proximè superiori.

F E R I A S E X T A
post iij. Domin. Quadrage.

De Amore inflammatio.

Sermo XXIII.



Go sum, qui loquor tecum. Io. 4. De Samaritana.

In quo eloquio notatur septima flamma amoris; qui dicitur inflammatio. Vnde nota, quod ars medici est incidere, & mederi. Heri incisimus, hodie medebit. Et vide modos diuine sapientie, quia Deus quidam dicit, fugit animam, & anima sequitur eum dicendo, indica te, dilecte mi, quia pro te languo. Nunquid quem diligit anima mea, vidistis, dicit anima. Item aliquando anima male uiuit, & Deus vult sequi eam fugiente ipsum Deum, quia Deus dat sibi bonas inspiraciones, & anima non audit eum: & deinde pulsatur ad ipsam cum modica febre, & adhuc anima non audit eum. quoniam dicit, dat inspirationes intrinsecas, & vult non audire, & habuisti istas praticas in duabus dominabus. scilicet primo in Chanaanese sequente Christum fugiente ab ea, & dicente sibi, quod ipsa erat vnicanis, &c. Ita accidit in aliqua anima sequente Christum, quare vult non posse capere aliquam consolationem de Deo: sed hodie tu habes contrarium de Samaritana, quod fugiebat Christum, & Christus sequebatur eam, quare habuerat quinque viros, & habebat sextum adulterum: quare primo non cognouit Christum, sed cum vidit & cognouit, subito inflammatus est. Ideo merito iste amor inflammatio dicitur, de quo amore habuisti in Magdalena, primo, secundo in latrone, tertio in S. Paulo, subito conuersus, ad denotandum quod si Deus pluries vocauerit aliquem in 25. vel 30. aut 40. annis cum conuertit, quanto plura facit peccata, tanto magis efficitur melior, ad instar cuiusdam vilissimæ meretricis, quam cognosco, quare fuit tacta à Deo, quare est ita infocata amore diuino, & est facta ita singularis seruitrix Dei, quod est vnus stupor, & ita occurrit in talibus, qui conuertuntur ad Deum. licet hodie tractetur de adultera, tamen est valde deuotum, de quo amore inflammatio uo dicam in tres status diuidendo, per quos Deus dirigit, & ad se ducit animam, quare ipsum quærit. Primus amor inflammatio est status cordis visitati. Secundus status amoris inflammatio, est cordis inflammatio, tertius est status cordis præcipitanti, & per hos tres status notatur principium, medium, & finis.

Prima

A Prima pars principalis.

ET nota quod anima est instar vegetis, quod vinum cum infunditur primo visitat vegetem, cum incipit intrare. sic in anima, quia quoniam amor diuinus primo incipit intrare eam, primo visitat quoniam impletur inflammatur, & quoniam est plena, superexuberat & præcipitare vult: vnde cape primum statum, qui est cordis visitati, quis ergo visitauit cor istius Chanaanese? certe amor, quia quod Deus potest, scit & vult dare in coelo & in terra, totum statum & consistit in Christo Iesu. vnde Apostoli in transfiguratione neminem viderunt nisi solum Iesum, ad denotandum quod solus Iesus est ille, qui visitat corda hominum. vnde visitauit nos oriens ex alto, quia dixit, ego sum lux mundi, ad animas inflandum, vigorandum & illuminandum. vnde distinguit Iesus quod sicut tripliciter venit visitare mundum generalem, ita tripliciter venit visitare homines cor, quod est in medio hominum, qui est mundus paruus, & particularis singulorum indiuiduorum, & venit in mundum in Hierusalem, quare est in medio mundi. Prima visitatio fuit incarnationis, secunda conuersionis, tertia passionis. scilicet principium, medium, & finis. Cape primam visitationem Christi, quare fuit incarnationis. Et hoc est, quod dicit euangelium, venit ergo Iesus in ciuitate Samariæ. Samaria erat vna contrata, quare incolentes vocabantur Samaritani, qui credebant in quinque libris Bibliæ, & non credebant in Prophetijs. Sic erat ciuitas, licet Hebraice dicitur Sican, & venit iuxta prædictum, ubi erat fons Iacob, quem dederat Ioseph filio suo. & nota quod Iesus venit prope ciuitatem, & non intrauit, quod significat numerum & potus. hoc est quod quoniam Christus caro factum est, venit significare & dare intelligere quod sumendo carnem, voluit portare onera nostra, quia veræ languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Iesai. postquam non fecit, nec inuentum est mendacium in ore eius. & dicitur maior peccator mundi, non quod Iesus Christus fuerit peccator, sed quia ipse peccata nostra tulit. Et quod dicitur, gaudium est Angelis in celis super vno peccatore, quare Christus cum ille peccator, qui peccata nostra ferendo cum ligno Crucis fecit viam in coelis, & aperuit portas paradisi. Ecce Iesus venit penes Sican, iuxta prædictum quod significat mundum plenum spinis, stimulis, petris & tribulationibus, & nisi istud prædictum mundi laboraretur cum lingua prædicatorum, vni mundo: Nam prædicando scinditur terra. i. cor & oia vadunt de subter supra, & postea

Deus seminat semina suarum gratiarum in mentibus preparatis: quia nisi dominus edificauerit domum, frustra laborant, qui ædificant eam. erat autem ibi fons. i. puteus, & profunditas concupiscentie, luxurie, superbie, auaritie, gula, ira, & accidia, & exiit fons de puteo abissi, Apoc. 9. c. f. superbie, luxurie, auaritie. & nota quod Christus quærebat bibere ad conculcandum in illo puteo lacum luxurie, auaritie. & superbie, & ceterorum vitiorum. Nota secundam visitationem, quare est conuersionis. Cuius Christi conuersionis fuit plena labore, & fuit amara vsque; ad Crucem. vnde Iesus erat fatigatus ex itinere, quare secum non ducebat equos, nec alias provisiones, sicut facere solent magni domini. Et nota quod fuit semper tota vita sua fatigata. primo quidem in pueritia sua itinerauit in Egyptum cum eius matre virgine gloriosa per 15. dietas, per viam sterilem, in qua nil reperit herbarum, vel vmbra, neque aquæ, sed est solus sabulosus aridus, & erat pauperrimus. ubi stetit per 7. annos, & cum magna grauitate itineris, & laboris fuit fatigatus redeundo per eandem viam. vnde imaginor quod humerum illius Beatissimi Virgilio fuerit suum iumentum, & sanctum eius gremium fuerit sibi lectus, & similiter fuit fatigatus in tota eius pueritia vsque; ad 12. annos. quomodo sapientibus disputauit, quare veni ministrare. Item in 30. annis iuuit ad viuum fontem baptismatis, deinde in desertum 40. diebus ieiunauit, & tentatus diabolum debellauit. Inde fatigatus venit ad prædicandum circuendo ciuitates & loca, facit miracula, consulit, promittit, hortatur, minatur, reprehendit, expellit auaros de templo, & sic tribus annis diuinitus laborauit, & tandem, per tantorum primio laborum fuit crucifixus. vnde fatigatus ex itinere tam arduo, longo & laborioso sedebat sic super fontem. Et est 3. visitatio, quia anima incipit considerare, & contemplari mirabiles dulcedines miraculorum Christi. Sed quoniam ipsa anima discurrendo vitam Iesu Christi dicit cum Christo, confixa sum cruci, tunc est vere visitata cum Christo, & ideo tunc venit ad fontem gratie Christi; ad denotandum quod si tu vis gratiam Christi, oportet quod tu consideres, & contempleris penam passionis Christi, & eius amorem, vnde, Amor che m'ami, &c. Et Iesus sedebat super fontem cum brachijs apertis amoris largitui. vnde Iesai. 50. c. quis ambulabit in tenebris, & non est ei lumen, ut amplecteretur peccatores, sicut mater stat manibus apertis amplectens filium, quia cum morte sua voluit dare vitam, cum pena dedit gloriam, cum labore quietem. & ecce mulier Samaritana venit haurire aquam spiritualem, quam qui bibit, nunquam sitit. Et Samaritana significat

A gnificat animam, quæ appropinquat Deo, & Christus fecit sicut aucupatores, quia percipit rete, vt capiat illam.

Secunda pars principalis.

ET nota secundâ partem principalem, in qua notatur secundus status amoris inflammatiui, quo Deus trahit animam ipsam inflammando amore suo. Et nota quod sunt septem gradus, per quos anima trahitur ad flammam huius amoris. Primus gradus est amoris sitientis. Secundus gradus est amoris donatis. Tertius est amoris quietantis. Quartus est amoris clamantis. Quintus est amoris reuelantis. Sextus est amoris illustrantis. Septimus est amoris triumphantis. Cape primû gradû flammæ huius amoris inflammatiui. vnde credor quod Christus quando vidit illam venire, tetendit arcum, & cum sua manu spirituali traxit primam sagittam, dicens ei, da mihi bibere: nâ sagittæ potentis Christi acutæ cum carbonibus desolatorijs, quasi cum vno actu cõpassibili. q. d. fatigatus nil habeo, quia peregrinus sũ, deh da mihi bibere. vult dicere, o anima quæ tantû dedisti bibere mudo in delectis & vanitatibus mudi, deh da modo mihi bibere delectando in me. Nam Samaritana interpretatur anima vana, quæ quaerit tantummodo lasciuas, delectationes & placimenta mudi, vestes caudatas, luxuriã, auaritiã, & omnia desideria mudi. & vas, in quo portatur aqua, est desideriu cordis, in quo ponitur broda carnis cupiditatis, denariorum, & vitia superbix, luxuriæ, auaritiæ, & aliorum peccatorum, & tunc cû est plenum, vadit domum, scilicet a casa calda. vbi deficit iste sumus luxuriæ, superbix, auaritiæ, &c. vnde psal. vidi impium superelatum & exaltatum super cedros libani & perit memoria eorum cum sonitu, quia subito cum moris impius diues superelatus subito fit sonitus. i. fama diuulgatur: quod dicitur talis est mortuus, & vadit a casa calda cû illo sonitu superbix & eius fame, nâ transit mundus cum concupiscentia sua, quod audio dicere, quod non erunt anni 25. quod pauci qui hic sunt reperietur: uiuete, quia postea vnusquisque secundum opera sua habebit præmium. vnde Psalmista dicit: calix in manu Domini vini meri plenus mixto, & inclinabit ex hoc in hoc. verumtamen sex eius nõ est exinanita, quia postea gustabit infernũ, & peccatis penas correspondetes peccator habebit. Sed in auaritia vos auari dor

miendo moriemini, qui nõquã in hoc mudo saturamini. Sed Christus dicit, da mihi bibere. i. tuo anima vana, quæ tantum dedisti bibere mundanis desiderijs, da mihi bibere modicum gustando de aqua viui fontis & delectationis spiritualis, quæ volo implere tuum vas charitate, & gratia Dei, & tuam mentem lumine veritatis. q. d. ducam eam in solitudinem, lactabo eam. ducere in solitudinem, est quãdo tu eris senex & morieris, quia oportebit te relinquere luxuriã & auaritiã, &c. & si non in vita, tamen in morte cû poena & tormento. Sed quæ est ratio quod senex inueteratus dierũ malorum non potest diligere Deũ. ratio est, quia homo cum efficitur senex, perdit oes delectationes mundi, & quia est ita habituat in carnalibus affectionib⁹, quas in sero exercere non potest, quod non est capax spiritualiũ. Et spiritualia non intelligit, neque gustat, & temporalia amplius gustare non potest. Inde venit quod in hoc mudo incipit esse in inferno. vnde Deus alliciẽdo animam ad se dicit, da mihi bibere, quæ aĩa incipit deserere desideria mudi: & incipit gustare mammillam lactis Dei, quia tunc mamilla Dei loquitur animæ dicens, lac dedi vobis, non escam. vnde dimittendo fornicationem, reuertere modo ad me, & da mihi bibere filia Babilonis misera: tu expendisti tempus in malo operari, modo da mihi bibere, & est prima flamma sciens. & subiũgit Euangelista, quod discipuli eius abierant in ciuitate, vt cibos emerent, quia non erat conueniens, quod Christus ipsẽmet iret ad emendũ cibos, ad denotandum quod aliqua conueniunt presbytero, quæ non conueniunt episcopo: & quædam conueniunt episcopo, quæ non conueniunt Cardinali, &c. Item potest dici quod Christus est nobilior, & magister, & per consequens discipuli iuerunt, & non Christus, & quia Christus erat fatigatus, sed Christus volebat aucupari illam animam. Et nota maiorem probationem in vidua, quod reliquit mundum, quãm in virgine, quia probauit illum, & uenit cum magno sensu ad seruitiũ Dei ab vna parte propulsa, ab alia coacta cum breua maioris feruoris pugnendo cum timore, & cû amore trahendo magis proficit, quam vna virgo. Et dixi quod ista Samaritana erat senex rencagnata, quia quoniam Christus dicit, da mihi bibere, ipsa respexit eũ toruo oculo & rencagnato, & cognoscendo eũ ad vestes dixit: quomodo tu Iudæus cum sis, bibere à me possis? vult dicere quod quãdo anima est imbrodiata, & audit

verbum

A verbum Dei & prædicationes, dicit, hoc nõ quam amplius audiui, & in se reuertens discurret vitam suã & dicit, o ego habeo tot peccata, & incipit respicere in cagnesco. scilicet oculo toruo versus Deum, quia nondum est illuminata, & non cum scandalo, sed cum admiratione, & est bonum signũ, quando aliquis vadit ad prædicationes, & non scandalizatur, sed admiratur, sed si scandalizatur, est sicut bubo, qui non potest videre solem, & sunt tales, qui scandalizantur quando audiunt corrigere peccata sua, videlicet luxuriã, & scandalizantur sicut porci, qui tenent os in brodio & aliquis accipit brodium de ante ora eorũ, quia tunc figit inglutientes totum os in brodio vsq; ad oculos & pedes in labio proclamantes & rugientes: Ita sunt isti fatui imbrodati, qui murmurant & scandalizantur, quoniam audiunt reprehendi eorũ vitia. vnde Eccle. audit luxuriosus, & displicuit sapiens; laudauit insuper, & adiecit, quia a principio inuoluptatus in peccatis non potest bene videre. Cape secundum gradum flammæ amoris donantis, per quẽ Christus tendens suũ arcum traxit secundã sagittam illius amoris percutiens Samaritanam dicendo, si scires donum Dei, & quis est qui dicit tibi, da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo, & dedisses tibi aquam viuã. Et nota quod ista Samaritana primo erat somnolenta & dormientata, quando Christus dixit, da mihi bibere, sed ipsam incutiendo excitauit a somno cum dicit, si scires donum Dei: Et quis est qui dicit tibi, da mihi bibere, &c. Nam ille Deus est, a quo omne donare perfectũ procedit, & qui facit donare Deũ animę, & animam Deo, & qui est ille filius Dei primus, qui sedet ad dexteram Dei patris, & nouissimus qui venit saluare mundum, si scires quis est, quod dicit tibi, da mihi bibere. primo suspēdit eius affectum dicens, si scires donum Dei, deinde suspēdit eius intellectum, cum dicit, & quis est qui dicit tibi, da mihi bibere, forsitan suspendit magis intellectum, licet dicat forsitan, Xps tamen bene sciebat quæ facturus erat: sed docet quod in magnis opportunum est ire cū pedibus plumbeis. vel sic, quia licet ego Deus ex latere meo faciam vt tu inclineris ad cognitionem veritatis & ad faciendum bonum, dādo animæ bonas inspirationes, & trahēdo eam: tamen ex latere tuo tu etiam debes te iuuare & consentire, & facere, quæ bona sunt, quia legem posui in mundo, vt anima stet in libertate sua, & consentiat vel

non consentiat: sed sto ad ostium & pulso, si vis aperire, paratus sum cenare tecum, & tu mecum. nam & sancti, & poeta vtuntur in suis dictis, quod dicendo forsitan, volēdo ostendere dicere modicum, dicunt multum, & satis, sicut Pau. credo etiam ego habere Spiritum sanctũ, &c. vnde si scires charitatem puritatis Christi, qui petit bibere, qui dicit quod qui dederit modicum aquæ frigidæ propter eius amorem, habebit vitam æternam, quia si scires, quid est Deum amare, tu cuperes liquefieri in amore suo & fieri aquam, vt biberet te Christus: Et vide, qualiter primo ista ad iniuriam quodãmodo vocauit Christũ Iudeũ, dicens, tu Iudeus cum sis, &c. Et nunc sciens scđam sagittã Christi, quæ est amoris donantis: dixit ei mulier, Domine neque in quo haurias aquam habes, & puteus altus est. vnde ergo habes aquam viuã? nunquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit? &c. q. d. Iacob ex suo proprio ore bibebat de hac aqua ad instar nobilis patris familias habentis de vno caratelo vinum, de quo nullus alius biberat, quod seruaret pro vsu suo ad instar mannae, & si daret alteri ad bibendum, diceretur, iste est de proprio vino, quo vtitur dominus: vult dicere, quod quãdo anima sentit se imbrattatã & imbrodiatã in hoc mundo, & incipit intelligere Deum, videns eum nudum in Cruce & flagellatum, incipit dicere, Dñe Dñe, o Iesu Christe, tu natus es nudus & pauperrimus in mundo in presepio repositus, dum mater & Ioseph essent peregrini accipiens calorem ab asino, & a boue, & fuisse inuolutus in velo B. Virginis & dixisti, catuli habent foueam, &c. & ego diues non contentor. Similiter S. Hieronymus voluit mori nudus super terram: & puteus altus est. s. puteus carnalitatis huius mundi, est profundus. Nõ obstat quod posses dicere, talis sanctus habuit vxorem. dico quod verum est, quod habuit vxorem, sed vsus est ipsa s̄m quod debebat. Tertia sagitta est amoris quietantis quam Christus tertio tendens arcũ suũ trahit & percudit Samaritanã dicens, omnis qui biberit ex aqua hac, sitiet iterum. & subdit: Qui autem bibit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum. Ecce qualiter trahit ipsam paulatim de broda carnalitatis & spurcitat. quasi dicat qui bibit de aqua huius mundi, sicut est luxuria & auaritia, nunquam satiatur, quia

Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.

simili-

A similiter in superbia, & in alijs peccatis: sed qui bibit de aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. vult dicere, qui bibit de aqua gratiæ Dei, cõducetur in talem statum in vita præfenti, q̃ fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Sed non ne Sancti semper sitiunt? Dico quod sitis sanctorum non est poenosa, quia semper bibunt, & quanto magis sitiunt, tanto magis contentantur sitire, vt magis bibat; sicut vidisti ebrios comedere libenter salisam, vt magis acuat appetitus bibendi: sic fit in vita eterna, quia ibi nõ comeditur nisi salis sapientia, & amor Dei, & quanto maiorem notitiam de Deo anima habet, tanto magis bibit. vel sic, quia sitiens in hoc mundo satiabor, cum venerit gloria tua. Et nota varios intellectus huius aquæ. s. gratiæ Dei, quia est triplex conditio huius gratiæ Dei. Prima est abundans, secunda crescens, tertia satiã. Prima. s. abũdã, exiet in eo fons in medio cordis: quia quando anima habet gratiam Dei, est quasi vna vena exiens de corde, quia est conformis amor Dei radicata in corde, q̃a semper crescit illa charitas. gl. si operari renuit, charitas nõ est. Vide secundam conditione gratiæ Dei, quæ est crescens & saliens in vitam æternam, sursum corda. Tertia conditio est satians, quia quãro magis est anime in gratia Dei, tanto minus curat de mundo: quia sunt duo amores contrarij, vnus est mundi, & iste est descendens deorsum: Alius Dei, & iste est sursum saliens in vitam. Et ista duo contradictoria non possunt simul stare. vnde ista Samaritana audiens hoc, incipit plus eleuare mentem suam, & ascendere, & dicit ad eum, Domine. Et nota, quod iterum dicit, Domine da mihi hanc aquam, quia desiderabat hanc aquã sensualiter, quia volebat fugere laborẽ veniendi amplius ad hauriendũ de aqua illius putei, quia volebat paradysum sine labore. & Christus dat sibi de quarta sagitta in corde hãmã clamãtis, dicit. Vade & voca virũ tuum: nam maritus animæ est intellectus, & bonus affectus, & cognitio boni est imprægnatio animæ. & respondit illa mulier genuflectens modicum, non habeo virum, quia quando anima cognoscit peccata sua, & illuminatur intellectus & cognitio viri, tunc vocat maritum suum, & cũ cognoscit se nunquam fecisse aliquod bonum, tũc est reuersa domum. Vnde subiũgit, & sagittat ipsam cum quinta sagitta amoris reuelãtis dicẽs ei Iesus, Bene dixisti, quia non habeo virum: quinque. n. viros habuisti, & hic quẽ

habes, non est tuus vir: significat quod anima habet quinque maritos. s. quinque sensus corporales, qui sunt quinque mariti animæ adulteri, quãdo homo male vitatur illis. Sed sextus vir est propositum male viuendi, & est adulter, nõ vir. vnde inspice, vade & voca maritum tuum verum, incipiendo bonũ facere, & perseverando vsque ad finem. & nota quod dicit sibi iniuriam, quia quinque viros habuisti, & quem habes, non est tuus vir. q. d. o smemorata, tu habuisti quinque viros, & non sufficit tibi, quia adhuc habes sextum, qui non est tuus vir, sed adulter, & tunc aĩa, quæ est cõfessa realiter, & Chrs. s. confessor reprehendit eam. respondit dicens, tu dicis verum. Item nota, quasi vellet dicere, quod in iuuetute fuisti cum maritis sacramentaliter in statu veri matrimonij, & tunc in senectute es effecta adultera, stãdo cum adultero propter rabiẽm luxuriæ, & cum malo proposito, & tũc illa incipit sentire, & incipit propius venire dicens, Domine vt uideo, propheta es tu. Nam primõ uocauit eum Iudæum, deinde dñm: nunc uero uocat ipsum dominum & prophetam; Glo. ex quo es propheta, dic quæso, patres nostri in monte hoc adorauerũt: & uos Iudæi dicitis, quia Hierosolimis est locus, vbi adorare oportet: deh doce me aliquid boni & declara mentem meam in hoc. Et Christus iterum trahit arcum, & emittit aliã sagittam amoris illustrantis, & fauciat eam dicens ei: Mulier, crede mihi, quia uenit hora. i. alius modus intrandi per uiam securã, quando neque in monte hoc, neque in Hierosolimis adorabitis patrem, quia adoratis quod nescitis, adorando solũ pro rebus temporalibus & mũdanis. s. pro salute filiorũ, & mariti, & diuitijs habendis & pro carnalia, sicut sunt aliquæ stultæ dicentes in hebdomada sancta tot Pater noster ante crucifixum certis horis, nũc in pedibus, cras cum manibus apertis, alio die cum uno pede super alio, alio die cũ corpore super terrã, &c. ut ligent Deum cum filo, credentes q̃ dicendo illo modo, & seruando illum modũ, Deus non possit denegare illam gratiam, quam propterea petere uolunt. Sed nescitis quid petatis. Sed Iesus uenit, & nos adoramus, quod scimus, quia salus ex Iudæis est, & uenit hora, & nunc est qñ ueri adoratores adorabũt patrem in spũ & ueritate. Nam & pater tales quærit, qui adorẽt eum in spũ & ueritate: nã Samaritani intelligebãt quod Deus adoraretur localiter, & Iudæi intelligebant literaliter. Sed Christus dicit

A dicit q̃ debet adorari in spiritu & veritate, & sunt duo, cum quibus debemus adorare eleuando mentem nostram sursum continuẽ, scilicet in spiritu & veritate, cum deuotione & cognitione, & fructus orationis, non est sine istis duobus, & duo infundit Deus in mente orantis, scilicet cognitionem cum sapientia, & suam diuinam clementiam, & est spiritus, ideo subiungit, Deus spiritus est: & quia spiritus est, & eos qui adorãt eum in spiritu, & veritate oportet adorare. & quia nondum erat capax de rebus diuinis, dicit ei mulier, scio quia Messias uenit, qui dicitur Christus. Cum ergo uenerit ille nobis annunciat omnia, id est docebit reuelando omnia obscura, & quæ facere debebimus. Et Iesus uidens quod ipsa recordatur, & cõmemorat Christum, mittit sextam sagittam illustrantis seu transformantis amoris, & aperit saccum claritatis dicens ei, ego sum qui loquor tecũ. & cõtinuo uenerunt discipuli eius, & inquitum dicit, ego sum, dat intelligere sibi, quod ipse est Deus; & qui tecum loquor, est Verbum caro factum; quia abyssus humilitatis in altitudine diuinitatis, & discipuli admirabantur, quia cum muliere loquebatur, quia nõ erat domesticus mulierum, & raro cum Maria Magdalena. Sed non erat malum exemplum loqui cum foemina. Intellige hic pulchrũ sensum, quia nil erat in Christo, in quo aliquis posset male edificari & capere aliquod malum exemplum. Primo considera quod locus ille erat apertus omnibus: hinc est q̃ fratres debent stare ad audiendum confessiones in loco aperto. Et debent semper habere ibi focium uidentem confiteri. Secundo considera horam, quia in meridie. Item quia stomacho ieiuno. ex quo nota, q̃ debet capi tẽpus congruum & honestum ad loquendum cũ mulieribus, vt proximus non male suspicetur: nam tẽpore ieiunij stomachi corpus est magis refrenatum, quam qñ est bene depastũ. Item quia loquebatur cum illa, quæ iã erat senex, & non cum iuuecula, quæ est magis dubia & suspecta. Quinto, quia erat necessesse, vt loqueretur secum, & ueniret illam animam, ad denotandum q̃ licet fratribus tẽpore necessitatis & confessionis loqui cum filia spiritali. Item quia Christus erat sapientia diuina, quæ errare non posset. Et si vis uidere, qñ non licet loqui cum foemina sine malo exemplo & magna suspitione, cape contraria supradictis, uidelicet qñ locus est suspectus & occultus, quando ho-

ra est incongrua. Item quando corpus est repletum cibo & uino, in quo est luxuria. Item quando foemina est iuuenis, & quando non est aliqua iusta & necessaria cã, &c. Et nota quod discipuli non fuerunt in aliquo contaminati, nec scandalizati, sed admirati: ideo nemo tunc dixit quicquam, quid quæris, vel quid loqueris cum ea, quoniam bene videbant, quod ex charitate & bono affectu loquebatur secum.

Tertia pars principalis.

Cape tertiam partem amoris precipitati, seu smemorati. Ista Samaritana illuminata amore illustrato reliquit hidriã, & abiit in ciuitatem currendo sicut vna smemorata, & dicit illis hoibus, uenite & uidete hoĩem, qui dixit mihi oĩa quæcũque feci. nunquid ipse est Christus? & artificialiter dixit hominem, & nõ dixit, q̃ esset Christus, qui dixerat quæcũque fecerat, vt oēs citius uenirent & uiderent Chrm. & exiuerunt de ciuitate, & ueniebãt ad eum. Interea discipuli uidentes Christum fatigatũ interrogabant Iesum dicentes: Rabi, mãduca, parantes super puteo: & Christus vt credo, stabat cum manu sub maxilla cũ oculis uersus terram, & dixit illis: Ego alium cibum habeo manducare, quem uos nescitis. uide magnã charitatem Christi, quia fatigatus, sitiens & famescẽs quærebat potius cibum spũalem, & animarum quam corporale. dicebant ergo discipuli ad inuicem, Nunquid aliquis attulit ei manducare? dixit eis Iesus: meus cibus est vt faciam uoluntatem eius, qui misit me, vt perficiam opus eius, & intrat parabolam dicens, nonne uos dicitis, q̃ adhuc quattuor menses sunt ad messem, & ipsi nõ intelligebant. Ecce dico uobis, leuate oculos uestros & uidete regiones, quia albæ sunt iam ad messem, quia omnes gentes currebãt induta de albo ad uidendum & audiendum Iesum. Et subdit, & qui metit, mercedem accipit, & congregat fructũ in uitam æternam, ut & qui seminat simul gaudeat, & q̃ metit. Ego misi uos metere, quod non seminatis: alij laborauerunt, & uos in labores eorum introistis: & iterũ superuenerunt gentes. Et ex ciuitate illa multi crediderũt in eũ Samaritanorum pp uerbum mulieris, testimonium perhibẽtis, qui dixit mihi oĩa quæcũque feci. Cum uenissent ergo ad illum Samaritani rogauerunt eũ, ut ibi remaneret, & misit ibi duos dies p̃dicando & docẽdo, & multo plures credi-

A crediderunt propter sermonem eius, & mulieri dicebant, quia iam non propter tuam loquelam credimus: ipsi enim audiimus, & scimus, quia hic vere est Saluator mundi, qui vobis salutem dignetur concedere per suam misericordiam, Amen.

DOMINICA QUARTA
in Quadragesima.

In qua Dominica incipit quarta Ala Seraphini, qua dicitur amor acutus, & habet pennas, septemque sunt, Amor speronatus, Amor iratus, Amor non conuentuatus, Amor prosequitatus, Amor illuminatus, Amor desolatus, & Amor putridus.

Sermo XXVI.



Equibatur eum multitudo magna.

Io. 6. c. & in euangelio hodie no. Operate diuina gratia locuti sumus de tribus principalibus nostri Seraphini: & eleuando mentem ad summum Creatorem habemus tractare de quarta ala ipsius Seraphini, quae dicitur amor acutus ad similitudinem ignis, quia ita acute transit, & calefaciendo ferrum ab uno latere penetrat ad aliud, sine ruptura. Ita facit amor diuinus, quia non est cor ita durum quin si tagatur amore diuino non penetretur, & mulceatur anima indurata, & erit iste amor valde utilis pro his, qui ignorant peccata, quia ignorando nesciunt praecauere. vnde modo consueto distinguo istam Alam in septem pennas. Prima vocatur amor speronatus, secunda amor iratus, tertia amor non conuentuatus, quarta est amor prosequitatus, quinta est amor illuminatus, sexta est amor desolatus, septima est de amore putrido, ultimo de amore euiscerando. Hodie intendo tractare de vsurariis. vnde sequebatur eum multitudo magna, quia in illa die fecit miraculum panis spiritualis & corporalis, saturando quinque millia hominum ex quinque panibus ordeaceis & gemellis piscibus, & impleti fuerunt 12. cofini ex fragmentis illorum quinque panum & duorum piscium, & omnes saturati fuerunt, & c. sed quot gentes sequuntur vsurarium, qui accipit illis panem, quem comedere debent pauperes, & eorum filiolii, & multitudo, scilicet demonum persequuntur ipsum, quia sunt plures demones

in domo vsurarij, quam capilli sui. vnde in Apoc. 6. c. Ioan. dicit, & audiui vocem quati animalis dicentis, veni & vide, & ecce equus pallidus, & qui sedebat super eum, nomen illi mors, & infernus sequebatur eum, & data est illi potestas super quattuor partes terrae interficere gladio, fame, & morte & bestiis terrae. Credo quod ille equus erat sicut sunt isti equi ex nostris magnus, macilentus, habens collum longum & subtile cum capite magno, & oculis valde intracaput, & grossis cum corpore grosso inflato, & cum ossibus vndique apparentibus sine carnibus, sed solum pelle vestitus cum cauda pilata, & gambis inflatis, & totus pallidus, & qui sedebat super eum, erat matrona demon vsurariorum, & subiungit quod data fuit illi potestas interficere gladio, scilicet de faciendo guerras. Secundo fame, propter sterilitatem terrae, & propter guerras, & morte inducendo pestes super terram, & bestiis terrae inducendo lupos ad comedendum pueros, & homines, & caeteras feras propter vsurarios & auaros, qui regnant in mundo. Sequebatur multitudo magna. In quo mislico sermone tres considerationes faciamus de isto amore speronato. Prima est hominum prudentium admirationis, secunda est vsurariorum abominationis, tertia consideratio est terrae & contratae, vbi stant vsurarij maledictionis.

Prima pars principalis.

ET hoc est quod dicit, quod agnus aperuit quartum sigillum, & exiit quartum animal quod est Aquila, qui interpretatur prudentia: Nam isti vsurarij carent prudentia, quia si in eis regnaret prudentia, nullo modo foenerarentur, quia vsura est contra naturam. Et volo tibi probare per rationes quattuor legum. Primo, quia quaedam est lex naturae, Secundo quaedam est lex scripturae, Tertia est lex gratiae, Quarta est lex sacrae ecclesiae. Credo quod multi foeneratores si scirent quantum peccatum sit vsura, ipsi nunquam foenerarentur. Et credo quod multi audientes magnitudinem huius peccati, se emendabunt, & si se non corrigent, credo quod diabolus eos habebit. Et vidi multos vsurarios, qui audiendo homini praedicationem de vsuris, se emendauerunt, & restituerunt ablata. Et volo ligare scientes cum rationibus, & primo per legem antiquam. vñ Eze. 18. Si iustus genuit filium furem, homicidam, adulterum, & vsurarium, non viuet. Et in Ps. vidi iniquitatem, &

con-

A contradicit. Et in Psal. Quis habitabit in tabernaculo tuo, dicit dominus: qui pecuniam suam non dederit ad vsuram. Sed iudaei dicit, quod licet eis dare ad vsuram pro illud, non foeneraberis fratri tuo, sed alieno. sed non dicunt verum, quia ad huc volo iudaeum adiuuare in lege Christianorum. 14. q. 4. in c. Qui. & alibi, vbi dicitur, quod licet dare ad vsuram propter guerram. Sed dic quod iudaei ipsi non dicunt verum, quia cupiditas auaritia facit eos intelligere, quod volunt, sed non quod debent: nec Deus eis hoc permittit, nisi ut infra dicam. Et quod vsura sit prohibita, proba tibi per rationes: Et prima ratio est ista, quia aut est vnum de tribus. Nam aut vsura est licita de sui natura semper, aut est licita quandoque, sed non semper, aut nunquam est licita. Si dicis quod vsura de sui natura sit licita semper: respondeo quod Deus dicit generaliter, qui vsuram faciet, morte morietur. ecce quia non licet, quia est preceptum Dei expressum. dices forte, quandoque licet, quandoque non, quod si foret, ergo malum permetteret fieri Deo, quod non est credendum. Tertio dico, quod nunquam licet, ut extra de vsuris. c. super eo. vbi dicit, non esse licitam, & quia nunquam licet foenerari, id est vsura est prohibita. vel dic, aut est bonum foenerari, aut malum. Si est malum de sui natura, nunquam licet: si est bonum, sequeretur quod Deus scisset malum praecipiendo quod non foeneraretur et fratri tuo sicut alijs. Imo multo magis fratri. ergo postquam Deus vult dicere quod nullo modo est sicca, ipsam prohibet: vel distingue in facto precepti Dei carimoniarum, sicut sacrificare cum animalibus. quia in se nihil volebat significare, sed significabat bonum futurae veritatis, quia in testamento nouo sunt in veritate, quae erant in figura in testamento veteri: nam in testamento veteri aliqua sunt cerimoniam, aliqua necessaria. Cerimoniam in se nihil sunt, sed erant significata sacrificiorum verorum Christi, quae facimus. Sacramenta vero necessaria sunt precepta Dei, & ista nunquam deficiunt: vñ Deus praecipit, quod non tangas feminae menstruatam pro procreatione filiorum, & ideo illud seruamus in testamento nouo, quia illic est par ratio, & vbi est eadem ratio, ibi debet seruari idem ius. inde debet seruari in vsura. Qualiter ergo responderetur & intelligitur illud, foenerare alieno, & non fratri tuo? dico quod illud dicitur pars est preceptum prohibitum. scilicet non foeneraberis fratri. pars est permissum. scilicet sed alieno: Et ista permissio est, quemadmodum ecclesia permittit regnare lupanaria in ciuitatibus: pro minori malo propter peccata sodomiarum, quae regnarent, quod est deterius peccatum. vnde pro minori malo permittit

Deus foenerari alieno, non tamen quod non sit etiam peccatum, & etiam, quia Deus dederat populo iudaico illas terras paganorum, Samaritanorum, &c. & quia illi circumstantes occupabant sibi illas contratas & ciuitates, quas dederat ei Deus, & non poterant possidere: ideo permissum erat tanquam vendicatoribus rerum sibi occupatarum foenerari, & eis ad vsuras dare, & etiam occidere ipsos impune. Sicut etiam permittitur Christiano sine peccato praestare ad vsuram vni, qui occupet suum pro recuperare illud. Sicut et in bello licito licet occidere & derobare, dummodo illud non pro auaritia fiat principaliter, sed ut sequatur id, ad cuius finem sit illa guerra, & non propter odium, sed propter iustitiam. unde non possunt ipsi iudaei foenerari Christianis nisi forte velint dicere, quod liceat eis vendicare a nobis. sed hoc non possunt dicere, quia nihil occupamus de suo. Quarta ratio est, quod sumus omnes creati a Deo, & omnes sumus propagati ab eodem patre. scilicet Adam: & sumus fratres. glo. non licet iudeis nobis foenerari, nisi si sibi aliquid occuparetur, quia licite vendicarent. Probo per legem gratiae. Luc. 6. ca. Date mutuum nihil inde sperantes. vnde si quid ultra principalem sortem denariorum, quos mutuaisti recipis, tu teneris restituere, & teneris si potes, proximo quaerenti, & in necessitate posito mutuare gratis. nec valet quod dicas, isti denarii sunt mei, & non tui. Imo dico, quod illi denarii qui tibi supersunt, & exuberant ultra tuam necessitatem, sunt proximi tui, & pauperum egetium post tuam necessitatem. Nam debes illud facere alijs, quod tu velis tibi fieri. vnde non licet sperare tibi aliquid ultra sortem: nec debet illud mutuum fieri, ut ille cui mutuas, te magis diligat: nec licet facere peccatum cum illo cui mutuas, quod tibi mutuet, etiam quando tu eges secundum aliquos, sed fiat simpliciter. Probo etiam per legem Eccles. 14. q. 4. & 15. & 16. & 1. c. super eo. & in c. consuluit extra de vsuris. Item non licet vendere mercantias ad terminos pro pluri pretio, quam valeant in praesenti. Nam mercantia est licita & necessaria, sed damnata stramazi, stochi, & contractus illiciti, qui sunt in ipsa, per quos destruantur boni mercatores. In cle. de vsuris, & Eccle. vult, officiales & fauentes talibus illicitis sint ipso facto excommunicati. & tenentes quod vsura non sit peccatum, debent puniri tanquam haeretici, si sint pertinaces. Et probo etiam per rationes legis naturae, quia non est possibile, quod

Papa

A Papa vel Imperator possit contra leg. naturæ. unde nota quattuor rationes. Primo, quia expressè iniuriam & iniustitiam, quod de mea propria re ego habeam damnum, & tu utilitatem. Nam si habes gallinam, iustum & conueniens est, quod oua sint tua & non vicini: & similiter si perdis illam, quod damnum sit tuum: unde tua res debet esse tibi proficua, vel damnosa. Similiter si mutuas alicui centum ducatos, si ille cui mutuasti perdidit illos, tu nihilominus vis habere tuos ducatos centum: quos sibi prestasti, & ita requirit iustitia, quod siue perdat, huc lucretur ille, cui mutuasti, quod restituat tibi mutuata. Sed non dices **B** si quis afficit domum sub certa annua pensione, vel dat equum ad nauulum, vel locat vineam ad partem recipiendo nauulæ pensionem, vel afficitur, quod situsura. Rñ. primo, quod non est sic in contractu mutui, quod mutuum ideo dicitur, quia de meo fit tuum, & transfertur dominium in accipientem: sed non est ita in re locata, quia locans retinet in se dominium rei locatæ, & si in mutuo soluerem vsuras de re mea propria, ex quo dominium est in me translatum, tamen in locante equum ad nauulum potest committi vsura isto modo, quia faciendo æstimare equum, puta decem ducatis. Et si moritur, vel peiora nit vis solutionem precij equi ultra conducturam seu vecturam, siue moriatur ex culpa, siue sine culpa conductoris equi: Et sunt tres rationes, quare in locatione & conductione non est usura. Prima est, quia locans stat in periculo, quia si moritur equus sine culpa conductoris, conductor non tenetur ut dixi, quia esset proprie usura, sed non est ita in mutuo. Secunda ratio, quia domus locata semper stat in peiore conditione suam, & non sic in denarijs. Item est ratio, quia de natura vineæ est si vis laborare ponendo exercitium tuæ personæ, laborando cauas inde utilitatem, secus in mutuatis denarijs, quia usum consumuntur: & si nescis illos operari, nullum habes fructum dimittendo denarios in cumulo, nisi scires mercari. unde caue tu usurarius, ne amplius foenereris, quia omnes tui denarij habent Diabolum intus, quia tui denarij corrodunt ossa pauperum, & sugunt medullas filiorum suorum. Ita tu o mercator, caue decetero accipere denarios uiduorum ad certum lucrum sub usuris ad discretionem, quia discretio talis est rustiana usurariorum. Et o uos notarij ad barbam habetis faciendo talia instrumenta usurariorum scienter, & tenebimini similiter.

o vos testes intercedentes scienter in talibus instrumentis obligamini ad restitutionem. Item procuratores scienter procurantes pro usurarijs tenentur ad restitutionem. Nam vsura duplicat faciendo de vno duo: quia vsuræ & denarij sunt idem, & tamen vsura distinguit usum a denario, quia propter usum denariorum vult duplicari suos eosdem denarios, qui vsu consumuntur. Ex eplum, si habes sialam plenam vini, & bibas vinum, qualiter restituas mihi sialam plenam eodem vino bibito, quod vsu consumprum est: vel do tibi saccum plenum pane, & comedis illum, qualiter restituas mihi illum saccum plenum eodem pane? Nam si dico, dabo tibi sialam plenam vino, & volo quod hinc ad annum mihi restituas eandem sialam cum eodem vino: & tu accipias eam bibendi, quomodo poteris bibere nisi consumes illud? similiter est in denarijs, & alijs quæ committuntur in potestate, numero & mensura, quæ vsu consumuntur, quia in illis semper committitur vsura accipiendo ultra sortem quantitatis eius quod mutuasti. unde vsura idem est, quod æris vsus. imò si concedis alicui vas argenteum, & facit illa æstimari, & vis tibi emendari quantum sit perorata, facis vsuram. Tertia ratio est, quia non est iustum quod meus labor, & meum exercitium fiat ad tuam utilitatem, quia illud lucrum est vsura, nisi tu poneres denarios tuos periculo, & ille ponat ingenium, quia tunc non erit mutuum, sed erit societas, & licet. Sed in his qui dant boues æstimatos laboratoribus mutuo sub certa mercede vel pensione ad annum, & in capite anni accipiunt pensionem seu mercedem, & ultra accipiunt boues cum emendatione deteriorationis, si minus erunt æstimati, quia vsura est. Item quinta ratio, quia volunt quod res incerta & dubia producant rem certam, quia dubium erit si boues erunt viuui in capite anni, & quantum erunt peiorati, quia boues vsu consumuntur, & tamen vult certum prouentum, & quotiescunque ex incerto sequitur prouentus certus in casibus superscriptis, & modis superscriptis, semper erit vsura: Et omnes leges canonicæ clamant contra istos usurarios.

Secunda pars principalis.

Tolle secundam partem principalem, quæ est usurariorum abominationis consideratio. unde sanctus Ioan. in Apoc. 6. c. & Ecce equus pallidus, & qui se-

A sedebat super eum, nomen illi mors, & infernus sequebatur eum, & est data illi potestas super quatuor partes terræ, &c. Nam multi dant ad vsuram, qui non credunt fore vsuram in multis casibus. Unde nota quatuor considerationes usurariorum peruersorum, quæ sunt considerandæ in ipsis. Prima consideratio est, cui assimilantur. Secunda, in quibus operantur. Tertia, à quo equitantur. Quarta, à quibus persequuntur. Dico primo, quod usurarius assimilatur diaboli equo, & est proprie equus diaboli, quia natura equi est dare calcitramenta, & magnas stomachatas, quæ penetrant viscera pauperum, & proximi sui, iuxta illud, Qui manducat panem meum leuabit calcaneum suum contra me. & est similis Iudæ, qui accipiebat decimam. & potest dici usurarius Christianus renegatus, eo quia facit contra legem Christi: nam merito sunt sequaces Antichristi, & colunt demones pro suo Deo. facit contra eos 44. dist. c. sicut ij. quia cum maiori auditate, & dulcedine vident denarios, quam solem: & facit usurarius contrarium rusticorum: Rusticus enim cum pluit stat ociosus: usurarius vero non curat, quia siue pluat, siue non, vniiformiter lucratur; & quandoque lætatur, maxime quando sperat ex illa pluuia excessiue durante generari caritatem. Et cum exegit denarios, vadit domum, & imaginor, quod quando est domi osculatur denarios, & ponit ipsos super pectore. Item usurarius cum vadit ad ecclesiam, facit sicut fecit semel vnus, qui cum esset infatuatus, eius parentes ipsum induxerunt ad ecclesiam coram crucifixo, ut daret sibi gratiam, ut respiceret, & volebant, quod se genuflecteret: qui dixit, Christe te adoro, sed non tibi credo. Ita faciunt usurarij, ut fidem adhibeant alijs non cognoscentibus eos. Et est hipocrita vilissimus. Item usurarius dissipat omnes leges ecclesiæ, & facit contra ecclesiam, & sic abnegat Deum. Nam Dei est dare omnia per gratiam; sed usurarius vendit gratiam. Ideo omnes amantes Deum deberent esse inimici usurariorum, quia Deus donauit tempora, & ipse vendit tempus. Et nota, quod assimilantur equo pallido. unde Psal. Et posteriora dorsu eius in pallore auri. Et vide malignitates usurariorum. Prima malignitas est, quia dicit, seruo proximo meo: & capit caput lumbiculi pauperis, & paulatim extrahit viscera, trahendo de die, & de nocte, donec euiscerauerit eum, & est iniqua charitas euiscerare proximum. Huic dicit Psal. Sicut nouacula acuta fecisti domum. d. vsurarie. uos d. barbitonfores, quando vaditis in processione ponatis istos vsurarios ante vos, ut antecedant, quia sunt maiores magistri quam vos, quia sciunt melius radere quam vos.

Secunda pessima conditio malignitatis usurarij est, quia sunt fures. Probo hoc per Christum, qui expulit de templo vsurarios vocando ipsos latrones, dicens, Domus mea, domus orationis est, & vos fecistis ipsam speluncam latronum. Et usurarius est latro domesticus, quia furando, licet videatur, non fugit, quia furatur omni hora, de die, de nocte, & in ecclesia, & ante Christum, & in quocunque loco existat: sed latro occultus quando sentitur, aut videtur, aufugit.

Tertia pessima malignitas usurarij est, quia est destructiua, & annihilatiua totius charitatis: quia nihil est, quod tantum annihilat charitatem, quantum usurarius. unde si vis reperire decem ducatos mutuo, & habes pignus, tu potius pro seruire pignoris, quam velis petere à proximo, ne sis illi obligatus, quia si non reperirentur seruirentes, tu peteres proximo, & charitas magis exercebatur, unde tepescit. Similiter pauperes melius facerent, quod venderent res, quas ponunt ad seruum sub spe reluendi, & nunquam exigunt, & roduntur sub vsuris, & sic pro minimo perdunt res suas.

Quarta pessima conditio usurarij est, quia est vsura nutritiua omnium malignitatum, quia multotiens vidua, vel pupillus consumitur sub vsuris.

Quinta maledictio, quod vsura procedit à magna crudelitate: quia quanto proximus plus eget, usurarius sibi plus seruitur, & plus aufert sibi. unde Iac. Qui viderit necessitatem proximi, & claudit charitatem in illo, quæ charitas viget in eo?

Sexta, vsura est de natura proditionis, quia facit hominem proditorem, quia usurarius bibit, & comedit cum proximo suo, vel eius fratre, & corrodit ipsum continue seruirendo, prædando, & præstando super domo, vel vineam fratris. Et sic paulatim extirpat in pane, & caseo ipsam domum, vel vineam de manibus fratris sui. O vos filij vsurariorum attendite, quia si succedatis in iniquitate vsurarum paternarum, efficiemini filij iniquitatis, & diabolus

A etiam vos equitabit, nisi restitueris si potestis ablata, & incerta detis pro Deo. Vnde dicitur Effrain educit filios ad perditionem. Effrain interpretatur crescens, quia vsurarius semper crescit in diuitijs. Septima pessima conditio vsurarij est, quia est proditor pauperum. Vnde Io. Qui ossa mea odiunt, non dormiunt. quia vsurarij de die, & nocte corroduunt ossa.

Tertia principalis pars.

Tertia pars principalis prædicationis est, à quo equitantur: quia qui sedebat super eum, est nomen eius mors, id est, diabolus infernalis, qui dicitur mammona, dæmon vsurariorum, qui ducit ipsos ad inferos. Et ille diabolus habet longa calcaria, & calcat ipsos speronando, ducendo, & trahendo ipsos à casa calda veloci cursu, quia nullus, qui ita cito, & ita dulciter applicet in inferno, sicut vsurarius. Vnde, o vos vxores vsurariorum, attendite, quia diabolus dat xvij. speronatas maritis vestris vsurarijs. Prima speronata est, quia facit eos excæcatos, quia vsurarius efficitur ita cæcus, quod non videt, neque cognoscit Deum, nec charitatem habet: sed Deus illorum forma denariorum est. Secunda speronata, quam sibi dat diabolus est, quia semper fitit, & nunquam saturatur, & quanto plus bibit, tanto plus fitit, ad instar ignis, quia quanto plura ligna superponuntur, tanto magis crescit ignis, sed si extrahantur, ignis deficit: sed vsurarius semper fitit, & ardet in cupiditate habendi, & crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit. imo ipsi dant denarios Iudæis ad fenus, vt fenerentur Christianis. Vnde fuit quidam pessimus vsurarius habens filium sibi similem, & iniquum, & iam effectus senex induratus propter senium efficitur smemoratus: & accidit, quod quando pignorbatur super aliquo pignore, ipse scribebat super libris suis vnum ducatum pro centum, & non bene videbat; & quando aliqui veniebant ad reluendum pignus suum ipsi dicebant, facite rationem vestram, quid debetis habere de vsura computata sorte, & ille loco centum ducat. scriptum reperiebat vnum ducatum cum vsura: & illi tacentes dabant sibi illud, quod petebat, & læti cum pignoribus suis inde recedebant. Vnde cum voluit videre calculum rationum suarum cum eius filio, reperit se multum

perdidisse: vnde dixit, fili mi, ego video, & propter senium visus amodo mihi deficit, non bene video, & careo memoria: vnde bonum est fili mi, & tu attendas banco feneratoris, & fac ita, & tu restaures deperdita, nec deseras fenus, quia est melior ars lucrativa, quæ sit in mundo: verum quia est vnum modicum infamiae apud istos rudes, qui nesciunt dulcedinem denariorum: ego emam vnam cordam Pater noster, vsque ad terram, & leuabo bona hora, & ibo ad primam Missam, & ibi dicam Pater noster, ita fortiter, & omnes audient, & cum videbo aliquem pauperem, cito clamabo eum fortiter, vt veniat ad accipiendum elemosinam, & perquiram plures bursatos meæ taschæ, & tandem cum fuerit bene visus stare à personis coram me, dabo sibi vnum bagatinum, nec timeas fili mi, & intendam propterea dare multum pro Deo, quia qui non habet de suo, poterit mutare de alieno: & hoc faciam propter eleuare à me istam murmurationem. vnde sic factum est. & fecit vnum bancum extra domum filio: & ipse cum veniebat de Missa scartabellabat suos quaterinos. Et accidit, & ipse mutuauerat vni presbytero de villa super vna veste sua quinque ducatos, qui presbyter propter suas zacharas deliberauit aufugere: & quia non volebat recedere sine sua veste, accepit crucem cum crucifixo, & vadit ad domum vsurarij antiqui, percutit ad ostium, intronitur, dicens, alias pignoraui meam vestem hic, ego libenter vellem ponere istam crucem loco meæ vestis, & prestaretis etiam alios quinque ducatos super ea, & isto crucifixo: tunc inueteratus in malos dies incipit magna voce proclamare dicens, prohelcelus, vade retro satanas, quia venisti tentare me, vis & pignorem super crucifixo, super Deo meo, ego non sum ille quem putas: imo omni die quo non audirem Missam, & non facerem elemosinam, videretur, & illa die non essem homo, & expulit eum: quo circa sacerdos ille confusus recedens iuit vsque extra portam domus: & considerans senex, & perderet vsuras illorum denariorum, magna charitate motus fecit eum vocari, & dixit, pater, ego valde compatior vobis videns vos in magna necessitate, vnde motus charitate feci vos vocari, & quia ego nullo modo fenerarer, ego mitam vos ad filium meum, qui facit illam artem, qui bene seruiet vobis: imo multo peius faceret quam fenerari super crucifixo: & sic ille presbyter fecit. Itē fenerator sempurgit

Agit bona hora, & habet in deuotione maxime Sanctum Antonium, & vadit tempore fori super angulis, & cognoscit pauperes, & querit quæ voret, & si reperit aliquem querentem denarios, fingit se non habere, sed querere vnum qui seruiet sibi, & dabit sibi de vno stochio in stanchis, ex quo ictu nunquam liberabitur pauper ille, donec sibi acceperit porcellum, vineam, & omnia quæcunq; habebit. Item dat sibi diabolus quartam speronatum, quia semper est tribulatus, & non potest dormire ex ansetate auaritiæ, & tristis illa mulier, quæ est vxor vsurarij, & tristis est filius in eius vita, sed post mortem omnes gaudent: imo sepe vsurarius mensurat vinum, & panes connumerat, & semper conqueritur, & nimis comeditur in domo illa, & oportet, & vxor furetur modicum olei, carniū salutarum, & farina, vt sibi emat subtilares &c. nec famuli vsurariorum vnquam habent pacem, nec possunt habere salarium suum; vnum tamen habent, quod non possunt peccare in gula. vnde Prouerb. c. Qui sectatur auaritiā, conturbat domum suam. Et tu vxor vsurarij discere facere coquinam marito tuo vsurario: accipe de spinacijs & noli multum lauare ipsas ne expandas multam aquam, & fritiga ipsas, & cum ponis ante eum dic, eh marite mi, accipe istas spinacias fritigatas, quia ita diabolus fritigabit te & me: similiter cum tu ponis ante eum aliquid dic, marite forte cras eris mortuus, & ibis ad infernum. Similiter, quando tu das sibi camisiam vt se mutet dic, marite memento quia forte ista erit vltima camisia, quam tibi pones, sed caue ne te capiat, quia forte percuteret te: tamen isti vsurarij sunt viles & effeminati. Item dat sibi diabolus quintam speronatum, quia semper fitit, & est peior quā roborator, & habet quatuor pessimas conditiones. Prima, quia modicus labor est sibi magna sanitas, quia viuunt sub vmbra laboris alieni. Secunda pessima eius conditio, quia efficitur cito diues, sed parum durat eius diuitiæ. Tertia, quia est certus de lucro. Quarta, quia ipse est securus de pignore. vnde Iob. 5. c. Vnus est, & secundum non habet, & laborare non cessat, nec dicit in corde suo, cui congregabo diuitias, &c. Et est ita pessimæ naturæ, & non audet comedere. vnde erat quidam vsurarius plenus denarijs, & erat solus, & iuit ad piscariam, & vidit vnum pulchrum & delicatum piscem, & volens mercari istum piscem, piscator petijt quinque grossos, &

auarus considerauit, quod in capite anni ipse haberet quinque grossos, & fenus ipsum, & quod erat secundus sanguis nummus, noluit emere. Superuenit vnus cerdo, qui mercatus est illum piscem pro quinque grossis: & vsurarius in se receptus dixit, vae mihi misero, ego sum ita diues & solus, & nunquam habui bonum partum, & nescio gaudere, neque vti meis diuitijs, & dixit quod volebat prandere cum illo cerdone, qui lata fronte sua vota suscepit, fecitque nitide, & abundanter cum iucunditate parare: finito prandio vsurarius dixit cerdoni, ego nescio gaudere diuitijs meis, si tibi placet, ego volo, quod sis frater meus, & dedit sibi clauas domus, & capsas denariorum, dicens, vade & fac me tecum gaudere donec vixero, post mortem meam facito sicut vis: & ingrediens domum cerdo aperuit bene duodecim ostia antequam reperiret capsam denariorum, & ingrediens camerotum denariorum reperit vnum atrum dæmonem stantem super capsam, & dicentem, abi hinc, quia nolo quod accipias istos denarios, quia mei sunt, & vis ipsos dilapidare in breui, quos meus seruus & martir iam tanto tempore, & cum tot vigilijs, & fame, & siti acquisiuit. Sexta speronata, quia est tenax, & moritur sicut canis desperatus, quia moriendo videt relinquere diuitias suas, quas cum tanta affectio ne amabat, & vt plurimum videt se thesaurizasse, & nescit cui, vel tali, quod ipsum pernitet. unde parum est, quod audiui ab uno magistro in lacra pagina, quod dum uxor vnus vsurarij laborantis in extremis misisset pro eo, ut confiteretur, & hortaretur maritum, ut confiteretur, & ille dixit, ad quid debeo dicere peccata mea huic fratri, da mihi de brodero, & si morior, quid curo facias me sepelire: Notarius adest, ut faciat testamentum: instat frater, ut ablata restituat, & ille recusat: instat uxor, hortatur Notar. at ille dixit, iam non feneratus sum, & accusulauit thesaurum, ut ipsum disperdā, quid ergo fecissem in hoc mundo toto tempore uitæ meæ, ego non moriar: tamen semicoactus precibus & hortatu omnium, dicit, & vult restituere: Notarius incipit scribere testamentum, uxor dicit, vultis restituere tali: & dicit auarus, messe non, quia non fuit parum seruitium illud quod sibi feci, quia seruiui sibi de meis denarijs in sua magna necessitate, & quid mei denarij non debent lucrari, vos estis bene fatui: & instat frater, dic in bona hora quod sic uestis, quia

A nisi tu restituas, tu ibis in infernum: & ille dixit, creditis esse infernum? certe credo, quod anima moritur pariter cum corpore, deh non molestetis me, quia fecistis mihi venire febrem: tandem cum precibus, & magna instantia omnium fecit scribere, quod erat contentus, quod si moreretur, bona restituerentur, & aliter non. Septima speronata, quia vsura est ars defidum, & poltronorum, & dans se vsuris in iuuentute, nunquam potest recedere ab ea, & uiuit semper ad expensas aliorum. Octaua, quia ars magis abominata, quam aliqua alia ars mundi. Et nota quod semel unus prædicator dixit, quod habebat libertatem dandi ueniam omnibus à Summo Pontifice, & quod omnes uenirent die Dominico, quia uolebat eos absolueret, & quilibet deponeret de per se in acies ordinatas secundum eorum artes: & dato die conuocato populo in ordine, prout dixerat: primo uocat milites, secundo Doctores, tertio mercatores, & sic successiue per singulas artes: nouissimè uocauit vsurarios, & nullus usurarius comparuit propter abominationem nominis sui: & accidit de vsuris, sicut de gatta, quia uocando omnia alia animalia ueniunt, excepta gatta, quando uocas dicendo, gatti, gatti, au fugit; sic faciunt usurarij. Nona speronata est desperatio, quia nulla ars facit hominem desperatum, sicut usura, quia quandoque usurarius habebit bonas inspirationes, & conscientia corrodet eum, ut restituat, & respicit filios, & filias, & vxorem, & dicit inter se, ò filij mei, vae mihi, quia propter uos uado ad inferos, si restituerò, eritis deserti, si non restituerò moriar damnatus: item si restituo, efficiam pauper, & uxor, & filij semper erunt in continuo bello mecum. & dicit, ego uolo potius stare misericordiam Dei, quàm hominum. & cum isto proposito moritur desperatus, & plusq̄ desperatus. Nā Iudas licet suspēdēdo se desperauerit, tamen confessus fuit peccatū suum dicens, peccaui tradens sanguinem iustum, & restituit triginta argenteos. Sed usurarius, qui iam proposuit fenerari, & non restituere, scit quod non restituendo non remittitur peccatum, & sic non curat confiteri, nec restituit, nec poenitet, non restituendo, ita quod moritur plus desperatus quam Iudas. Vnde quidam auarus existens Arimini considerauit, quod propter paucitatem bladum futura esset magna caristia, & emit, & inca-

nipauit omnia blada, quæ potuit, & tenuit ualde ipsa clausa: & tranfactis aliquibus mensibus accrescit pretium bladum, & quanto plus diminuuntur blada, tanto magis crescit, in tantum, quod starium frumenti ualebat quadraginta solidos, & uix reperiebatur. Et iste diues auarus, cum sibi petebatur, negabat se frumentum habere, & disposuit non uendere granum, donec starium ualeret quinquaginta solidos: & ne aliquis haberet causam petendi, quod sibi uenderet, iuit rus, & ibi stabat, & continuè à rusticis redeuntibus petebat quantum ualebat frumentum, & audiens, quod dietim esset carius, fingebat compati pauperibus ore, sed corde gaudebat. Accidit, quod erant duo mercatores, qui audientes de ista penuria caricauerunt vnam magnam nauim frumenti in Apulia, & apporauerunt Ariminum, & uidentes magnam famem ibi existentem, disposuerunt exercere officium charitatis, & pietatis uersus proximos, & calculauerunt, quod poterant lucrari medium solidum de singulo stario, dando starium pro tribus solidis cum dimidio, & sic proclamari fecerunt, quod uolentes emere irent ad portum pro tribus solidis cum dimidio starium: unde omnes uicini, & rustici scientes prædicta cucurrerunt, emunt, & Deo agentes gratias, plenis cum faccis, & oneratis afinis redeunt domum, iubilantes, & cantantes, Gloria in excelsis Deo, &c. Diues uero auarus ignarus prædictorum, quia longe à ciuitate equitauerat ad suam possessionem, ut difficilium posset quæri, uidens, quod frumentum ascenderat ad pretium quod uolebat, rediēs domum gaudiosus, obuiat istis uillicis oneratis bono tritico in longa commitatiua, & inquit, boni uiri, quid portatis in istis faccis, est uerum, quod sit tanta caristia in ciuitate, sicut audio? At illi iubilando dixerunt, bone domine, iuimus ad forum tanquam desperati, sed gratia Dei apparuit nobis: siquidem heri duo mercatores, imo Angeli Dei, applicauerunt ad portum bono tritico onerati, & ex commissione omnibus uolentibus, indicta crida, starium tradunt cum tribus solidis cum dimidio abundanter, pollicentes, quod isto uendito de alio abundanter portabunt. unde iste diues auarus subito stupefactus, uoce magna proclamauit, vae mihi tres solidos cum dimidio, An heu mihi, quia sum desertus, & se stringens equitando uadit dicēdo puia, oime tre soldi e mezo, tres solidos cū dimi-

A dimidio, si obuiat vni sibi noto, qui dixit ad eum, dñe bene steteritis: & ille respondit tres solidos cum dimidio: cum venit ad portam ciuitatis, Capitanus portæ dicit, bene steteritis domine: & ille respondit, tre soldi e mezo: cum applicat ante portam domus, vicine dicunt, bene ueneritis: & ille dicit, tre soldi e mezo: stat attonitus in sensatus, & nil dicit præter tre soldi e mezo: pulsatur ad ostium, descendit vxor, recipitur in domo, vxor petit qualiter sibi esset, & ille pur dicit, tre soldi e mezo: nescit descendere de equo, vxor dicit, quod descendat: & stupefactus ad oia respondit, tre soldi e mezo: vxor facit ipsum accipere de equo, & facit eum ascendere scalas, & dicit si uult bibere, & dicit, tre soldi e mezo: ipsum ponit in lecto, sui mali ignara, & facit ferculū bene conditum dicens, uultis comedere, & ille respondit, tre soldi e mezo: adest medicus, quærit pulsus, & nullum signum huius alterationis inuenit, & quærit si quid uidet, vel si quid dolet, & dicit, tre soldi e mezo: & non febricit, & nescit causam stuporis, & dicit, ubi patitur, tre soldi e mezo: uenit præbyter, ut cõfiteatur, & quærit, nil aliud dicit, nisi tre soldi e mezo: & sic dicendo præ dolore crepuit, & diabolus eius animam asportauit: & de cætero usurarij in illis partibus uocantur, tre soldi e mezo. Decima speronata, quia eleuat uerecundiam ab homine, & timorem Dei, quia usurarius faceret omnia scelera propter denarios. Undecima speronata est, quia semper exercetur in malo: nam omnes peccatores aliqua hora faciunt treguam cum Deo: usurarius uero semper feneratur, & lucratur tam in diebus Dominicis, quam Natalis, quam Pasce, & nunquam facit treguam cum Deo, neq; de nocte, neque de die, & omni hora feneratur, & nunquam cessat à malo. Duodecima quidem ita inuoluppatus, quod semper est oblitus de Deo. Tertiadecima speronata est, quia est priuilegiatus ualde, quia totiens est diaboli, quotiens feneratur. Quartadecima, quia quando moriuntur omnes gaudent, primo filij, vxor, & tota familia: vel si non habet filios, vxor gaudet, subtrahit, & subito quærit alium maritum, cum quo possit gaudere ad expensas usurarij, cum quo semper fuit mēsta, ad instar uisus dominæ cuius uir usurarius de mane mortuus est, & in sero accepit secundum uirum iuuenem in uilipendium primi. Quintadecima, quia est porcus diaboli, quia in uira uiuit sicut porcus,

& moriens omnes pueri, & alij sunt circa, & vnus petit caudam, alius aurem, alius uersicam, & vita nulli prodest, & nulli est utilis, nec potest aliquis gaudere de suo, sed post mortem omnes gaudent, quia pauperes sperant reuolueri vsuras, & similiter fratres aliquid sperant habere, & propterea gaudent, & quia eius vita omnibus est exola. Sextadecima speronata est, quod ab omnibus Sanctis est derelictus, quia mors peccatoris pessima, quia omni die festo Sanctorum feneratus est, & nunquam custodit festa, ideo in morte derelinquitur ab omnibus Sanctis. Decima septima, quia ab omnibus creaturis etiam est derelictus, quia nullus facit ita turpem mortem, sicut usurarius, & est signum, quod omnes creaturæ pugnant secum: primo dæmones susanando ducunt à casa calda: Angeli, & Sancti detestantur eius vitam, cœli uociferantur, elementa deprauant eius damnatam artem: panes, uinum, & carnes, quas comedit, ipsum blasphemant, quia conuersa sunt in eius sanguinem, & carnes: domus, tectum, & paries conqueruntur, quoniam ea infecit; terra gemit, quia calcavit eam, & omnia clamant contra peccatos usurarios dicentia ad ignem æternum maledicti, desperati iustitia: & sic multitudo magna sequitur usurarios, quia infinita mala ueniunt propter auaritiam, à qua defendat nos Deus, ut peruenire possimus ad gaudia paradisi, Amen.

F E R I A S E C V N D A
Quartæ hebdomadæ
Quadrage.

De Amore irato.

Sermo XXVII.



Vm fecisset quasi flagellum de fomiculis dei acie omnes de templo.
Ioan. 7. c. In quo apparet secunda penna Alq̄ nostri Seraphini, quæ uocatur Amor iratus. unde, Irascimini & nolite peccare. Ita facit Christus ad dandum intelligere, quod irasci debemus contra peccata nostra & aliena; non contra personam, sed contra culpam, quia sic sunt diligendi homines, ut errores eorū nō diligantur, sed quia à Deo

A facti sunt: que materia est necessaria, & vtilis. Vnde dum Sanctus Franciscus transfret per vnam ciuitatem, & esset post eum vnus demoniatus: quidam cuius interrogauit eum dicens, quod est maius peccatum mundi? & S. Franciscus respondit, quod homicidium erat maius peccatum mundi: & demoniatus existens retro rixit dicens, est vnū aliud maius quā homicidium. Et S. Franciscus dixit: In virtute Dei, dic mihi quod est illud peccatum maius homicidio? & diabolus respondit, quod tenere rem alienam est maius peccatum homicidio, quia nulli vadunt tot ad inferos, quot vadunt de tenentibus aliena. Dixit S. Franciscus, dic causam, quare plures vadunt ad inferos de tenentibus bona aliena, quam de alijs. qui respondit dicens, postquam deduximus homines ad accipiendum aliena, & acquirendum diuitias, bene iuuamus eos ad non relaxandum illa bona extorta, & sic damnantur ipsi, & filij, qui eis succedunt, & sciunt, quod illa bona venerunt de rebaltio, & sunt male acquisita: & similiter illi, qui participant de illis male acquisitis, sicut vxores, filij, & ceteri, damnantur: ad cuius noticiam distinguendo nota tria damna, quæ fieri possunt proximo. Primum est damnum spirituale intus. Secundum est damnum corporale, quod est apud. Tertium est damnum temporale, quod est de foris. Et secundum ista tria damna, discite tres regulas.

Prima pars principalis.

Prima est de damnis spiritualibus factis: vnde cape pro regula generali, quod omne damnum, quod fit spirituale, seu datur proximo, in quantum possibile fit, es obligatus satisfacere, quia non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. & intellige, quod debet restitui tam damnum spirituale, quam corporale, & temporale. Circa quam regulam nota, quod tripliciter potest dari damnum spirituale proximo. Primo scandalizando ipsum, secundo infamando ipsum, tertio ipsum inducendo ad faciendum malum. Primum damnum in scandalizando proximum fit tripliciter: quia aut scandalizatur proximus cum verbis, aut cum factis, aut cum actibus. dico quod verbis scandalizatur dicendo sibi verba iniuriosa, vel generatiua sibi scandalu: & tunc teneris sibi restituere, quod tu derobasti eius animam: vel per te non stetit, quo minus faceres ipsum peccare: ideo oportet quod tu vadas ad eum, &

dicas tuam culpam. Vnde Matt. 5. Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio: irando cum corde intrinsecus. Qui autem dixerit fratri suo, Racha, reus erit concilio. Racha est actus iræ, cum dicit, heysi: quia si ostendis de foris signum iræ intrinsecus, etiam oportet satisfacere, reconciliando te cum fratre tuo. si autem dixerit, Fatue, reus erit gehennæ ignis, quia peccauit mortaliter: quia ex quo iratus fuisti in mente, & ostendisti foris verbo iracundiam maledicendo proximum, oportet te secum reconciliari, & facere penitentiam de illo peccato. Item tertio potest offendere proximus cum factis, puta, tu derogatus fuisti proximum: & tunc fit dupliciter, aut palam, vel occulte: si palam, dannificasti proximum, & tunc sufficit restituere prædam, vel damnum, nisi fecum reconcilieris, quia fecisti sibi duo damna: vnum temporale tollendo res suas: aliud spirituale scandalizando ipsum. Et si non potes restituere res ablatas, saltem dicas tuam culpam, & reconcilia te secum, offerens te satisfacere cum potueris, si tibi remittere non vellet damnum, vel vluram, aut robariam. Si vero damnum, vel furtum est occultum, tunc non expedit, quod tu vadas ad eum, & sibi petas veniam, nisi modo infra scripto, & restitues sibi etiam modo infra scripto ablatam. Tertius modus est, quia debet damnum spirituale restitui cum modis. Nam Deus non iudicat secundum modum, quem facimus, sed secundum suum iudicium verissimum, & non secundum nostrum apparere: pone, quidam te offendit, interficit tuum patrem, vel te derobauit, vel tibi tenuit loquelam, & tu dicis: parco, sed nolo sibi loqui, nec me secum impedire. Ego dico, quod nisi facias illi omnes actus, quos facis alijs tuis proximis, & amicis, secundum amorē, & charitatē generalē cum actis & signis, salutando eum, cum sibi obuias, & si te salutatur, respondendo sibi, tu peccas. & similiter Iudeo, & cuilibet alteri pagano, nisi foret prohibitum per ecclesiam, quia non debemus habere odio peccatorem, nisi secundum peccatum: vnde tuo inimico praterito teneris indicare signis & actis, quod sibi remisisti iniuriā, loquendo secum, respondendo sibi cum loquitur, & cetera faciendo, quæ faceres cum alijs proximis tuis; saluo, quod si esset talis persona, cum qua si loquereris, posset sequi peccatum, sicut si esset aliqua femina, quæ stetit in adulterio cum aliquo, & nollet sibi loqui, ne inducat iterum ad peccandum: dico, quod tunc potest sibi tenere loquelam, ne illud scandalu sequatur: & sic de alijs similibus. Sed pone, es in circulo cum pluribus

Abus hominibus alloquentibus, superuenit inimicus tuus tecum reconciliatus, tu mutas colorē, & subito inde recedis, quia tu ostēdis illud signum odij, & fecisti scandalizare proximum, tu peccasti mortaliter. Nam illud odium remansit tibi secretum in corde: & non vides quod diabolus tenet ipsum absconditum, ita quod non vis tibi quod ipsum odias. Sed Deus scrutator cordium, illud videt, & ideo obligaris de illo actu dicendo tuam culpam. Et quod hoc fit verum, vide Mat. 5. c. ubi Christus dicit: Si ergo offeres munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. alius perdis oblationes. Sed intellige hoc solidē, quia vos itabit per menses & menses tenendo loquelam vnus alteri, & male facitis, & peccatis. Non dico, quod si recordaris de odio fratris tui, quod tu relinquas Missam, & oblationem, quia si est ibi, vel possibile, quod non perdendo Missam reconcilies te secum, vade & reconcilia te secum: si autem audi Missam, & offeras cum proposito reconciliandi secum, quamprimum poteris, offerendo cum bona contritione. & similiter facito cum vis ieiunare, vel eleemosinam facere: alioquin parum prodest tibi quantum ad salutem animæ, quia es in peccato mortali, & bona, quæ facis non tibi profunt, nisi cum contritione, & proposito confitendi, & veniam petendi proximo tuo. Vide modo secundum damnum spirituale in defamando proximum: & licet possit addi tempo- rali, tunc potest adaptari spirituali. Nam melior est bona fama, quam diuitiæ multe. Et secundum Sco. Bonauen. & S. Tho. & Ricar. in 4. etiam tangit, & alios Doct. Iste punctus distinguitur tribus modis. Primus, quod aliquis diffamat alium cum veritate dicendo verum, & cum charitate. Secundus, quod dicit mendacium diffamando alium cum perueritate & iniquitate. Tertius, quod diffamat dicendo verum sine charitate. Et nota, quod esset periculosum valde diffamare proximum, quia nunquam poteris saluari, nisi petas veniam. Et si imposuisti aliquam infamiam alicui, & petendo sibi veniam, vel dicendo, quod fuisti mentitus per gulam restituendo sibi famam apud illas personas cui dixisti, & diffamasti proximum, deberes potius incurrere omnem infamiam, ut eleues infamiam a tuo proximo, & apparere vnus mendax iuste, quam tuus proximus iniuste portet infamiam, quia iniustitia præfertur iniustitiam, & fuisti causa infamationis. Primus modus, quod tu corrigis fratrem tuum cum cha-

ritate dicendo verum, secundum euangelicam disciplinam, primo inter te & ipsum, secundo si non audierit te, dicendo ecclesie, ut tibi prædicaui in septimana præterita, in prædicatione, quæ incipit, si peccauerit in te frater tuus. & si taliter diffamas ipsum cum charitate, non teneris ad restitutionem. v. g. si tua vincina iuuenis tenet malos modos, & tu cum charitate admones ipsam, & illa dicit, non est verum: & dices sibi secunda, & tertia vice, & se non emendet: accipias vnā, vel duas bonas feminas tecum, & graues, & cum charitate reprehendas ipsam: & si se non corrigit, & emendat, dic patri, & fratri, & c. Et si illa persona, quæ corrigitur dicit, quod tu mentiris, & c. certe tu non teneris dicere tuam culpam, imo peccares, quia videretur quod te penitenter fecisse illud bonum. Secundus modus est, quod per odium infamas aliquem, vel accusas proximum contra veritatem: & isto modo temerarie diffamando, vel accusando proximum contra veritatem, semper peccas mortaliter, & obligaris ad restitutionem. Similiter si malo iudicio iudicas proximum contra veritatem fecisse aliquid, quia tu peccas mortaliter. & istis casibus quod diffamas aliquam personam, vel malo iudicio, vel contra veritatem, tu teneris ad restitutionem dupliciter. scilicet dicendo tuam culpam illi, quæ diffamasti, & restituendo ei suam famam penes illos, quibus diffamasti, vel falso modo iudicasti eum dicendo, quod mentitus fuisti, sicut si esset aliquis philocaptus de aliqua iuvene, quæ delectatur stare ad fenestras, & ridere, & c. sed non habet voluntatem peccandi, & ille mentiendo dicit aliis, quod habuit eam certē: tu teneris dicere tuam culpam illi iuveni, si ipsa scit, quod defamaueris eam, & retrahere infamiam apud illos, apud quos ipsam defamasti. Similiter si tu quod audiisti ab aliquo defamante aliquam personam, postea alias retulisti illam infamiam, & ille venit ad te dicendo, quod mentitus fuit per gulam de eo, de quo diffamauit eam, tu similiter teneris ire ad quos tu retulisti illam infamiam, & dicere, quod non fuit, nec est verum illud, quod dixisti ex eo, quia ille à quo audiisti retraxit reductus ad conscientiam, & dixit se mentitum fuisse, & quod illud dixerat ex odio, vel ex inuidia, vel temerario modo: alioquin tu peccas. Tertius casus est, quod tu diffamas aliquem cum veritate, sed non cum charitate. Et si videris feminam fornicari, si dixeris alijs, nisi actu charitatis, tu peccas mortaliter totiens quotiens illud dixeris, nisi in actu charitatis, puta quia dixisti illi fornicari, & non vult corrigi, quia tunc seruando euangelicam doctrinam, potes dicere al-

Ateri, vt corrigat eam, cui magis credit, vel timent, vel adhibedo tecu duos, vel tres, &c. Vos o virginelle fatue, cauete vobis ab inamoris, quia cu ridetis sibi in ore, vel responditis suis verbis, vel sibi consentitis, ipsi habent focios, & referunt focijs se iactado de vobis, & multotiens plus dicunt qua sit in veritate: & focij dicunt alijs, & sic repletur tota ciuitas antequam vos fatue sciatis: ideo nolite dare aures suis verbis. Vides ergo qualiter, ex quo tu no dixisti veritate diffamando aliquem, tu teneris isto modo restituere dicendo, dico meam culpa, quia dixi tibi pridie culpam proximi mei talis; & licet sit veru, no debebam tibi dicere, quia no seruaui officiu charitatis. Sed pone, qdam iuuenis maritata tenet malos modos in falledo marito: quedam bona domina ppendens corrigit illa: illa se no castigat: & videns hoc ipsa ex charitate adhibet secum yna alia vicina, & adhuc videns q no corrigit se, illa qua mouetur ex charitate dicit illud patri: alia vero illud reuelat marito. charitas eius, qua dicit patri est iusta: altera, q dixit marito non. Maritus vero dicit vxori, illa negat dicendo, q mentitur. modo quaeritur, scilicet illa qua negauit adulterium comississe teneatur restituere? & certe dico, q teneatur dicere suam culpam illi, qua cum charitate se mouit, & alteri no: quia illa adultera non obligatur confiteri veritate, quantum ad leuandum infamia illi, que non correxit cu charitate, quia non meretur, quia non se mouit cu opere charitatis: in alia vero, que correxit cu charitate, tu distingue: quia aut illa adultera cofitendo veritate incurrit periculum vite: & illa que correxit cu charitate incurrit periculum infamiae tm: & isto casu adultera non tenetur confiteri veritate. aut incurrit periculum infamiae tm, & isto casu tenetur adultera dicere veru, & potius vellet incurrere infamiam, qua permittere incurrere illa, qua cu charitate ipsam correxit. aut dicendo veritate incurrit periculum mortis, & negando illa, que cum charitate correxit incurrit periculum vite. Et isto casu debet potius eligere morte, & dicere veritatem, qua velle pati, q illa que iuste correxit, & cu charitate, moriatur, alioquin dana bitur. Tertiu danum spirituale, quod datur proximo est in inducendo proximu ad malu, sicut inducendo femina ad luxuriandu: & est ita necessariu scire, sicut aliqd aliud: vnde pone, q induxisti femina ad luxuriandum, & deuiauit, & male capitauit: quid es tu restituere obligatus sibi? certe tu penites

no solu des tu corrigere, sed obligaris qtu est tibi possibile reducere ipsam ad frugem melioris vite, nec sufficit te solu penitere, sed oportet, q inducas et ipsam ad via penitentie. Simile si proxeneta, vel mediator induxit aliquem ad fenerandu, vel faciedo iniquu cotractum, vel ad furandu, vel aliud aliud malum faciendum, tu non potes saluari, nisi inducas illu ad restitutione: & si illud no fecisset, nisi tu induxisses eum, tu teneris ad restitutione, si ipse no vult restituere: sed alias latius tibi dicam de hoc. Simile si induxeris aliquem ad rufianandum aliquam, seu rufianaueris aliquam, non sufficit penitere, nisi inducas illam, qua fecisti peccare: & charitativè ad emedandum se cum tuis orationibus, & faciedo precari Deum, & cum factis suadendo sibi, q se emendet. simile si aliqua vetula recagnata duxerit aliquas puellas ad se pelandu, & ad se fucandum, & ad portandu capillos alienos, & vanitates, & ad alios actus minus honestos, & procaes, licet peniteat, no potest saluari, nisi induxerit illas iuuenes ad emedationem virtoru, ad qua illas induxit suis suasionibus, precibus, & orationibus. Simile si qua induxerit nouas fozas vanas, vel iam repertas sequitur, peccat, & tenetur, vt supra. Sed quero, quis magis peccat, vel vsurarius, vel mulier vana, qua ponit sibi bellutu, & capillos alienos, & nouas fozas propter facere in amare iuuenes? Certe dico, q talis mulier vana plus peccat, qua vsurarius, quam latro, & robator stratarum, quaq; incedarius, q prado ecclesiarum, pupilloru, & viduarum. & ratio est ista, quia illi danificat solu in rebus: illa vero femina vana in vna die est sufficiens praedari, & occidere mille aias trahendo iuuenes ad concupiscencia sui: quia qui respicit muliere ad concupiscendum eam, iam mechatus est: & quanto aia est praestantior rebus, tanto magis peccat. & tu o femina vana, caudata, & fucata, portans capillos mortuorum, & indiabolata, no facis tibi conscientiam, nec vnquam confiteris de hoc tuo tam grandi scelere: diabolus te docet, tenet, & regit, & finaliter te equitabit, quia tu sola in vita tua es sufficiens occidere decem millia hoium ad concupiscendum te, & es exemplum, & das causam alijs mulierib? facere sicut tu. Sed qualiter iste tales feminae vanae satisfaciunt, & restituent animas peccantes in eas, quia no remittitur peccatu, nisi restituatur ablatum. dico q non sufficit ipsas poenitere, & abstinere amplius facere: talia, nisi, taliter se

A se emendent, q sicut prius fuerunt ex eplu vanitatis & mali, efficiat ex eplu, & speculu honestatis & boni, quia debent portare vestes inferiores & viliores q deceat statum suu, & leues, superfluas caudas, iocalia, capillos alienos, fucos & similia, & castiget alias & ipsas inducat quantum scit & pot ad habitum honestu. Similiter in his, qui lucrantur ex malis lucris vetitis, non sufficit penitere, sed oportet q restituant lucra, si possunt. Similiter Scotus in 4. 15. di. distinguit, ista tria dana spualia, corporalia, & tpalia, dicens q maius & periculosius peccm, qd est danum mali ex epli illoru, qui debent dare bonum exemplu filijs: magister scholaribus, presbyteri subditis, &c. quia obligant ad restitutionem. vide de hoc in decretis. 5. qo. 1. c. ex merito. deteriores sunt qui malis morib. vitam bonoru corrumpunt, qua qui possessiones temporales arripiunt.

Secunda pars principalis.

Vide de damno corporali, de quo tolle secundam regulam principale, quia tu debes satisfacere danu corporale, & no. q sunt tria dana corporalia, quia aut tu facis danu feriedo vel mēbre mutilado, debilitado vel incidendo, aut occidendo. Cape primu. pone q ferias aliquem, tu fm conscientia obligaris soluere oes expensas pccusso. l. medici, & medicine, damna & interesse, vt de iniur. & dada in c. si rixati. fu. in tm q Doc. dicit q si percussus heret paruos vel patre senem, &c. tu teneris soluere oes eorum expensas. Et in veteri testō et hes, Exo. 20. c. &c. Secundū danu corporale est incidendo membrū, &c. iniuste, quia similiter teneris ad expensas quas fecit in liberado & patris senis & totius familiae, & ad dana & interesse, et si ca intercessisset. Tertiu est, si occidisti aliquem publice, debet dari publica penitentia, quia sicut publice scandalizasti proximum, ita publice debet dari poenitentia & fieri. & hinc est quod in curia Romana faciunt spoliare homicidas & vadunt in circulo vbi sedent publice penitentiarj & quilibet percutit homicidam ter super spallis. Scotus dicit q qui interficit hominem, debet ponere vitam in periculo mortis cum in fidelibus pro fide Christi, vt ex quo priuasti proximum vitam, adeo quod non potest facere penitentiam de suis peccatis, tu satisfacias pro eo ponendo te in discrimine seu periculo vite pro

fide. vnde pro regula tene, q omne danu datum proximo, quantum est possibile, teneris satisfacere; quia omne quod habes de alieno, quod ad tuas manus peruenit, vel quod pertineat ad alios, sine vero titulo, siue iniuste, teneris restituere. Circa quod nota tria notabilia. Primum notabile est, quia aliqua sunt aliena, qua perueniunt ad tuas manus licite, quia reperisti denarios, vel caligas alicuius: nunquid licet tibi tenere illos? Respondeo, non. quid ergo facies? certe tu debes inquirere cuius sunt, & considerare & querere & teneris ei restituere ad instar furti, quod est cotrectatio rei alienae inuito domino. sic in re perdata, quia est verisimile, quod si conuertis in tuos usus, tu facis contra voluntatem eius, qui perdidit. Secunda regula est, si non reperis cuius sunt, quid facere debeas? Tertia regula, quia si es pauper, quia eges, tu debes ire ad episcopu & dicere necessitatem tua, quando non potes reperire illum, cuius res inuenta sunt: & si consulit quod teneas, tene cum aio restituendi, si reperitur ille cuius sunt. sed si es diues, & faciendo scripta non reperis, cuius sunt, & es paratus restituere si reperires, non reperendo debes dare pauperibus: tamen si speras reperire dominum, non peccas seruando animo restituendi semper. Sed securius est dare pro Deo, desperando reperire dominum. Simile si licite veniant ad manus tuas res danda pauperibus, quia es commissarius, &c. Si non das pauperibus, tu es robator. & si das attinentibus tuis, tu es robator. Similiter si vicina accommodauit tibi rem & est oblita, tu teneris sibi restituere, alioquin peccas, quia robas. Simile si emisti rem robatam, teneris restituere Domino. Sed alias tibi dicam de hoc. Similiter si mercator dedit ad terminum tibi rem, si tu non soluis in termino, teneris ad interesse suum. Et nota pro regula, q omne, quod tibi licite ad terminum datum est, in termino teneris restituere, alias peccas dupliciter, quia primo omne promissum est debitum: Secundo propter ingratitude. Tertia regula est, quod omne quod est alienum, & ad manus tuas licite peruenit, teneris restituere, sicut est furtum, rapina, vsura, tondere monetam & tributa & similia. Sed cui debent restitui, infra dicam alias. Simile lucra superflua & facta in malis ponderibus & falsis mensuris, & omne lucru quod ultra debitū facis. Simile i immiscēdo malum

A malum granum cum bono, & cimatura cum lana, ad faciendum pannos, & aquam cum vino, & rucheram in vino, & falsificando isto modo mercatias, quia illud plus quod vendis vel recipis ex huiusmodi falsitate, restituere teneris.

Tertia pars principalis.

Tertium notabile est, quod omne quod pertinet ad alios, & licite peruenit ad tuas manus, tu debes restituere: quia si habes cartas, instrumenta vel libros rationum alicuius, tu teneris restituere, & tenendo iura aliorum, propter quod ipsi non possunt probare & ostendere iura sua, omnia sua damna & interesse & expensas factas in recipiendo scripturas illas de nouo & in faciendo lites illa de causa teneris restituere: & si perderet causam ex defectu illorum iurium suorum occultorum: nam teneris ad restitutionem. Simile de decimis, in quibus es obligatus secundum consuetudinem, debes restituere, quia quæ sunt Cesaris Cesaris, & quæ sunt Dei, Deo debent. Sed dices, sacerdos male expendit decimas in meretricibus & filiis suis, & non in erogando pauperibus. Respondeo, si male expendit, nihil ad te, & sibi imputet si non feruat mandata: sed quantum ad te pertinet, tu ipse serua. Sed pone, Dominatio ponit gabellam, mittit unum exactorem: certe tu non teneris soluere, sed si exactor male facit, quia consumpsit denarios exactos, imputetur Dominationi, quæ malum exactorem elegit. Sed quid si sacerdos maritatur filiam suam, & dat sibi dotem de bonis ecclesie: maritus, qui recipit dotem, tenetur ad restitutionem. r. 2. q. 2. c. gloria episcopi. quia qui dotes dant, similiter tenentur restituere. Similiter foemina concubinae presbyterorum uiuentes ad expensas crucifixi, tenentur ad restitutionem. Sed pone, aliquis credit dare vni, & dat tibi per errorem, quia errauit in persona, credens te fore illum cui dare debebat. certe licite illud datum peruenit ad manus tuas, tamen teneris restituere danti. Similiter si datur vel relinquitur hospitali, hospitalarius tenetur illud dare pauperibus. Similiter quærentes pro hospitali sancti Boni, & pro sancto Antonio. Certe illud quod recipiunt & expendunt gaudent cum meretricibus & taxillando & expendant in tabernis & malo modo, sicut communiter faciunt isti quæstores, tenentur re-

stituere pauperibus. Sed tu qui facis elemosinas prædictis propter eorum fallaciam & mendacia verba, das eis bladum, linum vel carnes, & habes viciniam pauperum, melius faceres dare egeno quem tu cognoscis, quam talibus ribaldis. Insuper concedentes priuilegia istis talibus quæstoribus, tenentur ad restitutionem pauperibus, de illis elemosinis, quas inueniunt. Dixi de his qui acquirunt per errorem personarum: videamus secundum errorem, qui est error fortunæ. pone, tu facis elemosinam diuiti, non egeno, quod possit tibi facere elemosinam: certe tenentur accipiens restituere illi, a quo accepit. Simile in robatore, quia tenetur restituere illi a quo derobauit. Sed si robator est effectus pauper, debet confiteri & penitere & facere secundum quod consulit confessor. Sed pone, quidam accipit precium pro eundo pro alio ad sanctum Iacobum, & habuit solutionem integram, & vadit quærendo elemosinas & quæstando: certe tenetur ad restitutionem illarum elemosinarum alijs pauperibus, quia videtur spoliare illas elemosinas alijs pauperibus. Similiter si datur elemosina pro missis dicendis, & non dicat, tenet Deo restituere. Sed pone, aliquis est aptus ire ad Sanctum Iacobum de suis bonis, & facit votum ire toppinans sine elemosinando. dico quod sicut non potest ire robando, ita non debet ire toppinans, vel elemosinando, & tantum quantum subtrahit, tantum tenetur restituere pauperibus. Sed si vult ire ratione poenitentia debet dare tantum de suo pauperibus, quantum lucratur de elemosinis. Sed pone, quis interficit aliquem, an obligetur venire ad iudicium ut decapitetur? distingue in hoc casu, & similibus tria tempora, seu tres differentias, quia aut aufugit antequam capiatur post occisionem & licite fugit & potest mitere acceptum bona sua sine peccato salua conscientia, & de ipsis facere quicquid vult. Aut post occisionem capitur & aufugit ante latam sententiam, seu condemnationem latam contra eum, & tunc fugiendo peccat mortaliter, sed non tenetur redire in manu iudicis. Aut aufugit post latam sententiam iuste, & tunc peccat mortaliter fugiendo, & tenetur redire in manu iudicis, si vult saluari ad satisfactionem sententia: ut decapitetur, si est taliter condemnatus, & si dat alteri res suas post latam sententiam, tenetur ad restitutionem, quia non sunt suæ. Similiter si quis iuste condemnatus in pecunia ut in re alia tenetur persoluere, alias peccat.

Et

A Et sic habes tria damna, quæ restituere tenentur, scilicet spirituale, corporale, & temporale, si volumus consequi vitam æternam, quæ nobis dignetur dare ille, qui cum fecisset quasi flagellum de funiculis defecit omnes de templo, &c. per suam misericordiam. Amen.

F E R I A T E R T I A
post 4. Domin. Quadrag.

De amore non conuentuato.

Sermo XXVIII.



Nolite secundum faciem iudicare, sed iustum iudicium iudicate. Io. 7. c.

Ista est utilis & pulchra doctrina ad sciendum & periculosissima ignorare dicens, Nolite secundum faciem iudicare, sed iustum iudicium iudicate, id est secundum iudicium intrinsecum: nam maior ars quæ sit in mundo, est iudicium. Vnde fratres spirituales conuentuantur in duobus mensibus, & nullus faciet iudicare in vno anno. & diabolus facit in vno die. In quo sacro eloquio tractabimus de amore non conuentuato. In quo tres considerationes faciemus, secundum quod sunt tria iudicia totius artis iudicandi & non sunt plura in mundo. Primum est curiosum. Secundum est criminiosum. Tertium est periculosum. Vnde ante quam veniam ad ista iudicia, ego volo exponere textum. Vnde considera bene sermonem Christi, quia per faciem intelligitur apparatus de foris, quia cortex quæque apparet bona, & medulla intus erit marcida, & arbor mortua. Et sic non poteris iudicare, secundum exteriora. Et textus dicit, nolite iudicare: & non dicit, non iudicate, quia interest inter ipsa. Vnde Augustinus super prima epistola ad Cor. 4. ca. dicens, quod si non possumus suspicionem euitare, tamē cauere debemus temerarie iudicare, quia primos motus balistatos intellectum secundum apparentiam extrinsecam expellere non possumus, quia primi motus non sunt in potestate nostra. Et ideo quando occurrunt nobis aliquæ suspensiones in principio, scilicet prima facie, non debemus consentire in tante illis primis suspensionibus iudicando. Et nota vnum notabile, quod licet Christus dixerit, Nolite iudicare: tamen sunt aliqua ita expresse mala,

quod iudicando aliter quam sint peccatores, sicut si vnus esset publicus vsurarius, & iudicares bonum. Similiter si tu iudicares statum Iudeorum esse bonum, non haberes bonum iudicium. vnde Ioan. Qui non credit, iam iudicatus est. Et Paulus ad Ti. Sunt quædam, quæ præcedunt ad iudicium, id est sunt quædam quæ possunt iudicari. Vnde cum tria sint iudicia superscripta, Christus locutus est secundum illa iudicia. Cape primum iudicium curiosum, in quo est tota theorica iudicandi in mundo. In criminioso est tota practica mundi in iudicando. In periculoso est actus iudicandi. Et per hoc habes principium, medium, & finem. Principium est theorica iudicandi. Medium est practica iudicandi. Finis est actus iudicij vniuersi mundi.

Prima pars principalis.

Cape primam partem principalem, quæ est iudicium curiosum & facio arborem, quam diuido in radices, truncum & fructus. ita interuenit in primo iudicare, quia primo sunt radices, & exinde extenditur virgella siue truncus, & postea producit fructus. Radix est considerare facta aliena plusquam tua. Truncus est intrare in suspicionem aliorum, exinde producit fructus, qui est temere iudicare. Cape. s. primum iudicare curiose, quod habet quatuor radices, in quibus appendit omne iudicare mundi, quæ consistunt in quatuor infra scriptis. Quia actus, in quo apparet nullum bonum & omne malum. Aut actus, in quo apparet modicum bonum & multum malum. Aut actus, in quo apparet multum bonum & paucum malum. Aut actus, in quo apparet semper omne bonum & nullum malum. Ex his quatuor actibus procedunt quatuor signa, per quæ iudicamus facta proximi. Primum est signum violentum, secundum probabile, tertium poenæ, quartum temerarium, in quibus quatuor signis omnia iudicia recluduntur. Signum violentum est actus, quæ videre in proximo, totus malus & nihil boni, & est omne signum mali, sicut est furari, fornicari, dare ad vsuram, occidere hominem & similia. vnde pone in hoc violento exemplum. pone, est commissum furtum in loco, vbi non sunt nisi sex, & necesse est quod aliquis ex illis sex commiserit furtum. Isti sex capiuntur & ducuntur coram iudice. Inquiritur de voce & fama & vita ac conuersatione istorum, & reperitur per fide dignas

*Radix
Truncus
Fructus.*

Signum violentum.

Exemplum de latronibus.

Exemplum

August

A gnas personas, quæ quinq; ipsorum sunt hoies bonæ vitæ, conditionis, conuersationis & famæ. & sextus est valde suspectus, vilis conditionis, malæ vitæ, conuersationis & famæ. habita hac informatione iudex facit venire coram se istos sex: primi quinq; bonæ famæ non mutant faciem, sed stant constantes vultu & animo: sextus vero mutat faciem, trepidat & tremēti voce respōdet: certè istud est signum violentum. Et si iudex iudicat illum fore furem, non peccat & pōt ipsum cum bona conscientia torquere & eruere veritatem. Simile, quidā interfecit vnum in strata & leuato rumore ignoratur quis interfecit: sed circumstantes currunt ad locum, interfector qui fugiebat videns multitudinem incipit currere versus rumorem & se miscens cum alijs detestatur illud maleficium & fingit dolere & cū venit super cadauere, subito sanguis incipit exire de plagis, sicut naturale est in similib. certe, quia hoc est naturale, istud signum est violentum & pōt iudicari illum fore in terfectorem. Simile habes in libro Regum 3. c. quando duæ meretrices in eodem lecto existentes de partu & vna suffocauit filium & clam furata fuit filium socij viuū & posuit iuxta illam dormientem suum filium mortuum, quæ videns nō esse filium suum accersit socia coram Salomone petebat filium suum viuentem, & alia negabat. vnde Salomon iussit diuidi puerū in partes duas vnam vni, & alteram dare matri. Et illa, cuius non erat, laudauit sententiam. Mater vero supplicauit, quod potius daretur integer illi, vt viueret, q̄ filius occideretur materna affectione compulsa. Altera vero, nullo fēdere charitatis inducta, sed potius liuore commota dixit, nec mihi, nec tibi, sed diuidat, iuxta sententiā Salomonis. Quod audiens rex, hoc signo violento compulsus filium ipsum matri propriæ condonauit ex eo, quia natura non patitur quod mater morti filij consentiret, & ex parte meretricis, quæ volebat puerum diuidi erat omne signum mali, & nihil boni, ideo violentum, & sic de similibus. Secundum signū dicitur probabile, verbigratia maritus fuit vltra mare non rediturus in breui relicta vxore iuvene. vxor absente viro vadit ad festa multum vana & fucata cum capillis alienis, &c. Certè ista nō facit propter placere marito, sed est signū probabile quod hoc facit ob aliam causam. Similiter est vnus senex nullos habens filios & est cupidus, diues, vsurarius & nullam facit elec-

mosnam & nil curat de diuinis. Certè hoc est signum probabile, per quod potest iudicari quod ille damnabitur. Similiter vnus iuuenis robustus & sanus, qui staret tota die sine esu & potu ad videndum armiludere, vel coreas & festa, & dicit se non posse ieiunare, certè est signum probabile, quod mentitur: quia sicut sine comedere stat ad videndum vana, ita potest ieiunare. Vnde notā & tene menti, quod quotiens non ieiunas in diebus ab ecclesia ordinatis & preceptis, totiens tu mortaliter peccas, & vide si potes ieiunare, quod si tibi daretur vnus ducatus pro omni vice, seu die, quod tu ieiunares: certe tu sæpe ieiunares, vt lucrareris illum ducatum, considera intra te, & dicis te ieiunare non posse. Similiter tu foemina dicis, maritus meus vult quod portem caudam, vel quod me imbrattem, vel portem capillos mortuorum. Certè tu mentiris: sed si tu haberes malum super capite, & medicus diceret quod non posses liberari, nisi incisus capillis: Certè pro salute corporis permitteres tibi radi capillos, & pro salute animæ nedum tuos, sed alienos capillos recusas deponere, & istud est signum probabile. Similiter tu habes ribaldam, quam tenes & non vis repellere eam, ne malè capiter propter magnam charitatem, quam habes: illud est signum probabile, quod facis propter luxuriam, ad instar lupi, qui vidit agnum errantem, qui perdidit matrem & flebat. vnde lupus motus ex passione & charitate voluit potius comedere eum quam perderetur vagando. vnde istud signum est probabile, in quo apparet modicum bonum, & multum malum. Tertium signum leue est, in quo apparet multum boni & paucū mali. Exemplū, erit vna meretrix conuersa, quæ stabit in confessione ad pedes vnus confessoris: Alius videns eam & cognoscens eius præcedentem malam vitam, iudicabit dicens, vide illum presbiterum tenentem illam meretricem ad eius pedes: quid putas modo quod dicatur, &c. Istud est signum leue, in quo est multum boni, & parum mali, sicut in Samaritana loquente cum Christo, sed palliatur pp circumstantias in illo euangelio tibi dictas. Quartum est signum temerarium quando semper apparet oēs bonū & nullū malum: verbigratia, tu vides aliquē seruātē decem præcepta & spernere diuitias & frequentare ecclesias & semp̄ exerceri in oī opere bono & virtuoso & tu iudicabis malum de eo, sicut in euangelio hodierno, vbi Iudæi

A Iudæi dixerunt. iudicantes Christum, demonium habes: & sic habes quatuor radices & quatuor signa, quæ nō. in glo. fi. c. si quis in graui. de purga. cano. Sequitur uidere de ramis istius arboris, & fm quatuor suspiciones, quas potes habere de proximo ita distingue. istam arborem in quatuor ramos. Primus dicitur paruus. Secundus ramus suspitionis est mediocris, quando tu stas in suspensio. Tertius ramus est fortis, & violentus, quia uidetur quod tu sis uiolentatus ad credendum illud esse malum. Quartus est determinatus, quando indeterminate iudicas bonum esse bonū, uel malum esse malum. Cape modo fructus istius arboris, qui sunt quatuor: quia aut iudicas proximum de peccato mortali uel ueniali, uel sciendo quod sit peccatum mortale, vel dubitando. vnde cape radices cum ramis & fructibus, & possunt ire sursum directè, & deorsum directè, & econtrario, & sursum oblique, & per transuersum, qualitercunq; & quocunq; uadāt, tu poteris iudicare esse peccatum, vel non, & quale peccatum, vltra ueniale, vel grauissimū ueniale, vel peccatum mortale, & quando. Veniamus ad practicam, & incipe a primo ramo, qui est parua, siue leuis suspicio proximi, & vade ad radices, & uade ad primam radicem, quæ est signum violentum, quod est de rege Salomone, qui uolebat diuidere puerum, & mater noluit: & de homicida, quo supue niēte cadauer sanguinavit. & de latrone tremente. in his & similibus tibi cadit vna leuis suspicio. & in hac leui suspicione nullū est peccatum. Et vade ad secundam radicem, quæ est signum probabile, & non est peccatum. Vade ad tertiam radicem, & tertium signum, & erit peccatū ueniale propter paruum suspicionem. Cape quartum signū totum bonū, & si efficeris suspectus, est peccatum ueniale maius. Cape fm ramum, qui est suspicio mediocris inter sic & non. & cape primam radicem signi uiolenti, & non est peccatum. Simile in probabili in tertia radice, uide signū leue, si non cōsentis, est peccatū graue ueniale, in quarta radice est grauissimum ueniale. Cape tertium ramum, & est uiolenta & fortis suspicio & cape primam radicem, quæ est uiolenti signum, in quo apparet oēs malum, & nullum bonum, & nō est peccatū in secunda radice probabilis, in quo apparet modicum boni & plurimum mali, non est peccatū. Vade ad tertiam radicem, quæ est signū leue, in quo apparet multū boni & parū mali, & est grauissimū plusquā primū

ueniale peccatū. Cape quartam radicem, & erit multo plus grauissimū ueniale. Capiō quartum ramum suspecti temerarij, & terminati, & oportet ponere radices cum fructibus & in hoc cōstitit periculū iudicandi & non iudicandi. Vnde in hoc ramo cape primā radicem, & est signū uiolenti in exēplo illius furis, qui trepidat, est signū uiolenti ad inducendum te ad credendū, quod ille sit fur. et ita credendo tu non peccas mortaliter. Tolle modo fm radicem in probabili signo, & in hoc tene brenam in manu, quia in hoc est periculosum iudicare, tñ non est semper peccatū mortale, sed nunquā erit sine ueniali peccato. Cape modo tertiam radicem, vbi apparet signum leue, & apparet multū boni & parū mali, & qñ in hoc tu cōsentis, aut tu iudicas temerarie: si illud erat peccatū mortale, de quo tu vides plus boni quā mali, tu peccas mortaliter, qñ cū corde iudicas, sicut si vna persona peccatrix confitebitur, & tu iudicabis quod sit hypocrita, in hoc si iudicas vnum de peccato ueniali, peccas uenialiter: Si iudicas de peccato mortali, peccas mortaliter, si credis quod sit mortale. Vnde fm quod iudicas talē peccare siue uenialiter, siue mortaliter, tu taliter peccabis. Et de eo de quo nō vides nisi bonū, & cōsentis cum corde iudicando malum, peccas mortaliter, sicut si videbis bonum virū & tu iudicas esse unū hypocritā, tu peccas mortaliter, quia tu es hypocrita, & quanto es maior hypocrita, tātō magis deliberate peccas, nec potes credere quod sit aliqua persona bona, quia quod intus nō habes, de foris tradere nō uales: & vides cū tuis oculis marcidis ad instar solis percutientis in vitro uariorū colorū tot faciētis colores in terra, per quot uariorū colorū vitrea pertransit, vnde cape pro regula, quod nō pōt peccare mortaliter, nisi in his in quibus vides oīa bona, & nil mali: vel in quibus est plus boni quā mali, aut totum bonū. & qñ iudicas de reb⁹ quæ essent peccatū mortale, si essēt uera, & qñ iudicas de reb⁹ quæ essent peccatū ueniale, credendo quod esset peccatū mortale. vnde cauto qualiter iudicas, quia eodē iudicio quo iudicaueris, eris iudicatus, & nolite iudicare, & nō iudicabimini. Sed iudicando in iudicio ueritatē, Deus te nō iudicabit, nisi in ueritate. Et si iudicabis alios falso modo, ita te iudicabit mediante iustitia, sicut alios iudicabis, &c.

Secunda pars principalis.

S E C U N D A pars principalis est iudicium criminolū. Septem sunt modi periculosi, per quos homo iudicando

A cando periclitatur. Primus modus est periculofus. Secundus præsumptuosus. Tertius malitiosus. Quartus superstitiosus. Quintus pnciofus. Sextus pôderofus. Septim^o curiosus. Dico q^o primus mod^o iudicadi est piculos^o, vt quatu iudicas de dubijs vel occultis alieni cordis: quia si iudicas illum peccare mortaliter, tu peccas mortaliter, & quod è ars imbrattata, seu intricata. hoc potest accidere tribus modis, quia aut iudicas de præfenti: vt quia vidisti vnam fornicationem, tu potes actum iudicare in qua forma fit suum cor dispositum, quia potuit post fornicationem confessum fuisse & pœnituisse, & peccas mortaliter. Item peccat periculofissime, quia fit vnus ribaldus quantum velit, vel fit de præfenti vsurarius, nõ tibi licet iudicare, quia ille erit dānatus, quia Deus his voluit sibi referuare, quia multi in senio possunt se reducere & restituere ablata, & vsque ad finem vitæ pōt saluari, quia cor contritum & humiliatum Deus non despicies. Vnde Sanctus Paulus prima ad Cor. 4. c. dicit, quod non debemus iudicare proximum, donec veniat qui iudicaturus est viuos & mortuos, qui manifestabit secreta cordium & luminabit tenebras. De præterito autem non potes iudicare sine periculo magni peccati mortalis, verbi gratia vidisti aliqui actum malum in proximo de præterito & modo vides, q^o facit actum bonum & male iudicas, quod est hypocrita, &c. Certet peccas mortaliter. Tolle secundum modum, qui est præsumptuosus, quia duo sunt, quæ sibi Deus retinuit, & spectant ad ipsum solum, scilicet gloria & Iudicium, quia omnia vult fore facta & acuta & fieri ad suam gloriam & honorem. Nam gloriam meam nemini dabo: quia dat tibi gratiam & ipse vult gloriam. Vnde Ioan. 5. ca. dedit filio hominis, scilicet Christi iudicium facere, & quando tu iudicas, tu accipis sceptrum de manu Dei & derobas Deum, & iste est modus præsumptuosus, & huic dicit Pau. in c. epistola. Tu quis es, qui iudicas alienum seruū, quia suo domino stat, scilicet, iudicare, si bene vel male facit, quia tibi non est datum iudicare, sed potestatibus in hoc mundo per iustitiam, & Deo super omnia. Vnde Paulus nesciebat se ipsum iudicare, qualiter tu scies proximum iudicare, cum tu sis seruus, sicut proximus tuus, quem iudicas. Tertius modus est malitiosus, vt puta quando homo est malus & non vadit in rectitudine semper cogitat socium fore sibi simi-

lem & talem, qualis ipse est: & credit quod nullus bonus homo reperitur & dicit, non reperitur vnus bonus homo. Dico quod non est verum, quia si non esset de bonis viris, quam multis mundus deficeret. Sed dico quod malignitas, quam talis habet in corde, facit illum ita maligne iudicare. Vnde de directis difficulter male sentimus: quia vbi regnat affectio, perit omne Iudicium. Et Gregorius in 6. mora. dicit, quod quando vnus bonus reprehendit malum, ille malus semper credit quod iste bonus reprehendat ipsum propter arrogantiam, & quod arrogantia moueat ipsum, & de hoc loquitur Christus in 7. Matth. c. Aut quando dicitis fratri tuo, sine eiciam festucam de oculo tuo, & ecce trabes est in oculo tuo. Vnde trahere prius trabem in oculo tuo quam trahas festucam de oculo proximi, iudicando ipsum. Vnde Matt. 12. cap. Christus dicit: Si autem sciretis, quid est dicere misericordiam volo & non sacrificium, nõ quam condemnaretis innocentes. Et Iac. in sua canonica. Iudiciũ sine misericordia fiet ei, qui iudicauit proximum sine misericordia. Quartus est superstitiosus, quando aliquid marcidus in peccatis de vno minimo peccato iudicabit proximum, sicut fuit semel Senis, tempore vnus magnæ caritatis erant certa granaria super plateis in aperto, in quibus reponebatur farina ad vendendum & de nocte in faucibus plateæ stabant custodes. vnus fur ibat de nocte in quatuor, cum manibus per terram curuatus, & habebat vnam campanellam ad collum, & quando transibat faciebat versus vnus porci, ibat & furabatur farinam & ligabat saccum ad collum & per transuersum & redeundo velut quadrupes cum campanella rugiebat, & sic redibat cum furto, & custodes credebant videntes a longe & audientes vocem & campanellam ipsum fore vnum porcum Sancti Antonij & dimittebant ipsum transire sine vlla suspitione. Item accidit, quod vnus alius fur fuit publice condemnatus ad furcas, & dum suspendere iste, alius fur farinæ dicebat castigando alios, fratres mei capite exemplum ab isto latrone, quia propter sua atrocitiam est suspensus. caueatis, ne faciatis similiter. viuente de laboribus vestris, quia si ipse fecisset & vixisset de laboribus suis, sicut ego ipse, non fuisset suspensus. Et paucis diebus post, iste fur fuit depræhensus in furto & etiã suspensus fuit. Et similiter accidit

A cidit in alijs vitijs, quia erit vnus tot^o sceleratus & coopertus fornicator: & de vna frasca proximi in aliquo paruo crimine discooperti facie tmagnũ fascium. & tales dici possunt Iudices non conuentuati, & tale iudicium dicitur superstitiosum. Vnde huiusmodi iudicantibus Christus dicit, o Hypocrite. si autem sciretis, quid est, misericordiam volo & non sacrificium, nunquã condemnassetis innocentes, & quia sunt plurimæ species hypocrisiæ, vna die de his tractabo, quia hypocrisia non consistit solum in portando collum tortum, sed etiam in alios iudicando, &c. Quintus est perniciosus, qui pertinet ad officialem, quia in iudicando debet sequi ordinem iudicij, secundum actitata & probata, quia non sufficit iudicare recte, nisi seruari modo & ordine iuris. vnde in Deuteronomio. 6. ca. Quod iustum est, modo iusto iudica. Sextus modus est ponderosus, quia erit aliquis, cui videbitur habere bonam conscientiam, & veram, & faciet de vna parua re vnum magnum quid. Nam non debet grauare rem plusquam deceat, quia quando conscientia non est bene formata in lumine veritatis, facit iudicium de vna festuca & valde iudicabit. vnde oportet quod si diceretur veritas, quia multotiens aliquis grauabit rem vltra quàm sit veritas, quia iudicando secundum veritatem non peccat: sed iudicando aliter quam sit veritas rei, vel contra veritatem, tunc facit conscientiam grossam. vnde oportet facere sicut boni balistarii, quia debemus dare in brocha & in signo veritatis iudicando, nec ire costerini mis hinc vel inde, vel sursum, vel infra, sed iustum iudicium iudicare & non plus grauare quam oporteat. licet sint aliqui dicentes, quod prædicando induco homines ad desperationem. Ego dico quod non est verum, sed volo ostendere foueam, vt qui nolunt incidere in ea sibi præcaueant. Nam verbum quod vobis prædico, non est meum, sed patris mei qui misit me. & sunt qui dicunt, quod diabolus non est ita turpis sicut pingitur. Sed quando ipsum videbunt sciet mihi dicere, qualis erit. Et nota quod malus homo est peior, quam diabolus discat natus, quando Iesus dedit potestatem discipulis, dedit ipsam super demonibus & nõ super hominibus, ad significandum, quod diabolus incarnatus est peior spiritu maligno. Iudica ergo æquum, & secundum veritatem, & non cures de maledicentibus ad instar solis, qui nõ desinit lucere & mit-

tere, nec curat de habentibus malos oculos, qui non possunt videre eius lucem, quia sunt sicut nocturæ amantes tenebras, & fugientes lucem veritatis. Septimus modus dicitur curiosus, & accidit illis, qui ita parum habent facere de factis suis proprijs, quod quærunt facta aliena, dicendo & iudicando, talia dicit talis, talia facit talis, &c. Et isti cadunt in altero de duobus quia impossibile est quin, aut ita accurate quærendo facta aliena obliuiscantur suorum, aut si bene vident sua, bene etiam videant aliena.

Tertia pars principalis.

Tertia pars principalis est videre tertium iudicium, quod dicitur periculofum. Et nota quod sunt bene septem pericula in iudicare proximum. Primum periculum dicitur curiositas. Secundum vagabundofitas. Tertium præsumptuositas. Quartum crudelitas. Quintum rapacitas. Sextum iniquitas, & septimum peruerfitas. Dico ergo, quod primum periculum in iudicando, est curiositas, qui fructus male iudicandi est, quod talis obliuiscitur sua facta, & iudicat aliena, vt iam dixi. Secundum periculum, quod efficitur vagabundus, est bestialis & vagando per aliena facta non considerat se ipsum ad instar filij prodigi, qui recedens a patre non considerans seipsum, dissipauit sua & iuit in longinquas partes, & talis cum audit aliquod verbum, semper iudicat. Tertium periculum est præsumptuositas, quia propter artem iudicandi, semper vellet esse iudex in iudicando alios, & non vult iudicari. Accidit & quartum periculum crudelitatis, quod propter habitum iudicandi alios, efficitur ita insensatus, malignus & crudelis, quod quando videt proximum facere aliquod malum, ipse gaudet de malo proximi, & efficitur spretor proximi. Ex quo sequitur quintum periculum rapacitatis, quia rapis & prædaris Deum, quia semper gaudebis de aduersitate proximi. Sextum est periculum iniquitatis, quia non cognoscis bonum, nec malum, quia bonum videbitur tibi malum, & malum bonum, & iudicabis de bono malum, de malo peius, & de peiore pessimum. Idem sequitur septimum malum peruerfatis, quia vidento & iudicando quod bonum sit malum, & malum bonum, & malum peius, & peius bono

A bono proximi videndo, quod non poterit ipsum iudicare de bono. Inde venit, quod comedit de carne non cocta, corrodendo, diffamando, & iudicando proximum: ergo nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate, ut Deus omnipotens in die iudicij nos taliter iudicet, quod sciamus de suis electis, & nos perducatur in paradysum per suam misericordiam, Amen.

F E R I A Q U I N T A .
post 4. Domin. Quadrage.

B De amore illuminato.

Sermo XXIX.



S peccator est, nescio: unum scio, quia cecus cum essem, nunc video. Ioann. 9. cap.

C Verba sunt cæci illuminati contra scribas & phariseos murmurantes de Christo dicentes, quod erat peccator. Scitis charissimi, quoniam habemus tractare de quarta flamma nostri Seraphini amoris acuti, qui dicitur amor illuminatus, de quo facimus tria lumina loquendo, quando debent ablata restitui. unde dabimus tres regulas.

Prima pars principalis.

Primo dicitur luminosa, quia rem alienam, quam habes, debes restituere quantum primum potes. Ad cuius declarationem, nota tria notabilia. Primum, quod omne quod ad te peruenit de male acquisito, sicut est usura, rapina, furtum, simonia, & huiusmodi, incontinenti teneris illud restituere integraliter, & non debes induciare dando tantum in anno. & quod sit verum, probo tribus rationibus magistri Alexandri. Prima ratio est fundata in regula iuris, quæ dicit, quod non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum: quia ex quo tu obligaris restituere, & non potes esse sine peccato, nisi restituas, ergo &c. Et ut absoluaris, & venias in gratiam Dei, et stes in illa, necesse est, ut restituas contra illos, qui occupantes bona aliena consistuntur, & dicunt suam culpam, & bonus confessor ignorans dicit, absoluo te, & remanes in catenatus, & perditus & non absolutus. Secunda ratio est, quia similis iniuria est tenere rem alienam iniuste, sicut ipsam prædari, & aliquid

E faciunt sibi conscientiam prædandi, sed non retinendi prædã. Sed ego dico quod minor culpa est prædari res alienas, quam ipsas retinere, quia citius parcat tibi de iniuria prædã, quã ex eo quod retines ipsas res ablatas, & in hoc non sufficit dicere tuam culpam, quia deus dicit meam turtã, & non prodest, nisi restituas, confitearis quantum velis. Imo absoluendo te confessionis confirmat te in manibus diaboli, quia tu putas retinendo ablata esse absolutus, & in totum liberatus, & remanes iam cum illa tua malitia retinendi, & non restituendi ablata. Tertia ratio est, quia facis contra unum de decem mandatis Dei, de non habendo rem alienam & precepta negativa obligant semper, sicut istud, Non furtum facies, nec rem cupies alienam, obligat semper, & istud, non rem teneas alienam, includitur in illo, non furtum facies. nec intelligas quod tenere aliena sit affirmatiuum, quia retinendo committis furtum, contrectando rem ipsam inuito domino. exemplum si accipis unum carbonem in manu, non ita nocebit tibi, si incontinenti deponis illum, sicut si diu illum tenes in manu. Ita est in avaritia carbonis eternalis ignis in retinendo aliena ablata & indebite. Nota in hoc unum dubium. Doc. quærunt, si unus usurarius publice in peccato mortis condit testamentum, & relinquitur restituuntur ablata, utrum valeat tale testamentum? Magister Alexander dubitat, & assignat rationem, quia ex quo fecit malum, ipse debet satisfacere, quando ipse peccat & satisfaciens non habet peccatum, quia quando potest restituere. Sed si quando non potest, vult restituere, tunc non valet. Secunda ratio, quia quod potest emendari, non vult. Et quod non potest vult, & est periculum quod si esset sanus, tunc ipse non foret in illa opinione. Ideo ut valeat illud testamentum pro salute anime sue, Doc. dicunt quod confessor antequam absoluat publicum usurarium, debet facere quod ipse prestat publicam cautionem, & alia infra scripta de restituendo usuras. Nam antequam absolvas ipsum, si habet pecunias mittas pro eis a quibus accepit usuras, & incipias restituere magis egenis. Item est necesse quod sicut publice dedit ad usuras, ita publice fiant proclamationes in locis publicis per civitatem. et Alexander dicit, quod si publicus usurarius restitueret omnia male acquisita, non potest absolui, nisi mittat publicam proclamationem & credam, quia oportet quod sicut publice vituperavit, & confudit fidem Christi & sacrosanctæ ecclesiæ, & legem bene vivendi & legem evangelicam & naturam, ita publice se confundat

A fundat & vituperet per publicas proclamationes, quia non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum eo modo quo accepit. Nam in Quadragesima præterita reperi quod unus usurarius restituerat omnia male acquisita prope esse in statu saluationis, & nihilominus fuit consultum quod ultra hoc erat necesse facere publicam proclamationem, & ita factum fuit. Et habes duobus primis est, quod subito soluat: secundum, quod fiat publica erida. Item oportet tertium. scilicet se obliget, & sua per publicum instrumentum de restituendo illis, qui habere debent, quia aliam non potest absolui, ut in c. 2. de usuris. lib. 6. Et ultra hoc oportet, quod faciat unum publicum instrumentum, in quo cassent omnia infra & quater nos, in quibus contineret usuraria prauitas, ut nil petere possit. In his 4. facitis potes ipsum absolue, alias non. Simile est de publico robatore & stipendiario, quia quod est possibile ei satisfacere, non absolvas eum, nisi restituatur, vel cautionem prestat de restituendo: sed in privato robatore, infra tibi dicam, ut in c. super. de rapto. qui ibi litatur de robatore publico prius ad monitorium licet Doctor intelligat quod esset vnus robator prius admonitus non vult se corrigere, & aliqui intelligunt de non publice robatore tunc pacis, vel tunc guerræ non iustæ. vnus si peccatum non remittitur, nisi restituatur ablatum, & ex quo potest restituere & non restituit, signum est non bonum confessi. sed si vellet confiteri de alijs peccatis, tu potes eum confiteri & absolue, ne tamen se inducat in peccatis, & non facit contra præceptum ecclesiæ, tamen verum est quod confessor det ei dicere, qualiter absoluit eum ab alijs peccatis, sed non ab illo, nisi restituatur & det sibi poenitentiam discretam, hortando ipsum quod bene viuatur & bene faciat, & quod disponat se ad restitutionem, & multum proderit sibi illa confessio, quia poterit disponi ad res, per quas induceretur ad restitutionem, & ad infusionem gratiæ.

D *Secunda pars principalis.*

Accipe sicut notabile plenum succo, & artificiosum, quia quodcumque homo est in aliqua necessitate, vel non potest restituere sine suo discontio, debet petere licentiam a Domino Episcopo, & de eius licentia potest retinere, & possunt esse tres licentiæ, sicut sunt tria mala lucra. Prima est, quia quidam potest parum restituere, quia habet magnam familiam. Secunda, quia aliqui sunt ita pauperes quod nihil restituere possunt. Tertia est, quia quidam possent restituere, sed diminuitur facultas eorum. Ita oportet tres licentias esse

E Prima est licentia inuenta & consentita. Secunda est petita. Tertia est licentia interpretata. Prima licentia consentita. ut in hoc exemplo, erit vnus diues de usuris & robaria: vadat ad illos, quos derobavit, & quibus tenet restituere, & quærat licentiam de dando sibi 10. in anno: & si sunt contenti dare sibi inducias, ille talis cum bona conscientia potest induciare, & potest poenitentiam agere, confiteri & sumere corpus Christi, maxime si facit debitam cautionem de restituendo. Et dico quod ista licentia talis debet esse libera, quia si non foret libera non esset bona, quod potest accidere 4. modis, quod illa licentia non erit libera. Primo modo si procedit per timorem, secundo modo si procedit prope verecundiam, tertio si procedit prope desperationem; quarto, quod fit prope spem, quia si procedit propter aliquem ex istis 4. modis, illa licentia non erit libera. Per timorem, sicut fuit in quodam domino, qui multas fecit extorsiones indebite subditis suis, & laborans in extremis fecit se portare in plateis conuocato populo & dixit, quod volebat, quod parceret sibi de extorsionibus sibi factis, & nihil restituat, qui dixerunt se esse contentos. Tamen si fuissent auctori si potius voluissent quod restituisset sibi ablata. vel erit potens, qui derobasset pauperes & diceret, volo quod detis mihi terminum ad restituendum vel; ad 10. annos, & illi per timorem darent illum terminum, non est libera illa licentia, quia illud fecerunt, quia ille petijt cum vno aliquo actu damnabili, &c. Secunda licentia fit per verecundiam: ut puta tu eris confessor alicui confessiono de ablati per usuram vel robariam, & dices, eh male acquisiui, & velle restituere in certis terminis, ne me sinistrare, confessionis ille bestialis ibit ad debentes habere, suadendo sibi qualiter ille usurarius pur seruauit sibi in suis necessitatibus, & quod deat facere sibi terminos, infra quos ille possit commode restituere, & ille per verecundiam dicit, quod est contentus, tamen si possit, potius vellet integraliter suos denarios quam facere sibi inducias. Dico quod illa licentia non est libera. Per desperationem fit, quod desperabat vnquam aliquid rehabere ab illo usurario vel robatore. Per spem, quia dicit, si ego non do sibi licentiam, ipse non seruiret mihi vna alia vice, quia spe sublata ille non daret sibi licentiam illam. Sed dices, ego dubito qualiter sciam, quod illa licentia sit libera vel non. Ego respondeo, quia præsuppono quod in his tuis soluendo. & tunc accipe pecunias, quas debes restituere, & vade ad illum cui debes restituere, & dic, frater mi,

A ego accepi tibi indebite per usurariam prauitatem, centum ducatos. Ecce ipsos, & tra de sibi libere in manibus suis petendo veniam de sinistro, quod sibi fecisti & retinendo eos. verumtamen ego valde egerem ipsis in tali meo negotio, si tibi placeret ipsos mihi mutuare vsque ad tale tempus, esset mihi magnum seruitium, & si postquam habuit illos denarios in sua libertate sibi seruit vel donat, vel est contentus quoddam in terminis sibi restituas, tunc tu potes cum bona conscientia id facere dando sibi bonam cautionem de attendendo: vel si non habes denarios, da illi pignus sufficiens, ita quod sit sibi bene cautum pro illa quantitate. vel si non habes denarios nec pignora in bonis mobilibus, & habes immobilia, cape vnum notarium, & vade ad illum, cui teneris dicendo, ego non habeo denarios, nec pignora in mobilibus, accipe cautionem & cape terminum, quem tibi dabit: potes tamen dicere si velles, mihi inducias facere esset in seruitium, facito tamen sicut tibi placet. per ista tria signa superscripta tu poteris certificari, si illa licentia erit libera, & vocatur licentia consentita. vnde parum est, quod Senis, vbi predicabam, erat vnus usurarius, qui tenuit istum modum, & restituendo pecunias viuis sibi libero tertium, alius medietatem, &c. Et si ille tunc mortuus fuisset, moriebatur saluus. Secunda licentia petita, quam non habes tantum, quod possis commode restituere sine tuo incommodo vel discontio. in hac oportet habere magnam discretionem, & consulere valentem confessorum. pone, tu debes restituere quingenta, & non habes in facultatibus ultra trecenta, & habes sex filios, tu obligaris restituere, sed restituendo peris fame. quid facies? Sunt aliqui doctores dicentes, quod melius est restituere & medicare quam inuito domino retinere, tum prudens confessor debet considerare si ille, qui debet habere, habet tantos sumptus, quantos & quot tu: & si est egenus, sicut tu. tunc secundum Io. Scotum, ceteris paribus, conuenientius est, quod ille qui tenet indebite aliena, patiatur necessitatem, quam ille cuius sunt illa ablata. sed si ille, cuius sunt ablata, esset diues, & qui habet restituere pauper, tunc confessor potest dare sibi licentiam de restituendo tibi in anno, & debes stare illi licentiam confessoris, obligando te illi, cui teneris: & licet non velit ille, cui es obligatus, dare tibi illas inducias, tibi sufficit ad saluationem. Tertia licentia dicitur interpretata, quam pro aliqua iusta causa ille, qui debet habere, non debet velle quod sibi satisfaciat.

Et hoc potest interuenire, & esse 4. de causis. Primo, quam restituendo potest oriri periculum alicuius scandali, vel periculum infamiae, vel periculum personae, vel periculum animae, siue periculum mortalis, quia quoties occurreret propter petere inducias alteri, vel plura ex istis periculis, potes induciare & expectare tempus ad petendum istam talem licentiam. exemplum, quam potest oriri scandalum. Tu es furatus alicui 100. quod non potes restituere, si petis licentiam detegendo furtum, ille cuius furtum est, poterit scandalizari. tu videns hoc, poteris induciare, donec venierit tempus, quo sine scandalo petere potes licentiam. Simile si esset periculum infamiae, quia obligaris incontinenter restituere furtum. si restituis, infamabis tu petes induciare expectando tempus. Tertium si est periculum vite, quia forte quaerendo licentiam, vel restituendo furtum, ille posset te accusare, & posses perdere vitam, quia potes expectare tempus. Quartum, si esset periculum animae. v.g. quodam foemina derobauerit aliquem iuuenem, si petit licentiam, ille diceret, nisi mihi consentias, ego te accusabo. certe si times istud periculum animae, & periculum mortalis, non tenes petere licentiam, sed poterit postolari tempus habile, quo illud petere possit sine scandalo. Sco. in suo 4. 16. desti. format vnum dubium. Si ista pericula superscripta occurrunt illi, cuius est illa res, quam sibi furatus fuit, si non manifestas te subtraxisse: an tenearis illud manifestare? Respondit quod potius des tu fur iuste subire periculum quam pati, quod ille iniuste patiat aliquod periculum vite infamiae vel scandali, excepto quod periculum animae, quod evitare debes. pone, duo sunt in extremitate periculi fame, quorum vnus habet tui vnum panem, socius furatus sibi illum panem: si restituit illum, morietur: si non restituit, morietur socius. hic distingue, quia aut socius est in maiori periculo periculi fame, & teneris illi restituere: aut tu es in maiori periculo periculi fame, quam socius, cui furatus fuisti, & non teneris sibi restituere. Sed si sint in pari periculo, potius fur debet subire periculum, & sic intellige superscripta. Sed quod si tu mulier restituis, peccas mortaliter consentiendo sibi, vel aliter te accusabit: & si non restituis, ille cui abstulisti peccabit mortaliter, quia iurabit falso alii subtraxisse, & scis illum iuraturum falso, an tenearis potius peccare quam dimittere illum iniuste peccare? certe tu non des illam rem restituere, nec petere licentiam, donec durat illud periculum, quia tu teneris & debes proferre animam tuam omnibus rebus mundi. Sed pone, quod ille cui furatus fuisti, sit diues, & tu fur es pauper, & ille diues dicit quod nullo modo parcat, nec vnquam parcat illi, quod sibi

A sibi abstulit, nisi restituat sibi. quaero, an tenearis petere sibi licentiam vel restituere si cadit in aliquod periculum superscriptorum scandalorum: certe tu non obligaris, ex quo potest venire periculum petendo licentiam, vel restituendo, ex quo ille diues non facit debitum suum a suo cato, quia vult quod scandalizet, vel perdas vitam, vel incurras infamiam, aut perdas animam pro suis diuitijs, quia charitas vult quod fama, vita & anima proferatur diuitijs. Sed si dices modo, ille fur vel roborator non restituendo, non est statim in periculo mortali, & debet potius perdere vitam quam peccare mortaliter, quia anima debet proferri vite corporali: dico quod debet proferre animam suam animae sui socii, & vitam corporis diuitijs mundi. Sed de hoc aliam latus tibi dicam. bene lex naturalis vult, quod ego plus amem meam animam, quam illam socii mei, & debeam proferre meum corpus corpori socii mei, & proferre diuitias meas illis socii, & sic debes proferre animam, vitam & famam diuitijs.

Tertia pars principalis.

Tertium notabile, quod in alijs bonis, quam non peruenerunt ad tuas manus ex usuris & robarijs, sed ex alijs contractibus, vt puta ex dotibus, testis, fidei iuramentis & mutuo, deposito, vel aliunde ex contractibus licitis, tu non obligaris ita subito restituere, & solvere, sicut illa, quam peruenerunt ex robarijs, & furtis, sed debes considerare varias naturas contractuum & iuramentorum, quae inter uenerunt in illis, quia quanto obligatio est strictior, tanto magis obligaris ad citius restituendum. Sed pone, tu promissisti cum iuramento dare quingentos ducatos vigore vnus dotis vni vsque ad certum tempus, interim superuenit guerra vel aliqua tribulatio, vel comburitur substantia tua taliter quod volendo non potes adimplere, nec seruare promissa, nisi alienes tuas possessiones pro minori pretio dimidies eius quod valent. Certe Theologi dicunt quod tu non obligaris iactare tua in foro conscientiae, ex quo habes bonam voluntatem. Et debens habere non habet charitatem in supportandote, sicut tenetur in casu isto necessitatis considerando quod leges obligationum & statuta ciuitatum quae conditae sunt pro conseruando bonam vnionem charitatis inter ciues & populum, non vult quod ex bona conscientia illa lex vel statutum debeat ita sancte interpretari, nec charitas suadet quod ille cuius remaneat destructus pro satisfaciendo illi. verumtamen posset accidere quod creditor tuus esset calurus in simili damno, & in si-

mili promissione. Certe tu non debes in simili casu & damno proponere tuum damnum suo, quia tu iuste es obligatus, & tuus creditor iniuste patitur respectu tui. Et hoc pro quattuor casibus. Prima est gratia gratitudinis, quia ex seruitio non debet patiri damnum. Secunda ratio, quia ex quo es obligatus ad dandum illud, non potes dicere esse tuum quod alteri debetur, & sic est suum & non tuum. Tertia ratio ex debito iustitiae, quae vult quod vniciquis restituatur quod suum est. Quarto, quia aequitas requirit quod quis de suo sibi subueniat. Secunda regula est, quod quotiescunq; pro restituere aliquam rem temporalem tu incurris periculum maius quam sit damnum proximi, in tenendo illam rem temporalem, tu non teneris restituere illam, donec durat illud periculum. vnde ad huius declarationem nota 3. notabilia. Primum est, quod quotiescunq; poterit interuenire quattuor damna superscripta quae sunt scandalum, infamia, mors, & peccatum mortale, tu potes tenere illam rem temporalem, donec cessant illa pericula, vel aliquod illorum, in quod posses incurrere restituendo. Secundum notabile pone, quod ille cuius est res, quam subtraxisti, & restituere teneris, incursum est, si non restituis, similia pericula in quibus tu incurres restituendo, quia incurret in periculum infamiae vel personae: certe tu potius debes restituere & incurrere illa pericula infamiae & mortis, quia iuste incurris illa pericula, quam dimittere illum incidere in illa iniuste, quia hoc requirit iustitia, & sic debes isto casu potius subire illa tria pericula. scilicet scandali, infamiae, & mortis corporalis quam socius. Tertium vero periculum animae, tu semper debes proponere tuam animam animae socii. Modo ego volo respondere illi dubio superius quaesito, quia si non reddit, stat in peccato mortali, & sic in dubio perdendi animam, dico quod est minus malum quod proximus perdat diuitias, quam ille perdat animam: imò minus malum est quod proximus perdat diuitias quam fur perdat famam, & vitam, multo magis animam, nisi simile periculum incurret ille, vt supra dictum est. ratio, quia vbi maius periculum est, ibi cautius est agendum. Sed maius est periculum animae omnibus rebus, & fama, & vitam igitur preferenda est animae proximi, vt dixi.

Tertia pars principalis.

Tertium notabile pone, vnus fecit falsum testimonium, propter quod damnificauit proximum in certum: tenetur ad

A emendationē illius damni, ac si derobasset eū. Modo pauper est testificatus falsē, & pp illud falsum testimoniū damnificat vnū in mille ducatis, si contradicit illi suo falso testimonio, ipse perdet manum vel membrū, qđ faciendum dēt ipse dicere, ego deposui falsum testimoniū, ne ille damnificetur in mille: certē non tenetur contradicere sibi, quia dēt pręponere suā personā diuitijs. p-ximi proponendo sibi in aīo de restituēdo illud damni, si veniret ad pinguiorē fortunā. & cū habueris vn̄ satisfacias, satisfac & sufficit: tñ si potes retractare fallum testimonium sine periculo personę & infamię, tu teneris illud facere &c. Ad instar vnus, qui per potentiam in ciuitate Paduę misit pro vno notario, & dū esset in eius domo dixit, qđ faceret vnum instr̄m contra alium de mille ducatis, alioquin qđ faceret eū occidere. Ille notarius videns se male paratum, nec posse euadere, timens periculū vitę, nō inde recessit qđ sibi fecit illud instr̄m solemne in publica forma, qualiter ille nequā mutauerat mille ducatos tali i presentia duorum testium mortuorum, & vnus viui currentis cū voluntate domini. facto instr̄o falso ille notarius inde recessit, & iuit ad domū obligati, & dixit, ego feci contra te vnum instr̄m falsum de mille ducatis ad petitionem talis petentis metu a me extortū: veni, quia sum dispositus qđ sibi soluas de moneta, quam tibi dedit, & fecit sibi vnum aliud instr̄m solutionis factum eodem die, & in presentia dictorum met testiu scriptorum in illo primo instr̄o obligatorio. Tran factis aliquibus mensibus silentibus his, ecce primus conuenit fm̄, & petit mille ducatos, & producit illud instr̄m obligatorium. Ille opponit exceptionem solutionis. datur terminus ad probandū. Notarius vadit Venetias. Secundus in termino probat solutionem per fm̄ instr̄m. Ille replicat qđ illud instrumentum solutionis est falsum, & dicit qualiter soluiisti mihi certē de eadē moneta, quā mihi mutuaisti, & facto vno saluocō ducto, Notari⁹ venit & narrauit factū. Pote stati fm̄ veritatē. & captis famulis illius nobilis, qui interfuerunt, reperit veritatem. vn̄ si testis falsus posset sine periculo cū sua prudētia recuperare dictū suum, & damni proximi contra quem deponit, sicut iste notarius prudēs fecit, bene faceret. Secundus casus est, quidam Doctor dedit sn̄iam iniustam, vel falsum consiliū: si non pōt satisfacere damno in quod pp illud proximus incurrit, obligat in discendo se, vel dicen-

E do se dedisse falsam sn̄iam, vel falsum consiliū, nisi ex hoc incurreret magnū periculū infamię vel personę: tñ posset esse tā grande damnum, qđ deberet pręponderare suę fame, & pręponere illud damnū famę suę, sicut si esset sn̄ia de regno vel prouincia, & similia: quia sicut nō sunt facienda bona, vt veniant mala: sic nec mala sunt facienda, vn̄ de veniant bona. Tertius casus est, vna foemina, quę cupiēs non pōt habere filios: maritus vadit trāsferendo, & mercādo, & ante recessum habuit rē secum. & post recessum mariti paulatim vadit sibi ponendo de bombice corpori, ita qđ vī grauida, & scribens marito qualiter est grauida. Inde supponit sibi vnum puerū, & dicit fore filium illius boni mercatoris & succedēs patri putatiuo spoliat illos proximos illius mercatoris hęreditate, quę sibi spectabat de iure, vel ipsa foemina fecit fallum viro, & parit puerum ex quęstu adeptum, qui succedet illi suo viro, & spoliat proprios hęredes. tenetur illa foemina manifestare hoc ante quā moriaris, vel in puncto mortis: certē tu debes tacere, & nihil dicere nisi tuo confessori, & facere penitentiam. Ribalda, d̄ in diabolata, qđ sic faciendo tu ponis te in periculo perdendī vitę & aīam: & postquā errasti ribalda, non te confidas de tua cōmatre, nec tuo cōpatre, vel focia, nec de aliqua persona mundi, nisi de tuo confessore bonę & sanctę vitę et in puncto mortis: quia nō debemus incurrere maius malū, vt euitemus minus malū. Et hoc pluribus rōnibus. Prima rō pp scandalum occurrēs marito, & toti parentelę donec viuunt. Secunda rō, qualiter debet tacere, est pp infamiam, in quam tu mala foemina incurris, qđ reputaris bona, & es vna porca, quia maior thesaurus quę hēt foemina, est bona fama. nam non est ita in viro: quia si perdit castitatem, pōt habere alias dignitates. Nam foemina perdens pudicitiam, nil valet vltra, nisi mittatur foras, vt cōculcetur à viris. vnde Sal. 20. ca. Melius est bonum nomen, qđ diuitiæ multę. Tertia ratio est periculum vitę, quia dicendo illud, poteris venerari cum filio bastardo, vt non participet de hęreditate tui mariti, & perdes corpus & animā. Quarta ratio, quia dato qđ illud diceres, non tibi crederetur in iudicio, nisi illud probes, sicut vna fatua, quę irata cum filio accusauit, & non erat filius legitimus, sed bastardus, vt priuaret eum ptrimonio patris, & proximorum patri volens succedere, non potuit illud probare, & sic remansit delusus, & illa remansit pro-

F

G

H

vna

A una fatua. Quinta ratio, quia ultra fidem quam rupisti tuo marito, tu accipis sibi filium suum, quem ipse putabat suum, perinde amabat eum ac si esset filius suus, & sciendo hoc perdit charitatem filialem, quā sibi habebat. Nam pater amando filium, amat æstimationē reputationis filialis, quia impossibile est scire illum esse filium suum, & nulla lex obligat patrem amare filium, nisi credat quoddam sit filius suus. unde obligat patrem credulitas & æstimatio, quoddam sit filius, amare ipsum ut filium, & non veritas secundum Deum, & secundum legem Imperij. Sexta causa est, quia adiungis sibi uerrecundiam, quia semper credet quoddam ostendatur cum digito, reperias modo tot bona, quę eueniant, quot mala ex reuelatione huius. Certē non reperiri possunt, glo. magis est tacendum, quā dicendum. Sed si dicta pericula non euenirent, & cessarent superscriptę causę, melius esset dicere quā tacere. Sed auiso quoddam talis foemina, quę caderet in huiusmodi peccato, tenetur emendare & satisfacere omnia damna illis, ad quos spectaret successio sui mariti, & debet se ingeniare post eius mortem relinquere seu rescere illud damnum obligando dotem suam, & satisfacere si potest. Similiter pater adulter deberet nutrire illum filium spurium & quantum potest occulte regat ipsum si potest sine scandalo, sin autem ipsum dimittat. Sed si diceres, melius esset dicere quā occultare, quia posset accipere unam suam sororem in uxorem. dico quoddam si ipse non scit esse suam sororem, non peccat. unde est magnum peccatum adulterium, quia potest esse cum causa huius sceleris. Simile si bastardus huiusmodi efficitur presbiter sine dispensatione si nescit. Sed quid si scit se fore bastardum, quia mater discreta sibi dixerit cū discretionem, & habet causam credendi? certē tenetur restituere illam hęreditatē in foro conscientię. Sed secundum iudicium humanum non tenetur, si non credit, uel non habet causam credendī, quia forte mater odiet eum, & illud dicit ad filij confusionem, & pudorem, & ipse non tenetur credere, nisi probetur in figura iudicij. simile quia mater quandoque odiet filium propter naturam, uel quia magis diligit unum alium filium, quā ipsum, uel quia est fatua, & non tenetur sibi credere. Item medici dicunt, quoddam multotiens foemina utens cum pluribus, non potest esse certa, cuius sit partus, ita quoddam in casu dubij non

E

F

G

H

tenetur credere. Tertia regula est, quia ad impossibile nemo tenetur, de quo alias dicam. Et sic concludendo habemus de nostro auctore luminoso, per quem illuminati sumus, qualiter possumus gratiam Dei consequi in restituendo aliena, propter quod possumus consequi misericordiam Dei, quā mediantē possumus consequi vitā æternam, quā nobis concedere dignetur Christus Iesus, qui cęcum illuminauit, Am̄.

FERIA QUINTA
post iij. Domin. Quadrag.

De Amore desolato.

Sermo XXX.



Vm appropinquaret Iesus porta ciuitatis, & ecce defunctus deferebatur filius unicus matris sue, & hęc vidua erat. Lu. 7. c. & in euāgelio hodierno. In quo sacro e-

loquio dicemus de quinta flamma amoris, quam vocabimus amorem desolatum, & per istam viduallam intelligemus dominā mercantiam, eius vir qui est mortuus, vocabatur quōdam dominus Iustus; suus filius, qui etiam est mortuus, vocabatur quōdam rectus, quia in mercataria hodie sunt mortui iustus & rectus, idest iustitia & relictudo siue lianza. Nam iustitia & legalitas est prerogatiua mercantię, quia omnis status habet prerogatiuam. Nam sicut prerogatiua in foemina est honestas, & prerogatiua religio fratris vel monachi est obediētia, & magistrī Theologię defendere fidem Christi, & militum defendere rempublicā, cum iustitia: ita prerogatiua mercatoris est legalitas & relictudo, quā si non seruat, nō potest esse bonus mercator. vnde in mea ciuitate Senarum, est mos quoddam cum moritur vnus honorabilis ciuis & magnus, sui attinentes ponunt aliquem super vno equo, qui vadit super plateis & locis publicis per ciuitatē, & alta voce proclamat omnibus, sit manifestum quoddam Ser Antonius Francisci est mortuus, sui attinentes faciunt vos inuitare, quatenus placeat suo funeri interesse: Et similiter ego volo vobis manifestare, qđ Ser Rectus est mortuus: dñā Mercātia eius m̄ viduella, uos o mercatores, inuitat quatenus vadatis ad suum hospitium ad honorandum eius funus. Et in ista flamma amo-

Aris formabimus tria dubia.
 Primum dubium est, utrum sit licitum fa-
 cere mercantiam: quia Io. Chrysothomus su-
 per Matt. dicit, quod est impossibile, qd un-
 mercator possit unquam saluari. imo deberet
 expelli de ecclesia Dei. Et ponit hoc ita a-
 spere, non ex eo qd mercantia non sit licita,
 sed quia non sit iuste, nec licite exercetur:
 unde Alexander dicit qd res pot considerari
 illicita dupliciter: quia aut res est illicita fm
 suam naturam, sicut est fornicatio, luxuria,
 mendacium, rapina, homicidium, & huius-
 modi, quae nunquam sunt licita de sui natu-
 ra. Alio modo considerari pot illicita acci-
 dentaliter, & malo usu: nam mercantia li-
 cet sit licita, utilis & necessaria de sui natu-
 ra, tñ potes ita male uti, qd accidentaliter
 poterit esse illicita. & nota qd sunt sex cau-
 sae, quae reddunt mercantiam illicitam. Pri-
 ma est persona, secunda est causa, tertia mo-
 dus, quarta tempus, quinta locus, sexta co-
 sortium. Dic ergo quod prima causa qua-
 re mercantia redditur iniusta, est ratio ne per-
 sonae, quia presbyteri, fratres & religio-
 sae personae prohibita peccant mortaliter fa-
 ciendo mercantiam, tamen non est eis pro-
 hibitum emere necessaria. Et nota, quod est
 tantum peccatum presbytero facere mer-
 cantiam, quantum mercatori facere usuras.
 Et quicquid lucratur per presbyterum ex
 mercantijs, est illicitum, cum sit prohibitum,
 nec illud potest tenere salva sua conscientia,
 sed totum illud debet dare pro Deo. Secun-
 da ratio est ratione causae. Nam erit unus
 dives non habens filios, dico quod mortali-
 ter peccat faciendo mercantiam propter lu-
 crari, ex quo est dives; quod movetur ex
 avaritia causa cumulandi, & non ex neces-
 sitate. Nisi illam mercantiam faceret causa
 dandi lucra inde provenientia, licite tamen
 habita pro Deo. Et nota quod debent esse
 verissimae causae inducentes te ad faciendum
 mercantiam. vnde o vos qui facitis mercan-
 tiam propter ditari, & animo cumulandi,
 & non ex causa necessaria, nec habendo fi-
 lios, nec causa dandi lucra amore Dei, pec-
 catis mortaliter. vnde Iob 5. c. vnus est, &
 secundum non habet, & tamen laborare non
 cessat, nec saturantur oculi eius, nec dicit
 in corde suo, cui congero diuitias istas, &
 animam meam priuo omni gaudio, quia ne-
 mo potest duobus dominis seruire, quia
 quanto plus ditaberis, tanto plus obliuisceris
 de Deo. Nam avarus non implebitur pe-
 cunia. Inde Cassiodorus super illo verbo
 non cognoui literaturam, & introibo in do-

mum dñi, & memorabor iustitiam Domini, E
 quia non cognoui mercantiam. & alibi hac
 aduersione plectitur peccator vt moriens
 obliuiscatur sui, qui viuens oblitus est Dei:
 nam semel fuit vnus huiusmodi diues mer-
 cator avarus, senex & sine filijs, qui dñe
 grauitur infirmus, vxor hortabatur eum, vt
 confiteretur, & ipse rñdebat, venerunt no-
 ua de galeis Flandriae: & vxor dicit, dimittas
 ris galeas & cogiteris de factis aie, & ille di-
 eit, quantum valet piper, ascendit vel descē-
 dit eius pretium. & illa dicit, amore Dei di-
 mittatis ista, nunc ecce frater, cōfiteamini,
 & ille repellit vxorem; & oēs dicentes, qd
 confiteretur, dicens, vos facitis memori-
 am horā recordando mihi talia. & sic dicen-
 do de suis mercantijs aiam diabolo condē-
 nauit, dimissis denarijs & mercantijs suis,
 quia in eo in quo homo versatur cū delecta-
 tione viuendo, in eo delectatur moriendo.
 vñ oportet tenere frenū paupertatis. Tertia
 causa, quare mercantia sit illicita, est modus:
 nam bene defecit modus in mercatoribus,
 quia dicunt mille mendacia pro vno dena-
 rio, & vnus cerdo cā vedendi vnū par sub-
 telariū vltra debitū, dicit multa mendacia,
 illo modo semper peccat mortaliter, cū fal-
 sificatione vendendi suā mercantiam, & cū
 malis ponderijs & scaris mensuris iurā-
 do, & mercantiā falsificando immiscēdo &
 imponēdo res falsificantes ipsas mercantias,
 & exercetur hodie cōiter mercantia malis
 modis. vñ verificatur dictū Io. in Apoc. 13.
 c. in tpe Antichristi, qd faciet qd nemo pos-
 set vendere & emere nisi habeat caracterē
 in dextra manu, vel in frontibus suis. Nam
 mendaciū est sigillū Antichristi, quia vult di-
 cere qd nemo posset emere vel vedere, si nō
 hēat suum sigillū, primo in corde, scdo in
 opere, tertio in ore dicēdo mendaciū, quia
 cum oī falsitate experientur decipere proxi-
 mū, ita qd appropinquatur tps Antichristi,
 qui iam portat suum sigillum. s. mendacium
 in fronte, quia nullus verecundatur d cere
 aperte mendaciā, & dolum pp decipere p-
 ximum. Quarta causa est tps, quia in diebus
 festiuis & dñicis & prohibitis per ecclesia-
 sticum vendunt & emunt, & negotiantur
 contra diuinum praecipuum, & semper pec-
 cant mortaliter. Et illud lucrum tñ valet,
 quantum vsura, exceptis licitis, de quibus de
 clarabo die Dominico. licet tñ mederi &
 dare medicinas i festo. Quinta cā est locus,
 quia non licet vendere in ecclesia, sicut istis
 qui vendunt confortinos in ecclesijs, & su-
 per sacratis, & super corporib⁹ mortuorū,
 quia

Exēplū.

F

G

H

A quia vendentes & ementes peccant morta-
 liter. & oportet facere sicut fecit Christus,
 qñ expulit de templo illos, qui mercaban-
 tur. Matt. 21. c. domus mea, domus orationis est,
 vos fecistis eam speluncam latronū. Sexta
 cā, quae facit mercantiam illicitā, est confor-
 tiū, quia non licet tibi vendere plus vni q
 alteri: plus ignorantiam quam astuto, vt in c.
 placuit. de emp. & ven. quia sic faciendo est
 vna robaria. Si ergo vis bene facere mercā-
 tiam, serua contrariū praedictarum rerum.
 Primo sit persona nō prohibita, & pp sub-
 stentare se & familiam, serua modum, tps,
 locū, consortium & sine mendacio, dolo &
 sine fraude, & isto modo placebis Deo &
 mundo. Vñ fuerūt tres mercatores Senis, q
 fecerunt vnā societate, & disposuerunt re-
 dē facere mercantias suas sine fraude, & in
 processu tps effecti fuerunt ditiores alijs,
 quia pp bonū lucrū, & bonū nomen oēs
 concurrerunt ad eos, & multa expēiebāt,
 & expediendo lucrabant. Similiter reperi-
 me Ferrariae pnt esse 15. anni, vel circa, vbi
 fuit vnus qui disposuit dare decimā de oī-
 bus suis lucris, & recte facere mercantiam
 suā, & mō rediēs illuc reperi ipsum auxili-
 se multas facultates suas, qui interrogatus
 mihi dixit, ex quo disposui bene & iuste vi-
 uere, Deus fecit mihi grām, quia oīa mihi
 successerunt prospere. vñ Deus permittit q
 recti mercatores prospere agāt & multipli-
 cent facultates suas ad cōsolationē aliorum.
 Nam melius est iusto paucitas diuitiarum, q
 iniusto plena dom⁹, quia subito euanescit,
 iuxta illud, de male acquisitis non gaudebit
 tertius haeres. vñ Scot. Doct. subtilis i suo 4.
 dicit. cum reipublica sit necesse habere res
 necessarias ad bene viuendum, necessariū est
 esse mercatores, & esse duo genera merca-
 torū, aliquorum conducentiū & portantiū
 de vltra mare, & de alijs locis ad loca, vbi
 non sunt, & de illis rebus, & aliquorū coti-
 seruantiū res illas, q portantur, & distribuē
 tiū ad tps egentibus, & ex quo istae res sunt
 necessariae, ergo mercantia est necessaria ad
 cōseruationem reipublicae. & subiungit, qd
 postquā mercatores se ponunt in periculis
 vitae, & ponunt suū ingeniū & industriam,
 & denarios suos, & periculum perdēdi de
 suis mercantijs, merito ergo licet eis lucra-
 ri: Sed quantum licet lucrari, impossibile est
 dare certā regulam litatam, quantum sit lici-
 tū lucrari, sed dicā tibi in parabola ista, quia
 tñ licet lucrari, quantum est licitum perdere.
 v. g. Tu habes vnā mercantiam, q valet cē
 tū ducatis, ponas tibi in ato q pp nimum

Exēplū.

D

lucrari tu non vis perdere aiam, respice & E
 considera cōem cursum, quantum valent non
 se cōcordantibus mercatoribus in simul de
 pretio, pro quo volunt currere dictā mercā-
 tiā. Modo si emisti p 100. & cōis cursus in
 illa prouintia, ad quā tu portasti mercantiā
 ipsam, est q valeat 200. vel 300. tu potes li-
 cite vedere pro illo pretio, pro quo cōiter
 currit. Volue similiter per contrarium, quia
 tu emisti pro decē, & nō reperis plusquam
 decē, vel emisti vltra mare pro 100. & non
 reperis hic fm cōem cursum vltra 50. tu nō
 vis illam rem dare pro pretio, pro quo se-
 cundum communem cursum currit, tu pec-
 cas vltra vendendo illud quod valet secun-
 dum cōem cursum, & dictus Doct. qñ con-
 currit cōseruare & conducere ista facien-
 do causa reipublicae cōseruandae seu pro-
 pter rempublicam, & eius vtilitatem; tunc
 licet mercari apportando de loco ad locū,
 & cōseruando res illas emptas ad tempus
 pro subuentione ciuium, & tunc licet tibi
 tñ lucrari, quantum perdere: nec potes fm
 bonam cōscientiam plus vendere, quam sit
 tibi cōis cursus valoris illius rei, & tenen-
 do istud propositum firmum de vendendo
 mercantias fm cōem cursum pp publicā vti-
 litatē, & nō pp propriam tuā priuatā vtilita-
 tē, vendendo qñq; plus, qñq; minus, variā-
 do fm q variatur cōis cursus, & apportādo
 de loco ad locū, vel portata cōseruādo, tūc
 cū istis circumstantijs mercantia est scā & li-
 cita, alioquin si facis pp tuā vtilitatē ppriā
 & priuatā, & nō cōducis de extraneis locis,
 vel nō cōseruas, nec melioras ipsas mercā-
 tias, quia emis lanā & facis pannū, vel emis
 cerā, & facis cādelas, &c. & non faciendo
 ista, sed mercaris rē aliquā in aliquo loco &
 illa ē talē vendis qualē emis, nulla scā me-
 lioratione, sp peccas nisi cōcurrant ista tria
 seu alterū istorū modorū. Primus est in trā
 portando mercantiā de loco, vbi est, ad lo-
 ca vbi nō est in copia. Scds, qñ emunt cā cō-
 seruandi, vt sup. dictū est. Tertius, qñ mer-
 cantia empta meliorat, & istis trib. modis li-
 cet mercari secūdū cursum cōem. Sed vltra
 istos tres modos non licet, quia semper in-
 teruenit avaritia, sicut sunt illi q stochizāt;
 & tales destruunt ciuitates, & dērent bana-
 niri, & expelli de ciuitatib. quia sunt contra
 reipublicam, & inde merito dñr stochi, quia
 transfigunt & destruunt hoīes. vñ ego non
 admiror si diabolus vos portat, d vsurarij
 & stochizatores proterui, quia statis prouī-
 si, & venditis egeno vnum pannū pro 50.
 ducatis, & exinde facitis q socius emet, p

A 40. & destruit illum talem ciuem, & dicitis quòd est consuetudo, sed imò corruptela & ars diabolica, & isti sunt stochi occidentes mercatores alios.

Secundum dubium querit idè singularis Doct. si licet mercatori vèdere suam mercatiam quantum pòt, & ecòtra, si licet emptori emere quanto minus pòt. & dicit, amice ego non cogo te emere. vnde ad declaracionem huius dubij notant tria notabilia. Primum notabile est, quia valor rei pòt considerari dupliciter. Primo mò naturaliter, secundo mò vsualiter. siue primus est vsualis, scòs naturalis. Cape valorè naturalè, quid

B valet plus, vel vna pullex, & vna musca, an vnus ducatus. Certe fm naturalem valorè, vna pullex plus valet q̄ vnus ducatus; quia habet vitã, & est plus similis Deo q̄ vniuersum aurum mundi. Secundus valor est vsualis, & fm istum modum vsualem plus valet vnus ducat⁹ quã 10. pulices. Similiter vnus panis, fm modum vsualem valet plusquam 100. muscæ, & istud facit còtra aliquos, qui considerant tm̄ vtilitatem, q̄ sequitur ex rebus. vnde erit vnus medicus, qui dicit, ego dedi tibi talem medicinã, quæ liberavit te, & vult æstimare vtilitatem vitæ illi medici

C næ dicendo, si non fuisset illa medicina, tu fuisses mortuus. Secundũ naturale, quia res pòt plus, vel minus valere trib⁹ modis. primo mò fm suam virtutè, quia panis bonus plus valet q̄ malus, fm vigorem rei venditè plus valet. Secundo mò fm suam raritatem, quia sunt multa in vili pretio còiter, sicut aqua, quia còiter est copiosa: tm̄ pòt esse in aliquibus montibus, vel partibus ita rara, q̄ ibi non est copia aquæ, quia æstimabit plusquam aurum: sed pp magnam copiã abundantia aquæ, quæ h̄t, fit maior æstimatio auri q̄ de aqua. Tertio modo pp suam placibilitatem, quia sicut habeo vnum librum, in

D quo studui, & ei afficio, quia posui meam memoriam supra illũ librum, non darè pro pretio còi, quo còiter æstimaretur. Quarto, q̄sq; etiam cupiditas facit apparere rē, puta pannum, plus valere suum quod alienum. Tertium notabile est, quia æstimatio mercantiarum non est possibilis quod fiat æqualiter pp defectum humanum. Exemplum. pone decem petias panni, & erunt 10. æstimatores, quilibet æstimabit diuersimode, q̄ plus, & qui minus, & istud accidit pp humanam cæcitatem, & ignorantiam. Respondeo ergo dubio supradicto, & dico q̄ non licet vendere quantum vis, quia cape cõem cursum rei vsui hois, & virtutem ip-

sius rei, & similiter considera raritatè, quia plus valet res q̄ reperitur modicum, quàm q̄ reperitur multum. vnde vos qui emitis frumentum tempore boni mercati, & facitis mercantiam tenèdo ipsum clausum expectando carissiam, & tunc melius, & plus venditis, semper peccatis, & non potestis licitè tenere talia lucra, quia facitis illud propter cupiditatem, & nocens reipublicæ propter carissiam, nisi illud emeritis causa portandi de loco ad locum: tm̄ si emitit pro te & tua familia, & superest, nò peccas, quod superest vendendo secundum cõem

E cursum. Item adiunge si est placibilitas seu amor vel affectio rei. Nam si est amor, quia quis propter amorem vnus contratè dabit de vna domo centum ducatos plusquam valeat, & potest vendi, licet secundum cõem cursum non tm̄ valeat: sed si est placibilitas, debet vendi non plus, sed secundum cõem cursum, & non secundum affectionè tam in emendo q̄ in vendendo. vnde pone q̄ sunt 10. petiæ panni eiusdem generis, vnus pannus plus venditur alio & varie: nã vnus venditur pro ducatis 40. alius 41. alius 43. Sed valor vnus nò transit vltra ducatum medium plus altero. quæro, quantum est licitum vendere communem cursum realiter vendendo illos pannos? dico q̄ non licet vendere vltra communem cursum. vnde noli transire multum cõem cursum: & noli transire 47. solidos vltra istum communè cursum de lucro cuiuslibet panni, quia peccares si venderes pro ducatis 47. quia tu transis cõem cursum, & si vende res vni pro 39. & alteri pro 41. non peccas, dummodo non transeas communem cursum: sed si dicis, si vendo scõem cõem cursum, ego perdo: certè melius est quòd tu perdas rem, quàm animam, quia periculũ venditionis mercantia non stat in vendendo pro minori pretio, sed in vèdendo pro

G pluri & maiori pretio, quàm sit communis cursus valoris rei. & licet lex dicat q̄ licet contrahentibus se decipere vsque ad dimidiam iusti pretij, dico illam legem non habere locum in foro conscientie, quia in foro poli teneris ad restitutionè. Sed: quid si vnus vendit rem valentem secundum communem cursum, centum ducatos, & non plus, & volète emptore sciente & consentiente vendet ei pro ducentis ducatis, certe valebit: sed si interuenit ignorantia, vt puta, vendes lapidem pretiosum valentem 50. ducatos pro sex, tamè non valet venditio, & tenetur emptor scõem conscientiam restituere.

H

A restituere. similiter si propter animi lenitatem, res pro minori pretio venditur, vel p pluri emitur, tunc non valet venditio, quia aut retractatur, aut refarcitur residuum pretij quod valebat. no. glo. si vèdis rem pro maiori pretio quàm valeat, tu teneris ad restitutionem, & est magnum periculum animæ: & tales sunt sufficientes destruere ciuitates, qui stochizando plus vendunt, vel vendunt proximum in necessitate, & propter singularem necessitatem oportet redimere aliquas pecunias, & pro modico subtrahunt ei sua bona.

B Tertium dubium est, in quibus casibus potest interuenire in mercantia vsura? dicunt Doct. q̄ potest interuenire mutuum: verbi grã, tu dabis denarios mercatori, & vis esse certus de lucrando medietatem lucrari mercantia, sed si perditur, tu vis quòd periculum totum sit socij, & capitale remaneat sibi solidum, quia erit potius mutuũ quàm societas, & ad declarationem huius dubij potest interuenire peccatum usuræ in mercantia quatuor modis. Primus, quando mercator vendit ad terminos plusquam incontantis, vt in cap. consuluit, extra de vsuris, quia accipit illas vsuras propter tempus, in quo eum expectat, siue propter inducias quas sibi facit: verbi grã, vnus hêt decem pulchras petias panni eiusdem generis, & bonitatis, communis cursus erit de quadraginta, & quadraginta cum dimidio, & istud pretium erit maius secundum cursum communè, minus pretium erit de quadraginta secundum cõmunem cursum, & mediocre pretium erit de quadraginta, & quarto uno, secundum communem cursum. Pone modo inter istum communem cursum maiorem, minorem, & mediocre, duo extrema, vnum extendens istum communem cursum. s. quinquaginta, vel quinquagintaquinque, & vnum infra istum cõmunem cursum, valet triginta, vel triginta sex: modo considera, quòd erit vnus in necessitate positus, qui stramazabit, & propter necessitatem dabit pannum, qui valet secundum communem cursum quadraginta pro triginta, & isto modo accipit ad vsuram, quia ille qui accipit pannum, tenetur refarcire vsque ad summam recti pretij secundum illum communè cursum valet quadraginta, vel quadraginta cũ dimidio, vel quadraginta & vnum quartum, quia stochizat, & facit vsuram, & tenetur ad restitutionem illius pluris: sed tu qui emitit, vel pro maiori, vel pro minori pretio, quid facies:

C

D

licet ne tibi vendere pro 50. sicut emitit? certè non, quia efficiaris robator, sicut ille qui tibi vendidit. sed dices, si do pro minori pretio ego perdam, quid faciam? certe tene medium, & respice communem cursum, & pro illo vende, quia melius est perdere rem, quàm animam, simile facito in alijs. Vnde si das ad terminos plures, & propter illum terminum sibi accipis vile, & ille habet damnum, ergo vsura. Sed quid si vendo ad terminum pro pretio cõmunis cursus, & ille non mihi soluat in illo termino, propter quod ego damnificor & accipio aliqua necessitate compulsus ad vsuras: vbi si mihi solueret in termino, dico quòd ille tenetur restituere omnia damna, vsuras, & interesse, quæ patior, quia tibi in termino non satisfacit, quia est in culpa, vel est causa damni mei. sed quid si diceret. ille qui vendit ad terminos, quia dandò ad terminos est vsura vendendo vltra communem cursum: quia si haberem meos denarios, ego interim lucrarer vltra. Respondeo secundum Butrigarium, tu potes etiam perdere, sicut lucrari. Secundus casus, quando tu emis frumentum in herba, & vinũ in vuis, pro meliori foro quàm va-

G let tempore recollectionis, dãdo denarios incontinenti, certe facis vsuram, quia propter illud præstare, plus lucraris, quàm si dares ad vsuram, quia ibi cadit mutuum indirectum: secus si præstares denarios pro blado & vino, pro pretio quod valebit tẽpore recollectionis. Tertius casus est in his, q̄ mutuãt denarios super vna domo, vel possessione, vt gaudeant domo, vel lucentur fructus possess. donec sibi restituatur denarij, certe est vsura, & tenetur computare illos fructus, & pessionem domus in sorte. Quartus casus est in illis, qui nò volunt vendere possessionem, sed pignorarè, & mutuans denarios, vt cũ titulo possit lucrari fructus volet sibi fieri instrumentum venditionis, & dabit modicũ pretium respectu sui valoris: sed faciet pactũ de retrouendèdo, & Certe est vsura, & similiter fructus debent cõputare in sorte, & parũ est q̄ h̄mõi cõtractus solebant fieri in quadã ciuitate, & factũ fuit statutũ ibidè, q̄ tales cõtractus non valerēt: & fuit indicta pœna notarijs, qui talia scriberent infra, vt extra de emp. & ven. c. ad nostrã. Vnde caue de huiusmodi cõtractibus. Vnde si vis cognoscere, vtrũ sit vsura, vel non, quære tuam conscientia, & potest apparere duobus modis. Primus est, si intelligis quòd ille non relaxet tibi

H

possef-

A possessionem illam pro pretio, quod sibi de disti, si haberet modum exigendi, & de fructibus extrahendis in paucis annis lucraris pretium de foris in iudicio seculari potest apparere dupliciter. Primo modo, quando pretium est multo minus quam sit ualor rei. Secundo modo, quando contrahens est usurarius, & solitus facere similes contractus; & tunc notarius, qui scienter facit talia instrumenta, tenetur. Similiter & testes, & proxeneta tenentur de huiusmodi contractibus usurarijs ad restitutu. l. x. Sed si venditur iusto pretio, vel prope, & venditor propter affectionem suae rei vendita vult quod sibi restituatur pro eodem pretio. certe potest fieri sine peccato, & emptor primus lucratur fructus. Alius casus est, quando das alicui artificis pecunias cum spe lucrandi octo, vel decem pro centenario ad discretionem, & non facis certum pactum de lucrando certum quid, sed ad discretionem artificis recipientis, & est peccatum tam respectu recipientis, sicut respectu dantis, & discretio illa est ruffiana dicta mercantiae, quae fornicatur tunc cum mammona accipiendo ad usura sub discretionem cx. pro 100. Et licet non facias peccatum, dum modo habeas istud tale propositum in mente accipiendo octo, vel decem pro centenario in discretionem artificis, alias tu non mutuales sibi illos denarios: certe sufficit bona voluntas quantum ad hoc, ut commiseris usuram, licet nihil in te accepto, ut notat in glo. in dicto cap. consuluit, quia ecclesia facit tres intentiones voluntatem bonam, malam, & mediam. Bona intentio est, quando praestas tali intentione & si tibi daret aliquid tu posses illud accipere. si modo habeas hanc intentionem, quod sine lucro mutualess sibi, charitate animo nihil inde rehabendi. Secunda est non ita bona, sed mediocris, quando seruis mutuan do alicui cum intentione inter sic, & non videlicet quod si tibi daret aliquid, acciperes illud: sed nihilominus siue det, siue non, tu sibi cum intentione libere seruiendi mutuas sine aliquo seruitio, tamen si sua sponte, & liberalitate tibi dat aliquid, vel decem pro centenario de lucro, tu potes accipere, & si nō cognoscere quando prouenit hoc potes accipere isto secundo modo cum bona conscientia, considera inter te, quod quando essent transacti duo anni, & non dando aliquid de lucro, si peteres illos denarios tibi restitui, quos non peteres dādo tibi illud lucrum. prima est meritorea, secū

da minus; tertia quae sequuntur, est usura; quando scilicet seruis propter te, & non propter proximum.

Tertia principalis pars.

Sequitur tertia pars principalis, tenendo propositionem euangelij faciamus tres considerationes, scilicet quia aliqua praecedunt huius resurrectionem, aliqua consequuntur, & aliqua subsequuntur. Vnde dicit euangelium, quod Christus ibat in ciuitate, quae vocatur Naim; & ibant cum illo discipuli eius, & turba copiosa. Naim interpretatur etiam fangolus, & broda. Cui autem appropinquaret porta ciuitatis, & modo sunt aliqua praecedentia resurrectionem: ecce defunctus efferebatur, id est extra portam ciuitatis illius portabatur ad sepeliendum, filius unicus matris suae: & haec vidua erat. haec vidua modo supra scripto est domina mercantia priuata suo filio dicitur, quia pauci, imo rarissimi mercatores sunt, qui utantur faciendo mercantiam directam, & subiungit euangelista. Quam cum vidisset dominus, misericordia motus super eam dixit illi, Noli flere, & accessit, & tetigit loculum, &c. Ij autem qui portabant steterunt. Loculus vocatur candelabrum, siue capsula discooperta, in qua portantur mortui: spiritualiter intelligendo dico quod iste loculus significat malam consuetudinem, quae portat omnes animas mercatorum ad inferos, & quatuor sunt portatores, qui portant eos mercatores mortuos ad mortem aeternam. Primus portitor est similitudo peccati, quia unus mercator malus videbit alios committentes aliquas falsitates in mercantijs, vel facientes stochos, vel malam mensuram; & falsificantes pondera, & huiusmodi, & bene vident quod faciunt mala, sed sequitur similitudinem talia mala faciendi dicendo, *A torto, e a dretto impio la cosa m'fino al retto*, &c. Secundus portitor est spes magna, quam habent in misericordia Dei, sed non recordantur dicti Gregorij dicentis: dicitis, quod misericordia Dei est magna, imo maior: sed hoc scias, quod non minor est eius iustitia. Tertius portitor est delectatio mundi, quam ponunt in istis caducis temporalibus. Quartus portitor est ignorantia, quia aliqui ignorant, & aliqui nolunt ire ad praedicationes, ne corrigantur & perseuerent in ignorantia sua, & isti quatuor portitores portant malos mercatores a casa calda. Vnde praedictus euangelista

A lista subiungit, quod quando Christus tetigit loculum, hoc est declarauit istam malam consuetudinem. steterunt id est cessauerunt dicti portitores portare ulterius mercatorum mortuum in malis vitijs. Et Christus dixit, adolescens tibi dico, surge. o tu mercator, qui per praeteritam male usus fuisti tua mercantia, & o tu discorrecte, qui eras mortuus propter malam consuetudinem mercatorum, surge & eleua mentem tuam ad Deum, & resedit, qui erat mortuus, & cepit loqui, id est quia confessus fuit de omnibus malis contractibus, & penituit male fecisse cum proposito bene faciendi in futuro, & tunc Deus dedit illum matri suae, id est restituit directum suae matri mercantiae, quia proponit mercator deinceps recte exercere mercantiam, & modo ista subsequitur resurrectionem & subiungit, quod turba haec videns incepit cum timore magnificare Deum dicentem, quia Propheta magnus surrexit in nobis, & quia Deus visitauit plebem suam, qui visitando nos resuscitare dignetur relinquendo peccata, & restituere vitam aeternam per suam misericordiam, Amen.

C FERIA SEXTA
post iij. Domin. Quadrag.

De Amore putrido.

Sermo XXXI.



Am faet, quatrivanus est.

Io. xi. c. Dilectissimi seu noscimus habemus videre de sexta flamma nostri amoris, quae vocatur amor fetens. & cras praedicabimus declarando euangelium, quia est pulcherrimum, in quo videbitis septem gradus amoris Christi, quos habet versus peccatorem, & omnis gradus habebit in se vnum verbum amoris, quia donec habemus flatum in corpore, ipse nos est aptus recipere per suam misericordiam, si modo velimus, quia cor contritum, & humiliatum Deus non despiciet, & iste noster amor est putridus, & fetens, quia est ita difficile restituere aliena auferendo indebitum, quod putrescimus in vitijs & peccatis, & dicam hodie de ijs, qui tenentur restituere, quia primo locutus fui, quis tenetur restituere. Secundo die Mercurij, quando debemus restituere. hodie non dicemus quid debemus

restituere. & no. quod quando mammona exiit in mundum considerando facere omne malum, dixit Lucifero, postquam fecerit accipere bona aliena, quid nobis proderit, quia ipsi raptores restituent ablata? dixit Lucifer, fac pur subtrahere, & extorqueri, quia ego bene faciam quod non restituent. Circa quam considerationem dabimus tres regulas. Sed ante regulas moueo vnum dubium singulare. Querunt aliqui Doctores theologici. Si homo potest sibi met solueri & ius dicere absque eo quod imploret officium iudicis, verbi gratia aliquis per vim extorsit mihi, & aliquid de suo pertinet aliquo modo ad manus meas. Vel possum aliquo modo subtrahere, & mihi ipsi satisfacere, vel bene possum adire iudicem, sed mutuaui sibi centum nullo praesente, & negat, vel me decepit habeo ius, sed deficit probatio iuris, & sic si ipsum conuenio coram iudice absoluetur, quia actore non probante reus absolui debet, &c. Duae in hoc sunt opinioniones. Vna Legistarum dicentium, quod nemo potest esse iudex in sua causa: Alia Theologorum dicentium secundum aliquos, quod in duobus casibus licet cum bona conscientia sibi ius facere, & sibi solueri. Primo casu, quando efficitur dispensator, ut puta commissarius illius, a quo debet habere. Secundo casu, quando licite venit ad manus habere debetis de bonis dare debetis, a quo non potuit debitum consequi. Aliter non licet, quia possent sequi quatuor mala: sibi ipsi soluendo. Primum est periculum scandalum, quia te accipiente clam aliena alius posset inculpari, & propter tibi satisfacere posset propter hoc proximus damnificari, & periclitari. Vnde propter bona temporalia non debes scandalizare, & damnificare proximum. Secunda ratio propter infamiam, quam incurrere posses, quia reputareris latro, & fur, & debes praeponeere famam bonam diuitijs, quia melius est bonum nomen quam diuitiae multae, ut ait Salomon, Prover. 22. c. Tertia ratio, quia si posset probari, posses puniri tanquam fur & latro, & debes praeponeere vitam temporalem diuitijs. aliter peccas mortaliter. Quarta ratio, quia tu es transgressor legis, & constitutionis ecclesiasticae, quae non vult, quod tu omnino pecces. Item iunge quatuor causas: Prima ut malefactor non se excuset sub isto colore dicendo, ego mihi solui, quia habere debebam, & aliter non poteram mihi satisfieri, quia non habebam probationes, vel similia, quia esset excusatio furium: & ideo

A lex vult quod causatur ad iudicium ad postulandum sibi ius fieri. Secunda ratio, quia esset vna guerra continua inter populos, & possent sibi ipsis ius facere: tamen vbi non potest haberi ius, fiunt repræsalie, sicut solebat plerumque fieri in Foro Iulij contra Theutonicos alicuius loci, vbi aliquis mercator fuisset spoliatus, & non posset ibi cõsequi ius suum. Tertia causa, quia se homo decipit se ipsum credens habere ius, cū nõ foueat iustitiam, quia crederet debere habere, & deberet dare, &c. Vt ergo non decipiatur in hoc, oportet quod alius iudicet, quia vbi regnat affectio, non potest esse rectum iudicium. Quarta ratio, quia tu non estimares rectè illud, quod tu acciperes causa tibi satisfaciendi: quia vbi res valeret decè, tu estimares quinque: sed pone quod tibi satisfeceris, & confitearis, & dices, quod tu accepisti tuo debitori tantum, quia volebat tibi soluere, &c. Quid debet facere confessor? dico quod confessor in aliquibus casibus debet facere illud restituere, & in aliquibus non. Et nota quod sunt quinque casus, in quibus debet iubere te restituere. Primus casus est, quando plus accepisti, quã habere debes, illud plus debes restituere. Secundus casus, quando tenendo illam rem, eueniet scandalum proximo, quia inculpabitur, & reputabitur latro. Nam isto casu confessor debet facere restituere. Tertius, quia occurrit tibi infamia. Quartus, quando esset timor futuri periculi vitæ tuæ, quia debes præponere famam, & res vitæ, aliter faciendo facis contra iustitiã, & peccas mortaliter. Quintus casus est, quando propter non restituere eueniret aliquod peccatum mortale, vel periurij, vel huiusmodi, quia debes præponere animam rebus, quia forte daretur tibi iuramentum. si iuras male, periuras, si dicis verum, est periculum infamiae, vel vitæ, &c. Sed extra istos quinque casus, si habuisti rem tui debitoris, à quo non potes aliter tibi satisfacere in foro iudicij, vt supra dictum est, licet non habueris rem illam, vt dispensator, nec venit tibi ad manus licite in casibus superscriptis duobus, nec est possibile quod errores notati in quinque casibus propè dictis possint venire, tu non obligaris rem illam restituere: sed debes dare confessori, & dicere tuam culpam, & confessor potest concedere, quod rem illam retineas dicendo tuam culpam, quod rem ipsam subtraxeris. Et ad illam legem, quæ dicit quod nemo potest esse iudex in causa propria, intelligendo quando

aliquis est iudex publicus, quia tunc non licet sibi ipsi ius dicere, vel si casus est dubius, super quo vis iudicare: sed quado isti duo casus non occurrunt, secundum conscientiam potest sibi soluere, si non interueniunt pericula supradicta. Vnus meus Doctor dicit, licet lex ita instituerit, tamen in duobus casibus. primo supradictus, quado res tibi licite venit, potes rem retinere, quia si es dispensator bonorum tui debitoris, tu potes dispensare ita tibi, sicut dispensas alijs, & intelligitur permisisse, quod sibi ipsi satisfaciatur, si nõ prohibuit, quia si prohibuisset, tunc non liceret sibi soluere in alio casu, hoc est quando res debitoris licite venit ad manus creditoris, illam rem potest retinere donec erit sibi satisfactum. Verbi gratia, dedi ad vsuram saccomano, qui me dannificauit in guerra illicita, & comburendo mihi domum, vel prædado rem meam, certe non teneor restituere sibi vsuras, & damna vsque ad concurrentem summam mei damni, & possum illud retinere cum bona conscientia: quia sicut dispensator potest sibi satisfacere, ita vsurarius, si aliter non potest habere ius, vel sibi satisfieri, quia licet vim vi repellere, & dolus compèatur cū dolo. Et ut melius scias hoc, cape pro secunda, quod quotiescunque concurrunt aliquis ex septem casibus subnotatis in soluendo tibi ipsi, semper peccas mortaliter. Primus casus est, quia si potest alio modo consequi debitum suum, quã soluendo sibi ipsi peccat. Secundus casus est, si tu es cum aliquo iudice in iudicando, faciendo tibi ius peccas, quia generatur scandalum in populo: quia licet facias tibi ius secundum iustitiã, dicitur quod feceris de facto. Tertius casus, quando est periculum animæ, quia est dubium, vtrum debeat habere, vel non. Quartus est, quando est periculum proximi, qui poterit inculpari contra debitum iuris. Quintus est, quando posset oriri periculum infamiae, quia fama bona debet præferri rebus. Sextus est, quando est periculum vitæ, quia debet præferri rebus, & peccas mortaliter. Septimus est, quando est periculum animæ, quia in his septem casibus superscriptis semper peccas mortaliter, quã tibi ipsi soluis. Et non tamen dico, quod in superscriptis casibus semper tenearis restituere, nisi in sex casibus. Primus, quã plus accepisti. Secundus, quã ponis te in dubio. Tertius, quã venit in scandalum proximo. Quartus, si venit infamia. Quintus, si est periculum vitæ. Sextus, si est periculum animæ.

Secunda

Secunda regula principalis.

Secunda regula principalis est, quia omne damnum quod tu das proximo, vel es causa damni, vel quod sibi sit damnum datum, quod proximus ipse nõ habuisset nisi dedisses causam: tu teneris illud sibi restituere, vt in c. si culpa, de iniur. & dam. da. quia qui occasionem damni dat, ipse damnum dedisse videtur. Ad cuius declarationem trado tres regulas, seu tria notabilia. Primum notabile est, quia erunt plures damnum dantes, si omnes soluunt partem suam damni dati, tunc sunt absoluti, & non remanent amplius obligati. Secundum notabile est, quando plures, vt puta viginti quinque damnum dant, & habent vnum caput: si principalis soluit totum illud damnum, omnes alij damnum dantes sunt obligati soluere partem suam illi principali, qui soluit totum, & nõ alij. Tertium notabile est, quod quado plures dant damnum, qui plus dat causam damni, plus tenetur reddere secundum ratam ad eos damni dati. Verbi gratia pone, erit vnus dominus volens facere guerram iniustam in aliqua prouincia, & habebit plures terras sub se, & requirit à qualibet ex suis terris centum homines, & faciunt suos Capitaneos, & cognoscunt, quod illa guerra est iniusta, & dominus iste mittit omnes istos ad comburendum, saccomanandum, & deuastandum illam prouinciã, & omnes illi requisiti vadunt, & dannificant, & depopulantur illam prouinciã, quis erit obligatus ad emendationem illius damni. Doct. dicunt, quod primus dominus, qui misit eos, & omnia eius bona sunt obligata: sed in illis, qui missi fuerunt distingue, quia aut omnes erant necessarii, puta erant trecenti, & habebat tres Capitaneos: & tunc dico, quod quilibet illorum trium Capitaneorum principalium est obligatus in solidum: sed si sufficissent centum homines, tunc dico quod quilibet illorum Capitaneorum tenetur pro rata ad refectionem illius damni: famuli vero, seu saccomani erunt obligati eatenus, quatenus dederint damnum pro sua speciali causa, secundum plus, & minus, prout dannificauerint, & quatenus fuerint causa damni dati. Verum tamen licet nullum inferat damnum, tamen peccant, quia sciunt illud bellum non esse licitum. Vnde concludendo dico quod aliqui obligantur in totum, quando dant totum damnum, & sunt causa totius damni. Aliqui in magna parte, quã sunt

causa magnæ partis damni dati, vel ipsi dant magnam partem illius damni. Aliquando in particula, quando est causa parui damni, & in tantum obligatur in quantum dedit damnum, vel fuit causa illius damni. Modo veniemus ad practicam istius secundæ regulæ principalis, & pone quatuor causas. Prima est, quã potest quis dannificare cum operibus, sicut si est vnus vsurarius, qui recipit centum ducatos ab aliquo paupere homine, qui habet vnam filiam nubilem, & soluendo istos centum ducatos, non potest ipsam maritare, & si vult eam maritare, oportet ipsum accipere ad vsuras illos centum ducatos. Quare, quis debet soluere istam vsuram? dico quod vsurarius tenetur soluere illud danum vsurarium. Simile si pignoro vnam domum ad terminum, infra quem si nõ reuelo, perdo ipsam domum. modo debeo habere centum ab vno alio vsurario, quæ centum si ille mihi restitueret, ego reuulsem illam domum meam. Certe ille vsurarius tenetur ad emendam illius damni. Imo fortius Canonistæ, & Theologi volunt, quod quado vsurarius recipit aliquas res lucratiuas producentes fructus, vel pensiones, quod non solum teneantur restituere res, sed etiam fructus. Verbi gratia tu dedisti pro vsuris vnam possessionem in solutum, certe teneris restituere possessionem, & fructus inde perceptos. sed si das denarios pro vsuris, quia non fructificant, non teneris ex eis dare fructum. Secunda causa, quare quis potest dannificari, est cū verbis, quia multoties vnum verbum potest esse causa faciendi magnum damnum proximo, & teneris ad restitutionem illius damni, in quod incurrit proximus propter illud verbum. Tertia causa damni potest fieri cum scriptura, eis faciendo instrumenta falsa, vel in falsificando libros mercationis, immutatio numerum, vel quantitatem, tenetur falsificans ad emendam. Similiter in litera, propter quam quis dannificabitur scribens tenetur rescindere illud damnum. Quartus casus, quando accidit in male consulendo, sicut si aliquis confessionis, qui facit te restituere vni pro vno altero, tu teneris iterum restituere illi, cui debes de iure: & si non restituis, confessionis ipse tenetur restituere. Simile si esset vnus Doctor, qui daret vnum consilium falsum per imperitiam, vel propriam malitiam, aut negligentiam, tu teneris, quatenus ille dannificabitur propter illud falsum consilium, vel ignorantiam, vel malitiam, aut propter illam negligentiam. hoc probatur in cap. nuper. de

A de sen. excom. & dico quod tu teneris de imperitia, quia nō debes exercere officium, quod ignoras. Item sunt alij quatuor casus, in quibus quis tenetur ad damnum. Primus, quando aliquis petens præcipit dari damnum, sicut facere comburi domū, vel occidere, vel incidere vineas, vel gualtare: eerte principalis præcipiens, quia est causa quare fit illud malum, tenet. x. r. q. 3. ca. Iulianus. vbi dicitur, quod plus peccat, q. præcipit, quam qui infert damnum, quia illud damnum non fuisset factum, nisi mādasset. Secundus casus est, qñ aliquis cum minis inducit aliquem ad inferendum malum, alias non facturum, minans tenetur. Tertius est, cum quis per blanditias, & adulationes inducit ad faciendum damnum proximo, quia adulans, & blandiens tenebit ad damnum, vt 80. q. 6. c. si inimicus. Quartus casus est, exhortando, quia si per exhortationem inducis aliquem ad inferendum damnum proximo, tu teneris. Nota alios quatuor casus in aduocatione. Primus, quando aliquis cum falsa aduocatione defendebat aliquem iniuste, tenetur aduocatus ille refarcire omne damnum, in quod incurrit pars aduersa sui culpa. Secundus casus, quando aduocatus fauebit parti, quam credit fore vsurariam, quæ secundum eius cōscientiam vtetur instrumentis feneratorijs, ille talis aduocatus tenetur ad restitutionem dāni ex sui culpa illati alteri parti. Similiter officialis, q. credit contractum illum fore vsurarium, & potest inducere per aliquod ius ad notitiam veritatis, si potest, & non aperit veritatem obligatur. Tertius casus, quando aduocatus cum falsis allegationibus defendit iniustitiam, tenetur refarcire illud damnum. Similiter si aduocatus defenderit ius, sed non possit illud defendere sine falsis allegationibus, certe tenetur ad restitutionem, si propter illas allegationes damnificaretur proximus. simile in falso teste, & in notario scribente scienter falsum instrumentum, tenetur ad damni restitutionem, simile in accusante aliquem falsè, quia tenetur ad damni restitutionem. Item nota alios quatuor casus. Primus est in illo cum deberet præseruare aliquem, & non præseruauit, propter quod ille talis damnificatus est, sicut in rector, qui videt conculcare aliquem contra iustitiam, cum possit eum præseruare, si non præseruat, tenetur ad emendam damni. Similiter si non præseruat eum propter ignorantiam, negligentiam, vel fraudem, &c. Idem in medico, qui si esset do-

ctus & valens, subito liberaret infirmū, & si est ignorans, vel negligens, tenetur ad omne damnum, in quod incurrit infirmus propter eius ignorantiam, vel negligentiam, vt in cap. si culpa. de iniuri. & dam. da. Secundus casus est in aduocato, qui accipiet defensionem alicuius causæ iustæ, si perdit propter eius ignorantiam, negligentiam, vel culpam, tenetur ad illud damnum, in quod eius pars incurrit, & caueans sibi studetes, qui attendunt ad banculas, & truffas, & nō student, & postea reuertuntur domū ignorantes, & ferunt prauas, & iniquas sententias, & non cōsiderant, quia in puncto mortis ipsi sentient in futuro. Idem in prælatis, episcopis, & alijs, qui habent præseruare subditos: si non præseruant, tenentur. sed si requiris medicum, vel alium aduocatum ad patrocinandum tibi, &c. & dicat se non esse valentem, nec sufficientem ad illud: certe si tu accipis eū, tibi impuret, quia tu fuisti in culpa, postquam certificauit te. & damnum quod quis sua culpa sentit, sibi impuret. Idem in nauta periclitante ex sua culpa, vel ignorantia, vel negligentia, tenetur, & sic de similib. Tertius, quando aliquis officialis potest obuiare alicui malo, & non obuiat, ille officialis tenetur ad damnum, nisi forte esset in obuiando periculum suæ vitæ. Verbi gratia, si erit guerra, non potest obuiari vnde, nisi potestas equitet ad obuiandum, sed est periculū suæ vitæ, vel sui status. certe non tenetur istis casibus ire, nec refarcire damnum inde secutum, secundum legem naturæ, imo peccaret, vt in c. sicut dignum, de homi. §. 3. Quartus casus est, quando aliquis mouetur ad inferendum aliquod damnum proximo propter suas exhortationes, alias non facturo. Idem in dante auxilium, consilium & fauorem. Verbi gratia sunt decem, qui vadunt ad prædandum, & non habent quid comedāt, vadunt ad hospitem: hospes scienter dat sibi panem & victualia, quia alias non possent ire. Vnde dando sibi, vadunt & derobant, hospes tenetur ad damni refactionem. Accipe modo alios quatuor casus in conseruando; quia vnus furabitur, & alius conseruabit, quia si fur non haberet cōseruationem, sciretur, & detegeretur eius latrocinium. si conseruator scit, tenetur ad damnum, si latro non restituit. Secundus est in receptatore, sicut erit vnus castellanus, qui recipiet robatores stratarum, tenetur ad restitutionem. Tertius est in obuiando, si potest obuiare, ne male ablata restituatur, verbi gratia

A tia erit vnus qui habebit suam vxorem, & filios, & habet vnā domum de bene adquisito, & lucratur de vsuris tantum, quod illud lucrum vsurarium absorbet illam domum, ita detrahendo res alienas computatis expēsis; quas semper fecit ille vsurarius sibi, filijs, vxori & familiæ, nil superest de patrimonio vsurarij, quod non sit obligatum æri alieno pro vsuris, ad quarum restitutionem tenetur, ita quod nihil habet, quod sit suum. Modo vxor videns maritum diuitem dicit, Ego nonne bene possum portare caudam, & ire bene induta? & dicet **B** confessori, ego habeo tot perlas, tot vestes, & zonas, meus maritus est diues, & bene potest facere sic, &c. Sed o, o, o, o, fatua cōsidera inter te, de quo lucro est diues maritus tuus, nonne omnia quæ habet subiaceret restitutioni eis, ex quibus extorsit per vsurariam prauitatem: & tu fatua teneris ad restitutionem omnium vestium, & expensarum, quarum tu es causa, quod tibi fiant citra illud quod facere potest de suo patrimonio iuste adquisito non alijs obligato prius quam tibi pro vsuris illis, seu male ablatis acquisitis, & extortis, & illas vestes, quas consumpsisti non possunt restitui, vnde tu teneris restituere ex tua dote, alioquin diabolus te portabit. & certe in bona conscientia tua dos debet cōfundi per expensas, quas facis, & es causa quod tibi fiat & etiam pro salario famule, quā tenet tuus maritus tui gratia. Item familiares stantes cum vsurarijs similitur tenentur restituere salarium iam annuo obligatum illis, à quibus ille eorum dominus vsurarius extorsit per vsuras, & expensas oris, & omnia quæ inde habuerunt. Quartus casus est in re, quæ ad tuas manus peruenit de robaria, quia aut emis rem quæ ex certa scientia est derobata, & es in mala fide, aut tu eras bona fide, quia ignoras, nec habes causam sciendi. Primo casu tu teneris restituere illam rem, & omne damnum, quod euenit propter illud illi, cuius est, cum fructibus inde perceptis, vel percipere potuisti habito respectu quanti plurimum valuerit res illa cum fructibus. verbi gratia si ego emerem tres vitulas, & crescunt, & multiplicant in decem tu teneris si morietur ad pretium, quanti plurimum valuerunt, & teneris de omni periculo, quia es in mala fide scienter emendo, vel habendo causam sciendo rem alienam. Veruntamen si fieret aliqua expensa vtilis, & necessaria in re ipsa, potest detrahi, & semper res illa vadat in quoruncun-

que manus, semper potest vendicare à vero dño, nisi obitet præscriptio. Secundo modo potest constitui in mala fide, quando tu nescis, quod res illa per te empta sit robata, sed habes iustam causam sciendi illud. Verbi gratia erit vnus saccomanus, qui vendet vnum calicem, vel vnum missale, licet ignoras rem illam robatam, euidentis præsumptio, & iusta causa est quod credas rem illam ad manus illius peruentam fuisse de robaria. Vnde caue ne emas, quia teneris ad restitutionem. & ideo statutum est, q. ista sacra, & talia publice vendantur & teneris restituere libere, & perdis pretium respectu eorum, qui vendicant res suas. Aliquando erit bona fide, & hoc potest esse dupliciter. Vno modo, quia scis cuius est, & emis animo sibi restituendi, & tunc non peccas, nec teneris sibi restituere, nisi tibi pretium restituat. Alio modo, quando tu nescis cuius sit, & emis rem illam cum intentione restituendi illi, cuius est, & querendi cuius sit; aut tu emis bona fide, nesciens rem illā furtiuā in publico foro à psona q. verisimiliter poterat habere rem illam sine suspitione furti, vel rapinæ, & tunc quamprimum tibi venit ad notitiam rem ipsam fore alterius, tu teneris restituere. & potes repetere socium illi à quo emisti. Item lucraris fructur illius rei emptæ, donec durat bona fides: sed superueniente mala fide, postquam tibi venit ad notitiam, teneris etiam restituere fructus. Tolle alios quatuor casus, in quibus etiam damnificatur proximus cum signis, quia quandoque damnificabitur cū signo indicatiuo. verbi grā, sicut fuit vnus forte est annus, qui erat stipendiarius, & cogitauit saccomanare vnum castrum, in quo erat, & ordinauit cum inimicis quod staret in aguaito iuxta castrum, & cum audirent clamare venirent: tunc dato ordine & hora, iste proditor ascendit equum, & ligat sibi gambam, & fingit se habere malum intentum ad gambam, & fingēs exire castrū, cum fuit super pontem, ipse incepit clamare quantum potuit. Vt mihi gambam, ut mihi inimici inuaserunt pontem, quia ille stetit cum equo super ponte donec intrauerunt & depopulati fuerūt illud castrū, &c. Secundus casus cum signo narratiuo, sicut sunt trōbetæ, & tamborini, qui ducuntur in campis propter uigore equos, & animos uiuorum, quia omne damnum quod sequitur uigore illius uigorationis impressæ propter trombizare debet restituere, sine quo signo illud damnum non fuisset datum.

A Tertius casus est, cū signo inceptiuo, quia vnus incipiet ponere ignem, vel incipiet robarē, & alij sequuntur alias non facturi, tenetur reficere omne damnū. intellige sēper in bellis illicitis. Quartus cū animo animatio, quia erit vna societas volens redire, & non prædare, & vnus inanimabit eos & inducet eos ad faciendum illud malum inanimans, & inducens tenetur ad emendā totius illius damni. Tolle alios quatuor casus. Primus est consentiendo, quando dedi sti causam consentiendo, ut 2. q. 1. c. notum sit. Secundus, quando non confitetur uerū, cum petitur. uerbi gratia tu scis rem furto ablatam, & officialis mittit pro te, & præstat tibi iuramentum, si dicis uerum, recupe ratur res, & fur suspendetur. Tu uerū prius dicas, quam tu dicendo falsum cōdemnes animam tuam, quæ omnibus est præferenda, & sibi imputet fur, qui est causa sui mali, saluo si esset periculum confitendo per dere tuum statū, uel tuam uitam, quia isto casu non teneris, quantum ad satisfactionem rei furatæ: sed tamen negando peccas, & respectu peccati teneris propalare etiam in periculo tui status & personæ, quæ debet postponi salutis animæ, ubi vertitur peccatū mortale. Tertius casus in participando, quia si comedisti de usuris, teneris restituere. sed cui teneris restituere, die Lunæ tibi dicam. Vnde si participas de usuris, uel furto, uel robaria aut symonia, & de male acquisitis huiusmodi, tu obligaris eatenus restituere, quatenus communicasti, ut in c. si cut digni. §. ille. de usuris. Quartus casus, quando tu obuias ne proximus habeat, qd suū est, sicut tenendo instrumenta, libros mercantiarū, & alia iura, propter quod proximus ex defectu iurium suorum non potest probare, nec consequi debitū suū, tu teneris ad damna, quæ patitur propter hoc. Secundus casus, quando eueniret damnum proximo propter tuam confessionē. uerbi gratia testator instituit aliquem suū heredem, & reliquit centū ducatos pro aīa sua, pro maritando quatuor domicellas. hæres uenit ad te, qui habes filiam nubile, & es pau per dicendo: Si tu uis facere mihi unū instrumentum, quod receperis à me 25. ducatos pro maritando filiam tuam, pro anima talis testatoris, ego dabo tibi quinque. Cer te tu confiteris habuisse 25. propter habere illos quinque teneris ad restitutionē, quia fraudas pauperes Christi, & similiter nota rius, qui scienter, & testes qui scienter inter fuerunt tenentur ad restitutionem, &

hæres etiam remanet doloratus. Et si ipse hæres principalis non soluit, superscripti tenentur, quia participant in illa fraude consentiendo, &c. Similiter quando imponitur grauamina ciuibus, si superstitēs propter odium grauant aliquem supra modum suarum facultatum, & minus grauant aliū propter amicitiam quam debeant secundū eius facultates, & sic ponūt grauamina in equalia, isti tales tenentur ad restitutionem tam proximo de damno dato sibi, quā rei publicæ de honore imponendo omisso. & sic habes secundam regulā de damno dante proximo.

Tertia principalis pars.

Tolle tertiam regulam, quæ est tertia pars principalis, quæ omnis dans fauorem usurario, ut per usurariam prauitate acquirat usuras & feneretur, uel obuiat usurario, ne restituat usuras, talis qui est causa prædictorum, tenetur ad cuius regulæ declarationē facio tria notabilia. Primum notabile comprehendit notarios, testes, proxenetas siue mesetos, institores, & familiares attendetes stationibus dominorum, & banchis feneratorum. Et cape pro ueritate, quæ quotiescūque tabellio credit uerisimiliter quæ contractus, quem celebrat, sit usurarius, primo peccat mortaliter & est infamis, quia est periurus, quia iurauit quando fuit creatus notarius, facere resse officii suū, & tenetur ad restitutionem totius damni, quod inde sequitur proximo, quia facit infra dupli in fauorem usurarum, & est causa ut usura accipiantur per illū modū. Similiter testis tenetur, qui interfuit illi instrumento usurario, sciens illud similiter proxeneta, seu mesetus tenetur ad damnum emendandum. ideo oportet quod omnes uos notarij, testes & proxenetas qui intercessistis in huiusmodi contractibus, infestaretis istos usurarios, ut restituat usuras, alias uos estis obligati, & facio hic duo dubia. Primum si inducis unū ciuē ad fenerandū hortādo eū ut feneret, quod non erat solitus fenerari, an tenearis ad restitutionē usurarū? Alexander dicit quod non teneris restituere, sed peccas mortaliter. secus in inducendo aliquem ad robandū, & reddidit rationē diuersitatis, quia quā datur causa robariæ: facis duo mala. Vnū quia est causa robariæ: aliud rerum ablatarū, sed in usura solū est cā culpæ. Secundū dubiū est, si mesetus, quod est mediator ad faciendū præstari ad usurā, tenet, uel non.

A non? & distingue, quia aut qui accipit ad usurā, hēt necessitatem accipiendi, uel nō. Volue manum, aut præstans uoluntariē præstat, uel est inductus præstare. Cape primum casum. vnus eget catare ad usuram, Mesetus vadit ad publicum usurarium & se interponit, ut mutuet: certē nec ipse, nec accipiens ex necessitate peccat, sed mutans solus peccat. & probatur per unum dictum Augustini dicentis, quod aliud est malo uti in malo, sicut usurarius: Aliud est uti malo in bono, sicut est in egente, qui accipit ad usuram. Pone quod Mesetus non mouetur ex charitate, ut fœneretur egenti, sed propter proprium lucrū, tunc Mesetus peccat mortaliter, & tenet restituere illud datum, sed usurarius non restituit illud. Sed quidam mercator accipit dotē mulieris in rationem decem pro centenario, non quia eget, sed pp mercari & superlucrari xx. p. centenario, peccat mortaliter. Similiter proxeneta peccat mortaliter: Similiter stipendiarij pignorantes arma, ut ludant ad taxillos, peccant mortaliter, quia utuntur malo in malo. Similiter proxeneta seu intercessor si mouetur pro parte accipientis, non tenetur: sed si mouetur pro parte usurarij præstatis, tenetur restituere. Sed quid de institoribus, uel socijs & familiaribus superstitibus, & attendentibus stationibus usurariorum, & similib. Doc. distinguit, quia aut stant p famulis, & nil habent nisi suum certum salarium, & isti non tenentur ad usuras. sed quia salarium, quod percipiunt, est turpe lucrum, ideo non possunt retinere illud tale salariū: sed hñs partē & tenens uices principalis, ipse tenetur restituere totū, si principalis non restituit. Secundum notabile est de vxoribus, filijs, repetitorib⁹ & familiarib⁹ usurariorum. dicit Doctor meus, quod quā vxor usurarij non hñtis aliquid de proprio patrimonio quod non sit obligat⁹ pro usuris restituendis, & quod omnia sunt de malo acquisitis: si ipsa domina posuit dotē in domo, ita quod ante male acquisita illa sunt sibi pro dote obligata, & tunc potest uiuere super bonis non obligatis pro usuris: aut posuit dotem postquam omnia sunt pro usuris obligata, tunc uiuat super dote, donec durat, & finita dote uiuat de suo filare, quia est capitata in manu diaboli. Similiter filius usurarij, qui nil habet nisi de usuris, non potest uiuere de illis bonis, quia sunt alijs obligata ad restitutionem. Sed pone, usurarius moritur relicto filio, & reliquit quod restituatur quinque milia, tamen fuerit lucratus de usuris

decem, & expendit in filio pro studio mille ducatos alijs obligatos pro usuris: quæritur, utrum filius teneatur restituere illos mille ducatos. dico, quod ultra illa quinque milia, quæ reperiuntur in bonis usurarij filius tenetur etiam restituere quicquid pater expedit pro eo in studio, quia illa bona subiacebant restitutioni, & erant alijs obligata. Idem in famulo, quod in vxore, quantum ad expensas, quia non potest comedere de bonis usurarij, si omnia habet de usuris, imo tenetur restituere & expensas & salarium. similiter medicus, aduocatus, procurator, barberius & operarij tenentur restituere quicquid percipiunt ab usurario, nil habente de bono patrimonio. Iudex tamen bene potest capere medicinas a medico Christiano, & Christianus potest mederi sibi, sed salarium sibi datū debet restituere illis, qui habuerūt damnum de illa usura. Et nota, quod nullus potest recipere præmium ab usurario ex suis operibus, nisi in faciēdo operas, per quas saluetur fundus & vinea, nisi gratis fieret. In alijs uerò artibus nō est ita, quia artifex puta draperius, si dantur ei denarij pro panno a Iudæo, uel usurario, tantum dat, quantum recipit, & sic non uidetur damnificatum in aliquo patrimonio usurarij. & ideo non tenentur tales artifices ad restitutionem precij. Idem in repetitoribus stantibus secum, quod supradictum est in familiaribus. Tertium notabile in maritis filiarum usurariorum, qui sciūt socerum non habere aliunde, quod de usuris recipiētibus dotes, quia tunc ad conscientiam non possunt illas dotes tenere, & tenentur restituere, quia sunt alijs obligatæ, & pater usurarius vxoris illius non potuit plus iuris in illum transferre in illa dote alias obligata, quam ipse habebat. Veruntamen, si aliquid superesset ex bonis incertis isti⁹ usurarij, cū auctoritate episcopi potest dos cōstitui. Vnde iam foetet, quatruiduanus est: uult dicere quod propter quatuor causas isti tales retentores bonorum alienorum efficiuntur putridi & foetetes. Et prima causa est peccatum in talia retinendo. Secunda causa est facere operationē talis peccati, scilicet extorquere, fœnerari & robare. Tertia est dura restitutio bonorum alienorum raptorum. Quarta & vltima est putrida & fetēs damnatio, quæ inde sequitur, a qua nos Deus liberet & me uobiscum, qui est benedictus & laudabilis in secula seculorum, Amen.

S A B B A T O
post iiii. Dom. Quadrage.

De amore euiscerato.

Sermo XXXII.



Diligebat Iesus Mariam & Mariam
sororem eius & Lazarum. Hoc
scribitur in Euangelio præ-
cedentis diei. Charissimi, si-
cut scitis, habemus hodie lo-

B qui de septima flamma de nostro amore,
qui dicitur amor euisceratus, & faciemus
talē intellectum in hoc euāgelio, quod per
Mariam intelligemus intellectum illumina-
tum: nam Maria, illuminata interpretatur:
Marta uero potest significare virtutem ope-
ratiuam. s. memoriam. Nam Doctor meus
dicit, quod significat partem inferiorem:
Lazarus autem significat adiuuatum. s. no-
strum uelle, quod semper adiuuatur a Deo,
quia ego sto ad ostiū & pulso. Ita quod in istis
significationibus tu habes omnes tres potē-
tias anime. s. intellectum, uoluntatē, & me-
moriā. Vnde accidit quod peccatori putrido
in peccatis pur remanet aliquis intellectus.

C Ecce Lazarus putridus. s. peccator quadridua-
nus fœtet, marcidus in peccatis. & licet uo-
luntas consentiat & operetur in peccatis,
& perseueret & induretur cor peccatoris,
dummodo remaneat sibi aliquid memorię,
& potest intellectus adhuc refuscitare. Vnde
per Lazarum intelligimus peccatorem, & sic
habes primum diem: Per Mariam significa-
mus memoriā, & sic habes secundum diem. Per
Mariam significamus intellectum illumina-
tum, & sic habemus tertium diem: Per Chri-
stum significamus adiutorium. Ecce quartus
dies. & sic bene quadriduanus est. Et in isto
nostro euangelio nos faciemus tres partes.

D In prima parte tractabimus præcedentia
resurrectionis Lazari. In secunda de re-
surrectione. In tertia tractabimus sequētia.

Prima pars principalis.

C Apiamus primam partem de præce-
dentibus resurrectionis. In qua nota
septem amores in ipsa, qui non dese-
runt animam usque ad mortē, qui sequuntur.

Primus amor est annuncians, qui annun-
ciauit infirmitatē Lazari Christo. Secundus
amor retardans. Tertius amor sequens.

E Quartus amor supplicans. Quintus amor
compatiens. Sextus admirans. Septimus
amor approximans. Cape primum amo-
rem, qui est annuncians. Textus euangelij di-
cit, Erat autem quidam languens Lazarus
a Bethania in castello Marię & Martę sorō-
ris eius. & secundum Nico. de Lira, Languor est in-
firmitas incurabilis. Maria autem erat quę
unxit Dñm unguento, & exersit pedes ei⁹
capillis suis. Cuius frater Lazarus infirma-
batur. de quo habes Luc. 7. c. & Io. 22. cap.
Et subiungit textus, Miserunt ergo sorores
eius ad eum dicentes: Dñe, ecce quę amas,
infirmatur. Et uidetis quod non mittunt quod
ueniat vel mittat: neque petiuit aliquā gra-
tiam sanitatis Lazari, ad denotandam ma-
gnam fiduciam amoris & charitatis, quam
sciebant Christum habere Lazaro, quod absque
eo bene prouideret oportuniter. Nam ue-
ro amico sufficit dicere necessitatem suam,
quia nō expectat preces ad prouidendum.
quod significat singularem affectionem, ita
quod utriusque erat uerus amor. Sed quis
est iste Lazarus infirmus? certē est peccator,
qui consentiendo tantū uoluntate peccatis
cedit in languorem incurabilem, & est im-
possibile quod possit liberari sine gratia Dei, iux-
ta illud, noster spūs est iens & non rediens
de se, sine gratia Dei, a peccato non po-
terit liberari. Sed sorores istius uolūtatis cō-
sentientis peccati, uidelicet intellectus & me-
moria, annunciat Deo dicentes, Dñe ecce
quem amas infirmatur: quoniam intellectus ele-
uatur considerans & intelligens peccatū aīę,
cui per uoluntatem consentit, & memoria
recordatur de morte & iudicio Dei, pensan-
do peccatum & penas inferni, & tunc mit-
tunt nuncium istius cogitationis & cogni-
tionis ad Deum, iuxta illud Dauidicum, Pro-
uidebam in mente mea Deum meum, sem-
per mittendo ambasatas ad eum cū suspi-
ris, & dolore & lachrimis fratrum meum ri-
gabo, quia frater meus est languidus. & quo
languore. s. febris peccati incurabilis, cogno-
scendo pulsus suum uariatum, gustum alte-
ratum & stomachum multum fastiditum &
totum corpus aggravatum. Ita facit anima,
quoniam in se retenta considerans peccata sua &
se esse ita infirmam, quod uidet se in manibus
diaboli, & in statu damnationis stringit si-
bi pulsus, & conuertitur ad poenitentiam.
sed si sentit sibi magnum pulsus, dicit: o
magna est misericordia Dei. & pulsus tunc
ascendit & postea descendit, quando pecca-
tor dicit in fine mortis, dicam meam culpā,
& multoties nō potest dicere suam culpā,
& de-

De amore euiscerato.

Sermo XXXII.

147

A & descendit usque in abyssum per despera-
tione. n. iuxta illud: Ascendunt usque ad cę-
lum, & descendunt usque ad abyssos. anima
uero eorum male tabescebat. & in Præer.
Corstulti dissimile est, quia uellet gaudere
ad expensas aliorum, & habere paradysum,
& non restituere ablata, quia bene uiuere
& male uiuere, gratia & culpa nō bene cō-
ueniunt, & uelle gaudere in isto mundo, &
in alio, non reperitur in hoc aliqua conformi-
tas, & iste est pulsus variabilis. Vnde o
vos, qui habetis filias nobiles, notate quod
quando accidit, quod aliqua iuuenis erit philo-
capta, & statim attonita, & in lecto ita quod
uidebitur inspirata, & non cognoscitur
eius infirmitas, nec per pulsus dignosci-
tur: tu cognosces isto modo, si dubitas quod
sit inamorata, capias brachium & tange
pulsus, considerando in quibus potest esse
philocapta, tene modum quod intres in
aliquibus uerbis in quibus nomines aliquos
iuuenes, & nomina plures antequam no-
mines illum, de quo potes comprehendere,
quod sit philocapta, & continuē respice
ipsam in oculis, & uidebis quod sicut no-
minabis suum amatorem, quod est ualens,
bonus & pulcher iuuenis, & huiusmodi, su-
bito mutabitur in oculis suis, & subito sen-
ties eleuari pulsus. Vnde quādo peccator
cecidit ad propositum reuertendo, quando
tangit pulsus suorum peccatorum, quę ha-
bet si est usurarius, non amplius seneratur:
& si inspiratio aliqua senerandi amplius si-
bi occurrit, facit ad instar equi maridi su-
per dorso, quia cum tangitur calcitrat. Simi-
liter potest cognosci infirmitas in uariatio-
ne gustus, quia si dabis infirmo zucharum,
uidebit sibi amarum. similiter animę putre-
scenti in peccatis, si dices sibi de dulcedine
Dei, sibi fœtent uerba Dei. si tangis de
denarijs, luxuria, & huiusmodi, subito lata-
tur, iuxta illud Isaia. 5. c. v. vobis, qui dicitis
malum bonum, & bonum malum, po-
nentes dulcia amara, & amara dulcia. &

B quibus uidetur lux tenebra, & tenebra lux.
quia ista faciunt variare eorum gustum. si-
militer facit corpus languidum, ad dādum
intelligere, quod quando homo est bene
incarnatus & attractus in amore mundi, est
valde grauis, quia peccatum est grauius res
mundi. quia peccatum superbia fuit ita
grauē, quod deiecit luciferum de paradiso
usque in profundum inferni, iuxta illud,
siant graues & immobiles, sicut lapis, scilicet
peccatores. Veniamus ad secundum
arcum amoris, qui dicitur retardans. Vnde

C Iesus autem audiens dixit eis, Infirmitas
hęc non est ad mortem, scilicet, ad finem
mortis. sed pro gloria Dei, scilicet ut glori-
ficetur filius Dei. & subiungit amorem
Christi dicens, diligebat autem Iesus Mar-
tam, & sororem eius Mariam & Lazarum.
& dat duas causas, quare non iuit incon-
tinenti. Prima, quia uolebat ipsum mori
propter suam gloriam demonstrare, ut glo-
rificaretur filius Dei per eum. Secunda,
quia uolebat, ut per resurrectionem eius vi-
derent dilectionem, quam sibi habebat. &
ideo subiungit, Diligebat autem Iesus, &c.

D quod moraliter intelligendo significat, quod
quando anima cadit in peccatis, licet ueniat
sibi quandoque aliqua bona uolunt-
tas, non uidetur quod Deus ita cito intelli-
gat attendendo sibi, sed dimittit ipsam
languidam, & inspidam sui amoris, ut pec-
cator rediens magis sit in gratia, quia est
maior gloria Deo de vno peccatore ma-
gno & pessimo conuerso, quam de vno
non ita magno peccatore; quia quanto quis
est maior peccator, & scit plura mala face-
re: tanto perfectior efficitur si conuertitur,
& efficitur feruentior in amore Dei, &
Deus facit eum longanimum, iuxta illud,
Deus nunquid irascetur nobis per singu-
los dies. sed o peccator, non confidas per-
seuerando in peccatis, quia forte non eris
de ijs, & poterit esse quod quando uoles
conuerti ad Deum, non poteris, quia no-
les efficaciter, & quia ignoras si tu habebis
tempus, iuxta illud, Volenti dabitur,
nolenti quod sibi uidetur habere auferetur
ab eo. Et subiungit euangelium: Ut ergo
audiuit, quia infirmabatur: tunc quidem
mansit in eodem loco duobus diebus uo-
lens quod moreretur & putresceret.

Tertius est amor uocatus sequens, quia
deinde post hęc dicit Iesus discipulis suis,
Eamus in Iudæam terram & non in Betha-
niam. quoniam iubebat. & dicunt ei di-
scipuli, nunc Rabbi quærebant te Iudæi la-
pidare, & iterum vadis illuc, scilicet ad fa-
ciendum dare mortem tibi, & nobis ad ex-
citandum eos, qui nondum erant bene
vigiles. Respondit Iesus, nonne duo-
decim horę sunt diei? quasi dicat, nonne
potuerunt mutari de opinione ab illa hora
citra? vel sic, ego sum lux mundi, & vos
estis duodecim horę diei: quia licet transi-
uerit pars istius diei, non dubitetis, quia
ego non moriar priusquam uelim. non-
dum uenit hora mea. Et melius subiungit
dicens: Si quis ambulauerit in die, non

K 2 offendit,

A offendit, quia lucem huius mundi vidit. Si autem ambulauerit in nocte offendet, quia lux in eo non est. quasi dicat, qui vadit cum intellectu rationis, non potest cadere, & qui vadit cum lumine fidei Christi, vadit in die. s. cum Christo, qui est lux mundi illuminans oem hominem, quia omnis Christi actio, est nostra instructio, & qui eum sequitur, non offenditur, nec ut desperatus morietur, sed tecum veniet, dicit dominus, & morietur in gloria. sed qui sequitur tenebras. i. infidelitatem sine lumine fidei nescit quo vadat, quia est excæcatus offendit, et vadit a casa calda in profundum abyssi. quia si cæcus. i. anima cæca, cæcum. s. corpus ducit: ambo in foueam cadunt. et subiungit, Ecce Lazarus amicus noster dormit; Ecce significat amorem, quem sibi gerebat dicens, sed vado ut a somno exuscitem eum. Sed discipuli non intelligentes, nec habentes caput ad intellectum Christi, intelligebant de dormitione naturali, quia non habebant mentem ad ea, de quibus intelligebat Christus, & quia non habebant voluntatem eum illuc propter metum Iudeorum. Ideo dixerunt discipuli, si dormit, saluus erit. & subiungit Euangelista, quod Christus palam dixit de morte eius. & illi putabant, quod de dormitione somni diceret: ideo manifeste dixit: Lazarus mortuus, & dixit, gaudeo propter vos, ut credatis, quia non eram ibi quia tenuissem eum vitium, & videtur non facere ad propositum, sed dicit, quod resurgendo habebitis maiorem fidem videndo eum quadriduanum & inacidum, & putridum resurgere, & ita efficiemini creduli magis. ubi non videndo tantum miraculum non efficiemini ita creduli, sed eamus ad eum. Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didimus, ad discipulos, eamus & nos & moriamur cum illo. & ista uerba possunt referri ad duplicem intellectum. Primo de Lazaro. Secundo de Christo, sicut sunt hic duo nomina. s. Thomas & Didimus. Nam Thomas interpretatur amor, & Didimus interpretatur dubius. unde Thomas significat amorem & abyssum charitatis, non sicut intellectum istum dixit eamus & nos, & moriamur cum illo, propter charitatem, & amorem quem sibi gerimus. Et quia Didimus significat dubium, secundo modo potest intelligi, quod dubitando de morte propter metum Iudeorum tanquam homo desperatus dixit, ex quo vult ipse ire ad faciendum occidere se & nos, ecce eamus & nos & moriamur cum illo. sed moraliter, & debito modo intelligendo, potest intelligi, eamus & nos & moriamur

cum illo, cum carne, sed anima cum consensu innamorado charitatis diuina non deserat. D. & magister nostrum. venit itaque Iesus & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem. unde prima die facta fuit ambasciata, & duobus diebus tardauit post ire: quarta autem die resuscitauit eum. Et ad literam voluit hoc ponere Christus, ut maius & magis appareret illud magnum miraculum. Et subiungit Euangelista, quod Bethania parum distabat a Hierusalem. Erat autem Bethania iuxta Hierosolymam, quasi stadiis quindecim. Nam omne stadium est octaua pars vnius miliarij. unde distabat Bethania a Hierusalem duobus miliarijs minus vno quarto, & propter paruum distantiam multi ex Iudeis venerunt ad Martam & Mariam, ut consolarentur eos, &c. Sed nota hic vnum dubium, considerato quod Marta & Maria erant ita amicæ Christi & coniunctæ cum Christo, & iam Iudei & pharisæi inierant consilium contra Christum & erat factum vnum præceptum quod Christus non reciperetur ab aliquo; & quod concubantes cum eo, essent excitati & reputarentur transgressores legis. quare ergo tales personæ ibant ad consolandum Martam & Mariam iam discipulas Christi & concubantes cum Christo? Respondeo quod erant tales personæ earum attinentes, & quæ amabant eas, & erat maior affectio amoris, quem sibi portabant, quod odium quod tales personæ gerebant Christo. Tolle tertium amorem, qui est supplicans, & dicit, quadriduanus est, i. sepultura Lazarus. i. peccator est foetens postquam mortuus est in peccatis, significat quod Deus permittit quæque quod peccator moritur in consentiendo peccato in operatione & in perseveratione & induratione, & tunc sepelitur & lapis ponitur super eius corpore, qui significat duritiam cordis, & fetet propter infamiam quæ sequitur: quia efficitur infamis & foetidus: sed pur visitatur ab amicis suis. Marta & Maria, scilicet intellectus & memoria. amici sui sunt bonæ inspirationes pulsantes intelligentiam & memoriam peccatoris, quia in se receptus peccator dicit, miserunt, quid feci in hoc seculo, ego sum putridus in peccatis, non ne moriar, & veniunt de Hierusalem, quæ significat terram pacis, in Bethania, quæ significat domum panis, & angelus infundit tales inspirationes, & venit in Bethania interpretata domus panis, ut dixi.

Quartus amor est supplicans. & subducitur. Marta autem ut audiuit, quia Iesus venit

Consentit
do in ope-
ratione, &
seueratio-
ne, indura-
tione.

A venit, occurrit illi, quæ significat rationem interiore. & Maria significat rationem superiorem, quæ domi sedebat. i. in mente altiori, quia omnis peccator habet lumen superius, quia cognoscit peccatum suum per cognitionem intellectus, & luminis superioris per quod illustratur, & demonstratur suum peccatum, sit quicumque peccator vel sit. Marta, ut dixi, significat rationem inferiorem, quia peccator in se reuersus cogitat de sua morte, & tunc genuflectit se coram Christo, & dicit, Domine si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. quasi dicat, moraliter loquendo, quod quodam intellectu stat domi, & per cognitionem veri luminis pensat de morte crimina abhorrendo & mens consentit nunquam peccaret, iuxta illud, Recordare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Et subiungit, dicens, Sed scio quod quæcumque poposceris a Deo, dabit tibi Deus. Ecce magna fides Martæ. Quasi dicat, si tu das mihi vnam ueram cognitionem de te, inspirando animam meam a Deo, habebis illud quod uoles & postulabis, quia saluabor: & respondet dicens Iesus, resurget frater tuus. Vult dicere, quando te sentis in peccato, dices inspiratus in anima tua, Deus faciet mihi gratiam, & alia cogitatio dicit contrarium, & isto modo exercitatur spes & iustitia. dicit ei Marta: scio, quia resurget in resurrectione in nouissimo die. & Christus magis confortat eam dicens, ego sum resurrectio & vita, qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, uiuet; & omnis qui uiuit, & credit in me, non morietur in æternum. quod significat duas resurrectiones, scilicet, resurrectionem futuram, de qua loquitur Marta, quia in nouissimo die omnes resurgemus: & resurrectionem peccatoris mortui in peccatis, qui per poenitentiam & contritionem cum proposito amplius non peccandi resurgit, quia uiuens cum Deo in isto mundo nunquam moritur, sed præsens vita continuatur cum alia vita æterna. unde Christus dicit, credis hoc? at illi ipsa, scilicet respondit, utique domine, ego credidi, quia tu es Christus filius Dei, qui in hunc mundum uenisti, & confitetur tibi in Christo Iesu. Primo confitetur Christum fore filium Dei, & Deum & hominem. & est conformis cum Iohanne dicente, Verbum caro factum est: ad dandum intelligere, quod anima quæ uult saluari oportet credere ista tria, alias non potest saluari.

Quintus est amor compatiens. Et cum hæc dixisset, Marta abiit ab eo & uocauit Mariam

sororem suam silentio dicens, magister adest & uocat te. & tacite infert Euangelista, quod Christus dixerit, uade, & uoca Mariam, licet euangelium non dicat: uel etiã potest intelligi quod propter intellectum proprium iuerit pro proprio motu ad uocandum eam, ut ueniret, & secreto uocauit eam, quia ex consuetudine solebat loqui secreto, uel moraliter intelligendo, quod Marta. s. uita actiua annunciat Maria. s. contemplatiua, quia multotiens vnus magnus peccator pro aliquo bono opus, quod facit, & consequetur gratiam Dei, quod eius intellectus illuminabitur taliter, quod remouebitur ab alio peccato. & tunc uocat Mariam. s. vitam contemplatiua. Illa ut audiuit, surrexit cito & uenit ad eum. Et subiungit quod nondum uenerat Christus in castellum, sed erat in illo loco ubi occurrerat ei Marta, ad monstrandum eius humilitatem. & pro docere nos quod in magnis operibus non debemus nos ponere ante alios, sed ostendere humilitatem & facere nos precari, quia quoniam Christus faciebat aliqua miracula, illa faciebat uel precibus motus aliorum, uel cum actu humilitatis. et differt a facientibus miracula demonum, qui illa faciunt cum iactantia & apparentia dicentes, dimittatis me facere, &c. Iudei ergo qui erant cum ea in domo & consolabantur eam, cum uidissent Mariam, quia cito surrexit & exiit, secuti sunt eam dicentes, quia uadit ad monumentum ut ploraret ibi. Maria ergo cum uenisset, ibi erat Iesus uidentem eum cecidit ad pedes eius & dixit ei, domine si fuisses hic, frater meus non esset mortuus: & non dixit tantum, quantum Marta: primo propter multum plorare erat ualde inducta & afflictata: secundo, quia erat ita fidelis & habebat tantam intelligentiam & fidem, quod credebat quod Christus faceret, quod ipsa desiderabat. uel moraliter intelligendo uult dicere quod mens nra, quoniam uenit ad lumen intellectus ueritatis, quod Deus nobis infundit per suam gratiam dicit, domine si te cognouissem nunquam fecissem tot peccata. Et nota quod semper Maria cadebat ad pedes Christi. quare ergo semper cadis ad pedes Iesu, o Maria, quia ibi remittuntur peccata mea, Luc. 7. & 10. c. quia ibi est locus meæ consolationis, cum isto ad pedes mei magister audiendo uerba oris eius. & quia ibi reperio meam pugnationem cum dixit, sinit eam cum infudit unguentum. Luc. 12. c. Et quia ibi reperio meam defensionem, cum dixit, cur molesti estis huic mulieri. Et etiã meam exhortationem. nunc uero credo etiam ibi ad pedes eius reperire resurrectionem Lazari fratris mei. Iesus autem uidens eam plorantem,

A tunc venit quintum verbum amoris, quia Christus teneritate cordis infremuit ipsum & turbavit se ipsum & consensit quod sua mens turbaretur: non passivè, sed permissivè dicēs, ubi posuisti eum? quod significat fremere Christi passionem quantum habet animæ inuolutæ in peccatis, in quibus est posita, & in quibus est mortua, iuxta illud, denigrata est super carbones facies earum & est priuata gratia Dei & posita in maledictione Dei. & ideo petit ubi posuisti eum, considerando seruitutem peccati: quoniam qui facit peccatum, seruus est peccati, & facit priuare animam de ciuitate Dei, & promerere penas inferni: tunc dicit ei, domine veni & vide. hoc est facito me uideere quantum sit esse tanta gratia priuata, & illud quod est infernus in quo sum damnata, ut possim penitere & uiuere, ueni & uide. Et lacrimatus est Iesus, hoc est dicere quod quantum anima pensat de suo peccato, si non plangit cum oculis corporeis, plangit saltem in anima quod amiserit vitam eternam. Sextus amor est admirans, quia tunc dixerunt Iudei admirantes: Ecce quantum amabat eum. quæ est ista turba Iudeorum? certe sunt animæ peccatrices, quæ videntes quod Deus dat gratiam alicui peccatori quod conuertetur & illuminabitur, tales admirantur quod Deus illuminauerit illum. & dicunt, ecce quomodo amabat eum. et subiungit Euangelista: quidam autem dixerunt ex ipsis, non poterat hic, qui aperuerat oculos cæci facere, ut & hic non moreretur? quasi dicat si hic illuminauit cæcū, quomodo tenuit viuuum Lazarum, qui erat ita suus amicus? & sic aliqui dicebant propter murmurare. Aliqui non dicebant hoc propter infidelitatem. quasi dicat, certe miraculum cæci non fuit uerum, quia si fuisset uerum, pari ratione potuisset tenere istum viuū, & aliqui illud dicebāt pure sine malitia, sed procedebat ab ignorantia, secundum Bedam.

D Et subiungit septimum amorem, qui est ap proximans. Iesus ergo rursus fremens in semetipso venit ad monumentum: erat autem spelunca, & lapis superpositus erat ei. At Iesus dixit: Tollite lapidem. & Marta non habens integrā fidelitatem dixit, domine iam foetet, quadriduanus est. quia pars procedebat, quia nondum erat bene perfecta in fide, & pars procedebat ex charitate ne foetet Christo, pars ex confidentia quam habebat Christo, & pars etiam ex ignorantia sua, quia nondum erat bene illuminata. Vnde dicit ei Iesus, nonne dixi tibi, quia si credideris, videbis gloriam Dei. nos possumus hic præsupponere, quod Christus dixerat ei alia

verba præcedentia, ex quibus sequebantur ista verba: vel quod alias sibi dixerat similia uerba. quasi dicat, quod Deus præcipit animæ, quod surgat a proposito male uiuendi & poeniteat de malis præteritis cum proposito de cetero bene uiuendi. & ipse dabit sibi suam gloriam amouendo lapidē duritiæ, & tenebræ, & superueniente luce intellectus, & bene uiuendi.

Secunda pars principalis.

S Equitur modo secunda pars principalis, scilicet de resurrectione, in qua faciemus tres considerationes. Prima est orationis Christi. Secunda est exclamationis. Tertia est resurrectionis. Prima est orationis, unde dicit Euangelista, quod cum hoc dixisset, & tulissent lapidem, Iesus eleuatis sursum oculis dixit; Pater gratias ago tibi, quoniam semper audisti me. Ego sciebam, quia semper me audis: sed propter populum qui circumstat, dixit ut credant, quia me misisti. In isto actu Christus magister noster docet nos qualiter debeamus orare faciendo actus, per quos mens mouetur & eleuetur in eleuando sursum oculos & manus iunctas eleuando & genuflectendo per actus exteriores, non quod ista signa exteriora conferant orationi propter Deum, quia Deus est scrutator cordium & non mouetur propter signa exteriora. sed hec sunt seu fieri debent, ut scis iunctis orationi corpore & anima, quia faciendo signa cum corpore efficitur conforme animæ: et quia tu debes te adiuuare ex tuo latere quantum scis & potes, & te Deus et adiuuabit, quia Deus inspirat te, & tu debes illas inspirationes cognoscere, & te iuuare imitando illas, & non solum debes orare pro te, sed etiam pro alijs.

Secundus actus fuit, quia hæc cum dixisset voce magna exclamauit. Ista sunt tria uerba. Primum est uoce, quod significat diuinā sapientiam. Secundum est magna, quod significat diuinam potentiam. Tertium exclamauit, quod significat diuinam clementiam, iuxta illud Iosue. 1. 1. c. Ducā eum in solitudinem & loquar cordi eius. scilicet in intellectu, & lactabo enim, &c. Nam clementia & charitas Dei est magna, quoniam descendit trahere ad se peccatorem, & magna est misericordia eius facere sibi peccata sua, quia est maius factum releuare unam animam a peccato quam fuerit, facere & creare mundū. Vnde oportet ista tria interuenire. scilicet sapientiam, clementiam, & potentiam ad salutem animæ.

Iunge

A Iunge modo alia tria uerba, & sic erunt sex. scilicet Lazare exi foras, quæ tria uerba significant uelle, scire, & posse. Nam Lazarus significat uoluntatem, quia Lazarus consentiendo peccatis cum uoluntate mortuus est. Et Lazarus interpretatur adiutus, quia cum uocatur ut resuscitetur, per bonas inspirationes adiuuatur, quia illuminatur ut cognoscat Deum, quo cognito tunc uidet peccatum suum. Vnde oportet, quod cum uocatur in intellectus & uoluntas cum affectu, consentiat & fiant conformes uoluntati diuine, & tunc uolendo, potendo & faciendo suscitatur, quia non sufficit quod illumineris lumine diuino, nisi te iuues, iuxta illud, quod ambulabit in terris, & non uenit ei lumen, quia non sufficit lumen Dei, nisi te iuues, sicut si claudis oculos non uidebis solem, sed aperiendo oculos uidebis radios solis, & alia quæcumque mediantibus radijs solis. vnde oportet quod uelis suscitari, & uolendo consentias: quia licet uoceris, si non consentis, non iuuaberis. vnde nullus uenit ad me, nisi pater meus eum traxerit. & alibi, non uos elegistis me, sed ego uos. quod dicitur tu te non cognosces, si non misero tibi meas inspirationes, iuxta illud, ueni de libano anima mea, & coronaberis. vnde oportet, quod anima uocata per gratiam sentiat foras signa affectus, quia sine me nihil potestis facere. nam sine ipso factum est nihil, sed solum peccatum factum est per nos, sed tolli non potest sine Christo. Et subiungit euangelista, Et dictis his uerbis statim prodijt, qui fuerat mortuus, ligatus pedes & manus, &c. & facies illius sudario erat ligata. Vult inferre quod dato quod peccator penituit, & habeat cor bene dispositum, adhuc est ligatus pedes, quia adhuc hæt de alieno & non restituit. manus etiam adhuc sunt ligatæ, quia nondum operatur in restituendo, & bona opera faciendo. oculos adhuc habet sudario coopertos & alligatos, quia adhuc eius anima non est bene illuminata lumine ueræ intelligentiæ. Et tunc dicit ei Iesus: Soluite eum, & finite abire. quia cum peccator est illuminatus, cognoscendo Deum & poenitendo de suis peccatis, confitetur peccata sua & eius cor conteritur & resuscitatur & reuiuiscit, & Christus, scilicet confessor repñtans Christum absoluendo eum dicit, soluite eum & finite eum abire liberum a vinculo peccatorum, & sumedo corpus Christi pedes & manus a peccatis ligati dissoluitur, & oculi propter cœcitatē uelaminis sudarij peccati dissoluti illuminantur lumine ueræ fidei & ueritatis, quia

confessor dat tibi intelligere docedo, tale est magnum peccatum, & tale est maius, & peccatum a non peccato, & sic anima suscitata & liberata a uinculis abiit in gratia Dei tota clara.

Tertia pars principalis.

S Equitur tertia pars principalis, de sequentibus istam resurrectionem, quia multi ergo ex Iudeis, qui uenerant ad Mariam, & uiderant quæ fecerat, crediderunt in eum, quod significat moraliter loquendo, quod Deus nunquam relinquit peccatorem: quam licet sit marcidus & putridus in peccatis, si modo uelit consentire in eum, consequitur gratiam Dei sui, nec vadat ad pharisæos, scilicet, ad dæmones, qui concilium ineuntes vorant ipsos æternaliter in igne æterno, A quorum manibus nos liberet Deus, qui Lazarum suscitauit, Amen.

DOMINICA QUINTA in Quadragesima.

In qua Dominica incipit quinta Ala Seraphini, quæ uocatur amor feruens. & habet septem pennas, quæ sunt Amor fugiens, Amor restituens, Amor conuertens, Amor honestans, Amor incarnans, Amor conuertens, & amor preparans.

De Amore fugiente.

Sermo XXXIII.



I uerunt lapides, ut iacerent in eum. Io. 8. c. In quo sacro eloquio, iuuante & comitante gratia diuina, conducti sumus usque ad mysteria passionis Christi, & ecclesia quasi incipit abscondere uelando crucem in altari, ad significandum, quod amor & omnis carnalitas humanæ offensionis debet a nostris mentibus eleuari & abscondi. Et quia hucusque tractauimus de quatuor Alis nostri Seraphini, nunc uero dilectissimi, hodie habemus uidere de quinta ala eiusdem, quæ uocatur Amor feruens, & incipit demonstrari tristitia de passione D. N. Iesu Christi. Et istam alam

K 4 sicut

A sicut alias diuidemus in septem pennas, seu flammis, quia prima flamma uocabitur.

Primus amor fugiens, de quo uobis dicam hodie.

Secundus amor restituens, scilicet cui, quo loco, & qualiter debet restitui ablatum & quantum.

Tertius amor conterens, in quo tractabimus de vera contritione, secundum solidum intellectum.

Quartus amor honestans, de quo dicemus die Mercurij.

B Quintus amor incarnans & humanans, & tractabimus de euangelio Mariæ Magdalenz.

Sextus amor couertens, ubi tractabimus de bonis dñabus & malis, ut conuertantur.

Septimus amor præparans mentem ad recipiendum nomen Iesu in mente, ita quod nunquam excidat. Redeamus ergo ad primum amorem, qui dicitur fugiens: quia Iudæi tulerunt lapides, ut iacerent in Iesum. Iesus autem non secundum humanam naturam, sed secundum diuinam potentiam se abscondit ab his, quos uoluit: & dimittendo se apparere his, quibus uoluit.

C In quo quidem amore faciemus unam utilissimam considerationem, propter quam multos peccatores penitebit proptio Deo peccatorum suorum præteritorum, & in præsentis. Et a futuris præcauebunt, ne peccent, & reducti ad frugem melioris uitæ, uitabunt futura scelera. Et nota, quod sunt tria genera peccatorum, qui possunt uocari lapidatores Christi: & merito, quia omnis culpa blasphemiz, & omne peccatum mortale est unus lapis percutiens Christum. Sed principales capitanei lapidatores Christi, sunt baraterij & tabernones. Secundi sunt pessimi blasphematores. Tertij sunt illi, qui male custodiunt festa.

Prima pars principalis.

C Apio primos lusores ad taxillos, & ad ludos uetitos, de quibus Dauid dicit: Odiui ecclesiam malignantium, & cum impijs non sedebo. In quo eloquio ista tria genera malignantium designantur. Primi uocari possunt exosi. Secundi maligni. Tertij impij, & crudelēs. Dico quod primi sunt baraterij odiati, de quibus faciemus tres lucidas ueritates.

Prima erit magnitudo peccati eorum.

Secunda erit stultitia ipsorum.

Tertia erit malitia sua.

Dico quod prima ueritas est magnitudo peccati, quæ est in ludendo, in qua nota duodecim iniquitates, quæ oriuntur ex maledictione Iudi. Prima iniquitas est, quia ludus generat uiam cupiditatem in lusore, quia perdendo accenditur cor suum, ut reludat propter recuperare deperdita: Et si lucratur, magis accenditur auaritia ad ludum, ut magis lucretur. & hinc est, quod dicitur in Apocalypsi, 13. ca. Et uidi unum de capitibus suis, quasi occisum in mortem, quod est quando multotiens accidit, quod luxorem poenitet de ludo, & plaga mortis eius curata est, quia reuertitur ad ludum, & loquitur sibi de auaritia Sanctus Iohannes, quæ est radix omnium cupiditatum: quia cum perdit homo, deberet restare amplius ludere, sed auaritia lucrandi trahit eum.

Secunda malitia ludi est, quia facit hominem qui sequitur ludos, prædonem & furem & robatorem: quia illud quod ego uinco, non est meum, quia lusor placibilius derobat quam grassator, qui uadit ad stratam. nam taxilli non possunt mihi dare denarios: & lusores sunt maiores robatores, quam stratarum grassatores, quia grassator non audeat publicè apparere: sed baraterius est domesticus & patens robator. Tertia malitia, quia facit hominem proditorem pessimum, quia associabitur baraterius cum uno, & sic bibendo, & comedendo secum, & repellendo in tabernis derobabit sibi in una hora omne illud, quod quis lucratus erit in septimana, ex quo debent uiuere ipse, uxor & filij sui. & erit causa, quod tota familia peribit fame.

Quarta malitia est, quia facit hominem usurarium, quia terribilior usura quæ sit in mundo, & turpior quaestus, est ludus. Nam ex eo quod usurarius accipiat centum pro centenariis in uno anno, tu facies illud damnum proximo tuo in una hora. unde ista quatuor concurrunt in simul. Sed si diceres, Ego ludo de uoluntate socij, &c. Respondeo, quod etiam usurarius sceneratur de uoluntate accipientis, & tamen peccat mortaliter, & non saluatur, nisi restituat ablatum.

Quinta malitia, dico quod ludus est nutritor mendaciorum, duplicitatum & fraudum & falsorum taxillorum & teneris ad restitutionem omnium lucrorum. de quo tibi cras dicam.

Sexta

A Sexta malitia, quia facit hominem blasphematorem Dei, eiusque Genitricis gloriosæ, & omnium Sanctorum, & omne malum uideretur sibi paruum. Septima malitia, quia facit hominem spretores diuinorum præceptorum, & ecclesiz, & semper quando ludis ad ludos uetitos per ecclesiam, facis peccatum mortale. Octaua malitia est, quia facit scandalizare proximum, quia est causa paterfamilias, quod propter suum exemplum malum, quod perhibet filijs uidentibus patrem ludere efficiuntur similes, & mali: & quando uos datis denarios filijs uestris, ut ludant, peccatis mortaliter, quia datis ad malum exemplum, & ponitis eos in manibus diaboli. Nona malitia est, quia est causa, qua perditur omne bonum, quod facere potes, & in prima posta tu perdis animam, quia nullum bonum, quod facis, ualet ad uitam æternam, & sic ueterescendo in ludo uadis a casa calda.

B Decima eius malitia facit generare odia, iram, discordiam, homicidia, percussiones. Unde semel dum prædicarem de ista materia, quidam baraterius audiens truffatus fuit de me, & quamprimum iuit ad baratariam gladio percussus fuit. Undecima malitia est, quia inducit homines ad rûpendum præceptum Dei, & festa solenniissima, quia in diebus Natiuitatis Domini solenniissimis, & Dominicis uniuersaliter plus luditur, & taxillatur, quàm in alijs diebus, & plura peccata, extorsiones, & blasphemiz, & iniuriæ Dei, & Sanctorum fiunt: in illis sanctis diebus, quam in alijs temporibus, & non uadunt ad missas, nisi quando eleuatur corpus Christi, maxime in istis uillis, & eleuato corpore Christi subito fugiunt, & redeunt currentes ad tabernam. Unde ò uos rustici, attendite, quia in diebus Dominicis, & solennibus ordinatis ab ecclesia, uos tenemini totam Missam audire à principio, & in medio, usque ad finem, & benedictionem; alioquin semper peccatis mortaliter, iuxta illud, Introite portas eius in confessione. s. intra ecclesiam, & non foris stando, &c. Unde occurrit mihi ad propositum, quod dum unus noster Frater iuisset ad celebrandum in quadam uilla die Dominico, & iuxta ecclesiam erat una taberna, & beccaria: & dum pluries pulsasset campanam uocatem ipsos ad Missam, nullus ueniebat: egressus uocauit eos ad Missam, & reperit, quod eorum multum bibebant, & comedebant uocantes, & dicentes, Venite domine & bibite, quia me-

lius dicetis Missam: & rediens incepit Missam, & dicendo Missam, beccarius incepit vendere carnes, & omnes concurrunt, & unus dicit, incide mihi de illo latere, & alius dicit, da mihi, quia ego uolo: alius dicit, imo ego uolo: unus blasphemat Deum, & Virginem, & Sanctos, alius capit carnes dicens, ego uolo uidere quis mihi arripierit de manibus meis istud frustum carnis. Aliqui stant ante uellibulum ecclesiz, & tractant de suis bestijs, & bladibus, & factionibus suæ uillæ, donec dictus Frater dixit precationem, & cum est in prociñtu eleuandi corpus Christi, ut moris est, pulsatur campanella, & omnes currunt cum impetu, & se calcant intrando ecclesiam portantes in manibus frusta carniū, bastones, & enses, &c. Et eleuato corpore Christi uadunt & osculantur altare cum ore uncto rostezanis, & madido uino, & ebrijs, & inde aufugiunt redeunt ad tabernam, & forices postea corrodunt pannos altaris unctos. Unde post finitam cum multo turbine Missam, dixit eis, quod in sequenti Dominica deberent uenire ad Missam, quia finita Missa uolebat eis monstrare unum demomonem. Et diuulgato hoc nouo, omnes uillici circumstantes utriusque sexus conuenerunt ad locum, ut uiderent istum diabolum. finita ergo Missa, bonus ille frater ascendit pulpitem, & incepit prædicare de eorum prauis moribus, & pauca credulitate Dei: quia dum in alia præcedenti Dominica uocaret eos ad uidendum corpus Christi, stabant potius in tabernis ad se inebriandum quam uellent ire ad Missam ad uidendum Deum, & modo ut uideant diabolum, quia est dominus & Deus eorum, non solum illi de illa uilla uenerunt, sed etiam prouocauerunt alios circumstantes, ut ipsum uideant. Videte ergo, dixit Frater ille, diabolus fore talem & turpiorem quam sit iste, qui est pictus in isto muro, quia in uestibulo ecclesiz illius erat Sanctus Michael, & ibi erat diabolus pictus, et inde recessit dimissis illis rusticis cum dicto suo diabolo, dicens, Propterea, quæ Dei sunt, uos non auditis, quia de Deo non estis, quia homo illud cupit audire, quod amat.

C Duodecima malitia ludi est, quia facit baraterium Deum renegare, et etiam omnium præceptorum Dei transgressorem propter denarios extorquendos propter auaritiam, et ludum.

D Secunda ueritas est baraterij fatuitas, quia est

lius dicetis Missam: & rediens incepit Missam, & dicendo Missam, beccarius incepit vendere carnes, & omnes concurrunt, & unus dicit, incide mihi de illo latere, & alius dicit, da mihi, quia ego uolo: alius dicit, imo ego uolo: unus blasphemat Deum, & Virginem, & Sanctos, alius capit carnes dicens, ego uolo uidere quis mihi arripierit de manibus meis istud frustum carnis. Aliqui stant ante uellibulum ecclesiz, & tractant de suis bestijs, & bladibus, & factionibus suæ uillæ, donec dictus Frater dixit precationem, & cum est in prociñtu eleuandi corpus Christi, ut moris est, pulsatur campanella, & omnes currunt cum impetu, & se calcant intrando ecclesiam portantes in manibus frusta carniū, bastones, & enses, &c. Et eleuato corpore Christi uadunt & osculantur altare cum ore uncto rostezanis, & madido uino, & ebrijs, & inde aufugiunt redeunt ad tabernam, & forices postea corrodunt pannos altaris unctos. Unde post finitam cum multo turbine Missam, dixit eis, quod in sequenti Dominica deberent uenire ad Missam, quia finita Missa uolebat eis monstrare unum demomonem. Et diuulgato hoc nouo, omnes uillici circumstantes utriusque sexus conuenerunt ad locum, ut uiderent istum diabolum. finita ergo Missa, bonus ille frater ascendit pulpitem, & incepit prædicare de eorum prauis moribus, & pauca credulitate Dei: quia dum in alia præcedenti Dominica uocaret eos ad uidendum corpus Christi, stabant potius in tabernis ad se inebriandum quam uellent ire ad Missam ad uidendum Deum, & modo ut uideant diabolum, quia est dominus & Deus eorum, non solum illi de illa uilla uenerunt, sed etiam prouocauerunt alios circumstantes, ut ipsum uideant. Videte ergo, dixit Frater ille, diabolus fore talem & turpiorem quam sit iste, qui est pictus in isto muro, quia in uestibulo ecclesiz illius erat Sanctus Michael, & ibi erat diabolus pictus, et inde recessit dimissis illis rusticis cum dicto suo diabolo, dicens, Propterea, quæ Dei sunt, uos non auditis, quia de Deo non estis, quia homo illud cupit audire, quod amat.

lius dicetis Missam: & rediens incepit Missam, & dicendo Missam, beccarius incepit vendere carnes, & omnes concurrunt, & unus dicit, incide mihi de illo latere, & alius dicit, da mihi, quia ego uolo: alius dicit, imo ego uolo: unus blasphemat Deum, & Virginem, & Sanctos, alius capit carnes dicens, ego uolo uidere quis mihi arripierit de manibus meis istud frustum carnis. Aliqui stant ante uellibulum ecclesiz, & tractant de suis bestijs, & bladibus, & factionibus suæ uillæ, donec dictus Frater dixit precationem, & cum est in prociñtu eleuandi corpus Christi, ut moris est, pulsatur campanella, & omnes currunt cum impetu, & se calcant intrando ecclesiam portantes in manibus frusta carniū, bastones, & enses, &c. Et eleuato corpore Christi uadunt & osculantur altare cum ore uncto rostezanis, & madido uino, & ebrijs, & inde aufugiunt redeunt ad tabernam, & forices postea corrodunt pannos altaris unctos. Unde post finitam cum multo turbine Missam, dixit eis, quod in sequenti Dominica deberent uenire ad Missam, quia finita Missa uolebat eis monstrare unum demomonem. Et diuulgato hoc nouo, omnes uillici circumstantes utriusque sexus conuenerunt ad locum, ut uiderent istum diabolum. finita ergo Missa, bonus ille frater ascendit pulpitem, & incepit prædicare de eorum prauis moribus, & pauca credulitate Dei: quia dum in alia præcedenti Dominica uocaret eos ad uidendum corpus Christi, stabant potius in tabernis ad se inebriandum quam uellent ire ad Missam ad uidendum Deum, & modo ut uideant diabolum, quia est dominus & Deus eorum, non solum illi de illa uilla uenerunt, sed etiam prouocauerunt alios circumstantes, ut ipsum uideant. Videte ergo, dixit Frater ille, diabolus fore talem & turpiorem quam sit iste, qui est pictus in isto muro, quia in uestibulo ecclesiz illius erat Sanctus Michael, & ibi erat diabolus pictus, et inde recessit dimissis illis rusticis cum dicto suo diabolo, dicens, Propterea, quæ Dei sunt, uos non auditis, quia de Deo non estis, quia homo illud cupit audire, quod amat.

Duodecima malitia ludi est, quia facit baraterium Deum renegare, et etiam omnium præceptorum Dei transgressorem propter denarios extorquendos propter auaritiam, et ludum.

Secunda ueritas est baraterij fatuitas, quia est

- A** est tantę fatuitatis, q̄ liber homo, qui hēt liberum arbitrium, cui Deus non pōt facere bonum, si ipse homo non vult, se supponit imperio vnus modici ossis, & obedit plus sibi quam Deo. Et non est minus ridiculū recte cōsideranti, quam si tu videres, ad instar Boetij, vnum magnum murem stantem in duobus pedibus cum vno baculo in manu in medio multorum foricum imperādo alijs, quāto magis est derisorium videre hominem rationalem, qui facit suum dominū vnum modicum ossis. Secunda stultitia hominis baraterij est, quia nō solum subicit se illi ossi, sed obedit illi ossi, quia si imperat quod det omnia sua bona socio, dabit illico sine contradictione propter obedire sibi, & multotiens dabit pannos de dorso vsque ad brachia: & semel fui in vno loco, vbi quis luxit bis propriam vxorem vituperandam, nisi ipsa aufugisset, & non daret vnam minimam vestem amore Dei. Tertia stultitia est, quia facit, q̄ quādo bene baraterius obediuerit illi domino suo ossi, & derobauerit eum, tamen est magis sibi obediens in blasphemando Deum, Matrem, & Sanctos, & facit amare illos, qui faciunt sibi mala, & odire illos, qui faciunt sibi bona. Quarta fatuitas est, quia multotiens inducit magnos Doctores, qui putabunt se magnos parasios in iudicando, & consulendo ad subiiciendum se illi ossi, & obediunt sibi, quia subiicient se suę legi. Et si dicet, da centum illi, incontinenti dabit sibi sine contradictione, & nolunt obedire mandatis Dei, neq; prædicatoribus; & sunt tanto stultiores illo taxillo, quanto sunt magis inflati, & obediunt vni ossi mortuo. Quinta stultitia, quia facit hominem apostatate, postponendo omnem delectationem amoris diuini, & suę famę, quia propter ludum efficitur infamis, & perdit gratiā Dei, solum propter delectationem ossis. Sexta stultitia, quia sunt aliqui, qui non habent aliam delectationem quam in ludo, & perdunt tempus, quod est maius bonum quam habeat homo in hoc mundo post creationē suam, & gratiam Dei, quam in hoc tempore acquirere possent, indulgendo ita seruitijs Dei, sicut ossi, de quo adhuc egebimus de eius perditione stendo, quia si bene consideremus, non erunt 50. anni, quod nullus ex hic presentibus vita fruatur ætherea, sed erunt puluis: vnde operemur bonum dum tempus habemus. Septima stultitia est, quando smemoratus baraterius stat ociosus in ludendo credens ocium fugere. vnde
- Bernar. Stultissimum est ocium ocio vitare. quia oportet, q̄ lusor efficiatur vna camera iniquitatis cōtra aliquos iuuenes, qui stant quotidie sub lobijs ludentes, & credunt non reputari nobiles, nisi stent ociosi, quod detestabile est se in aliquo opere virtutis non exercere. Octaua fatuitas est, quod cum manibus, cum quibus Christus te liberauit cruci infixis, animam perdis ludendo. Nona stultitia est, quia isti baraterij perseuerant semper in omni malo: nonne dicentes, quod talis foret bene factuus. certe sic. Et fuit quidam, qui talia fecit, qui dum pro statu foret captus cum filio, pater sciens se non posse euadere mortem, dixit, quod volebat dare sibi bonum tempus pro illis diebus, quibus viuere habebat. Et omni die vixit luxuriose, & abundanter de omnibus, & noluit confiteri, & mortuus fuit tanquā desperatus. Filius vero propter oppositum fecit, & confessus, ac contritus, & cum magna deuotione mortuus fuit. vnde multo maior est stultitia baraterij, quia continuē Deus cōdemnat eū: & ipse stat continuē in ludo. Decima stultitia nōne est fatuitas magna, seruire diabo lo illo tempore, quo potes seruire Deo, & acquirere animam. Vndecima fatuitas est, quia si homo, qui videtur sapiens faceret aliquem actum puerilem reputaretur leuis & puer, quanto magis debet reputari lusor puerilis & fatuus. Duodecima stultitia, quia baraterius non credit reperire consolationem nisi in ludo. Tertia veritas ostēdit ludi malitias, vltra suprascriptas sūt duodecim. Prima est, quia si taxillator habet patrem, vel matrem, necesse est, quod efficiatur dæmonius versus parentes, & expellit eos de domo, & eorum vitam parentum vertitur in tædium baraterijs. Vnde dicit vos patres docete filios taxillari, quia sunt aliqui indiabolati, qui docent filios taxillari, & dant eis denarios vt ludant. vnde merito patiuntur, quod filij rebellent eis. Secunda malitia, quia nunquā stant in pace in domo cum vxore, & verberant eā, & sunt causa, quod efficiatur vna ribalda: vnde caute maritare filias vestras baraterijs, & lusoribus. Tertia, quia est familiæ turbator, & multotiens isti filij baraterij efficiuntur fures, & latrones, quia patres consumpserunt facultates suas, ita quod eorum filij vadunt pro famulis aliorum, efficiuntur discipuli, & furantur, & multotiens suspenduntur, vel aliter male capitant propter patres. Quarta, quia maior pars barateriorum inclinatur

- A** clinatur ad furandum, & pauci euadunt furcas, vel aliter male finiunt. Item vltra ista quatuor mala, alia sex mala veniunt causa ludi: Primum, danti domum, vt intus ludatur, quia fit particeps tot peccatorum, quot ibi fiunt. Secundum, danti taboleriū, quia totiens peccat mortaliter, quotiēs præstat. Tertium, præstanti denarios pro ludo, sicut qui conducunt baraterias, qui habent vnam capsam, & accipiunt denarios de postis lucrantiū, & ponunt in illa capsam, quia est maior vsura, & maior robaria, quæ fieri possit. Quartum est præstanti taxillos, & fauenti, atque vendenti, quia impossibile est ipsos saluari, nisi relinquunt illas suas artes maledictas. Quintum, superstantibus ad videndum ludere, quia semper peccant mortaliter, & fiunt particeps peccatorum, & partiales, quia immediate superstant ludo capit partem, quia vellent alterum potius vincere quam alium. Sextum malum est officialibus & rectoribus ciuitatum, qui sunt negligentes in non prohibendo ludi, cum possunt, quia non possunt aufugere de manibus diaboli, nisi prohibeant. Istę sex personę possunt intelligi per sex puncta, quę sunt in taxillo. Et tu dicit tenes barateriam in domo tua, in die Natiuitatis, & festis solennibus, tu es particeps omnium peccatorum & malorum, quę ibi fiunt, & nullus confessor poterit te absolvere, donec non remoueris illam tuam domum à tali pessimo vsu baratandi: & hi qui præstant denarios, & tabuleria, & semper accipiunt denarios, nunc isti, nunc illi, & tandem omnes denarij remanent sibi, dicit maledicti, & indiabolati, ego vellem potius viuere de denarijs assassinorum, quam de tabulis denarijs, qui habentur ex ludo, & cū blasphemijs Dei, & peius faciat quam Iuda, qui vendidit Christum. vnde ergo vobis, quia vos venditis Christum, & viuitis ex blasphemijs, & maledictionibus Christi: vnde ergo vobis, qui talia lucra accipitis, &c. Septimum, vendentibus baraterias, quia non cerno fore maius peccatum quam vendere baraterias, quę sunt loca tot maledictionū, quia patres, matres, antiqui, & magistri, qui non prohibent ludos, grauissimè peccant, si prohibere possunt. Et isti tales baraterij, & lusores sunt præbyteri diabolii. vnde aduertendum, quod ludus fuit repperitus illo animo, quia dum Lucifer mississet per mundum multas legiones dæmonum ad seminandum zizanias, & maledictiones, & tentationes, accidit quod tem-
- pore Natiuitatis, dæmones erant valde tormentati, & portabant maiores penas quā toto tempore anni. vnde conuenerunt in vnum, & miserunt vnam ambasciariam Luciferi, & miserunt legatos suos Azardum, & Sbarainum. vnde isti ambasciatores exposuerunt qualiter in illa nocte, & festis Natiuitatis, dæmones erant magis tormentati quam in alijs temporibus. vnde Pluto voluit scire causam, dixerunt, causa est, quia in illa nocte Natiuitatis omnes Christiani vadunt ad ecclesias cum magna deuotione, & quilibet sacerdos celebrat illa nocte tres Missas, & confessi communicant, & successiuè illis festis totis peragunt penitentiam, & delentur taliter eorum peccata, quod parum possumus præualere eis, & sic dant nobis de magnis bastonatis cū suis orationibus, & multum torquentur, nisi tua astutia capiat modum in istis. tunc dicit Lucifer, qui sunt isti sacerdotes, & quos ritus seruant, & qualiter faciunt. tunc dixerunt legati: Dicemus tibi, ipsi habent prouincias distinctas in episcopatibus, & quilibet episcopatus habet vnum, qui præest alijs, quem vocant Episcopum, & sub eo sunt omnes alijs. archipresbyteri, præbyteri, diaconi, subdiaconi, & clerici, &c. & habent parochias, in quibus stant isti præbyteri: in istis ecclesijs parochialibus sunt altaria, super quibus dicunt Missas, & primo induunt se & ponunt sibi pluuiam, camisium, & planetam, & paramenta, & habent vnum Missale, super quo legunt Missam: habent hostiam quam transmutant in corpus Christi, & calicem, in quo sacrificant sanguinem Christi, & eleuant corpus Christi, & calicem, & de hostia faciunt tres partes, & postea comedunt corpus Christi, & populi stant ad videndum, & audiendum istas Missas cum varijs, & multis deuotis orationibus, & cum feruenti corde, & faciunt multas cruces, & deuotiones, propter quę concurret in illo sacrificio corpus Christi, cum multitudine Angelorum, qui expellunt nos de ecclesijs, & locis, & patimur magnas torturas, in tantum, quod non possumus resistere, nec durare si ad hæc non prouides, quia isti Christiani in illa nocte, et in illis festis efficiuntur ita deuoti, et feruentes, quod satis habent vsque ad magnum tempus, et nos miseri remanemus confusi, nec est modus tentandi ipsos, etc. Tunc magnus Lucifer ait: Ego reperiam vnum modum, si vos eritis mihi obediens, et fidi: Iube inquit, et iussa per-

A perficiemus. Ego volo, quod illud, quod fit pro Christo, fiat e contrario pro meo nomine, faciatis quod in omni ciuitate edificetur vnus episcopatus in nomine meo, & vocetur, la barataria, episcopum volo esse dominationem illius ciuitatis, quæ afficit ipsam baratariam: dicunt legati, episcopi Christi habent vicarios, quis ergo erit vicarius tui episcopatus? Pluto respondit, vicarius erit conducens baratariam, siue superstes; plebani verò volo quod sint tabernarij in ciuitatibus, & villis, & istas tabernas volo esse ecclesias meas plebanas, scilicet, tabernarij proprie vos estis plebani diaboli, quia in tabernis vestris semper sunt barataria vbi luditur, & blasphematur Deo, & ibi fiunt omnes spurcitia, lasciuia, & ebrietates, & estis participes omnium peccatorum, quæ ibi fiunt, & non debetis vnquam aperire tabernas, donec sint celebrata Missa vsque prope tertias, maxime in diebus Dominicis, & festis præceptis custodiri per ecclesiam. & similiter in Quadragesima non licet aperire tabernas, donec homines non audierint Missas, & summo mane vos aperitis, & mittitis clamando per plateas ad leones ad leones, vbi venditur bonum vinum ad duos solidos bocha le, ad duos solidos: nam vngit, & pungit, & trahit ad maturum: & allicitis homines ante Missas ad se inebriandum, & sic leuiter incurritis peccata mortalia, quia potest esse, quod sint dies ieiuniorum, & datis causam, quod non ieiunent, seu frangant ieiunium, & estis etiam causa multorum, & multorum aliorum malorum: & canipe vestra sunt barataria renegationis Christi, licet tamen vendere vinum in tabernis honesto modo horis debitibus viatoribus, & personis sitibundis, & senibus, non tamen habentibus oculos scarpellatos propter nimias potationes. Item volo, quod barataria, & hostaria, & etiam lobia nobilium vbi luditur, sint ecclesie parochiales meæ, & quod tabolerium super quo luditur sit meum altare, & super eo accendantur candelæ maxime de nocte, sicut faciunt Christiani in nocte Natiuitatis. Quæ erunt reliquæ, quæ ponuntur in altari? reliquæ inquit erunt, quia volo, quod tabolerium, seu discus loco altaris sit grossus, & habeat vnum foramen per quod immittantur denarij, quos colliget vicarius mei episcopi, qui superest ab isto, & ab illo, & illi denarij impositi volo, quod sint loco reliquia rum. Missale autem istorum dicentium mihi missas, volo quod sint tres taxilli, & volo, quod in eis scribantur litteræ, quas omnes sciant legere, scilicet, viri, mulieres, & pueri, & omnes habeant causam offendi meos sacerdotes, & volo quod ita mulieres possint dicere mihi missas in illa nocte Natiuitatis, & pueri sicut viri, & volo, quod non durent magnos labores in voluendo cartas in isto missali, quia vndeunque voluant ipsos taxillos immediate sciant legere lectiones & letanias, nec quod in isto meo missali sint plures vigintiuna literis, & volo, quod loco calicis sit ducatus, & loco hostia sit grossus. Sed qui erunt sacerdotes, volo quod omnes taxillatores, & lufores sint mei sacerdotes, & volo habere hanc prærogatiuam à Christo, quia vbi solum viri sibi celebrant missas, & volo, quod tam senes, quam iuuenes, mulieres, & pueri sint mei sacerdotes, & possint celebrare missas meas: Ita quod omnes lufores sunt dæmonis sacerdotes. Sed qualiter faciemus de clericis, quia oportet etiam habere clericos. dixit Sathan, clerici mei erunt pueri, qui addiscunt ludere, & isti, qui vadunt colligendo taxillos: diaconi vero erunt iuuenes, qui seruiunt tabolerio dando de taxillis, & luminibus, & portando vinum vt reficiantur, &c. Sed quæ erunt planeta, planetas volo esse zornetas, quæ proprie sunt appropriatae istis luforibus, quæ zorneta est fixa à lateribus, sicut planeta quibus vtuntur Diaconi, qui dicunt euangelium; & loco camicis faciemus ludere pannos, & remanebunt in camisia loco camicis; loco manipuli, qui ponitur ad manus, faciemus istos baraterios furari, & ligabuntur sibi manus: & loco stolæ, quæ ponitur ad collum, faciemus sibi ponere vnum funem, & suspendi eos pro premio missarum nobis dictarum. Sed ipsi dicunt introitum, Introibo ad altare Dei, & loco introitus, volo quod sit inuitatio ad ludum, scilicet, altare diaboli, quando dicunt, volumus modicum ludere. & respondent, volumus. & tunc loco Gloria in excelsis Deo. volo quod mei sacerdotes pendentes dicant, maledicatur Deus, Virgo, Sancti, Angeli, Archangeli, &c. Et isti presbyteri Christi dicunt, Dominus vobiscum. volo quod loco illius dicatur, sozo in nomine diaboli: & quod respondeatur loco, & cum spiritu tuo, vtinam possit te portare & euellere oculos. & loco cruci, quas faciunt super calice, ego volo, quod percutiatur de pugnis super taxillis, ita quod intrent

Secunda principalis pars.

A intrent carnem præ rabia perditionis suorum denariorum: & loco euangelij, quod interpretatur annunciatio, ego volo, quod quando isti ribaldi sunt accensi in ludo, dicant, perdo in nomine diaboli, & dent malam annunciationem socio; & ille respondeat, intret corpus tuum: & loco transubstantiationis hostia in corpus Christi, ego volo, quod sit transmutatio denariorum ludi de vno in alium. Sed episcopi eleuant corpus Christi: & loco illius faciatis, quod leuent taxillos. Sed ipsi diuidunt corpus Christi: & loco eius vos diuidatis eis corpus, animam, & diuitias: quia sicut de corpore Christi fiunt tres partes, ita de ludo veniunt tres principales perditiones, scilicet corporis, quia vt plurimum interficiuntur, vel debilitantur propter vulnera & dissolutiones, & perdunt famam, animam, & diuitias. Et ipsi comedunt corpus Christi: & vos comedetis eorum animas æternaliter damnatas. Sed ecclesie Christianorum implentur Angelis: & vos istas ecclesias meas vbi luditur, implebitis de legionibus infinitis diabolorum. Reuertamini ergo ad principes meos, quos miserunt, & facto concilio inter te, quilibet reperiat diuersos ludos, vt diuersimode possit nobis sacrificari, & deleri sacrificium Christi: & in præmium eorum, qui ludos reperirent, volo quod ludi isti denominentur ab eis, & sicut inuenti fuerunt ludi per diabolos in nocte Natiuitatis, vt sacrificetur diabolo in respectum Christi: & ludus sbaraini repertus fuit per diabolum, qui dicitur Sbarainus: ludus azardi, fuit repertus per Azardum dæmonem: minorum dæmonem, & sic de alijs. Vnde quicumque ludit istis ludis prohibitis celebrat diabolo, quia ex ludo nil oritur, nisi malum, de quibus supradictum est, & multa alia infinita: & finaliter lufores male captant.

Secundas pars principalis prædicationis nostræ, lapidatorum Christi, sunt blasphematores. d fatui, d linguæ diabolicæ, quid potest te inducere ad blasphemandum Deum tuum, qui te plasmavit, in quo tuum summum bonum consistit, qui te cum suo sanguine pretioso redemit. Vnde faciam hic tres considerationes malignitatis istorum blasphemantium. Prima in principiari, secunda in mediare, tertia in perficere consistit. Ex prima tres iniquitates descendunt. Prima est intentio, secunda est delectatio, tertia est ingratitude.

Quantum ad primam malignitatem dico, quod intentio blasphemantis est solum in offendendo Deo: & si bene consideres, omnes alij peccatores licet habeant intentionem, & voluntatem faciendi omnia mala, & facinora, nihilominus intentio eorum est velle facere illa mala sine offensa Dei, & non causa deseruendi Deo, sicut in luxurioso, & homicida, vsurario, & fure, vel lent posse exercere illa vitia sine offensa Dei. Sed tota intentio istius blasphematoris, cuius lingua dirigitur ad blasphemandum Deum, est solum ad iniuriandum Deo, & efficitur vnus ensis acutus, & percutit cum illo pectus Christi, & Virginis gloriosæ. O impij, & sine misericordia, quia miraculosè visum est, quod isti tales blasphematores in iram conuersi volentes percutere figuram Beatæ Virginis, seipsos percutiunt. vnde David: Et gladius in labijs eorum, & fructus eorum de terra perdes, & semen eorum à filijs hominum propter suas blasphemias.

Secunda iniquitas est delectatio, quia nullus est peccator, qui habeat tantam delectationem sui peccati, quantum habet blasphemator, quia nullam habet causam, quæ inclinet illum ad blasphemandum: quia in genere peccatorum habemus, quod quanto plus quis habet causam inductiuam ad peccatum, tanto minus peccat, ille qui minorem causam habet peccandi; quia in luxuria, & alio vitio subest aliqua causa inclinans, & inducens hominem ad id: solus autem blasphemator sine causa aliqua peccat. v.g. erit vnus, qui habebit magnam familiam, & erit non multum diues, minus peccabit fenerado, q diues & solus avarus fenerans. Similiter vna femina dilecta, & bene tractata à marito, & turpis, plus peccat meretricando,

A cando, q̄ vna pulchra exosa à marito, & male tractata. Similiter senex luxuriosus plus peccat, quam iuuenis; &c. & pur in talibus subest aliqua causa: sed in blasphemando nulla est causa, sed sola propria malitia.

Tertia malignitas blasphemiae est ingratitudo, quod est terribile peccatum. vnde quæro, quod est maius peccatum, an peccatum naturale, ad quod aliqua causa naturalis appetitus inclinatur hominem, an blasphemiam? Certè peccata naturalia, si poenitentia interuenit, Deus parcat, & remittit: sed blasphemator efficitur inimicus Dei, & efficitur tantum ingratus, quod non vult sibi illud parcere non confitendo illud, iuxta illud Matt. 12. c. Omne peccatum & blasphemiam remittetur hominibus, spiritus autem blasphemiae non remittetur. Et quicumque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur sibi.

B Qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei, nec in hoc seculo, nec in futuro, quia propter eius ingratitudinem in puncto mortis non recordatur poenitendi se, & isto modo remanet damnatus, quia est extra gratiam Dei, & est peccatum in Spiritu sancto, iuxta illud: Serue nequam nōne omnia dimisi tibi, &c. & facit eum eijcere in carcerem. Vnde præpara dicere tuam culpam de talibus peccatis, & perage poenitentiam, & noli amplius blasphemare.

Secunda consideratio istius secundae partis principalis est mediare, & est offendere Dei bonitatem per malitiam, quia omnia alia peccata videntur procedere partim ex fragilitate, & infirmitate humanae naturae, partim ex ignorantia: sed istud peccatum blasphemiae procedit ex propria malitia; & quanto est maior persona offensa, tanto maior est culpa, & plus crescit malitia culpæ, & sic blasphemiam continet in se maiorem malitiam alijs peccatis, & nullum est peccatum, quod habeat in se tantam iniquitatem, sicut blasphemiam. Nam Deus offendi potest pluribus modis, quia potest offendi in rebus humanis, & mundanis, sicut vsurarius, qui vsurpando bona proximi offendit Deum. Secundo modo potest offendi in persona, sicut occidendo hominem, quia magis offendit Deum, quàm accipiendo bona. Tertio blasphemando Virginem Mariam eius genitricem gloriosam, & Sanctos, quia occidit cum suo proposito matrem Dei, & Sanctos. Quarto

D potest offendi in corpore Christi, quia qui proijceret corpus Christi in terra, & calcaret illud pedibus, offenderent eius sacrum velamen. Quinto offendendo Deum in propria persona, & in suo esse proprio, & istud est maius peccatum, quod possit esse. vnde concludit Beatus August. quod est maius peccatum blasphemare Deum, & offendere ipsum in essentia suæ summæ bonitatis, & in sua persona, quam occidere hominem, & non est creatura angelica & humana, & pecudes, & quæque animalia, quæ non laudent benedicentes domino, iuxta illud, Laudate dominum omnes gentes. & ibi, Benedicam domino in omni tempore. & in Psal. Benedicite Domino omnis terra, &c. excepto homine indiatolato patarino, qui blasphematur Deum: sed vixit ei, &c.

Tertia consideratio malignitatis istius secundae partis prædicationis nostræ, est perficere. s. respectu finis istorum blasphemantium, quia grauitas istius peccati est dignissima punitio, quia omnia alia peccata videntur minoris ponderis quam blasphemiam Dei, quia in se continet infidelitatem, & infidelitas continet in se omne peccatum, & alterat omnem virtutem, quia iniuriatur Deo, in quo consistit omnis bonitas virtutis. vnde Sanctus Gregorius in suo dialogo dicit, quod erat vnus puer quinque annorum, qui quâdo non habebat quod volebat, subito blasphemabat Deum, & pater & mater comportabant: tandem vna die, dum pater haberet eum in brachio, & puer iratus blasphemaret Deum, diabolus extirpauit ipsum puerum de brachijs patris, & ipsum exportauit propter blasphemias Dei. Simile tempore quo vigeat guerra inter Ducem Mediolani, & Florentinos, in Alpibus de Vbaldinis erat vnum castrum, vbi erant aliqui stipendiarij pro custodia illius castri, inter quos erat vnus magnus blasphemator: & vno die dum luderet ad azardum, & dum blasphemaret Deum, venerunt diaboli, & visibiliter ceperunt ipsum causa asportandi eum, & ipse cepit socios, & tenuit se illis, & illi tenuerunt eum, adeo quod non asportauerunt ipsum pro tunc. Sequenti vero die iterum dum luderent, ipse incepit blasphemare Deum, & Sanctos, circa meridiem diaboli visibiliter ceperunt eum, & portauerunt eum per aerem omnibus ipsum videntibus, & per spatium vnus miliaris cadebat vna caliga, & per

E per aliud spatium subtilaris, & per aliud spatium vestis, & sic de alijs vestibus, & portatus fuit à casa calda. Vnde dum ego frater Bernardinus essem Florentiae in loco, qui dicitur Sancta Maria de Busco, venerunt duo Fratres pro parte Reuerendi Patris Domini Fratris Ioannis Dominici Cardinalis, quos mittebat ad illud castrum causa videndi istud prodigium. Similiter vnus venerabilis magister sacrae paginae mihi affirmavit, quod Cumis erat vnus faber magnus blasphemator, qui dum vna die blasphemaret in sua apotheca, diabolus traxit ipsum per capillos in aere vsque ad grondam domus, & tenebat ipsum pendulum suspensum per capillos, donec religiose personæ venerunt ad illum locum, qui cum aqua sancta & orationibus confitendo reatum suum, & poenitendo, depositus fuit. Et nota, quod sunt generationes, quæ communiter faciunt malum finem, scilicet, vsurarios, blasphematores, vsurarij, & incantatores, & ostendunt in mente eorum cum turpibus signis malam eorum mortem, ad significandum, quod sicut viuunt, ita moriuntur. Vade ad æternam considerationem æternalis damnationis, quia incipiunt in hoc mundo loqui, & blasphemare Deum, & Sanctos, sicut faciunt in alio mundo, quando erunt in inferno, quia in alio mundo tanquam desperati videntes se esse priuatos diuina visione in æternum, totus eius cogitatus, & locutus versabitur circa blasphemias Dei, & eius diuinam potentiam, semper accrescendo eis plures dolores, & poenas propter eorum tale blasphemare. Vnde potest dici, quod eorum poenæ suæ damnationis incipiunt eis in hac vita venire.



I quis fuit, veniat ad me & bibat. Ioan. 7. c. Charissimi, sicut scitis, nos habemus tractare de secunda flamma, quæ vocatur restituens, siue reddes.

Vnde restat videre circa restitutionem siendam, cui restitui debeat, & in quo loco, & quo modo restitutio fieri debeat. Ad cuius scientiam ego do vobis tres regulas, secundum tres considerationes.

Prima pars principalis.

Prima regula est, quod quilibet debet satisfacere, & restituere illi, qui de iure debet habere. Ad cuius regulæ declarationem nos habemus facere quatuor notabilia.

G Primum notabile est, quod sunt tria genera hominum, qui habent, & tenent bona aliena iniuste: quia quidam tenent cum vero titulo iuris, sed non iusto. quidam tenent aliena cum vero titulo iuris, & iusto. quidam tenent aliena, qui non habent verum titulum iuris, neque iustum.

Tolle primum tenentium aliena cum titulo iuris, sed non iusto, sicut vsurarius, cui tu dabis tua bona liberè, licet illa tua voluntas non sit bene libera, sed pur tu dabis eas ei, & si post datum velles illud datum repetere, tu non posses propter titulum, quem ipse habet, & transfertur per tuam traditionem dominium illius rei in ipsum vsurarium, adeo quod si sibi illam rem furararis, tu suspenderis. Ratio est, quia voluntariè dedisti, licet non liberè. Sed pone, vsurarius dedit mihi vnam eius filiam in vxorem, & centum nomine dotis, quia nihil habet nisi de vsuris, vel dedit barberio, vel medico decem, cui restituetur illud datum nomine dotis, vel nomine medicinae, vel barbarie, seu nomine patronatus, vel huiusmodi. & præsupposito, quod nihil habet quin sit de vsuris, & quod taliter data sint alijs obligata nomine vsurarum, cui restituentur illa data. dico quod debent restitui eidem vsurario, saluo quam in aliquibus casibus,

Tertia principalis pars.

DE tertia principali, scilicet de his, qui non celebrant festa, aliàs prosequemur. Caneatis ergo à blasphemijs Dei, vt dignetur concedere suam gratiam nobis, qua mediante consequi mereamur vitam æternam, Amen.

A sibus, in quibus non debet sibi restitui, sed habere debent. Vnde distingue, quia aut non est lata sententia, quia illa bona usurarij restituantur, & non sufficiunt bona, que reperuntur tempore eius mortis in domo dicti usurarij ad restitutionem faciendam. Et isto casu teneris restituere ipsi usurario, vel heredibus suis. Si vero sententia esset lata per Episcopum, quod omnia bona restituantur habere debentibus; & tunc isto casu post latam sententiam non debes restituere usurario, vel heredibus, sed illis qui habere debent, & cui usurarius tenebatur restituere post factam cridam de predictis. & in primo casu ubi teneris restituere usurario, si diceres, Si restituo usurario, ipse nunquam restituet alteri debenti, nec satisfaciet ei. Respondeo tibi, quod restituendo sibi tu fecisti tuum debitum ex parte tua: & si ipse non restituit, sibi imputet, quia non debes facere sicut lupus, qui dum obuiasset agno quem renti matrem suam: motus quadam lupina charitate dixit, Ego valde compatior isti agno, qui perdidit matrem, & nescit quod vadat, faciliter posset se perdere: melius est ergo, quod comedam eum, quam perdatur, & sic vocavit eum. Consulo ergo tibi, quod vadat ad usurarium, vel heredem, & redde quod habes iniuste ab eo, si nondum est lata sententia, & si scis rem illam extortam esse ab usurario per usurariam prauitatem ab aliquo, tu potes dicere, talis facit tibi conscientiam, quia extorsisti sibi istam rem ex usuris, si placet tibi, ego sibi restituiam; & si est contentus, tunc restituas illi, cuius est: si autem trade ipsi usurario, vel heredi.

C Sunt quidam, qui habent verum & iustum titulum, & tunc tu teneris semper restituere illi, cuius est, vel suis heredibus. Et si sunt plures heredes diuisi, unicuique restituere teneris pro rata, si sunt in sua potestate: sed si sunt in potestate tutoris, vel curatoris, siue administratoris, tunc restituere pro rata tangente pupillis illis suis tutoribus, & gubernatoribus, si non sunt suspecti: sed si sunt suspecti, tunc non restituas tutoribus suspectis, nisi esses coactus de iure, sed deponere apud fide dignam & idoneam personam restituendam pupillis, cum erunt legitime aetatis, & sic euades periculum auaritia. Idem si haberes rem restituendam mentecapto, vel furioso, quia debes seruare predictum modum. Sed quid si habui ab vno dispensatore alicuius ecclesie, vel ab aliquo hospitalario rem ecclesie, vel hospitalis, tunc tu teneris reddere illi dispensatori, vel hospitali-

talario, si non est suspectus: & si est suspectus, eda rem illam restituendam tempore congruo alicui fido. sed si ille dispensator, vel hospitalarius esset mortuus; tunc redde successori suo. Verumtamen Doctores dicunt, quod si habui a dispensatore alicuius loci, vel ab aliquo monacho rem monasterij propter aliquam malam causam, sicut si dedisset me retri aliquid, tunc teneor dare & restituere loco, cuius est, seu suo Gubernatori, & Priori, vel Abbati.

Tertia differentia est, quando aliquis habet rem sine vero, vel iusto titulo, sicut sunt robator, latro, fur, & huiusmodi: & illa res peruenit ad tuas manus, quam fur ille furatus est, vel robator derobauit, nunquam restitui illi furi, vel latroni ipsam, quia teneris iterum ad restitutionem illis, quorum res illa est: redde ergo illi, cui fuit robata, vel furto ablata. Similiter si emisti a fure, vel robatore, teneris restituere illi, cuius est, si scis, & perdis pretium, si ignoras infra dicitur.

Secundum notabile scias, quod res aliena potest venire ad tuas manus tribus modis. Vno modo ex culpa tantum illius, qui ipsam rem accipit, & subtrahit, & non ex culpa dantis: alio modo ex culpa illius, qui ipsam rem dat, & non accipientis: quod ex culpa vtriusque. scilicet dantis, & accipientis. & hac distinctio est magistri Alex. Primo casu sicut in fure, & usurario, quia culpa est ex parte furantis tantum: usurarius tamen potest habere rem ex sui culpa, & dantis, ut quando accipit rem ab illo, qui non eget denarijs, sed accipit denarios ad usuram, ut ex eis possit lucrari: & isto casu rem, vel pecunias, quas recipit usurarius, non tenetur restituere illi, a quo habuit, sed tenetur restituere pauperibus Christi, quia est culpa vtriusque ex parte dantis, & recipientis, sicut sunt stochizatores, qui accipiunt dotes mulierum, & viduarum in rationem decem pro centenario, ut ex illis denarijs stochizent, & traficent causa lucrandi xxv. pro centenario, & non egent, quia possent facere sine: & vidua vult illa decem pro centenario, saluo iure capitali, quia sit gratia vtriusque sine culpa vtriusque mulier, quae recipit illa decem pro centenario, non tenetur restituere illi, qui sibi dedit, sed dare debet pro Deo, & sibi reddendo iterum teneris dare amore Dei, ut 14. q. 5. c. non sane, in fi. Et nota, quod ille, qui querit accipere ad usuram, potest dupliciter peccare mortaliter. Primo modo, quando accipit non egendo, sed ut magis lucret a se ditandi, & cum ladi. Alio modo, quando inducit alium ad sibi prestandum

A ad usuram, qui non prestaret, quia tunc peccat dupliciter in accipiendo, & inducendo, & quotiens aliquis non vellet feneratori, licet moriaris fame, non licet tibi eum inducere, ut tibi fenerator propter liberare tuum corpus, quia salus animae debet preferri salutis corporis. Vnde oportet, quod duo interueniant ad hoc, ut accipiens ad usuram non peccet. Primum, quod egeat, & necessitas inducat eum. Secundum, quod accipiat a publico usurario, quia non inducit illum a quo accipit, ad feneratorandum. & vides quod quando procedit ex sola culpa recipientis, & non dantis, debet restitui illi, cuius res est. Et volo reddere rationem, quare vnus qui inducit ad prestandum ad usuram, non tenetur perdere, & ille qui consulit fieri praedam & robare, & etiam ille, qui inducit ad robandum, tenetur: ratio est, quia in usura est aliqua voluntas dandi ad usuram respectu dantis, & recipiendi respectu recipientis. Sed in praeda, & robaria cessat omnis voluntas respectu illius, cui violentia praeda fit, & similiter in furto. Item quando inducit aliquem ad dandum ad usuram, illud lucrum quod ille inductus recipit per usuram, non est propter illam suasionem, vel inductionem alicuius: ille qui inducit est causa immediata, quia sunt illae praedae, & illa furta, & dandi illud damnum & iniuriam passio. cuius nulla voluntas intercedit: & ideo vnus notarius qui inducit aliquem ad feneratorandum, licet peccet mortaliter inducendo, tamen non tenetur restituere illud damnum, nisi faciat instrumentum usurae, quia tunc bene tenetur. Tamen inducens aliquem ad feneratorandum, qui alias non fenerator fuisset, similiter est obligatus inducere illum ad restituendum extorta per usurariam prauitatem, ut vitet peccatum. & ratio, quia notarius faciendo instrumentum usurae tenetur ad restitutionem usurae: ratio, quia ex illo instrumento acquiritur ius usurario, in quo obligat se & omnia sua bona, & suos heredes, & ideo tenetur. Secundo modo, quando res peruenit ad tuas manus ex culpa dantis tantum, exemplum erit, aliqua pauperula habes filiam nubilem pulchram, vnus ribaldus dabit matri aliquid. illa bona fide accepit, postea ipsa perpendit quod intentio illius qui dedit, non fuit bona: cui debebit restituere ista illud sibi datum? Tunc distingue, quia aut ille qui dedit, potuit dare vel non, quia aut est in potestate sua, aut in potestate aliena. si est in potestate sua, tunc transferetur dominium in te: si

est in potestate aliena, quia est filius in potestate patris, qui non potest dare res patris, tunc non licet sibi retinere illud datum. similiter in familiari dante rem domini sine eius voluntate. similiter in vxore, quae non potest dare rem mariti. similiter Frater, & Monachus, dantes sine licetia sui superioris. similiter in presbytero dante rem ecclesie mala intentione, licet receperis a predictis bona intentione, tu teneris restituere, quam in se habeat, tamen si dans licet mala intentione sit dominus rei datae, accipiens bona intentione non tenetur restituere, probatur in 14. q. 5. c. non tane. & c. nolite. & c. imolantis. & c. forte. Tertio est ex culpa vtriusque dantis, scilicet & recipientis, tunc non debet restitui, sed dari pro Deo. tamen in foro ciuili in pari causa turpitudinis melior est conditio possidentis. Sed magister Alexander dicit, quod si ista res data foret cum iniuria alterius; verbi gratia aliquis dabit denarios assassino, ut interficiat suum inimicum, cui dabantur isti denarij dati isto modo? certe offenso, & non pro Deo. Sed pone, vnus officialis qui debet iudicare sine praemio aliquo, quia est salariatus de publico, non potes consequi ius tuum sine praemio, & tributo. tu dedisti sibi aliquid, ut obtineas, quid fiet de isto dato? Dico quod non debes rehabere, siue iudex ille sit de publico constitutus, siue a principe, quia potuisti dare, ex quo tuum est: sed nec iudex ille potest illud datum retinere, quia indubite accepit, & sic dabitur pro Deo. Simile in teste, qui non vult dicere veritatem sine praemio, non est obligatus restituere datum illi, qui dedit, sed pro Deo. tamen ista sunt limitata isto modo: quia aut dans erat certus & sciebat ius fore pro se, & non dedit illud propter corrumpere iudicem, sed ut vendicaret ius suum, quod sciebat se habere, & non propter corrumpere testem, sed ut obtineret ius suum: & tunc iudex & testis debent ei datum restituere. sed si res esset dubia, & ille qui dedit, dedit propter corrumpere iudicem, vel testem: tunc non debet restitui danti, sed dari pauperibus, quia videtur magis fecisse propter corruptelam quam ob aliam causam. Et quando venit ex culpa vtriusque, nunquam restituitur danti, sed pauperibus dari debet. sed praallegatus Doct. adiungit, quod si quis dederit denarios alicui ut interficiat aliquem, & ipsum interfecit, illi denarij dabantur heredibus offensis, & non pro Deo. Similiter tu, o mulier

- A** quæ habuisti à tuo innamorato denarios, qui habet vxorem, certè teneris restituere vxori, quia illos recepisti cum iniuria eius, & sibi dare quicquid recepisti ab eius marito: sed si non habet vxorem, non teneris sibi restituere: quia Doct. dicunt quod meretrix turpiter facit luxuriando, sed nõ turpiter facit pretium recipiendo. Tñ si dans meretrici, esset in potestate patris, vel alterius sui superioris potestate, tunc meretrix recipis debet restituere patri, vel dño, vel priori, sub cuius potestate est. sed qñ est in potestate sua, et dat meretrici, tñ meretrix potest id retinere, licet culpa sit vtriusque, quia in pari causa turpitudinis melior est conditio possidentis. hoc habet locum in foro ciuili: sed in foro cõsciẽtiæ, quia turpiter quæsitum est, est dandum amore Dei. Sed pone, vna maritata dat alicui suo adultero: adulter te netur restituere marito; cui fit iniuria illa. Imo ipsa adultera debet perdere dotem suam, vt in c. olim. de diuor. Iunge alium casum, erit vnus officialis deputatus pro iure reddendo, et habebit certum salariũ sibi ad hoc deputatum, sibi præsentabitur aliquid et recipiet, totum illud quod recipit tenet restituere illi Cõitati, vel Dñationi, q̄ posuit eũ ad tale officium, et dat sibi salariũ, sicut et sunt milites deputati super mēsuris, et ponderib. panis, vini, et victualium, et similib. totum illud quod recipit per eos, vt populus fraudetur, tenentur restituere fisco, seu cõitati quæ dat eis salariũ, et tenent ipsi officiales, et milites, et saltuarij restituere danum totum, quod inferit propter eorum malitiam, vel negligẽciam in inquirendo, vel omittendo. Sed ille qui est vsurarius cum sola intentione habendi aliqd̄ præmium, illud quod sibi datur, quid fiet? certe tenetur restituere illud sibi datum non danti, sed pauperib. et ideo tu qui dedisti, habuisti intentionem puram, et bonã transferendi dominium in eum rei datæ. sed ipse ab initio habuit malã intentionem habendi à te aliqd̄ præmiũ, licet nõ fuerit expressũ, ideo tenetur pauperib. erogare, quia vsura est. Tertium notabile pone, morit vnus vsurarius, sua bona remanent obligata restitutioni, et antequam moriatur, cauet de restituendo, et relinquit hæredes, vel commissarios. et reperiunt bona certa et incerta, quia præstauit certis personis super aliquibus pignoribus ignotis, et nesciet quæ sunt illæ personæ, et lucratus fuerit decem millia de male acquisitis, et in morte nõ reliquit vltra tria millia. reperiuntur de certis sex millia, de
- incertis quatuor millia, quid fiet. episcopus dicit, de incertis volo duo millia, et residuum volo restitui certis. potest ne illud facere ep̄s licite dico quod sicut non potest licite robare, ita nec licite potest aliquid pro incertis accipere, nisi prius satisfiat certis. similiter fratres, & presbyteri, & omnes qui recipiunt aliquid, vel candelotos, ceram, panum, vel denarios in sua sepultura talis vsurarij, tenentur restituere ac si robarẽt, quia omnia illa bona sunt illorum, à quibus ille vsurarius extorsit, vt in c. sicut dignum. de homici. & totus mundus pacificatur de talibus incertis, nec potest fieri vna elemosyna, nisi prius satisfiat certis, & si quid superest, debet dari episcopo, vt illud distribuatur pauperibus Christi, & aliter facientes tenentur de suo restituere. Et vos o hæredes & commissarij vsurariorum, aliter faciendo, tenemini restituere iterum certis. Quartum notabile est, & nota bene quod semper debet primo restitui, & præponi in restituendo illud, quod peruenit de male acquisitis, quæ illud quod peruenit de bene acquisitis. Exemplum vsurarius habet de male ablatis, & bene acquisitis, & reliquit quod hæredes faciant capellas, hospitalia, elemosynas, vel ecclesias. dico quod primo debet restituere illud, quod extorsit de male acquisitis quæ relicta pia, & ratio est, quia adimplendo legata, facis quod debes: sed restituendo ablatam, facis duo. Primum, quia iustitiam adimpleres: secundum exonerat culpam, quia illa bona ita tenentur cum culpa, sicut venerunt cum culpa. Nam in primo casu soluendo legata, tu bene facis, quia facis quod debes: sed tu nullam culpam habuisti in acquirendo, sicut in secundo casu, ergo &c. Sed magister Bonauentura quærit de uno dubio, quæ est ratio quod prius soluitur relictum, quàm furtum, rapina, & vsura? Respondet, quia petitur in iudicio vigore testamenti: sed si res forent pares, conscientia rei alienæ debet purificari prius. Quintum, verò notabile, ceteris paribus, qui prior est in tempore, potior & in iure. Sed priuilegiati, sicut sunt dotes, & habentes hypothecam expressam, & debitum fisci præferuntur alijs debitis non priuilegiatis. & vltra hoc primo debet satisfieri creditori, qui habet pignus quàm alijs: Alij Doct. volunt dicere, quod exceptis casibus priuilegiatis depositum debet præcedere, sicut etiam in tutelis, quia debent præcedere. simile in distributione legatorum. Primo debet solui magis egenis. sed vbi sunt omnes priuilegiati

- A** giati æqualiter, sicut in pluribus sororibus, &c. tunc sequere leges, statuta ciuitatis & consuetudinem approbatam, & in ceteris conscientia te regat cum discretione.

Secunda pars principalis.

- C**irca secundam partem, scilicet in quo loco debet restitui. ego do tres regulas. Prima, quando habes restituere res alicui, qui sit de longinquis partibus, & considera duo. Primum valorem illius rei, si est pretiosa. Secundum, si illa res peruenit iniuste ad tuas manus. Tertium, si propter tuam culpam, vel negligentiam non restituisti. tolle tres casus contrarios, si illa res est parui valoris, & non venit de malo lucro ad te, & sine tua culpa, & isto secundo casu tu non obligaris mittere illam rem illi, cuius est: sed debes deponere illam rem sigillatam, & consignatam in manu alicuius personæ idoneæ, & securæ, & facis duo bona. Primum, quia te fecuras: secundum, quia liberaris ab auaritia, & dabis bonam intentionem, & bonum exemplum de te, si veniret ille, cuius est res illa. Primo casu, si commode potes rem illam mittere illi, cuius est, mitte quàm primum potes: si autem, tene, vel deponere vt supra, donec videbis tempus sibi mittendi. Sed si non esset spes, quod ille rediret, cuius res est, & nescis in qua parte stet: tu debes dare pauperibus rem illam, seu pretium: sed si es pauper, vade ad episcopum, vel superiorem, & dic necessitatem tuam & poterit fieri dispensatio. Secundum notabile est circa expensas factas in mittendo rem illam, in longinuas partes illi, cuius est. & certè si robusti, vel fuisti robatus, tu es obligatus mittere rem illam, secundum bonam conscientiam, tuis expensis, vt in cap. i. de rap. & cap. super eo. Et ne decipias te ipsum propter varios casus, qui possunt occurrere, & consultor debet tria considerare. Primum valorem rei, secundum periculum quod est in mittendo rem illam, si est guerra, vel latrones, &c. tertio expensam fiendam & necessitatem illius, cuius est, cui mittere teneris, quia erit vnus pauper cui esset magna expensa in mittendo rem parui valoris vni dñiti. & si erit pauper aliter consulat, vel dicet, expecta aliud tempus, & secundum varietatem temporis & personarum consulat. Sed si pactum est mittere, vel soluere in certo loco, & in certo tempore, sufficit si ad locum destinatum, vbi promisisti mittere. mittas, & in

tempore stabilito. Tertium notabile est, de incertis. & potest esse tripliciter, quia aut persona incerta est, quia habuisti à communitate: & tunc cui debet restitui? & dico quod est maius peccatum accipere iniuste à communitate, quàm à singulari persona, & debet restitui ipsi communitati. Item potest esse incerta respectu multarum gentium, sicut in rondente monetas, quæ diuersimode veniunt ad tuas manus, & in diuersas personas expendendas, cui restituas illud lucrum? certe communitati, quia non videtur dari damnum personis, quibus dispensas illas monetas, ex quo currunt, licet in futurum possent damnificari aliquo euentu mutationis monetarum, & similib. Tamen aliqui volunt dicere, quod potest dare pro Deo pauperibus in illa terra, vbi damnum datum est: sed verius est dare communitati. Alio modo potest esse incertum ratione personæ, sed locus erit certus, sicut in vsurario, qui feneratorus fuerit in aliquo loco, ignorabit personas, sed sciet locum vbi debet restitui: certe in illo loco pauperibus illius loci, vnde habuisti, & damnum dedisti. sed si posses distribuere in vna alia terra, melius, quia est maior necessitas quàm in loco vbi habuisti, tu potes illud facere sine conscientia, quando es certus quod est maior necessitas ibi. Sed, o vos Dñæ, quæ sepe fraudamini à fratribus, & presbyteris falsis, quibus datis pecunias in manibus dispensandas, si ipsi non dabunt, quibus de iure tenemini, vos tenemini ad restitutionem, si scitis personas quibus tenemini restituere, & nõ estis aliquo modo liberata. Sed formo vnum dubium, de cuius consilio debent distribui talia bona incerta? dico quod secundum consuetudinem, episcopus potest dare licentiam quod distribuatur, si sunt bona incerta publica, sed si non publica incerta, tunc episcopus non habet se impedire, sicut sunt occulta incerta, quia commissarius habet dare pro Deo. Bona incerta publica, sũt bona publici vsurarij, quorum distributio spectat ad episcopum. sed pone, hæres vsurarij habens de bonis incertis, & facit elemosynas sine licentia episcopi, quæritur, vtrum teneatur ad restitutionem illorum distributorum amore Dei? dicit meus singularis Doctor, quod si bene dispensauit, nõ potest arctari verum satisfacere. si tamen fuit publicus vsurarius ille, cuius bona sunt distributa, episcopus potest dare sibi pœnitentiam ex eo quod sine sua licentia præsumpsit distribuere.

A buere. sed si male dispēfauit, potest iterum arctari ad satisfactionem. sed pone, quidam habet bona incerta distribuenda pauperibus. & constrictus est ab episcopo disburse, queritur an possis certificari, si bene expendantur pro Deo, & personis egenis? certe dico qd tu potes velle esse ita & taliter certificatus, quibus & qualiter distribuuntur, sicut potes esse coactus, & episcopus debet conferre, & esse contentus distribuere de consensu, et scitu tuo ex hęc. vsurarij cuius interest respectu periculi animę suę, nec potest episcopus pro se retinere, nisi esset ita qd oporteret se sustentare. **Quarta** regula seu notabile est, quomodo debet restitui, & facio tria notabilia quātum ad modum. Primum est, quod quotiescunq; in restitutione rei alienę tibi occurrat aliquot ex istis quatuor periculis, scilicet vel scandalum proximi, vel infamia tibi, vel periculum vitę, aut peccatum mortale, nō teneris restituere, donec imminet illa pericula: sed cessante causa periculorum, cessat iste effectus, et tunc teneris restituere: tamen videndum esset, si non restituendo rem illā, occurreret aliquod periculum istorū scandalorum prius occurreret illi, cuius res est quā tibi, tu teneris prius subire illud tale periculū restituendo ex quo iniuste tenes, nisi esset periculum animę, quia tu in omnibus rebus mundi debes præferre animā tuam aīę proximi. Tolle fm notabile, quia si habes rem alienā, quam nō potes palam restituere sine scādalo, tene modum qd ille reheat rē suā, ponendo rē ipsam secreto in domo taliter, qd reperiat rē ipsam, sicut factū fuit in Lombardia, maxime in Papiā, qñ fuit saccomanata per Facinum Canem: quia dum prædicarē, fuerāt restituta multa bona isto modo, quia de nocte proieciēbāt in domo, vel ponebant ante ostia taliter qd reperiebantur: vel si nō potes projicere in domo sine periculo scandali, tene modum reperiedo vnā personam fidā, quę restituat rem ipsam, & non noiet personā. Vel si nō potes hoc facere, teneas modum qd dones illi rem æquivalentem, nec habeas respectum, seu queras ex illo qd tu donas in cambium rei restituendę rehabere aliquod seruitium, vel præmiū, quia nō valeret, & teneris restituere iterum. Tertium notabile, pone qd vnus vsurarius venit ad conscientiam, & vult reddere, & vadit ad consentendum vni cōfessiono, qui dicet, dimittas me facere, quia faciam qd de illo quod habes de vsura tu poteris aliquid retinere, & iste

confessionis ibit ad illos, qui debent habere quod ex vsuris soluerunt, & dicet se interponendo, tu soluiisti centum, pro vsuris tali, ipse reductus ad conscientiam, tu non debes velle quod per te stet quin reducat & se emendet. veritas est, quod par tibi seruiuit in necessitatibus tuis, & allegabit defensionem vsurarij, quę est, quod ingratitude est magnum vitium in non volendo recognoscere seruitia sibi facta. Ego volo quod tu recognoscas seruitium in partem, quod ipse etiam recognoscit meritum sibi factum per te, & volo accipere vnā mediā iuris prudentiā, videlicet qd vbi habuit cētum, restituat quinquaginta. Et facias sibi pactū de amplius non petendo quicq; vltra. & certe illud tale restituere, & pacisci non valet. Vnde nota qd ad hoc vt restituens nō remaneat obligatus, oportet qd quatuor interueniant. Primum, quia debens rehabere nō remittat dare debēti per timorem, sicut fuit in quodā dño Regulo, qui fecerat multas extorsiones suis subditis: & dū lethaliter infirmaretur, fecit se portare in medio plateę, & accessito populo petijt veniam, qui dixerunt, parcimus tibi. & dū ille posset restituere populo ablata, potius voluit relinquere suo hæredi pecunias extortas, & ire a casa calda, quā restituere. & parū pfuit illa remissio, quia fuit per merū hæredū futurorum extorta. Secundum, qd illa remissio nō fuit propter verecundiā, sicut in primo casu, qñ cōfessor se interposuit, & induxit habere debentem propter verecundiā ad cōfentiēdum. Tertium, si inducitur ad remittendū, ppter desperationē: quia ille qui rehabere debebat, desperabat vnq; habere aliquid, ita qd desperando accipiet quicquid sibi dabitur & minimū quid de una magna quantitate. Quartum, si ex illo remisso sperabis habere aliquod seruitiū, vel remunerationē: certe in istis quatuor casibus non prodest remissio in totū vel in partē, quia remanes obligatus eatenus, quatenus restas soluere. Sed quæro, qualiter poteris cognoscere quod ego pfecte restituerim, & sum absolutus a tali obligatione? dico quod tu illud cognosces per tria signa, quę dabunt tibi intelligere, quod eris liberatus libere, pure, & sine scrupulo conscientię: nam tu debes liberē dare pecuniam, quam teneris restituere, in manibus, & potestate recipere debētis. & si postquam illas libere i. sua potestate habuit, tibi restituit aliquos ipsos, potes tenere sine scrupulo cōscientię: & si tibi nullum restituit, noli turbari in mente

A mente tua. & non facias sicut fecit vnus, qui dū disposuisset restituere ablata, & iuit ad vnū, a quo habuerat quinquaginta ex vsuris, & sibi restituit, & ille omnes retinuit nullo remisso, & iratus ad se reuersus iurauit non restituere plures. Secundū, quia si nō habes denarios, dare debes illi pignus libere in potestate sua, vel fac sibi cautionē per publica instrumenta ita qd sit bene securus cum illo termino, quem vellet appone re pro suo libito voluntatis: & postquam feceris supradicta, si ille tibi aliquid remittit, vel donat ex tali debito, tu secure accipe re potes: & taliter faciēdo remitte tibi culpa, et cōsequeris gloriā Dei, quā nobis cōcedere dignetur qui sitientes potat, Amen.

F E R I A T E R T I A
post v. Domi. Quadrag.

De Amore conterente.

Sermo XXXV.



Os ascendite ad diem festum hunc: Ego enim non ascendam ad diem festum istum, quia meum tempus nondum impletum est. Ioan. 7. c.

C Sunt verba Christi, qui respōdendo dixit fratribus suis. s. consanguineis suis desideratibus qd Christus iret ad festū, vbi fiebat congregatio gentium, vt manifestaret se mundo, et faceret miracula, vt exaltaretur cum eo propter mundum, et fastidiondum enim credebant in eū. Et nota qd duo sunt festa. s. temporalia et spiritualia. De temporalibus Esaias loquitur dicēs, Calendas vestras, et solennitates vestras odinuit anima mea. Ascendite ergo vos, ego autē non ascendam. s. ad ista festa mundana, vana, & temporalia: Alia sunt festa spiritualia, & ad illa iuit Christus in occulto: festa spiritualia sunt displicētia peccati, dolendo de peccato facto, & qd dolendo gaudet dolere, quia peccauit. similiter gaudere de bono & de Deo, & tristari qd nō gaudet de bono, & de ipso Deo; & similiter gaudere de mundo extrinsecus, quo ad corticē propter solā necessitatem viuendi: sed gaudere intrinsecus in bono spirituali, & festū nostrū debet esse in occulto. s. in cōscientia nostra pura bene cōtrita de perditione temporis; tristando de temporalibus & caducis, & plorando peccata nostra, & gaudento, & iublando de spiritualibus, & ista est flāma amoris, qui dicitur conterens. In quo faciemus

S. Bernardini de Senis, Seraph. Tom. 4.

tres considerationes. Prima est contritionis varietas. Scda est contritionis sua quantitas. Tertia est cōtritionis sua cōtrarietas.

Prima pars principalis.

Dico primo, qd consideranda est cōtritionis varietas, & Doctores ponunt dubiū & varietatē inter cōtritionē, & attritionem. Nam attritio est, qñ peccatori displicet malum grosso modo: Contritio verō est, qñ peccatori displicet malum minutum, sicut qñ cum Maria Magdalena flendo peccata nostra, & discurrendo vitā nostram fore inuolutā in fēce peccatorū, & vndiq; plenam miseris & fētoze, & pēfando totum nostrum tēpus fuisse perditū, & in statu damnationis psalmū facientes: Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor cōtritum & humiliatū Deus nō despiciet. Nā primo cor fit amaricatum, secundo cōtritū, tertio humiliatū. Vnde in quātum est sacrificiū Deo, est cor tribulatū: quia primo oportet qd sit amaritudo in corde, scdo cōtritio, tertio humilitas & obediētia. Vnde nisi habeas ista tria, tu non es bene dispositus ad cōfessionē, & non possumus scire si nos habemus veram cōtritionem oīno, nisi p signa exteriora. & sunt tria signa fm Dauid. Primum qd sit cor bene cōtribulatum, à con, qd est simul, & tribulatū, sicut cōscientia dī a con, & scientia. i. simul scientia. s. qd pars inferioris sciētię in cognoscēdo se ipsum & mundū fragilē coniungat cū sapientia intelligēdo Deū, & gaudia paradisi. Inde venit vna cōscientia, qd homo abhorret peccata, & facit sibi cōscientiam bonam, & rectā in non vsurpando aliena, & vitando mala & faciēdo bona, & honorē Dei. Similiter in contritione, quia pars inferior, quę est cor con. id est simul teratur. i. cum parte martelli superioris, qui est cōscientiam sibi facere de tot, & tantis scelerib. & peccatis factis, & offensis factis Deo teratur. i. cōterēdo puluerizetur, & martelle cū una amaritudine cōpunct. cordis: quia vbi cor primo erat durum, efficiat molle, sicut puluis: cape lapides, & pista ipsos cū vno martello bene, cū percutis incutiendo ipsos faciunt rumorē, cū frangunt: & quāto plus puluerizant, tāto minus crepitant siue sentis facere rumorē. ecce duo. Postea cape puluerē, sentis eum leuē & humilē. Ita cor induratū propter peccata, qñ accipis martellum cōscientię, & percutis cor induratū stridendo cridat, & suspirat: & quāto lapides. s. duriores peccatorū sunt maiores, tāto maiora

L 3 emitit

A emittis suspiria, & magis proclamas, & sentis maiorem amaritudinē, & cū isto malleo doloris, & cōpūctōnis, primo cor fit amarū, secundo fit tritum, sicut lapis, primo, qñ frangitur est asperū, qñ est bene tritum, & puluerizatū, si misces puluerē, nullum facis rumorē. si capis per digitos, & fricas, est leuis. si ponis super puluerē lapidis triti manū facis impressionē, & figuram manus, & digitorū, si calcas cum pedib. cedit & impri mitur pes, & dimittit figurā pedis, si percutis super puluerem, nullū facit timorem, si proijcis in aere, est leuis. Vbi primo anteq̄ ille lapis esset tritus faciebat per oīa cōtrariū, quia erat durus, cridabat, erat asper, offendebat pedē, percutiendo in eo erat grauis, &c. Ita ad propositū in vera cōtritione oportet q̄ concurrant ista tria. scilicet amaritudo cordis: tritio seu subtilitas cōscientiæ. Tertio humiliatio. vñ cor durū ī nouissimo malum habebit. occurrit mihi in ista auctoritate iā primū vna pulchra cōsideratio, quam prius nō habui: quia s̄m q̄ punctas, pōt habere diuersos intellectus: quia si dicis cor durū, faciēdo punctū hic, signat, q̄ cor durū perseverans vsq; ad mortē. scilicet vsq; ad finē vitæ in nouissimo malē habebit. scilicet dānatus in puncto mortis, quia sic est vna sn̄a. sed dicendo cor durū in nouissimo malum habebit. id est damnabi: oportet ergo q̄ cor durū sit tritum, & cōfractum anteq̄ veniat ad punctum mortis, vt bene habeat, quia sero addiscit seruire Deo, cū homo morit, quia in illo puncto hō obliuiscit sui ipsius. Et nota, q̄ tres sunt causæ quare cor dēt amaritari. Prima est amor & dilectio, sc̄da ē valor, tertia est cōtradictio. Dico q̄ prima cā amaritadi cor est dilectio. probo p̄ auctoritatē: quia quid est pp̄ quod tu odis mortē: certē est dilectio vitæ, & tātū doles perdere diuitias, quantū amas illas. & sic tantū doles perdere honorē, quantū amas illū. Vñ Hiero. Qui diligit honorem timet verecundiā. Et Deus est oīa, & est n̄r amor: quia oīs cōsumationis est finis. scilicet Deus, quia Deus charitas est, & est tantū largus in nobis, quāta est charitas, quā habemus, quia oīa dirigunt ad illū finē. scilicet vt gaudeamus & fruamur Deo: nam nos amamus medicinā propter finē sanitatis: ergo plus amamus sanitatē, q̄ medicinā & medicum. si ergo amamus aliqua p̄pter Deū, & ad finē ut fruamur Deo, & p̄pter finē ipsius Dei, nos debemus odire illud, qd̄ tollit illum finē. scilicet peccatū, per quod priuamur Deo. fac ergo q̄ nihil opereris, per qd̄ impediā ille vltimus finis beatific̄ Dei, quia

nō habemus hic ciuitatē permanentē, quia peregrini sumus. Salus ergo n̄ri finis Christus est, & per cōsequens ipsum imitari debemus, in quo tota spes n̄ra cōsistit, & peccatores, & malandri truces, superbi, & luxuriosi deniant ab isto fine, quia sunt indurati, & nō intelligunt peccatum, nec eorum finē, quo priuant: quia damnati magis dolent de priuatione tātū infiniti summi boni, q̄ de toto igne infernali, quē perenniter patiunt. si ergo doles perdere quod amas, quāto res est magis pretiosa quā amas, tanto magis ipsam perdēdo doles. cōsidera ergo, quanta est perditio Dei pp̄ vnū peccatum. Vnde Iere. i. Lamentum & planctum vnigeniti, fac tibi lamentum amarum. scilicet quā peccas, quia tuū thesaurum perdis. & iō aīa videns se priuatā suo creatore, debet multū dolere, quia nil est pretiosius illo, q̄ est, finis oīum honorū. Nā Dauid dū vnus eius filius infirmaret; posuit se in solitudinē, & cōtinuē stetit tota die & nocte, donec sibi relatum fuit, q̄ vnicus eius filius mortuus fuerat, quia tunc cōfortatus aliū assumpsit. Nā bona volūtas, & bonus amor est filius, & peccatum cui cōsentit uoluntas delet, & accipit amorē & grām Dei, & aīa infirmat & cum intellectus intelligit se perdidisse amorē & grām Dei, & aīam esse infirmatā, & stare in periculo mortis æternæ, nō cessat flere suū reatum, donec confiteat̄ & penitentia agat, donec sentit se recuperasse sanitatē. scilicet Dei grām, & amorē diuinum: quia tunc reuiuiscit, & cibum capit spiritualē. scilicet corpus Christi. Tertia ratio est cōtradictio: quia si bene pōderas, p̄ culpā tu perdis qd̄ habes per grām, quia per grām tu cōsequeris vitā æternā, & fugis ignē æternū, quod nō est paruū bonū, & sic per cōtrariū non est parua perditio perdere grām Dei. Vnde in Apoc. 7. c. & ēt in 12. c. Facta est salus, quia deuictus & piectus est draco ille magnus. scilicet serpens antiquus, q̄ vocat̄ diabolus, & Sathanas qui seducit vniuersum orbē piectus est in terra, & angeli eius cū eo imissi sūt. & Io. 7. c. Benedictio, claritas, sapiētia & gratiarum actio, honor, virtus, & fortitudo Deo n̄ro in sēcula sēculorū, Amē. Nam fortitudo est amor diuinus, p̄ quā saluamur & saluati sumus, quæ perditur pp̄ peccatū, quia nulla creatura mūdi possit priuare aīam suā libertate, excepto peccato, cui cōsentiedo perdit diuinā grām & gaudia paradisi: quia q̄ est in grā Dei, est in grā oīum Sāctorū, & totius paradisi: & cōtrario pp̄ culpā pdit grām Dei, & oīum Sāctorū, & gloriā para-

A paradisi. Cōsidera ergo pulchritudinē aīæ, quæ est facta ad similitudinē Dei, q̄ pulchritudinē propter peccatum amittis, quātum deberet dolere perdere illā pp̄ pcm̄ ad instar m̄ris habētis pulcherrimā filiā, quā sperat maritare sine dote pp̄ decorem suæ pulchritudinis, & sibi superueniret una lepra quæ deformaret totā faciē, & pulchritudinē eius filia: quantū putas doleret illa infelux m̄f. Ita dolere debet aīa denigrata, & deformata pp̄ leprā peccati: & hoc quantum ad cor amaritatum. Cor cōtritum, quia sic dando de martello durus lapis subtiliat, & puluerizat. Ita oportet cor nostrū teri & subtiliari. i. de oīb. pc̄is dolere tā paruis, sicut de magnis: & tā de multis, sicut de paucis, quia si sic nō fit, nō est vera cōtritio, nec vera cōfessio. & si vis cognoscere, qñ tu es bene cōfessus, cōsidera si te penitentē de omnī pc̄o cōmisso tā verbo, q̄ opere, tam in ommittendo, q̄ in cōmittēdo, & in quinq; sen sib. corporis, & in oī mala cogitatione, & cōsensu. Vnde cor cōtritū, &c. Contra aliquos dolentes de aliquibus pc̄is magnis, & squadernatis, & cōsistentē de illis tātū, & nō de paruis: sicut vsurarius qui audiēs peccatū vsurarię prauitatis esse graue, dimittit sēnus, sed nō restituit vsuras, & tunc est attritio, sed nō cōtritio. similiter sēmīna fornicaria dimittit actum fornicationis, & dolet de actu fornicationis: sed multoties cōsentit corde sine opere, & tñ dolebit de primo actu, & nō de sc̄do. scilicet de cōsensu, & cōcupiscētia nō de attritio, sed nō cōtritio, & nō sufficit. Similiter dñā faciet fieri vnū vestimentum pretij ducatorū ducatorū, ad quid perditio hæc: si cōsideras, o tu sēmīna indiabolata, quæ inducis tuū maritū ad prædādum pauperes ad faciendū istas vestes sumptuosas tu reperies, ī illis tuis manicis suffultis, & veste caudata tot robarias, quæ comedūt sanguinē pauperum cum lachrymis vxorū, & familiolæ suæ degentium domi fame, & frigore propter illam tuam vestē, q̄ vtique nō gauderes, sed plangeres die, noctuque, quia erunt testimoniū tibi in die iudicij ad perdendū aīam tuā. Similiter fert capillos mortuorū, est magnū peccatū. Similiter si fiet tibi iniuria, tu applaudes illi vultū, & tñ seruas in pectore vulnus, cōsistendo de huiusmodi, & nō se corrigēdo, nil valet. Similiter in peccatis venialib. tu debes cōfiteri, & dolere s̄m qualitātē, quantitatē, & grauitatē peccatorum. & talis est vera cōtritio, & occurrit in cōfessione, sicut in mercatoribus videntibus pannos eiusdem bonitatis

conditionis, & collationis, & vnus vendet pannum suū pro minori pretio q̄ alter. certē ille mercator habebit maiorē cōcursum qui vendet minori pretio, quam qui vendet maiori. Ita hodie accidit in cōfessione, quia confessores, qui dant penitētiās minores, habēt maiorē concursū q̄ dātes magnas, & sic fit mercantia de penitētijs, & sic peccatores decipiuntur, & mittuntur ad inferos. & isti qui vadunt ad tales, qui dant minores penitētiās causa euitandi bonos cōfessores, causa non habendi congruas penitētiās, & magnas, non plus contritionis habent quā diabolus, quia cōfessor cęcus non faciet cōscientiam s̄ceminæ de suis vanitatibus, nec quærit, & non examinat de debitis circumstantijs peccatorū, & sic mergitur in profundo, & se mergendo, te pariter trahit ad æternum supplicium, nisi per medium iustitiæ tibi consulat, nec valet dicere, est ita consuetudo Paduæ, q̄ s̄ceminæ vadāt caudatæ, & cū capillis alterius, quia non est bona excusatio, nec est cōsuetudo approbata, sed corruptela. Vñ oportet habere cōscientiā contritā, sicut puluis. Non tñ dico q̄ consulat nimis stricte, nec nimis late, sed det in medio signi, quia virtus cōfistit in medio ad instar balistarij, quia non debet trahere sagittam à dextris, nec à sinistris, nec nimis sursum, nec nimis deorsū, sed in medio signi. Et considera balistam tuam, quia si plus trahit teneas per mediū signum, si minus trahit, teneas magis sursum, & tunc bene auisando recte trahes in medio brochæ. Ita confessor cum discretione, & prudenter debet considerare illum, qui confitetur & eius conditionem, ætatē & peccata, familiam, artem. & si est sui iuris, vel in alterius potestate, & recte consulat, &c. Tertium est obedientia. & ideo dicit humiliatum, id est puluerizatū, & bene contritum: quia si ponis manum super illo puluere, vel crucifixum, mōstret formā manus, vel crucifixi: & sit ita mollis, quod forma ipsius crucifixi imprimatur in puluere illius cordis contriti, & non sit asperum, sed tenerum, molle, & humile, & si percutitur quod non resonet. Nam si ponis manum super lapidibus aliquo modo, nō mōstret signum manus: & si ponis pedem supra, non imprimetur forma pedis. Imo noceret pedi, si ires supra, quia esset nimis durus, & asperi illi lapidi. & si diceres, vel percuteres illos lapides cum baculo murmurent, & facerent rumorem, seu respirarent,

A ita est cor non bene contritum, sed grosso modo attritum. & si vis scire iterum, quoniam bene contritus, quando confessor iniungit tibi penitentiam, & licet sit aspera, & libenti cum obedientia sine aliqua contradictione illam sumis, & facis sine murmuratione. sed quando confessor facit tibi conscientiam, & dicit, ego volo quod tu deponas vanitatem, & quod decetero non portes caudas, nec capillos alienos, & cristas, neque fuces amplius tibi faciem & huiusmodi: & tu dicis, ego non uelū, quia maritus meus uult quod portem uel faciam, quia facio etiam propter placere marito meo. & ego dico, quod tu inētris, quia si faceres propter placere tuo marito, tu ita ires per domum sitcata, sicut tu vadis extra domū, & istud est murmur et rumor lapidum percussorū. nec facias ut solent dicere non nullae mulieres: habeo omnia peccata, excepto quia non peccavi de corpore meo, & nunquam fornicata fui, nec noui alium virum quam maritū meum: quia tales sic dicentes mentiuntur, quia millies mechate sunt desiderando alios innamoratos. quia qui uidet mulierem ad concupiscēdum eam, iam mechatus est. & econtra. & si non confiteris de omnibus modo praedicto, & quando vadis ad confessionem cum uisuris, & contractibus illicitis, non seruando festa, & animo non restituendi, nec deferendi meretricem, quam tenes, vel te non emendandi cum proposito amplius non peccandi, peius facis quam si non fuisses confessus. O vos speciarij, qui in diebus dominicis uēditis, & tenetis apothecas apertas, nisi in casu necessitatis medicinarū, & confitemini: & pur perseveratis non cognoscendo vos. Et o vos usurarij diabolici, qui ita feneramini in diebus Dominicis, Paschae, & Natiuitatis, sicut in alijs diebus, diabolus vos expectat. Sed si uultis saluari, estote obedientes confessoribus uestris, & peragite poenitentiam, quia anima renouantur sicut flores tempore Veris per confessionem, & poenitentiam, & frequentate praedicationes, ubi instruemini de his, quae ignoratis. Nam sapiēs interrogat, quare Deus dedit sensum homini sapienti. respondit, ut instrueret fatuos, & ignorantes.

Secunda pars principalis.

C Apiamus secundam partem principalem nostrae praedicationis, scilicet sua quantitas contritionis. Circa quam considerationem nota tria dubia. Primum quaerunt Doct. secundum Franciscū de Maironibus, quanta debet esse contri-

tio. Respondit, quod sicut in infirmitate corporali tanta dat medicina, quantus est morbus: ita in infirmitate spiritali anima tanta debet esse contritio & poenitentia, quanta sunt peccata. Vnde in Deut. c. ordinabat Deus pro multitudine peccatorum erit plaga eorum, nam morbus & plaga animae peccatricis est infinita, quia priuat bono infinito, & ita sequitur poena infinita, & ita debent esse per consequens poenitentiae infinitae. & videtur impossibile, & graue ualde posse habere ueram contritionem, quia oportet quod plus doleas de uno peccato mortali, quam si perderes filios, uxorem, membra, vitam, & omnia bona temporalia, et corporalia: quia propter unum peccatum mortale, tu perdis animam, quae cunctis rebus est praeferranda. ergo, etc. Et uere potius homo recte considerando deberet uelle mori quam facere unum peccatum mortale. et est ratio, quia sicut est melior anima quam corpus, ita melius mors corporalis quam peccare, quia peccatum occidit animam. Secunda ratio, quia tu debes praepone Deum tibi: quia dicit Deus, ama me super omnia, et amare uitam corporalem, et ista temporalia plusquam uitam aeternam, quam nihil aliud quam frui ipso Deo, quam uitam aeternam perdis propter peccatum, est praepone se Deo. ergo. si igitur est ita difficile, et quasi impossibile habere ueram contritionem, quis saluabitur? Cum uideat quasi impossibile. Dico, quod hic est punctus omnium agibilium, dixit, Lippotopus, et est conclusio totius operis uitae hominis. Nam iste Lippotopus fuit homo ualde gaudiosus in mundo, et sicut gaudiosus, et solatiose uixit in mundo, ita mortuus est mundo. habebat enim pro solatio facere suos familiares desides et ita tristes, quod quando ipsos expellebat nemo scies illos sterisse cum Lippotopo accepisset eos aliqua uia mundi. Vnde dum infirmaretur uoluit facere testamentum: et uocatis testibus, et notario, dixit: primo relinquo hospitali Senensi mille ducatos, domino episcopo mille. Item relinquo carceratis quingentos ducatos. Item pro maritimo viginti domicellas, mille ducatos. Item uiatoribus quingentos ducatos. Item cuilibet ordini fratrum, mille ducatos. Item relinquo presbytero Iacobo rectori S. Danielis de Padua, mille ducatos. Item pro pauperibus nobilibus uel recudis quinque mille ducatos, etc. Et in effectu reliquit triginta ducatos. Astantes uero commisit. et not. qui cognoscebant suum patrimonium esse modicum, quia consumpserat magnam

A magnam partem suarum facultatum in dando sibi delectat. & in solatijs, & gaudijs in hoc mundo, dixerunt, Bene, tu bene ordinasti sic. ubi sunt isti denarij. vnde ille respondit, hic stat punctus. Et exinde certo uocabulo communiter dicitur, hic stat punctus, dixit Lippotopus. vnde ad propositum redeundo, ista contritio est ita difficilis res, quod nisi praeponas Deum omnibus existentibus in mundo, & filijs, & uxori, & solatijs, gaudijs & diuitijs, attinentibus, & amicis, & potius uelles perdere uitam quam offendere Deum, tu in puncto mortis reperies te deceptum: & crede mihi, quia non dico tibi somnia, sed uerissima. nam sunt aliqui, imo infiniti, qui male uiuunt & sperant dicentes, cum moriar dicam meam culpam & ero saluus: & crede mihi, quia nisi habueris istam contritionem, de qua iam tibi cecini, est impossibile quod tu salueris, quia difficilior res mundi est scire seruire Deo, & tu uoles incipere seruire Deo in puncto mortis. uere, nisi discas tempestiue uiuere secundum Deum, & habere ueram contritionem, sero incipies, cum morieris, & qui non recordatur de Deo in uita, non auditur in puncto mortis. Et accidit istis talibus, sicut accidit domino, qui annuebat capite quod famulus iret ad eum. & familiaris suus etiam annuedo & menando caput significabat, quod uolebat ire, & tandem dominus uocauit eum ore dicens: es tu ita grossus, quod quando annuo caput isto modo, tu ignoras, quod ego uolo quod tu uenias ad me. Et famulus respondit, ignoratis & vos, quod quando ego meno caput: significat quod ego nolo uenire. similiter facit Deus, quia quando peccator modo supra scripto uult uocare Deum, Deus obaudit, dicens: amen dico uobis, quia nescio uos, quia nunquam uidi uos, nec uenistis ad me in conspectu meo per orationem, confessionem, & contritionem: sed sicut plus amassis caduca quam me cadendo in profundum, iuuenimini ab his, quibus seruiuitis in prosperitate uitae uestrae. vnde hac animaduersione plectitur peccator, ut Deus obliuiscatur eius, qui oblitus est Dei. Et B. August. dicit, quotiens homo uiuendo, uel moriendo non penitet propter amorē Dei, nec custodit se a peccato amore Dei, ne ipsum Deum offendat, sed tamen metu poenae infernalis, non est actus contritionis, sed isto modo moriendo portatur a casa calda: quia timor illius non est fundatus in charitate. Itaque fundemus nos in timore dilectionis Dei. & iste

timor sit in charitate fundatus. & exoneremus grauitatem peccatorum per confessionem cum uera contritione fundata in charitate Dei, ut in puncto mortis leuiter proficere possimus maximam foueam & latissimam, quae est de isto mundo in alium, ita & taliter quod onerati non potentes saltare cadamus in foueam profundi abissi. vnde capiamus unum rude exemplum Dominatio ponit legem, quod quicumque non exit ciuitatem per talem portam, suspendatur usque ad unam horam: & ante portam erat unus pons cum una profunda fouea undique murata, & pons est remotus, & illa fouea est ita profunda quod qui cadit intra, non potest exire, sed oportet omnino suffocetur. Certe non esset homo qui si iret bene oneratus auro & argento, & gemmis, cum uideret periculum uitae imminerē non saltando foueam; & saltando haberet spem euadendi uitam si saltaret ultra. & si caderet uideret se moriturum, non ne deponeret aurum, gemmas & vestes, & faceret se leuē quantum posset, & poneret se potius in periculo cadendi in foueam cum spe euadendi, quam remanere in ciuitate, quia scit etiam quod non exeundo suspenderetur. certe sic. imo si esset ille terminus appositus in praefixo die, omnes per unum diem ante conaretur experiri saltare, ut melius possent in illo puncto saltare foueam illam, & poneret sibi in manibus duos lapides, ut melius saltarent. vnde si per fugere mortem corporalem, tu uereres tanto ingenio: quanto maiori ingenio tu, o homo caece, uti deberes & experiri discere scire saltare de isto mundo in alium in puncto mortis: quia si reperieris esse onustus & caricatus peccatis, tu non poteris saltare: & si pones pedē bassum, tu facies magnū fracassum. nec credas in illo puncto posse ita subito deponere sarcinam peccatorum. vnde discite miser, o peccator, a S. Ioanne Chrysostomo, qui in puncto mortis rogabat suos fratres orando & dicens: Fratres, orate pro me, quia habeo facere unum magnum saltum, quē nunquam feci. Et Paulus qui dicebat, conuersatio nostra in caelis est, dixit, nescio qualiter sciam saltare, quia non in hoc iustificatus sum, etc. Et nos miselli peccatores, quid faciemus, & scimus quod nobis inuitis oportet, quod nos moriamur, & lege statutum est quod omnes faciamus illum saltum, & tū, o uetula recagnata, cum tuis percantulis, cum tua giba plena peccatis, qualiter saltabis. Sed tu o Bernardine, qui studuisti iam 20. annis in sciendo saltare illam foueam, & noluisse

A noluit habere vxorem, nec filios, nec diuitias, vt sis agrior in saltando illo puncto, quid facies? vere ego timeo valde quod in illo puncto non sim impatiens, vel aliquid tentationis impediatur saltum meum, & per dam quæcunque fecero, quia dabiis valde est saltus ille. ergo fratres discite & vos puidi scire saltare. volue modo, & ne forte desperes, quod non possis habere istam contritionem, ego volo tibi probare, quod est bene habere eam primo per auctoritatem legis de re. iur. c. nil est tam naturale quam eodem vinculo dissolui, quo ligatur, quia peccatum nostrum a voluntate procedit, & voluntas est grauior, & est leuior res, quæ sit in mundo. Nā si voluisti facere malum, modo voles facere bonum. qui siue sis diues, siue pauper, siue infirmus, vel sanus, senex vel iuuenis, poteris leuiter tuam voluntatē exercere & dirigere in hanc sententiam, quod tibi displiceat malum adeo, quod potius velles mori, quam offendere Deum, quia Deus offenditur per peccata, & hoc est possibile, & leue volenti. vnde Bonauentura mouēdo istud dubium, si homo deberet velle potius mori quam offendere Deum & peccare mortaliter. Respondet quod dupliciter potest intelligi. scilicet sensitiuē in dolendo: & intellectuē. scilicet in ratione intellectuē volendo potius præponere Deum & animam oibus alijs rebus, quam ecōtrario. alius est dolor sensitiuus quā homo dolet & lacrimatur compūctio cordis, & poenitet se peccasse, & illud est signū magnæ gratiæ, & iste dolor sensitiuus nō est possibilis & debitus omni creaturæ. Sed dolor intellectuē est insitus naturaliter omnibus. vnde consentiendo, & cum consensu volendo dolere, penitere & flere peccata nostra cū proposito amplius non peccandi & emendandi vitam nostram, est vera contritio. Sed quando dolor sensitiuus est procedens a sensu corporali communicato cum sensu intellectuē, quod velit potius mori quam offendere Deum, tunc est magna gratia Dei, adeo quod repertum est, quod dū quædam meretrix audiret prædicationem, tanta gratia Dei profiliuit in istum tantum dolorem corporalem communicatum cum sensu spiritali, quod ipsa venit in tantam contritionē quod intelligendo offensam, quam fecerat Deo, cepit magna voce clamare, misericordia, misericordia: & sic cridando expirauit, & sine fallo ego credo quod illa in hora illa ad gloriā pertrāsiuit. Sed tu o mercator, & tu o artifex, pro-

Exēplū.

pter lucrari vnum solidū dices mendaciū, & tunc præpones vnum solidū, imō quandoque vnum denariū Deo: qualiter ergo poteris saluari: certē nunquam poteris saluari, nisi præponas potius nō velle te esse imperatorem quā velle peccare mortaliter. Et hoc totum consistit in voluntate quæ est libera homini. Et non mireris si Deus voluit hoc esse difficile propter magnum lucrum, quod lucratur cum sola voluntate, qua mediante leuiter & agibiliter possumus acquirere perpetua gaudia & thesauros paradisi, & trāsstantiari in ipso Deo. vnde ex parte carnis est difficile, sed ex parte animæ in qua consistit voluntas, est leue. Si ergo tu præponis animam corpori leuiter acquires veram contritionem. Nam sic faciendo iustitiam & pax osculabuntur, & facies quicquid voles suppeditādo corpus, sicut martyres, qui ibant gaudentes a conspectu concilij ad martyrium, & S. Paulus dicebat, cupio dissolui, & esse cum Christo. Secundum dubium est, si homo potest habere tantam contritionem, quod possit sibi remitti culpa & poena. & dicunt Doct. quod contritio potest venire duplicata respectu corporis & animæ, & potest esse tanta, & concurrere in tanto dolore, quod anima a corpore discedens in illo dolore & pūctio- ne corporis & animæ subito volat ad gaudia paradisi, sicut iā supra dixi de illa meretrice, quia in intellectu rationis tantus est dolor quanta est charitas, quemadmodum quanto plus sol intrat cameram, tanto plus illuminatur camera; quia quanta est maior charitas in anima, tanto est maior contritio, in tantum quod potest esse tantus dolor sensitiuus in corpore communicatus cum dolore intellectuē animæ quod Deus remittit culpam & poenam, sicut fuit in Maria Magdalena, quæ habuit tantam contritionem primo animæ, & postea in sensibus corporis flendo de peccatis factis in visu, odoratu, tactu, gustu, & auditu, quod Christus dixit, vade in pace propter rationale, quia remittuntur omnia peccata tua, propter sensitiuam. vnde nota quod vna lacrima est tantæ virtutis quod plus mortificabit ignē inferni quā totum mare. vnde Bernardus: Humilis lacrima humili le regnum impetras paradisi.

FERIA

A FERIA QVARTA
post v. Dominicam Quadrag.

De Amore honestante.

Sermo XXXVI.



I mibi non creditis, operibus credite. Io. 10. c. In hoc sermone intendo tractare de amore, qui dicitur honestans. Et intendo tractare de triplici specie dñarum, quæ reperiuntur. Prima vocatur domina Honesta, & de ista maritus habet gloriam. Secunda vocatur domina Vana, & de ista maritus portat suspicionem. Tertia vocabitur domina Porca, & de ista maritus habet tristitiam.

B Tertia vocabitur domina Porca, & de ista maritus habet tristitiam.

Prima pars principalis.

Dico quod quædam dominæ sunt honestæ, modestæ & pudicæ, & multo tiens habent maritos, qui sunt mihi me digni habere tales dominas. & vbi sint tales dominæ, bona semper augētur, & mala conculcantur. vnde si accidit quod talis domina honesta habeat, vel habuerit maritum, ipse bene potest esse contentus: Si vero habet vanam vel porcā, semper viuet in suspitione zelotipiæ, & cum tristitia & amaritudine cordis, & si habebit filios, erit dubius vtrum sint sui. & quia ars malitiæ mundi est omne bonum conculcare & vituperare, necesse est quod in illa domo, vbi sunt tales mulieres, mala augētur, & bona conculcentur. Et no. quod tres sunt causæ, quare maritus debet amare vxorem honestā. Prima, quia est ab ipso in fide desponsata. Secunda, quia debet esse ab eo, sicut est ecclesia a Christo amata. Tertia causa, quia debet esse propter eius honestatem & virtutes appreciata. dico primo, quod est a marito in fide desponsata. vnde Propheta loquens in persona mariti dicit, Desponsabo te mihi in fide in æternum. hinc est quod desponsatur mulier in signum fidei. & ideo cum sunt sibi ad inuicē infideles, sunt proditores. Et nota quod anulus datur vxori sub triplici consideratione. Prima consideratio est, quod digitus est longior anulo. Secunda, quia anulus est latior digito, & circumdat digitum. Tertia, quod ponit in digito venæ cordialis. vnde anulus excedit in latitudine digitum, & exceditur in longitudine a digito, ad significandum quod secū-

dum sententiam S. Pauli, vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier, & ecōtra mulier non habet potestatem sui corporis, sed vir. & in hoc vir, & vxor sunt æquales, quia non debet alter alteri consentire, nisi in licitis & honestis, & cum modis, locis, & temporibus indicēdis. Sed quæro, quod est maius peccatum, vel quod maritus rumpat fidem vxori, vel vxor marito. & primo dico, quod secundum modum est maior verecūdia vxori, & maius periculum, quia cum maritus sit fortior, potest eā occidere. Sed vā illi, qui occidit vxorem, maxime vt vinculum soluat propter accipere aliam, & raro dispensatur super homicidio vxoris, nisi in tribus casibus. Primus, quando reperit ipsam in flagrante crimine, quia tunc dispensatur. Secundo, quādo occidit eam per iram, & tunc raro dispensatur. Tertio, quando est philocaptus de alia, & occidit ipsam propter accipere illam ribaldam, & nunquam dispensatur, & ut quod occidit vxorem plus peccat, quā occidens matrem. Modo respondeo ad quæsitum, & dico, quod est maius peccatum homini fallere fidem vxori quā econtra. ratio diuersitatis est, quia est caput vxoris, sicut Christus est caput ecclesiæ, & est magis cōstans, & mulier est magis fragilis & mutabilis. Tu ergo o vir, cū sis caput mulieris, noli esse sicut illi quorum caput est vxor, & vxor est supra maritum, quia est magnus pudor homini, quod vxor sit virtuosior eo, & gubernet familiam loco viri. Item vir ponit anulum in digito cordis, in quo est vena procedens a corde, ad significandum quod debent se cordialiter mutuo amore diligere. vnde si maritus, vel vxor ponant cor ad concupiscendum alium, vel aliam quā ad sibi inuicem, licet nō vellent esse in actu carnali cū illo vel illa, quem vel quam concupiscunt mentaliter tantum, tamen rumpitur fides, & est fornicatio mentalis, & iam mœchati sunt. Secunda ratio, quare maritus debet amare vxorem bonā est, quia nos debemus imitari Christum. vnde S. Paulus dicit: viri diligite vxores vestras, sicut Christus dilexit ecclesiam, quia hoc sacramentum magnum est, &c. Et Christus amauit ecclesiam tribus modis. Primo modo ad eius salutem, ad dandum intelligere quod similiter debetis diligere vxorem: quia datur vxor viro non ad perditionem, sed vt sit ei adiutorium. vnde in Genesi, primo, faciamus sibi adiutorium, &c. vnde si vxores vestræ uolunt ieiunare & facere bonum, orare & opera Dei

A Dei facere, uos debetis eas dimittere facere; alioquin uos poenitebit non solum in futuro, sed forte etiam in hoc mundo: quia si impedis ipsas indulgere diuinis & uirtutibus, ut immergatur in broda & uanitatibus, tu ipse eris causa tui mali. d. insensati, quot sunt qui habent uxores uirtuosas & honestas, qui dant causam suae pudori incitando ipsas in lasciujs & uanitatibus mundi: damnum ergo quoddam sua culpa sentiunt, tales sibi imputent. Secundo amauit Christus ecclesiam, quia sustinuit passionem pro ea. Ita debet esse bonus maritus: quia si uxor infirmatur, compati sibi & subuenire ei debet, si est senex, supportare eam in patientia: & sunt aliqui, qui si uxores non erunt bonae ad luxuriam, non ipsas amabunt, &c. unde qui diligit uxorem suam, se ipsum diligit, quia hoc ob de omnibus meis, & erunt duo in carne una: & relinquet homo patrem & matrem: quo ad habitationem, non tamen quo ad dilectionem; & adheret uxori. Itaque tempore pestis si inciditur, non derelinquas eam, nec econtra: sed prouideant sibi ad inuicem necessitatibus animae & corporis. unde Salomon dicit, In tribus complacitum est cor meum probatum Deo & mundo, & concordia fratrum; dilectione coniugatorum in unione, alias ciuium ciuitatum, quia pulchrum & laudabile ualde est concordia fratrum, dilectio uxorum & populorum unio. & tu, o honesta, consentias uiro tuo inhonesto. similiter & uir, si igitur uult ire ad uillam & quoddam secum uadas, uade si imperat tibi aliquid, dum modo non sit contra Deum & bonos mores, consentias sibi, & econtra cum discretionem semper: nam Christus uoluit pro ecclesia mori. Ita debent facere coniugati, sed mariti communiter sunt contrarij vxoribus. Tertio ostendit Christus ecclesiam quod non est peccator, qui uelit in ueritate reddere se Christo, quin Christus sibi parcat. Sed non qui cixerit, Domine domine, saluus erit: sed qui fecerit uoluntatem patris mei, qui misit me. Et nota duas regulas. Prima est, quod cuique peccatori uolenti redire ad Deum, Deus non potest sibi denegare ueniam peccatorum suorum, secundum poenitentiam ordinatam. Secunda ratio est, quod impossibile est, quod Deus parcat sibi, qui non uult uoluntarie se sibi reddere. unde Iere. tu autem fecisti tot fornicationes, quia fornicatio est omnem aliam rem plusquam Deum amare, & nihilominus si uis poenitere & redire ad diuinum amorem, Deus parcat tibi. Simili-

ter maritus debet cordialiter parcere uxori, quae errauit marito, si ipsa in ueritate uelit redire ad frugem honestatis & laudabilis uitae. Tertia causa, quia maritus debet mulierem honestam amare & appreciare propter eius uirtutes & honestatem: Nam domina honesta debet talis esse, qualiter apparuit S. Ioan. in Apoc. 12. ca. Et signum magnum apparuit in caelo, mulier amicta Sole & Luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim, & in uero habens &c. quod significat quod domina honesta est ueluta Sole, qui est uigorosus, lumenosus, & calens, quia domina honesta est illuminata radijs uerae fidei, & uigorosa praemijs magna & indubitatae spei, & habet calorem feruentis charitatis: quia uidi per experientiam & probaui meliores esse foeminas quam uiros in spe, fide & charitate: nam in sola Maria fides remansit, & mulier ponit spem suam solum in Deo: Sed uir communiter ponit spem in diuitijs mundanis. Luna significat uanitatem: Nam Luna est lucens, tamen ex sui naturali influentia est frigida, & lucet in tenebris. similiter domina uana, est mundus apparenter de foris lucens: sed influentia & fructus suarum uanitatum est plenus turbine, miserijs, tristitijs, infortunijs & peccatis: & est ad instar fumi, qui quaeque lucet de foris, intrinsecus autem est putridus: Similiter potest assimilari ligno marcido, quod lucet de nocte, & tamen est totum marcidum. Tu o innamorate fatue, uis uidere in quo posuisti amorem tuum. dic amatae tuae, quae tantum te amat, quod tu uis eam scorticare. Ego scio quod propter ingratum amorem patieris scorticari: tolle eius pellem, & pelle unius gatae, & porta illas pelles uni pellipario, certe tu reperies plus de pelle unius gatae quam de illa pelle, quae uidetur tibi ita splendens, in qua posuisti tuum amorem, & facis tot fatuitates: considera dempta illa pelle tuae amatrix, quid remanet nisi unus saccus foecis plenus putredine, & tandem efficitur esca uermium & uertitur in cinerem, & anima uadit a casa calda istius dominae Vanae. Nam dum quidam praedicaret de uanitatibus Dominarum, uidens quod se non corripiebant, posuit in pulpito unam foeminam reperta siccam in quodam sepulcro ualde uisu horribilem. & dum praedicaret uolens ipsis ostendere, quales dominae uanae efficiuntur, accepit istam in ortuam, deformem & siccam, & ipsam palam ostendit in pulpito illis dominam dicens, ista fuit uana, sicut & uos, & tandem

Exempli.

G

H

A tandem efficiemini sicut ista cum uestris uanitatibus, & anima forte cruciatur in inferno. O uana, considera & contemplare, qualis eris, cum sis certa quod morieris. Et nota unam regulam, quod si una domina uana & impudica scorticaret sibi tempora & uultum quantum scit, & fricet pur faciam cum suis capillis postitijs, & uelibus caudatis minus placebit uiris suis quam domina Pudica & honesta etiam mariti, & facit ipsum zelotipum & censebit eam impudicam & uilem, & non poterat pati cordialiter diligere ipsam fingat quantum scit, iuxta prouerbum antiquorum, quod tria sunt quae spernuntur sensus pauperis, portitoris fortitudo, & pulchritudo meretricis. Nam si domina uana transsit per uiam, omnes derident eam, & facili ter diffamatur. Sed si domina honesta pertransit, omnes cedunt sibi & benedicunt ei: & si quis maledixerit sibi, multos habebit defensores, & nihil mali poterit credi de ipsa. unde B. Virgo Maria, mater gloriosi Dei, erat tanta modestiae, pudicitiae & honestatis, quod homines qui uidebant eam, non solum non tatabantur, sed omnes tentatio, si quam habebat, cadebat ab eis, & fuit honesta honestarum, & uirgo uirginum, & uidua uiduorum, & uoluit esse maritata, ad ostendendum quod ipsa erat capitanea nuptiarum, & fuit dux uiduorum, & gloria uirginum, & habebat 12. stellas in capite pro duodecim proprietates bonae & honestae mulieris, & erat amicta Sole: nam pulchrior res mundi est Sol, sic pulchrior res, quam potest habere ciuis, est uxor honesta, quia excedit vitrum, argentum, lapides pretiosos, vestes, domos, possessiones, & omnia quae possideri possunt. unde Eccl. 26. c. sicut Sol oriens in altissimis Dei: ita bonae mulieris spes in ornameto domus suae, quia sicut Sol illuminat totum mundum, creata nutrit, & sine eo deficeret omnia creata, & uidualia moreretur, si Sol deficeret, quod non faceret cursum suum per diem super terram secundum naturales: sic honesta domina Pulchra & uirtuosa illuminat totam domum patrisfamilias lumine uerae fidei, quia est fundamentum omnibus de domo in inducendo pulchris suasionibus mariti & filios atque familiam ad consistendum, & sumendum corpus Christi castigando filias suas, & faciendo ipsas modestas & uirtuosas, & ne filij blasphement & docent ipsos cauere a malis societatibus, & domus illa in qua est domina honesta, est plena gratia & pace atque quiete. unde Ecclesia. c. gratia super gratiam mulier sancta & pudorata, quia non solum gratia, sed

Exempli.

D

super gratiam, quia non portat caudam, non se scorticat, nec se fucat, non portat recamaturas, non querit placere marito nisi in licitis & honestis, quinque sensus subordinat rationi, honeste conuersatur cum marito stando, orando in domo & in ecclesijs semper cum modestia & discretionem, nunquam relinquit praedicationes & missas, sacra ueneratur & reliquias sanctorum, custodit festa, consistitur crebro, & cum deuotione sacrificium corporis Christi sumit, & si scit legere, cum tempore ei uacat, maxime in festis diebus. deuotis libris indulget legendo & meditando; coereas non curat, nec in cantinellis uersatur, sed honesta ipsa omnia honeste facit.

Secunda pars principalis.

Sequitur secunda pars. scilicet uidere de domina uana. Et quia contrariorum eadem est disciplina, uolue per contrarium conditiones Dominae Vanae cum conditionibus dominae honestae: quia sicut domina honesta est amicta Sole, & habet Lunam sub pedibus, per contrarium uana est amicta Luna. scilicet uanitatibus, & sub pedibus eius tenet solē. scilicet splendorem uirtutum, & dicit signum magnum apparuit mundo. scilicet in inferno mulier amicta broda & luxuria, &c. In capite eius corona 12. stultitiarum, de quibus infra dicam. quasi stultitiae quatuor pertinent ad iustitiam Dei, quatuor ad offensam sui ipsius, & 4. ad offensam proximi. Et uolo primo incipere a capite mulieris uanae, & non considerat uana foemina uanitates fore peccata. Sed Alexander, primus mag. Theo. fons doct. & pelagus sapientiae, querit si mulier uana portat capillos alienos, licet portet pro placere marito suo, si potest sumere corpus Christi. & disputat pro & contra: tamen allegando Augu. & Ciprianum, qui tenent quod Domina uana, quae se paliat, peccat mortaliter, quia facit contra dictum Christi dicentis, tu non potes facere album unum de capillis tuis. Dicit, quod dealbantes capillos & faciem, &c. conatur interpretari dictum Christi, quia licet tenere capillos delicatos, tamen non licet tenere eos, & facere artificiatos: quia ita faciendo uolunt facere Christum mendacem, & non licet facere ista, maxime mulieri non habenti uirum. sed nec etiam habenti, nisi in certis casibus, quia semper peccant mortaliter. Et similiter uendentes comas, & facientes aquas, & similia ad dealbandum capillos & faciem mulierum, & frappatores, & facientes zorneas frappatas, quia zornea proprie est uelut furis, & est ad instar

A instar copertellæ equi. s. hominis, quæ equitat diabolus. Et stipendiarij communiter ferunt vestes frappatas ad significadum, q̄ sicut incidunt & frambellant pannos: ita demonstrant de foris, q̄ eorum intentio & propositum est incidere alios homines ad petias. similiter de his, qui ferunt caligas gemini coloris ad gambam stortam. Similiter in foeminis imbrattantibus sibi vultu, quia huiusmodi tales, & mulieres volentes facere se pulchriores, vel maiores quam sint, vel artificialiter facientes sibi ostendere mammillas, maiores vel pulchriores quam habeant, vel ponendo sibi bambacem ad spatulas, vel ad sinum, vel retro subtus crines, faciendo macagnonos, vel rebaltios, & huiusmodi, semper peccant mortaliter. Nam macagnonus est vnum os in porco in renibus, q̄ nisi recipiatur, facit putrefacere carnes, & est nomen diaboli, qui induxit illud, vt mulieres vtantur eo. vnde si Deus fecit nigram vel rubeam seu albam, & si fecit teparum, vel magnam, grossam vel gracilem, pinguem vel macram, tu debes contentari, quia Deus vult ostendere suam omnipotentiam in singulis creaturis: nam tu vides q̄ ex innumerabilib. faciebus quas creauit, vna non est similis alteri. & s̄m S. Cyprianum, Deus est similis vni pictori. v.g. si cut fuit Zorus, qui volens ostendere dignitates sui magisterij pinget vnum hominem macrum, claudu vel strambum, vel gibbu: vel pinget vnum equum macerrimum, & illud facit nõ quia non sit magnus opifex, sed quia est artificiosus magisterium in faciendo picturam deformẽ & macram quã pinguem & naturalem. vnde Deus volens ostendere nobilitatem sui magisterij, facit varias formas sub varijs qualitibus & quantitibus, & ideo non oportet te facere aliter quam ipse summus opifex fecit: tamen si tu es clauda, postquam nupseris, tu potes celare tuos defectus, & teneris antequam nugas dicere tuos defectus, si quos habes: alias tu fraudares eum de illa mercantia. nec facias sicut vna parua, quæ dum vellet nubere, posuit subtus pedes zupellos vnius cubiti, & sup caput magagnos altos valde coopertos capillis postitij, & circa pectus, & & spatulas bambacem in vna inuestitura. vnde videretur habere personam bene formatam & grossam, quia erat aliquantulum gibba: & factis nuptijs postquam maritus transfudit ipsam, illa bona domina deposuit zupellos & magagnones, & remansit ita parua q̄ maritus credebatur, q̄ staret ge-

Exempli.

nus flexa. vnde ipse dixit: nolite stare ita genuflexa, venias in lectum. & dum sibi extraxisset zubam alpiciens eam ita parua & gibbam, & deformem dixit, vbi dimissisti residuum tuæ personæ? & exurgens reperit q̄ ipsa dimiserat super banco lecti plusquam dimidium suæ personæ: & exiens de thalamo repudiavit eã, quia vidit se ita delusum. Et istæ tales volunt fraudare Deum opifex, qui vult te talem esse stare & apparere, qualem te creauit, & eo modo & forma, quibus te creauit: & si voluisset te aliter apparere, aliter te creasset, & si non es contenta voluntate Dei, non poteris saluari. si ergo saluari cupis, fac te conformem diuinæ voluntati dicendo, fiat volũtas tua, sicut in celo & in terra. Cauete ergo, o vanæ mulieres, cõtrafacere figuram vestram, faciem & capillos, & a superfluis vestibus & caudatis. Tamen dominæ regum, principum & magnatum debent præferri alijs dominabus in vestibus, s̄m conditionem maritorum, honeste tñ etiam in illo suo genere vestimentorũ. Sed tales inferiores vxores artificum & pauperũ, quæ volunt æquari magnis & potentibus, & in dignitate constitutis, magis peccant & inducunt maritos ad strandum, ita q̄ suspenduntur. Et ista est prima stultitia, quam foemina vana habet. Secunda stultitia vanæ est, quia offendit Christũ, qui incarnari venit in mũdum, ut & ipsam vanam saluaret in ligno amara Crucis, nudus suum sanctissimũ sanguinem effudit. & tu, o indemoniata, cras ibis ad festum caudata & fucata, & bene cristata, & occides mille animas, de qua Eccles. 9. e. Et ecce mulier occurrit illi, mulier eius cras nuptijs, capiendo animas, quas Christus redemit cum suo sanguine precioso. Notate ergo, vos o Confessores, quia tales vanæ non possunt saluari, nisi restituat animas, quas occiderunt. secundo in humiliori & depressiori habitu, quam deceat suum statum ædificando & dando bonum exemplũ illis, quos occidit cũ sua vanitate. vñ Eccles. 58. Ecce vos accenditis ignẽ, oportet q̄ ardeatis. Accenditis ignẽ, cũ vos balistatis & bellettatis vultũ cũ capillis dealbatis & caudis vestris & habitu, gestu, & visu inhonesto. Tertia stultitia, qua non solũ iniuriamini Christo, sed Virg. Mariæ, quia cras vos nuptijs ibitis ad festum Annũtiationis B. Virginis, q̄ fiet in Arena cũ uanitatibus vris, & ibi emetis scuffas & iocalia, & facietis etiã peccare uendentes, quia omnes ementes, & uendentes in diebus festiuis præceptis ab eccle-

Cõtra ornatum mulierum.

fia

A fia custodiri, & in dieb. Dñicis peccant mortaliter. Et uos o apothecarij, qui in talibus dieb. tenetis apothecas apertas, & veditis. Aperite corda v̄sa, quia tot peccata mortalia facitis, quot uenditiones exercetis. & uos Dominæ vanæ demoniatę melius faceretis stare domi, quam ire ita vanæ ad ecclesias, quia tales sancti, ad quorum ecclesias uaditis, indignari merito possunt, & dicere: Ribalda, domus mea domus orationis est, & non lenocinij. Quarta stultitia est, quia mulieres debent intrare ecclesias cum capite velato & ire ad uenias honeste, & nõ cum uanitatibus. unde Paulus Apost. dicit, quod mulieres in ecclesia portent caput uelatum propter angelos seruientes altari. s. præsbyteros & fratres, qui seruiunt diuino officio, quia habet oculos, & carnei sunt. unde uos Dominæ, quãdo statis in ecclesia, uel uaditis ad prædicat. uel coram Confessore, necesse est, q̄ stetis ita honeste q̄ Sacerdos, Prædicator, uel Confessor non videat aliquam uanitatem, ne sibi occurrat aliqua tẽtatio & mala cogitatio. Vel intelligas pp angelos hominum, qui ueniunt ad ecclesiam: nam quilibet homo habet nnum angelum ad custodiam. unde homo quãdo pp tuam causam tentatur, diabolus ridet, & angelus tristatur videns, q̄ propter mulierẽ vanam anima illa peccat & tentat, & dicit: Deh ribalda, tu es causa damnationis illius anime, per quem Deus misit me ad salutem ipsius. ego ero testimonium aduersus te in die iudicij. & sic angeli odiunt tales vanas. Vel tertio intelligas propter angelos, hoc est qui in missis & alijs misterijs, & officijs ecclesie, & in consecratione corporis Christi interfunt, quia illi ueniunt infiniti angeli, quia vbi est corpus Christi, sunt angelorum infinitæ legiones, & etiam sunt angeli omnium personarum, qui ibi interfunt. & aliqui Doct. dicunt quod homines ratione officij habet angelos, quia vltra suum quem quilibet habet rationẽ officij, habet etiam alium. vnde vnus miles, vel doctor ratione officij habet angelos spirituales, ratione illius sui officij. Cõsidera ergo tu, o foemina vana, quot angelos offendis. Et tu, o sacerdos, conferua manus tuas, & os tuum, per quod intrat corpus Christi ab illicitis & peccatis & mendacijs, quia dicendo mendaciũ sacerdos facit sacrilegiũ. & tu, o diabolata mulier, q̄ exerces sacerdotem in uoluptatibus, diabolus te equitabit in eternũ. Sequuntur alia quatuor mala seu malitia, respectu offensis sui ipsius & anime suæ mi-

seræ. Prima erit vana occupando tempus suum in fucando se, & dealbado faciem & capillos, & portando vanitates, perdit totũ tempus quod sibi dedit Deus ad lucrãdum animam suam, quia post animam nil potest habere homo, q̄ plus valeat, & maioris pretij q̄ tẽpus, quia in media & maioris pretij q̄ tẽpus, quia in media hora p̄t acquirere vitã eternã, & perdit illud tẽpus & aĩam. Secunda malitia est, quia deformat naturã & pulchritudinem suam mulier vana pp eius uanitatem. vñ Cyprianus dicit, q̄ propemodum tolerabiliora sunt adulteria, quia illo violatur pudicitia, p hoc natura. i. propter uanitatem. Et nota bene, quia hoc non dico ex me. Tertia malitia est, quia vana perdit omnem operationem bonam quam facit, quia orando non exauditur, quia Deus non dabit aliquam gratiã, si in uanitate orabit. vnde Paulus ad Timot. 3. c. superbus habitus non impetrat, s. homo orando in illo habitu vano & superbo, non exauditur. Quarta malitia, seu stultitia est, quia de duobus erit alterum: quia foemina vana aut est fornicatrix, vel si non est reputatur, quia videntes eam ita vanam, potius putabunt malum quã bonũ, quia est maius signum mali quã boni in ea in quocunq; statu existat, siue in statu uirginitatis, seu matrimonij: & sunt sicut canes quas sequuntur catuli, quia si illi canes non expellunt alios canes sequentes ipsas, est malum signum. Et nota q̄ qñ catula vadunt in saltũ, catuli sequuntur eas, & non aliter: & qñ vadunt in saltũ, licet percutias catulum, tñ reuertitur & nunquã recedit, nisi cũ desunt ire in saltũ, quod significat q̄ si mulier vult esse honesta expellit plus amantes q̄ ensis mariti. Et si vis cognoscere foeminam aptã cadere in infamiã q̄ facit sicut illi qui uolũt facere magnos ignes, faciunt magnum caminũ. ita facit foemina ardens, quia facit caminũ latũ in capite cum suis macagnonis & cristis, & portando vanitates & caudas &c. & cũ vides fumum uanitatis, tũc est impedita, quia si nõ cadit in vitium, non euitabis infamiã; quia tantum vadit gatta ad caseum, q̄ incidit in cassinem, & accidit de istis foeminis uanis, sicut de ijs qui uolũt vendere equos, qui ponũt paleas super zuffo, & volẽs emere non petit si mercator vult viderẽ illum equum, sed tantũ petit quid uult, quia ad si gnum paleæ videt quod est uenalis: ita in foemina fucata & vana est, q̄ illa uanitas & fucatio, &c. ostendit signum, per quod iuuenes sciunt q̄ ipsa est uenalis, & solum petũt de

A de pretio cum signis & actibus, & cito in-
de vituperatur, vel vno modo, uel alio, quia
saltem non euitabit magnam infamiam.
Tolle alias 4. s. vltimas respectu offensæ
proximi. Prima est, quia sequitur istud dā-
num, quia viuo qđ maritus derobauit pro-
ximo pp facere caudas vxori, non restitui-
tur, & sic damnificatur proximus, & dam-
natur aia mariti tui. Et tu, o Dña vana, es cā
& teneris ad fatisciedū, & pariter cū tuo
marito dānaberis non restituendo ablata.
Secunda stultitia est, qđ si pateris filiā tuā ire
ita vanā, tu das intelligere alijs qđ nō est tua
filiā, quia si esset tua filiā, natura inclinaret
te ad amandū ipsā, & amando eā non pa-
tereris talia. & caueāt parētes, ne decipiat
generos cū filiabus suis. Tertiū est dare cū
suis vanitatibus, malum exemplum alijs,
qđ cū facis caput de ciuetta cū macagnonis
& crinibus alienis grossum, & facis perso-
nam tuam cum zupellis altis, & cum cau-
dā longa, aliā femina omnes facere volūt
similr. & sic nocet pximo & eius mulierib.
similiter vana femina si docet alias facere
belletos, aquas, & fucos & capillos al-
bos, & lucere sibi visum & unguenta ap-
propriata ad hęc. Caueāt ergo, qđ tales sūt
participes oīum illorū scelerū, & sicut vi-
dēt aliquā publicā meretricē portare aliqđ
vanitatem in vestib. vel in caliga, dña vana
incipit illam vanitatem portare, & dat cām
alijs facei similiter. vñ vellē poti⁹ hēre pcā
illius, qui interfecisset hoīes, qđ illius foemi-
næ malæ introducentis aliquā cōsuetudinē
alterius mali vsus & inhonestæ vanitatis.
Quarta malitia seu stultitia eius, quia semp
molestat suum virū & dat cām, qđ similiter
aliæ mulieres molestent maritos suos, quia
sicut vna vana induxit aliquā fogiā nouā,
immediate aliæ mulieres vanæ volunt sci-
re vnde illa fogia venit, quis fuit ille magi-
ster qui sciuit ita bene facere, & quantū cō-
stat, & tribulant maritos suos de die & de
nocte, & nunquā dant pacē marito donec
maritus faciat aliquem contractū vsurariū,
vel extorquet ā proximo tot denarios, qđ fa-
cit fieri vxori suæ similem vestē vel fogiā.
Et ideo Florentiæ & in aliquibus ciuitatib.
est limitatum, qđ foemina portent vestes &
iocalia fm conditiones & status maritorū,
quia nulla Dña auderet ferre variū, neque
vir, nisi esset vxor militis vel Doctoris, &c.
& vide i Decr. de cōsecr. vlt. c. fucare. Et qđ
Confessor dicit, quare portas istas vanita-
tes, dicunt pp placere marito meo, & men-
tiuntur, vt sup. dixi, quia vsi mariti plus ui-

dent uos non uanas in domo qđ extra do-
mū, & istas uanas uolo assimilari beccarijs,
qui oibus ostendūt & poluunt carnes mor-
tuas, vt expediant eas. Item possunt æquipa-
rari istæ uanæ tabernarijs tenentibus in ta-
bernis suis Pistorium vinum. s. uinum de
monte optimū, & hoc vendunt uiatoribus
& alijs dantibus lucrum tabernæ suæ, & ha-
bēt de uino planensī nō ita bono, & de isto
dāt domesticis de domo sua. Ita facit Dña,
quæ dat pulchritudinē suā ornatā fuco &
capillis alienis cum cristis & caudā alijs fo-
resibus, & marito suo simplici apparebit in
domo tota imbrattata & indemoniata, &
ab ea nunquā poterit habere unū bonum
uerbum: sed tanquā bestialis, quando ibit
dormitum, ponit sibi in capite unā zanfar-
dā succidā & uidetur una bautilla. ecce qua-
liter nō facit pp placere marito suo. Et no.
qđ Dña uana semp portat lunā. i. uanitates
& caudā super capite. In qua cauda conside-
ro 12. stultitias. Prima stultitia est in hieme
simus, quia oportet eam tirare & straina-
re caudam per lutum, & facit listas luteas
in suis vestibus, & tñ licet gloriatur in strai-
nando post se lutum, mulier est nobilioris
naturæ quā uir, quia uir factus fuit de li-
mo terræ, & mulier facta fuit de carne, &
sic de nobiliori materia, & in signum huius
quantuncumque uir lauet sibi manus, sem-
per aqua est lutosa: secus est in foemina.
& ideo est contra eius naturam, quod appe-
tat lutum. & ideo tu uides qđ Domina Hon-
nesta non portat istas caudas, sed uestes hon-
estas usque ad talos. sed ratio est, quia Do-
mina Vana est carnatia, & semper desiderat
esse in broda, ideo inclinatur ad imbrodiā-
dum caudas in luto, ad indicandū de foris,
quod intus habet. Secda stultitia est puluis in
æstate, quia sunt uentosa & plena fumo,
dāt de funis & puluere sub naso alijs sequē-
tibus eas, & subluunt sibi de fumo, quē se-
quuntur. Tertia est, quia Dña Vana est incē-
saria diaboli, quia dat incensum sub naso se-
quentibus eas. Quarta stultitia est, quia sco-
pat uias cū sua cauda, quā eleuauit maritus
eius de bucca pauperis, qui perit fame cum
filiolis suis. Quinta stultitia est, quia Dñam
Vanā oportet semper habere famulas, quæ
hieme lauet & tergāt caudas suas polutas
fimo: Et in æstate quæ excutiant puluere de
pellandis. & credo qđ multotiens pedisse-
que excutiēdo uestes, cū puluis nadit super
earū naso, dicant de Domina uana, nascantur
tibi uermis canis, & apostemata, cum
tuis caudis, quod diabolus te portet, quia

tota

A tota die sumus occupatæ circa tuas caudas.
Sexta stultitia est perditio temporis, quæ
fit in acquirendo diuitias, propter quas ho-
mo possit sequi voluntatem & voluptatem
dominæ vanæ, quia tempus deberet expen-
dere in seruitio Dei, & expendit in seruitio
diaboli, & in perditione animæ. Et nota,
quod etiam ille, qui vendit pannum vo-
lenti facere istas caudas sciens, peccat mor-
taliter. Similiter factos sciens, & faciens
caudas. Similiter frambator peccat mor-
taliter, quia pauperum expensis, & de sudo-
re eorum vultus fiunt.

B Septima stultitia est, quia cauda est acci-
piter diaboli: quia sicut aucupator capit qua-
leas, ita diabolus capit animas cum istis cau-
dis damnatis.

C Octaua, quia assimilatur serpenti, qui por-
tabit vanam, & vorabit eam: quia quando
vadit per viam, ipsa vadit menando nates,
& squallando, ad instar vnus serpentis. vñ-
de N. prophetauit de hoc, qđ veniret tem-
pus quo mulieres portarent istas caudas, di-
cens, Mulieres in incessu serpentis, & gres-
sus plenus omni superbia, & reedificabunt
domos Veneris.

D Nona, quia est sella diaboli. vñde Cipria-
nus, & Zeno discipuli S. Ambrosij, dū irent
post Sanctum Ambrosium, Zeno incepit
ridere? & S. Ambrosius reuoluens se vidit
aliquas dominas vanas inde transeuntes,
& dixit versus Zenonem, quid habes, quod
rides: & dixit Zeno, Pater vides quod vi-
deo? respondit S. Ambrosius, non. dic mi-
hi, quid vides: non vides illos diabolos dor-
mientes super caudas illarum dominarum?
vna ex illis feminis transeundo illum lutū
leuauit caudam, & vnus diabolus, qui dor-
miebat super suam caudam cecidit in luto,
& est totus imbrattatus: vñde alius suus so-
cius incepit valde ridere, propter quod ego
etiam videns istud solatium non potui me
abstinere risu, & modo iste diabolus, qui ce-
cidit parat se figere in gambis illius mulie-
ris statim in transitu istius fimi, & videbis,
qđ faciet cadere illam resupinam cum sua
cauda: & sicut dixit ita fecit, & imbrodauit
totam illam dominam vanam cum sua cau-
da: & vltus fecit magnum festum cum alijs
foijs suis diabolis, & illa remansit tota vi-
tuperata.

E Decima, quia est similis pauoni, quia ponit
vanā gloriam in sua cauda, sicut pauo;
& si habent bonum discursum rationis,
deberent verecundari ferre caudā, quia aut
oportet se imbrattare, aut oportet semper

tenere caudam. Vndecima stultitia ta-
men colorata aliqua ratione, quia credo, qđ
ista cauda fuit reperta ab aliqua habete sca-
biem, quia leuando caudam se gratat, &
scarpire potest. Alia & vltima ratio potuit
esse propter istas plenas pulicibus, quæ sin-
gunt tenere & leuare caudas, & se gra-
tant vbi pulices pungunt eas, & illo modo
expellunt eos, quia alias esset verecundia
se gratare. Estote ergo honestæ, & virtuo-
sæ, & pudicæ, vt consequamini gratiam
Dei, quam nobis concedere dignetur om-
nipotens Deus, Amen. Tamen non reperi
alibi ita honestas foeminas sicut in hac ci-
uitate.

FERIA QUINTA
Post quintam Dominicam
Quadragesimæ.

De Amore incarnante.

Sermo XXXVII.



Stende nobis Domine misericordiā
tuam, & salutare tuum da nobis.
Audiam quid loquatur in me Do-
minus Deus meus, quoniam loque-
tur pacem in plebem suā. Psal. 80.

In quo sacro eloquio demonstratur quin-
tus amor, qui dicitur incarnans, de quo fa-
ciemus tres contemplationes. Prima de
amore incarnate ab Angelis in cælis à Deo
petito ibi, Ostende nobis Domine miseri-
cordiam tuam. Secunda de amore incarna-
nte à Sanctis antiquis desiderato ibi, Sal-
uatorem tuum da nobis. Tertia de amo-
re incarnante Virgini gloriose donato ibi,
Audiam quid loquatur in me Dominus
Deus meus, quoniam loquetur pacem in
plebem suā. Vñde tu vides qualiter Dauid
in isto eloquio in spiritu vidit istas contem-
plationes amoris Verbi incarnati. Prima
fuit de amore incarnante ab Angelis desi-
derato, qđ est primum contemplari. s. cum
quanto desiderio Angeli id expectauerunt.
Secundum cōtemplari Sanctorum Patrum
petentium, & dicentium, Salutare da no-
bis. Tertia contemplatio fuit Beatæ Virgi-
nis gloriose dicentis, Audiam quid loqua-
tur in me Dominus Deus meus, quoniam
loquetur pacem in plebem suam.

S. Bernar. de Senis, Seraph. Tom. 4.

M Pri-

A Prima pars principalis.

A Accipe primam contemplationem, quæ est pro intelligentibus, quia Angeli petebant à Deo dicentes, Ostende nobis Domine misericordiam tuam. i. gratiam tuam nobis ostende per mediū incarnationis humanæ carnis, quæ vis capere, quæ propter tuam gloriam, mediante Christo, vis humano generi cōdicare illā. Nam cum fecit lucē dixit Deus, Fiat lux. i. Angelica natura. Et primum lucere, quod offendit Angelis contemplantibus in speculo diuinitatis fuit, quia cōdicando de diuinitate intellexerunt, & representatū fuit eis, quod Dominus debebat sumere carnem humanā, & Verbum incarnari debebat. Et quæ primum Deus creauit Angelos, ipsis tunc existentibus viatoribus, & in libera voluntate, fecit primam legem, quæ est, quod qui se exaltabit humiliabitur, & qui se humiliabit exaltabitur: & voluit seipsum humiliare, & sumere carnem humanam. Vnde Dauid: Gloria, & honore coronasti eum, & constituisti eum, &c. Faciendo Angelicas creaturas videre de summo ad infimum: & primo ad nouissimum, quia in principio erat Verbum, & Verbum caro factum est. & dicendo, d. Angeli creati, Ego volam propter meam humilitatem profundam sumere carnem, & filium meum incarnari, & volo, quod inclinantes sibi exaltentur, & recusantes sibi inclinare, in profundum præcipitentur. Vnde Deus præcepit omnem creaturam inclinare se, ut adoraret filium Dei Christum. Quapropter Lucifer videns se pulchriorem creaturam cæteris, & tam excellentis nature, & quod homo debebat esse vermis & puluis, iuxta illud: Ego autem sum vermis, & non homo. & cum suo illuminoso cōtemplari cernebat, quod Verbum debebat incarnari, & fieri homo, & se ita illuminosum debere sibi inclinare, genuflectere, & eum adorare, inuidens homini, quod deberet præferri sibi. Tunc superbia motus, & accessus inuidia, inquit, Ponam sedem meam in Aquilone, & similis ero Altissimo. Et quia Deus fecerat illam legem, qui se exaltabit humiliabitur, de cælo in profundum abissi præcipitatus est: quod probatur per vtranque. s. veteris, & noui testamenti scripturam. Et primo probatur per scripturam noui testamenti, vide Ioan. in Apoc. 12. c. Et apertum est templum Domini in cælo, & visa est archa testamenti eius in templo eius, & facta sunt fulgura, & voces, & tremotus, & grando ma-

gna. In quo sacro eloquio notantur tres virtutes. Prima, quod Christum velle incarnari, fuit Angelis demonstratum. Secunda veritas, quod Verbum velle incarnari fuit in archa testamenti eius in templo eius Angelis denuntiatum. Tertia veritas, quia Christus fuit ab Angelis adoratus consentientibus voluntati diuinæ. Cape primam veritatem, quæ est Christum debere incarnari, fuit Angelis demonstratum: & probatur, quia dicit, Apertum fuit templum. s. ecclesia, quæ est duplex. s. militans, & credendum in Deum. Vnde Sanctus Paulus: Templum Dei est sanctum, scilicet ad Sanctos Dei ordinatum. & in Apoc. 11. c. Et datus est mihi calamus similis virgæ, & dictum est mihi, surge, & metire templum Dei, & altare, & adorantes in eo. ad dandum intelligere mensuram sanctæ ecclesiæ, qualiter debet mensurari. Sed quædam est ecclesia triumphans, scilicet in cælis, quando lux creata est, scilicet Angelica creatura. Et quod sit verum, Dauid, in templo sancto suo, & in cælis sedes sua: in cælis, scilicet in mente Angelicæ creaturæ: sed fuit apertum, quando intellectus Angelorum fuit apertus in videndo Deum debere humanam sumere carnem; & creaturam humanam, non suo præmio, sed mediante gratia Dei, gloriari debere; quia non sunt condignæ passionibus, &c. Adeo ut nec omnia merita creaturarum humanarum & diuinarum possent promereri, quod solus homo glorificaretur, sed oportet vnum Christum per veram iustitiam debere incarnari, ut præmium infinitum acquireretur per infinitatem Christi acquirendo etiam gloriam infinitam. vnde non erat cōueniens, quod Angelus posset promereri infinitum meritum, quia est finitus. Ergo oportet esse causam tantæ gloriæ infinitæ, qui esset infinitus secundum regulam iustitiæ. Vnde ista apertio templi Domini in cælo, nil aliud fuit, nisi ostendere Angelicæ nature incarnationem Christi. Cape secundam veritatem, quæ est, quod Verbum velle incarnari, fuit in archa Angelis denuntiatum. Nota, quod est archa testamenti eius in templo eius. Nam archa dicitur ab arcendo, quia in archa tu ponis quod vis, & est arcta: sed specialiter loquendo, est fides nostra: & fides merito dicitur archa, quia ardet nos credere, quod videri non potest: vnde Paulus, Captiuatate omnem intellectum vestrum in fide Christi: quia sicut ostensa fuit Angelis in cælo illa fides, ita necesse

A cesse erat ostendi hominibus in terra. & præcepit Deus Moyssi, quod fieret archa fenderis de ligno imputrescibili, sed quod poneret ardere, & quod archa esset cooperata de foris, & intus esset de auro, in qua poneretur vas aureum plenum manna, quod pluerat in deserto, & virgam Aaron floridam, & tabulas decem mandatorum datam à Deo Moyssi in monte Sinai. Quæ res representant, & comprehendunt totam fidem Christi, scilicet Christum Deum & hominem, Virginem, & legem timoris & amoris. Dico primo, quod in fide requiritur humanitas cum diuinitate credi in Christo. vna, seu vas auri significat humanitatem Christi. aurum significat sapientiam, quia caro plena sapientia. manna est cibus delicatus, lapidus de omni sapore, quod significat diuinitatem, quæ pluit de cælis inuisibiliter, quando Verbum, scilicet diuinitas, caro, scilicet manna, factum est. Ecce vna, seu vas auri. Secundario requiritur in fide credere Virginem in partu, ante partum, & post partum. Virga Aaron florida significat virginitatem Mariæ Virginis florentem. Umbra significat verba Angeli annunciantis, & dicentis, Spiritus sanctus obumbrabit tibi. Fructus significat fructum cum cortice dura, ad instar amigdalæ, ad figurandum fructum Virginis gloriolæ habentem corticem duram, scilicet duos labores in cortice, scilicet carne assumpta, & morte quam passurus erat Christus. Tertio ad fidem Christi oportet credere testamentum vetus: ecce tabulæ præceptorum decem. & tenere legem timoris, & amoris per testamentum nouum. vnde oportet habere amorem cum timore, & timorem cum amore. Vnde si bene intelligis, fuit demonstratum intelligentiæ Angelicæ filium Dei in utero Virginis obumbrandum, & qualiter debebat nasci, & mori, & qualiter oportebat Christum pati voluntariè, & intrare gloriam, & habere illud præmium pro salute humanum genus: sed qualiter poterant hoc videre, quia nodum Christus natus erat? Item qualiter poterant Patres nostri antiqui, & beati habere gloriam, & promereri ante Christum? Respondeo, ad dandum intelligere, quod Christi futurum meritum ita extendebatur beatis Patribus ante Christi natiuitatem, sicut futuris beatis post eius aduentum. Tolle tertiam veritatem, quæ est, quod Christus fuit ab Angelis adoratus in cælis, quia aliqui Angeli conformantes se voluntati diuinæ, sicut in-

tellexerunt Verbum incarnari debere, & sumere carnem, & filium Dei nasciturum, subito humiliati genuflexerunt ei, & adorauerunt eum. Quidam verò ex Angelis admirantes celsitudinem incomprehensibilis deitatis, & infinitatem, & fragilitatem humanæ carnis, debere incarnari, & diuinari, stabant inter sic & non: sed postea consentientes voluntati diuinæ adorauerunt se humiliantes Verbum. Tertij verò nullo modo voluerunt consentire diuinæ voluntati, nec se humiliare: sed adhæserunt Lucifero proclamanti, Ponam sedem meam in Aquilone, & similis ero Altissimo. Et subito facta sunt fulgura, quia subito nubila rupit, & voces, & tremotus, & grando magna, & factum est prælium magnum in cælo. Michael & Angeli eius præliabantur cum dracone: & draco pugnat, & angeli eius, & non præualuerunt, neque locus est inuentus eorum amplius in cælo: & projectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur diabolus & Sathanas, qui seducit vniuersum orbem, projectus est in terram, & angeli eius cum illo missi sunt: & audiui vocem magnam de cælo dicentem, Nunc facta est & virtus, & regnum Dei nostri, & potestas Christi eius nubila est voluntas Dei, quæ cum rupit subito fulgura facta sunt, id est, subito Deus illuminauit splendore fulgurum suorum, id est, voluntatis suæ spiritus illos beatos, qui se humiliauerunt ad adorandum Christum, quia per illam humilitatem, in qua inclinati fuerunt, voluit, quod confirmarentur in gloria. vnde Paulus: Lapidem angularem in Christo, in quo est gloria: quia non solum coniunxit Paganos cum Christianis; sed est angularis, quia coniunxit diuinitatem cum humanitate. Sed qualiter potuerunt Angeli gloriari, nisi per illum lapidem angularem, quia sic placuit Deo, quod per Christum vniueretur non solum humanitas, sed & Angeli vniuerentur, & ideo dicit, Facta sunt fulgura. s. Angelorum. de quibus Iob, Fulgura missa ibunt & redibunt. Ecce ista fulgura sunt Angeli, qui videntes humiliari bonos, redeunt referendo Christo de his, qui humiliati sunt, quia redeunt de natura ad gratiam, & de gratia ad gloriam. natura. s. Angeli boni ad gratiam consentiendo, & de gratia ad gloriam. natura. s. Angeli mali est ad culpam, & de culpa ad damnationem. vnde, Facta sunt fulgura. s. bonorum Angelorum laudantium Deum, & iubilantiū, dicendo, Factæ sunt voces, &c.

A quia proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos die, ac nocte: & ipsi vicerunt illum propter sanguinem agni, & propter verbum testimonij sui, & non dilexerunt animam suam vsq; ad mortem, propterea letamini celi, & qui habitatis in eis. Vnde qui vellet contemplari quatas laudes exhibuerunt magnificando Deum, mens itupendo deficeret: quas laudes tu habes in Apoc. 7. c. quia dicebant, Benedictio, & claritas, & sapietia, & gratiarum actio, honor, virtus, & fortitudo Deo nostro in secula seculorum, Amen. Et ista sunt septem verba, in quibus consistit ois laus coicata de Deo in Christo. Aliqui vero Angeli considerantes ex vna parte celsitudinem immensi Dei, quem intelligebant incarnari velle, & ex alia parte intelligentes imbecillitatem fragilis carnis, & quod homo erat vermis, & puluis, inter ista duo extrema stabant dubij: & terra tremuit, quia terramotus factus est, quia significat vacillare, quia isti Angeli vacillabant, terra requieuit. Postea ad dandum intelligere, quod ipsi postea confirmati fuerunt, & glorificati. Et terni non consentientes deiectioni fuerunt, & ideo facta est grando magna & terribilis, quia ceciderunt sicut grando. Vnde nota, quod grando, & tempestas ad nihilum confert, & significat demones, quorum deprauata natura est semper apta nocere. Et vides, quod grando est parua, & magna, & significat varietatem demonum. Item grando est aqua gelata, quod significat liberam in eis voluntatem, quam habebant, quare eorum voluntas cum fuit amore Dei priuata, fuit coagelata, & indurata, & ruerunt pluentes sicut grando. Et boni Angeli praeriantes dicebant, viuat Iesus, Iesus, Iesus, Iesus, quia facta est salus in sanguine eius, quia intellexerunt eum passibilem. Non tamen intelligas, quod ibi fuerint enses, & arma: sed fuit in Angelis, sicut esset in aliquibus hominibus, quorum aliqui credunt vnam rem fore bonam, & aliqui malam. Ita fuit in Angelis, quia voluntas bonorum Angelorum adhaerentium voluntati diuinae fuit contraria malis angelis: in tantum, quod illa duo contraria non poterant simul stare, quia voluntas Dei cum sit contraria diabolo, non potest simul stare, & ideo grando illa diabolica cecidit in terram. Vnde boni Angeli patienter terrae dixerunt, Vae terrae, & mari, quia descendit diabolus ad vos habens iram magnam, &c. quia tempestabit oia: vnde tertia pars Angelorum fuit grando malorum. vnde habes Iosue 5. c. quod dum populus Dei pu-

gnaret cum populo Moecorum, venerunt ad locum, qui vocatur Veteron, vsq; ad Zota, & ibi venit grando, quae fregit populum Dei, & intelligitur boni & mali. Veteron significat domum irae, & superbiae, quia diaboli non poterant stare ibi in caelis, oportuit eos cadere in profundum. Tempestas est mens indurata vsq; ad Zota, quae interpretatur trapola, siue captus, in qua capiuntur mures. Ita diabolus captus fuit ad trapolam, quia primo Deus dixit, noli plus amare te, quam me, quia remanebis captus in castide, si non consenties voluntati meae. Vnde diabolus dicitur induratus vsque ad Zota. i. vsq; ad obstinationem, fuit incatenatus in inferno. Vnde postea in caelis Deus interrogatus fuit ab Angelis dicentibus, Ostende nobis Domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. Si vis videre per vetus testamentum, nota bene in Iob, 38. c. & videbis breuiter, quis dimisit lapidem angularem, cum dimitterent, & laudarent astra matutina. Lapis angularis est Christus, & scripturae dicunt, quod ille lapis, qui portatus fuit in templo coniunxit arcus templi, & figuratiue assimilatur Christo vero Deo, in cuius honore structum fuit templum, quia Christus quando fuit incarnatus, fuit lapis angularis, quia coniunxit naturam humanam cum Angelica, & tunc laudabant astra matutina ipsi Angeli boni, cum intellexerunt Christum nasciturum, & naturam humanam ita exaltari, & glorificari, & iubilauerunt, & conclusit ostium mali. scilicet alligando malos angelos, quia qui creauit eum. scilicet daemones, alligauit eum, scilicet Deus alligauit daemones in inferno, ut non posset nocere Angelis, nec hominibus plusquam ipse Deus velit, & tunc demum alligauit eum, quando ipsi mali angeli insurrexerunt contra bonos Angelos.

Secunda principalis pars.

Tolle secundam veritatem, quae dat intelligere, qualiter amor incarnatus fuit a sanctis Patribus desideratus. vnde David subiungit: Et salutare tuum da nobis, ne simus damnati. In quo eloquio significatur desiderium ardens, ut Deus mitteret Saluatorem quis det te fratrem meum suggestentem vbera matris meae. scilicet Virginis Mariae. Rorate coeli desuper, aperiat terra, & germinet Saluatorem. vnde, Rumpantur coeli, & veni dulcis amor incarnatus, ut possim te amplecti, & annunciate dilecto meo, quia totus sum in ardore sui amoris, ut visitet plebem suam. Ostende nobis Domine miseri-

A misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis: ostende faciem tuam, & salui erimus. Vnde Sancti Patres proferebant haec, & similia verba desiderantes incarnationem Verbi, & erat iam plenum tempus incarnationis, quando Christus natus fuit praecedentibus prophetijs, & orationibus Sanctorum Patrum, quibus credere firmiter debemus.

Tertia principalis pars.

Cape tertiam partem praedicationis nostrae de Amore incarnante Virginis gloriosae donato. Audiam quid loquatur in me, &c. De quo amore nota tres veritates, scilicet quod tres veritates Angelus Dei speciales in annuntiatione, quam fecit Beatae Virgini Mariae facere intendit in Evangelio hodierno S. Lucae in 1. cap. Et primo Euangelista praemittit historiam narrando, qualiter missus est Gabriel Angelus a Deo in ciuitatem Galilee, cui nomen Nazareth, quae interpretatur flos, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph de domo David, & nomen Virginis Mariae. Et tria facit Angelus ingressus ad eam, quia primo cum sua oratione supertulliana reddidit ipsam attentam, mentem Virginis disponendo ad praebendum sibi auditum ibi, cum dicit, Ave gratia plena, Dominus tecum, &c. Secundo reddit ipsam timentem securam suadendo sibi, & docet, atque informat eam, cum dicit, Ne timeas Maria. Tertio intendit ipsam doctam, & informatam inducere ad consentiendum ibi, Et respondens Angelus dixit ei, Spiritu sanctus superueniet in te, &c. Et tripliciter facit eam attentam. Primo ex sublimitate suae creationis, cum dicit, Ave Maria. quia est sublimis super oes creaturas in natura. Secundo ex sublimitatis gratificatione, cum dicit, Gratia plena, Dominus tecum. quia exuberat oes creaturas in gratia. Tertio, quia excedit oem creaturam in gloria, cum dicit, Benedicta tu in mulieribus, &c. Dico primo, quod est sublimior ceteris creaturis humani generis, quia excedit eam primam partem in natura: & ideo dicit, Ave, ab a, quod est sine, & ve, quod significat expressionem mentis dolentis, quod est contrarium Eue. Nam Eua duxit gemitum in dolorem humano generi, quia damnauit. Per istud Ave inducta fuit salus, & letitia humano generi per Virginem Mariam, quia saluauit consentiendo illi Angelicae salutationi, ad dandum intelligere, quod sicut Eua nobilissima creatura fuit creata in gratia, quia ma-

nus Dei plasmauerunt eam, & postea intulit mortem. Sic Virgo gloriosa restaurauit vitam. Per Eua perdita fuit gloria, quam per Virginem gloriosam recuperauimus, ideo merito est sublimior alijs creaturis. Dico secundo, quod Angelus facit ipsam attentam, laudando eam a plenitudine ois gratiae singularis, quam dare posset vni creaturae Deus omnipotens, secundum suum posse ordinatum, & secundum intelligentiam sibi datam, quia verum cognouit Deum creatorem suum, & Angelos, & oes alias creaturas propter excessum gratiae suo intellectui diuinitatis attributa. Ideo merito gratia plena in contemendo Deum, & cuncta creata, plusquam Paulus Apostolus raptus sine comparatione, quia si essent tot Pauli, quot sunt creaturae, non attingerent suum contemplari. Nam Paulus fuit vas electionis: Virgo vero Maria fuit vas diuinitatis, quia nulla creatura tantum amat, nec tantum timet Deum, quantum Virgo gloriosa. Dominus tecum: quia tanta est vnio, & coio tui cum Deo, quod secundum ordinatam potentiam Deus est tecum plusquam cum oibus alijs creaturis: quia natura respectu intellectus, & in gratia respectu voluntatis, & in memoria respectu gloriae, & timoris, & amoris diuini est sublimior ceteris creaturis, & exuberat oes mulieres in ois intelligentia, voluntate, & memoria: ideo Benedicta tu in mulieribus. Vnde Virgo benedicta videns tantam Angelicam ambasciatam, & facta attentata in ois attentione, quae dicit, aut excogitari possit, dixit, Audiam quid loquatur in me Dominus Deus meus, &c. Et nihilominus audiens se tantum laudari, metu iactantiae effecta fuit tota timorosa, non tantum quia dixit, Gratia plena: quia sciebat se esse in gratia Dei: sed quia dixit, Benedicta tu in mulieribus. Nam laus humiliter est timorosa: sed facta superbis est elatissima. Vnde Virgo Maria cum audisset istam ambasciatam, turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset saluatio ista. Et Angelus vsus est maiore rhetorica, qua quisquam vti posset, vel imaginari. Nam si ipse dixisset, tu o Maria es maior ribalda, quae sit in mundo, non ita admirata fuisset, quia ipsa reputasset ipsum dicere verum propter profundam eius humilitatem. vnde admirado turbata fuit de tantis, & cum tanto eloquio, & per tantum excellentem nuntium laudibus sibi attributis reputando & intelligendo se esse feminam humilem, & carne putrescibilem: & ideo dicit, Turbata in sermone eius: quod de alio non ita turbata fuisset: & turbata fuit, quia verebatur qualis esset saluatio eius, qui sicut superbus

- A** turbatur audiendo sibi dici turpia, & opprobria, & in subitam profilit turbis irā, & inflatur, & exaltatur cū laudatur. Ita humilis Virgo minime fuit exaltata, nec superbia propter celsitudinē tantę salutationis, & laudis: imo tota verecunda turbata est, & cogitabat cū suo sublimi intellectu, qualis esset salutato ista. Et Angelus secundō facit eam attentam in docendo, & in formando, & affecurando eam dicens, Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum. & demonstrat sibi, quā, & quantam gratiam sit cōsecuta, & quid eueniet ex hac salutatione, dicens tria. Primum, Ecce concipies in vtero. secundum, Et paries filiū. tertium, Et vocabis nomen eius Iesum. Et narrat quinque futura in isto suo filio, quem pariet, & reddit eam in hoc valde attētā, & docilem, dicendo primum, Hic erit magnus. secundum, Et filius Altissimi vocabitur. tertium, Et dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius. quartum, Et regnabit in domo Iacob in æternum. quintum, Et regni eius non erit finis. Dixit autē Maria ad Angelum, quærendo, Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? quia voui virginitatem meam Deo, adeo quod ex proposito meā voluntatis si essem cōceptura filium Dei, nollem consentire parere filium: tamen ex proposito meę virginitatis, quę est conformis diuinę voluntati, Deus potest dare mihi intelligere quicquid vult, quia non intell. o habere virum, quia virum non cognosco. Et respondens Angelus ita occultē, quod nullus potuisset id misterium conceptionis intelligere dixit ei, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. quia nec cito, nec omnes Angeli sumus sufficientes intelligere tantum misterium: sed experientia facti demonstrabit, quia Deus omnipotens cum sua vmbra defensus demōstrabit, & in tuo gremio intrabit, quia quem cęli capere non poterant, tuo gremio cōtulisti. Tertio suadendo sibi ipsam prouocat ad consentiendum sibi ostendendo, quod dicit per rationem demonstratiuam dicens, Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua. Consentias ergo Maria, quia sicut possibile est, quod Elisabeth cognata tua, quę erat sterilis, & senex, per potentiam diuinam est ingrauidata: ita tu potes credere Spiritum sanctum obumbrari tibi: Ideoqu; & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei: quia & ipsa Elisabeth concepit filium in senectute sua: Et hic mensis sex-
- tus est illi, quia non erit impossibile apud Deum omne verbū. Contemplare aia, Virginis deuota, cum quanto ardore, & desiderio charitatis humani generis saluandi pijs Oratoribus instabant Seraphini, Cherubini, Virtutes, Potestates, Dñationes, Throni, Archangeli, & oēs Hierarchie Angelorum fuerunt concurrentes cū voluntate diuina Patris, Filij, & Spiritus sancti, in mittendo Verbū, quod ad instar missilis emissi ex forti balista mox cū Virgo sanctissima consentiendo dixit, Ecce ancilla Dñi, fiat mihi secundum verbū tuū. Cum virtus Altissimi obumbravit sibi, & concepit de Spiritu sancto. Et tunc iustitia, & pax osculatę sunt. Vnde in illo actu antequā purissima Virgo diceret, Ecce ancilla Domini, omnes Angeli, & oēs creaturę, limbus, & mundus expectabant consensum Virginis, dicentes, Consentit Maria, & dic, Fiat volūtas tua, sicut in celo, & in me. Angeli quidē, vt adimplerēt sedes Angelorum propulso rum. limbus: deinde Sancti Patres exuto tartaro exiret: inde mundus, vt liberaretur à potestate diaboli, & fieret regeneratio, & sublimatio nature humanę. Ideoqu; Beata mater Dñi desiderosa adimplere voluntatem Dei, & ad saluationem humani generis cū profunda humilitate dixit: Ecce, ad monstrandum largū consensum. Ancilla Domini: & nō mater. Fiat mihi s̄m verbum tuum: ad denotandū obedientiā, & latitudinē charitatis, & profunditatem humilitatis in istis profundissimis virtutū abissis in tantū fuit submersa, quod Verbum caro factum est, & habitauit in Maria. Et ideo bene verificat illud dictum: Audiā quod loquatur in me Dñs Deus meus, quia loquetur pacem in plebem suā. Vnde considera, quod hodie fecit magnum festū Trinitas. scilicet Pater, Filius, & Spiritus sanctus, & Virgo Maria, & Sancti Patres, & oēs Angeli. Fecit inquam Pater festum de hac Incarnatione prædicando illam in Angelica natura à principio, & in Testamēto veteri per Prophetas. Et fecit festum in Filio, in quantum cepit carnem humanā, quia fuit verificatum, quod à principio fuit demonstratum, in tantum, quod credentibus in eum dedit potestatem filios Dei fieri; sed non vno & eodem modo, quia nos peccatores oportet mediare Christo consequi gratiam Dei, & per ipsum consequi gloriam. Et est festum Trinitatis, & Virginis gloriosę, quia possumus facere de festo isto conceptionis festū Sanctorum, quia per hanc gloriosam, & sanctissimam conceptionem mater Dei est posita

- A** sublimiori gradu, & excellentiori merito, & altiori gloria, quam aliqua creatura, quia astitit Regina in vestitu deaurato, circumamicta varietate. Festizant Angeli, quia vident, & cōtemplantur, quod fuit eis à principio demonstratum. Festizat humanum genus, quia per hanc incarnationem gloria, & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum. O immensitas & bonitas Dei, qui voluisti exaltare humanitatem in tanta celsitudine glorię, quia videtur, quod plantę, lapides, elementa, & animantia quęque, & omnes creaturę terrestres, & cęlestes. scilicet & itellę videntur omnia exaltata fore per creaturam, quę creata sunt ad vtilitatem hominum. Vnde nota, quod istud festum Incarnationis, & Annuntiationis Beatę Virginis Marię incepit in die Dominica, quia primus dies fuit dies Dominicus. Et ideo Dominus præcepit ita strictē quod custodiretur dies Dominicus, & Sabbata. scilicet festa per tres cōsiderationes. Prima causa, quare vult custodiri diem Dominicum, & Sabbata, est propter recordationē creationis nostrę, vt habeamus mentem nostram creationem. Secundo propter peregrinationem, & recreationē, ac detractionem ab operibus, vt quiescamus. Tertio, vt exerceamus in his sanctis diebus in sancto exercitio, & deuotione diuini operis. Et propter hęc tria habes principium, medium, & finem. Et ideo dicit, Memento, ad dandum intelligere, quod Deus te creauit: & est homo ita smemoratus, quod nō custodit festa, quę præcepit Deus, cū & ipse requieuit septima die ab omni opere, quod patrarat. Et causa dānationis Luciferi fuit, quia primum festum huius Incarnationis Verbi sibi reuelatę noluit custodire. Vnde ementes, & vendentes in diebus festis peccant mortaliter. Et tu dē auare, & vsurarie, qui in diebus Dominicis, & festis contuē feneraris, & derobas pauperes, & facis sicut dicit Sanctus Lucas 12. c. de illo diuite dicēte, quid faciam, destrua horrea mea, & maiora faciam, & illuc congregabo omnia, quę nata sunt mihi, & bona mea, & dicam animę meę, anima habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, & epulare. Dixit autem illi Deus: Stulte, hac nocte anima tua reperetur à te, quę autem parasti, cuius erunt? Sic est qui sibi thesaurizat, & non est in Deum diues, quia ex repēna morte sibi occurrente nō potest dicere suam culpam, & diabolus eū portat à casa calda. & ideo, quia non habemus hic mansionem manentem, custodi mandata, & festa, vt cum hic à tua peregrinatione discedes, redeas ad tuam mansionē diuinam. Tertia causa, quod recorderis de tua gloria. vnde, Theaurizate vobis thesauros in cęlis. Et nota, quod in hoc mādato dicit, Memento, & nō dicit sic in alijs mandatis. Vnde memento primo, quia es generatus. Secundo memento, quia es peregrinus, & semper es fatigatus, si de medio. Memento tertio de fine. scilicet cui laboraueris, & thesaurizas. Vnde nota, quod in die festo tu debes tria seruare. Primo, caue tibi à laborando in diebus festiuis, scilicet, quod tu dē rustice non ducas plaustra, neque artes exerceas manuales, quia teneo, quod Officiales deputati ad faciendum seruari leges & statuta ciuitatum peccant mortaliter, quotiens non faciunt seruare statuta, & leges, & seruare festa. Et ita econtra, merentur faciendo custodire, & seruare festa, leges, statuta, & ordinationes terrarum, & quotiens præbent causam seruandi prædicta. Similiter vos apothecarij, qui in diebus Dominicis, & festis, postponendo Missas, & sacra, tenetis stationes vendendo gratia lucri, & auaritię, semper mortaliter peccatis, quotiens venditis. Similiter & ementes peccant his in diebus festis mortaliter, nisi forte pro medicinis dandis in casu necessitatis pro salute corporum, quia in his dumtaxat licet, vel in similibus. Similiter in becarijs vendentibus carnes in diebus Dominicis, & festiuis, & ementibus. Similiter in barberijs radentibus vsq; ad vnam, vel plures horas noctis in diebus prohibitis, sicut in Sabbatis, & vigilijs Natiuitatis, & huiusmodi. Similiter in alijs artificibus laborantibus in diebus festis, & horis prohibitis. Similiter in Notarij faciētibus instrumēta illicita, & in diebus festiuis, & prohibitis, &c. Secundum, quod debes seruare, seu præcaue re tibi in diebus festis, & Dominicis, est, quia debes tibi præcauere à peccatis illis diebus magis quam in alijs, quia peccata magis grauantur, & sunt grauiora facta in illis diebus festis, quam in alijs diebus: & communiter à diabolo introductum est, quod in istis sanctis diebus homines magis peccant, quā in alijs, qui expendunt suum tempus præcipue in illis diebus, in choreis, & tripudijs, luxurijs, tabernis, vanitatibus, pompis, & carnalibus desiderijs, ac delectationibus corporis, ex magis quam sacrificando, orando, & eundo ad Missas, prædicationes, vesperas, & ad diuina officia. Nam quotiens

A tu tripudias in Dominicis, & diebus præceptis custodiri, totiens peccas mortaliter, nisi esset in festiuitatibus communitatum, vel pro matrimonio honesto tantummodo. Tertium, quod debes seruare, & fugere, quia debes in istis festiuis diebus fugere ociositatem, & debes te exercere, primo in oblatione, secundo in oratione, tertio in prædicatione. In oblatione, quia debes offerre animam tuam totam in obsequijs diuinis istis diebus contemplando, & meditando Deum creatorem tuum. Item in audiendo Missas, & offerre animam cum corpore in Missis, & sic exercendo animam, & corpus, & custodiendo festa Dominus illuminabit tuam animam, quod cognosces Deum, & cognoscendo vitabis peccata, & dabit tibi gratiam, quod habebis veram contritionem, per quam saluabitur anima tua, quia qui non est memor Dei in vita, Deus obliuiscitur eius in morte. Et nota, quod oportet, quod homo audiat omni die Dominico, & in omnibus festis præceptis unam Missam integram ad minus ieiuno stomacho: alioquin non euitat peccatum mortale, quia dicit præceptum Dei, Sabbata sanctifices. Et non debes face re sicut rustici, qui stant in taberna bibendo, & corpulentia adimplendo, donec audiunt campanellam, quæ significat, quod corpus Christi debet eleuari, & bibunt, & velociter currunt: & sicut corpus Christi est eleuatum, vadunt cum suis buccis vinctis, & ebrii sepe osculantur altare, & inde fugiunt, & redeunt ad vinum: & postea mures corrodunt mantilia, & tobalias altaris vinctas. Secundo debes te exercere in oratione, quæ oratio penetrat cœlum, & est gratiarum impetratiua, & facit animam appropinquare Deo, & sibi, & alijs confert viuus, & defunctis. Tertio sanctificare, & totum tuum tempus istis diebus festiuis, & solemnibus, & Dominicis debes expendere in audiendo diuinum officium, & prædicationes, & postponere omnia mundana, & isto modo tua anima dicet, Audiam quid loquetur in me Dominus Deus meus, quoniam loquetur pacem in plebem suam, quæ faciet opera sua. Et sic faciendo ostendet nobis Dominus misericordiam suam, quam nobis concedere dignetur, qui uiuit, & regnat in seculorum secula benedictus, Amen.

F E R I A S E X T A E

Post quintam Dominicam
Quadragesimam.

De Amore præparante.

Istam prædicationem posui hic, quia continuatur ad præcedentem, licet sequens præcesserit.

Sermo XXXVIII.



Volumus Iesum videre. Ioan. 12. c. Sunt verba aliquarum animarum deuotarum, & fidelium cupientium Iesum videre. In quo sancto eloquio sequitur septima penna amoris præparatis. Intendo tractare qualiter anima debet se præparare ad sumendum Iesum. i. corpus Christi. In quo amore præparante faciemus tres considerationes. Prima consideratio est in opere, secunda in verbis, tertia in corde. Prima consideratio est præparatio in opere, scilicet honeste conuersationis cum opere. Secunda est præparatio feruoræ orationis cum verbis. Tertia est præparatio cordialis deuotionis cum corde. Vnde hodie habebimus pauca verba, & bonum sensum. vnde in superiori sermone habuisti qualiter gloriosa Virgo benedicta, quando fuit annuntiata, fuit præparata recipere Iesum, quæ recepit ipsum opere, verbo, & corde, quia beatissima Virgo nil aliud desiderabat, nisi Iesum. Et nota, quod quando beata Virgo fuit annuntiata, erat in camera, siue cubiculo, cum septem domicellis. Prima erat domina Clausura, secunda erat domina Timorosa, tertia domina Taciturnitas, quarta domina Honestas, quinta domina Prudentia, sexta domina Humilitas, septima domina Obedientia: ad dandum intelligere, quod volens sumere corpus Christi, oportet, quod primo se disponat bene uelle uiuere. Vnde dicitur Clausura erat portinaria Virginis gloriose. Et cum Angelus in sero uenit & pulsauit ad portam, accessit ad ianuam, & dicitur Clausura portinaria dixit, Quis es tu, qui pulsas? & respondens Angelus dixit, Ego sum Angelus Domini, qui uolo loqui Regine mundi. s. Mariæ Virgini pro parte summi Regis creatoris sui. Et dicitur Clausura retulit Virgini, quæ iussit aperiri Angelo. Hinc est quod Euangelium dicit, Et ingressus est Angelus, &c. Vnde tu quæ habes feminas in cura, & custodia,

A stodia, discite quod stent clausæ in domo. Et si habes filiam, non cures quod exeat domum nisi vadat cum omni honestate ad missam, vel prædicationem, vel nisi ducas eam ad loca, ubi possit lucrari animam. Et cum exis domum, caue ne dimittas filiam tuam solam, sed stet ad instar virginis clausa, & sociata in domo. & possunt assignari tres causæ, quare iuuenes foemine non debent exire domum, si non sunt bene associatæ. Prima causa est, quia iuuenes sunt sicut cera mollis, quæ apprehendit formam sibi datam. & nostri sensus fragiles sunt magis inclinati ad malum, quam ad bonum. vnde si ducuntur extra domum & non habent bonam custodiam, discunt balistare, & si non sunt usæ stant cum oculis grauibus, procliuibus & honestis. Similiter in auditu: quia si non sunt usæ extra domum, cum audiunt iuuenes aliqua dicentes sibi, audiendo rubescunt & pauent. Similiter in tactu, quia si tripudiant cum iuuenibus in tactu manuum assurantur & audaces efficiuntur, & cum sunt assurantur perdunt uerecundiam, quæ uerecundia est vnus de quatuor custodiibus custodiētibus uirgines, sicut habebitur in sequenti prædicatione. nam ubi non est uerecundia, cessat amor Dei & pudicitia & perdit uerecundiam, dum est balistata & facta domestica & securata, tunc male cedit suæ pudicitia, & est ad instar aui culæ, uel animalis siluestris, quod a principio cum capitur fugit a conspectu hominum, & non permittit se tangi: sed cum tãgitur, domesticatur, & sequitur hominem quocumque vadat. Ita uirgo modo supra scripto assurantur efficitur domina Domestica, & est magna ribalda, eo ipso, quia est effecta dicitur domestica, & est vna asina, & vna porca. Sed dicitur siluestris est vna bona dicitur. Itaque rene filiam tuam siluestrem, adeo ut cum uideat forensalem intratam domum fugiat a conspectu virorum, & latitet ad instar vnius gatti, quem habebant Fratres in uno monasterio, qui cum uidebat seculares intrantes monasterium, subito fugiebat: sed uident fratres non se mouebat. Caue et ipsam a conuersatione domesticorum attinentium, & etiam propriorum fratrum suorum, nec permittatis fratres & sorores ueripotentis adinuicem in eodem loco dormire: nec credi te mihi, quia confessor fui, & scio quid loquor, imo & patres caueat, quod filia dormiat secum, sicut sunt aliqui fatui, qui non considerant diabolicas tentationes. vnde teneatis filias uestras in timore & pudore, quia si

ista sibi deficient, efficiuntur domesticæ, & dimittent se manizare, & tandem ultra plurimas infamias sibi impictas male capitabunt: & hoc de prima domicella, scilicet domina Clausura.

Secunda domicella, quæ dicitur timorosa erat cum beata Virgine. Vnde puella debet esse ita timorosa, quod cum audit hominem loquentem, subito debet rubere & tremere, & tunc est bonum signum. Et hinc est quod cum Angelus dixit, Ave gratia plena, &c. Virgo intemerata turbata est in sermone eius tremendo. quid ergo fecisset in præsentia hominis? & est bonum signum, quia qui tremet, sapiens est: & qui est stultus, communiter est temerarius & ribaldus. Vnde Eccles. 18. ca. Sapiens in omnibus trepidat & timet, quia uidet pericula. Vnde ualens medicus semper dubitat. & sic de alijs, multo magis in Virgine quæ non posset esse multum timorosa. vnde uide. 2. Reg. 53. de Tamar quæ essendo cum fratre in camera, credens se fore securam, fuit uolenter a fratre corrupta.

Tertia domicella fuit domina Taciturnitas, quæ erat ualde sapiens, & pauca loquebatur, & nunquam loquebatur de aliqua uana, sed semper de diuinis. vnde cogitabat cum ista sua domicella qualis esset illa salutatio, stando sic taciturna: & docet mulieres, quid facere debeant, cum eis mittitur aliqua ambasiata, quia non debent subito respondere, sed debent duo prius cogitare, scilicet quid sibi dicitur. & quid debeant respondere. propterea Virgo beata merito cogitabat, qualis esset ista salutatio. & nota quod tria mala accidunt foemine garrulæ. Primum, quia maritus nunquam diligit uxorem loquacem, quia efficitur tediosa, & quia in multo eloquio non deest peccatum. Ergo, quia foemina loquax cõter est audax, & pax, & exinde maritus efficitur zelotipus & generatur odium sibi. Tertio, quia cum maritus dicit aliquid, ipsa uult respondere, & respondendo protrahit maritum in iram, ex quo sequitur, quod sæpe pulsatur a marito duris uerberibus, & semper foemina loquax est contentiosa in domo. Vnde solet dici, quod non est locus pacis, ubi est lingua loquacis. Ad instar illius foemine, quæ dicebat marito, quod ipse erat pediculofus, & maritus uerberabat eam, & nil proderant uerbera: quia quanto plura sibi dabat, tanto magis sibi dicebat, quod erat sexcupedus, & peius faciebat. Vnde una dixerunt diuin

A dum ista pessima foemina multiplicaret in malo eloquio, proposuit obturare sibi os taliter, quod non posset sibi dicere quod foret pediculosus, & portauit eam super ripa fluminis, quod discurreret secus domus eius, & proiecit eam in aquam tenendo ipsam per pedes, & caput subter aquam. & videns quod non poterat loqui, & sibi dicere pediculosum, eleuauit ambas manus & cepit conglutinare ungues, & ipsas ad inuicem incutere, quemadmodum si ipsam interficeret sexcupedes. Indicans per signa, quae non poterat proferre ore. Vnde tu o mulier, fac quod domina Taciturnitas fit tua socia, ne tibi similia accidant, & ites in charitate cum tuo marito.

B Quarta domicella fuit domina Honesta, quia gloriosa Virgo fuit ita honesta, quod nunquam uoluit aspiceret Angelum in vultu. Inde est quod Angelus Gabriel dixit, ne timeas, videndo ipsam ita uerecundari, & praehonestate & pudore turbari, quia tu habes actus ita honestos, tam corporales, quam mentales, quod tu fecisti in amare Deum, quia nihil est quod faciat ita amare foeminam, sicut actus honestus. Vnde in veteri testamento dicitur, quod plurimae dominae propter actus honestos placuerunt maritis. Vnde Ecclesia. c. gratia super gratiam mulier pudorata.

C Quinta domicella fuit Prudentia. nam licet non practicaret mundum, tamen sciebat fraudes mundi & hominum propter eius prudentiam, quia non practicans mundum, melius cognoscit illum, quam qui ipsum practicat. vnde dum quidam magister in Theologia praedicaret de usuris: & qualiter usurarij contrahunt, quidam mercator ibi existens, dixit versus socios: nos plus sciimus dormiendo de huiusmodi contractibus & practica mundi, quam iste praedicator vigilando. Sed si ipsum audiuissem, ego sibi respondissem, quod ille bene sciuisset celebrare contractus illicitos usurarios melius me. sed ego melius cognoscerem illos, & suos effectus. Exemplum, verbi gratia, si tempore caliginis vadis per plateam cum vno socio, si ille socius separatur a te aliquatulum, tu non poteris eum videre, nec ita bene uides nubem, licet sis & tu in caligine, sicut ille qui esset supra nubem, vel separatus a nube, qui melius uidet & discernit ipsam nubem. Ita in homine, qui quanto magis est separatus a mundo, tanto magis videt & intelligit caliginem & pericula mundi, quam ille qui est inuolutus in turbine &

caligine mundi. Ita erat in Virgine, quae cum prudentia sua specularando in radijs diuinitatis supernae cum sua immensa prudentia sciebat & cognoscebat fraudes & dolos mundi & hominum. Et hinc est, quod Virgo querita prudentia, quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? quia credo quod Virgo gloriosa nunquam respexit virum in vultu, quod tamen intelligit cum effectu. Vnde auisa filiam tuam quod omnia cum prudentia faciat. & si mater est male castigata & imprudens prudentia filiae stat in magno periculo, ne pereat, quia pecora con pecora mal capita la pecora. & erit similis exemplo virginum fatuarum. vnde Matt. 25. c. Simile est regnum caelorum decem virginibus, quae acceperunt lampades suas, & exierunt obuiam sponso & sponso. Quinq; autem ex eis erant fatuae, & quinque prudentes: sed quinque fatuae acceperunt lampadibus non sumpserunt oleum secum: prudentes vero acceperunt oleum in uasis suis cum lampadibus, &c. & media nocte clamor factus est. ecce sponsus venit, exite obuiam sponso. tunc surrexerunt omnes virgines illae, & ornauerunt lampades suas: fatuae autem sapientibus dixerunt, date nobis de oleo vestro, quia lampades nostrae extinguuntur. & prudentes recusauerunt. Vnde dum fatuae irent ad vendentes, prudentes intrauerunt cum sponso ad nuptias, quia paratae erant: & nouissimae reliquae virgines fatuae venientes dicebant: Domine, domine aperi nobis. at ille respondit: Amen dico vobis, quia nescio uos. Vigilate itaque, quia uigilantibus & non dormientibus, prudentibus & non fatuis aperitur porta regni caelorum. Anima est virgo sapiens, sponsus est Deus: sponsa est virgo Maria Regina caelorum. quinque sapientes accipiunt & emunt de oleo sapientiae, & de lumine veritatis, & stat paratae, & ornant lampades suas, ut intraret cum sponso ad illas nuptias caelestis regni audiendo verba Dei & praedicationes, &c. Accidit quod fatuae non iuerunt ad praedicationes, sed stant in domo se depilant, fucant & ornant, ac docent una aliam ribaldarias: quia dum matres stant ad praedicationes, istae fatuae ribaldariae remanent domi, & faciunt ribaldarias procando, cantando, ludendo, & tripudiando, & aliqua alia, quae vestrum aliquae dum essetis iuuenes bene scitis, & non portant de oleo. & media nocte clamor factus est, cum venit hora mortis ecce sponsus venit, & sapientes iam paratae ornant lampades suarum virtutum, & cum splendore lucis veritatis aeternae

moratae

A moratae & illuminatae intrant cum sponso, & sponsa ad nuptias aeterni gaudij, & fatuae ribaldariae plene malis vitijs, & tenebrosa cum suis belletis incidunt in manus aliquis ribaldi: quia si moritur pater, vel alias male capitant, quia non habent de oleo sapientiae qua possint illuminari, & videre viam rectitudinis & salutis suae, & tandem uadunt a casa calda. Ideoque uigilate, &c.

Sexta est humilitas, quia licet virgo Maria benedicta esset pulchrior omnibus creaturis, & esset plena gratia & regina: tamen erat tantae humilitatis quod tanto magis stabat depressa, quanto plures habebat gratias. & ideo dixit, ecce ancilla Domini, quauis indigna, tamen fiat voluntas tua, ad docendum puellas, quod sint humiles in capiendum bonam doctrinam & obediendo suis superioribus, & humiliter faciunt omnia sibi praecipita. vos ergo matres, quae habetis filias sub uestra custodia, faciatis quod uestrae filiae sint humiles & obediens, & faciatis quod filiae uestrae faciatis omnia exercitia domus & maritiae, contra aliquas, quae nolunt quod earum filiae faciatis exercitia domus, nec quod silent, neque scopent domos, nec lauent scutellas, nec faciatis coquinam, neque panem, &c. Sed tamen attendunt ad scortican dum eas, & curandum earum vultum, & ad ponendum eis crines postitios, & ad ducendum eas ad festa, & choreas, et cum uadunt ad maritum, nihil facere sciunt, nec suere, nec coquere, neque filare & penitus nullius sunt valoris, nisi in se scorticanando, & stando ociosae ad fenestras cum in amoris baucaedo, & sepe numero male capitant. vnde boni Romani faciebant filias addiscere filare lanas, & scire facere totam maritiam, & nunquam sinebant ipsas torpere, & stare ociosas. Vnde tu mater facito quod nulla mora teneat tuam filiam ociosam, quia nescis qualiter possit capitare, & ad cuius manus possit peruenire: quia si erit uirtuosa, exit iussiciens manuteneat maritum & familiam suam. vnde doce eam facere omnia, suere & filare usque ad stamenta, quemadmodum faciunt Fratres, quia quantumcunque sint nobles in sua septimana lauant scutellas, faciunt coquinam & omnia alia uilia & necessaria. vnde Virgo humilis dixit, ecce ancilla domini. i. scilicet. Tu ergo iuuenis, caue ne accipias uxorem, nisi sit humilis, & sciat omnia facere, quia melius est habere uirtuosam & prudentem & humilem indotatam, quam fatuam & uanam plenam diuitijs. Sed communiter in his partibus patres dotant pulchriores

& dant sibi magnas dotes, quae communiter nihil sciunt facere, nisi se belletare & pilare, & turpiore dedicant Deo, et ponunt ipsas in monasterijs contra earum uoluntatem. hinc est, quod postea non fundata in Deo & male contentae maledicunt parentibus & tanquam desperatae supponunt se fratribus, & faciunt filios cum fratribus & nunquam seruiunt Deo, sed semper attendunt uanitatibus: quia regulariter nunquam fuit domina ociosa, quin sit uana: & si est uana, non potest facere quin sit putana. Ideoque uos mariti teneatis uxores uestras in continuis exercitijs. Similiter tu o mulier, caue ne accipias maritum, qui non faciat aliquod exercitium, quia uir non uirtuosus nunquam fuit quin sit uiciosus. Fugite ergo ocium. Nam tu foemina, si aliquod exercitium facis, tu ponis amorem illi exercitio, quod facis. uerbi gratia, tu filas & facis camisiam: tu dicis, ista camisia est ex meo filato & geris sibi amorem, et sic de alijs exercitijs, quia capiendum amorem illi exercitio uirtuoso tu fugis amorem uiciosum, & est ualde uile domui, in qua est uirago, quae sciat gubernare filios & familiam, quae si nesciat facere, oportet tenere multos sumptus maritarum et famulorum uestrum &c. quibus occurrentibus maritus uel quadam impulsu efficitur usurarius, & sic tu foemina es causa perditionis anime tui mariti & tuae anime.

Septima est domina Obedientia. nam Virgo mater Christi intelligens uoluntatem diuinam, fuit obediens effici mater Dei. Vos o patres, & matres, facite quod filij uestri sint uobis obediens, & quod filiae uestrae cum sibi praecipitur aliquid, non dicant, faciam, uel non possum facere. quia quando filia est inobediens, est malum signum, maxime cum excedit decimum quartum annum, quia est signum quod ipsa est inamorata. Et si est obediens, subito cum sibi praecipis, illud faciet sine mora, et sine excusatione. Vnde maximum signum obedientiae est semper mandata adimplere et nunquam se excusare. Alia est praeparatio, quae in deuotione consistit, in qua uolebam exponere Pater noster. Tertio erat tertia praeparatio cordialis, de quibus duabus alias uobis dicam. Praeparemus itaque nos, ut possimus Iesum videre, mediante misericordia sua, quam nobis concedere dignetur, qui uiuit & regnat per infinita saeculorum saecula, Amen.

A S A B B A T O
post v. Dom. Quadrag.

De amore conuertente.

Sermo XXXVIII.



Vi minus dimittitur, minus diligit. Luc. 7. c. & in euangelio hodierno, quod sacrum eloquium est magnę conformationis peccatorum: quia quã-

Bto sunt maiores peccatores, cum conuertuntur ad Deum, maiores faciunt operationes. & ideo magis diliguntur ab eo, & est mirabile dictum, quod plus dimittatur majori peccatori, qui minus diligit: quia cum incipit gustare de Deo, feruentius studet in amando Deum. & sicut fuit peruersus, quando non cognouit Deum, tanto magis fit conuersus ad seruitia Dei, cum intelligit ipsum. Sed quid in beata Virgine, quę non poterat peccare? dico quod plus peperit sibi, quam alicui alteri creaturę. Et nota quod per experientiam loquor, quia expertus sum, quod erit una domina magnę naturę, & intellectus subtilissimi, quę quia nescit regere sensus suos, in peccatis cadet. Quę quando conuertitur ad Deum, tanto efficitur melior alijs, quanto suum ingenium præualer, & scit facere maius bonum, & licet errauerit, fit melior. Vnde sanctus Augustinus, Paulus, & sanctus Petrus & Dauid, similiter Maria Magdalena in luxuria deturpata, &c. quando conuersi fuerunt, si ante sciebant facere malum, cum viderunt veritatem effecti fuerunt magis singulares, & feruentiores in amando & seruendo Deo, quam alij: quia multi sunt, qui ideo nõ faciunt malum, quia ignorant illud facere, sed nec sciunt facere bonum: & si faciunt bonum, illud tepide faciunt. Et in hoc denotatur sextus amor, qui dicitur conuertens. In quo nota tres modos conuersionis.

Primus est animam euellere a peccato. Secundus modus est animam a peccatis contrarijs defendere.

Tertius modus & processus, est animam firmam in amore Dei inflammare, & in eo perseverare.

Prima pars principalis.

Primus modus conuersionis est dulcis & pulcher, & est ipsam animam a peccatis euellere. & in isto modo

conuersionis anima per quatuor status. E vocatur & excitatur.

Primus status est offensionis.

Secundus est conuersionis.

Tertius est satisfactionis.

Quartus status est murmurationis.

Vnde si vis ponere te ad seruendum Deo, dispone te ad substinendũ multas murmuraciones contra te. Et notandum, quod dominus non facit tibi occurrere aliquas tentaciones, quas non possis bene euadere cum triumpho & victoria, & est primus status offensionis, a quo incipit euangelium: Rogat Iesum quidam pharisęus, qui vocabatur Simon leprosus in peccatis, & inuitauit Christum ad cibum non corporalem, sed spiritualem. & credo quod illud fecit propter inanem gloriam magis quam ex charitate, ex eo quia non seruauit signa charitatis, quia nõ lauit pedes Christo, nec ostendit signa pacis in osculando eum, nec vixit caput eius vnguento, prout de more erat in illa contrata. vnde Christus iuit non propter fumum inanis glorię illius pharisęi, sed propter fructum spiritualem, qui inde sequi debebat. Et nota tres modos offensionis Dei. Primus est peccatorum magnitudo, scilicet, quod presbyteri teneant meretrices & facere magna peccata. Secundus est peccatorum exercitium incertitudo. scilicet, quod peccatum publice exerceatur, ut est in publica meretrice, publico vsurario & similibus. Tertius est peccatorum multitudo, quod consistit in frequentatione peccatorum, sicut publice fenerari, publice fornicari, in committendo homicidia, falsa testimonia, sodomias & similia. omnes istos tres modos offensionis Dei habuit Maria Magdalena. Et si uis videre magnitudinem peccatorum ipsius Magdalene, cõsidera uerba euangelij dicentis, Ecce mulier, ad demonstrationem peccatorum suorum, ac si digito ostenduntur admiratione dicendo, ecce mulier proterua, &c. Vnde Isaias similiter dicit. Babilon dilecta mea posita es mihi miraculo, vt sis supposita tot miserijs & ribaldarijs: vt tu anima cum sis bona, diues, & habeas tot attinentes honorabiles & sis nobilis, et habeas imaginem similem Deo, & memoriam ita notabilem & excellentiã intellectus, plus ames mundum fragilem & caducum quam Deum tuum creatorem, & plus diligas damnantia te, quam bona salutifera tibi. Vnde tu es mihi miraculo. Nam Babilon interpretatur confusio, quia nil aliud cogitat, nisi de luxuria, de auaritia, de su-

A de superbia, & de mundanis delectationibus. & merito es mihi miraculo, quia propter modicum corporalis delectationis. vis perdere infinitam, & perpetuam letitiam paradisi.

Secundus modus, quia Maria Magdalena fuit in peccatis exercitata, quia fuit meretrix occulta, & denotatur certitudo peccatorum illius ibi, cum dicit, quę erat in ciuitate peccatrix. Vnde fuge ribaldos, tu o mulier, quia si vni consentis, ille dicet alijs & publicaberis, & forte tu ignorabis credens illud fore occultum, & cum

Bibis per plateas, ostenderis digito dicendo, ecce illa ribalda meretrix, sprauata est, &c. iuxta illud Isaię 23. cap. Dum cum cithara circuibat ciuitatem meretrix, adiutorium non inuenit. Cithara est vacua, & significat meretricem, quę habet melliflua uerba. sic cithara habet dulcem melodiam. & est vacua meretrix, sicut cithara & vadit querendo per ciuitatem & deltruendo, fornicaciones faciendo, donec est iuuenis, & postea efficitur rufiana & tabernaria, & adiutorium non inuenit. Tertius est multitudo peccatorum, & ideo subiungit, peccatrix, id est meretrix. o magna miseria, cuius ars est diabolica, quia non solum animam suam perdit, sed studet perdere animas tot hominum, quibus consentit & sæpenumero ipsa meretrix erit nobilis, & de bona familia & consentiet uiris vilissimis, scabiosis, leprosis, & cuilibet miserrimo uiro, & stabit cum uno uili russo, qui uerberabit eam, & percutiet ipsam, & stabit cum seruitute & miseria, & nõ habebit ad quem recurrat & erit peccatrix. Nota, quot modis foemina periclitatur: & sunt septem gradus, quibus foemina inducitur ad periclitandum, ruendum & peccandum.

C Primus est in faciendo se pulchram & ster corizando sibi vultum, pilando, fucando, & sibi crines mortuorum imponendo, ut videatur pulchra. & illa sunt signa impudicitie & peccat sic faciendo mortaliter: & si maritus cõsentiret, si ipsa noller, nec eõtra, nec mulier tenetur cõsentire marito in his, in quibus peccaret mortaliter. & caue tu mater, ne permittas filias tuas se fucare & faciem scorticare, &c. quia istud est principium, per quod foemina errat & ruit.

D Secundus gradus est addiscere cantilenas vanas, & motetos. et tu mater, cogita de te ipsa, si cespitasti, vel si vidisti aliquas alias tuere per istam uiam, quia cantilena est fauilla ad incendendum ignem. Nam

virgo filando, & suendo cogitat, & pura mala de suo inamorado, & cogitando cantat, & cantando incitatur, & accenditur taliter, quod quãdo sentit equitantes, vel iuuenes cantantes, & transeuntes per uiam, currit ad fenestras. vnde tu o mater, & tu pater, custodi filias tuas, et corripe, ne talia faciant intercedente baculo.

E Tertius gradus est portare capillos alienos, uel suos inordinate & imbratate ipsos, vt uideantur flauis. sed considera bene, quod si daretur tibi in poenitentia, quod tu portares unum os alicuius mortui super capite de die, & de nocte, tu trepidares & timeres, ne ille mortuus te portaret. Sed in portando capillos mortuę, diabolus adeo excepat te, quod tu non consideras. Et nota quod quando tu uides aliquam portare capillos alienos, credas pro firmo quod aut est tineosa, vel habet aliquem defectum.

F Quartus gradus ruinę mulieris est ocululus, quia cum superscriptis gradibus fucandi se, & cantandi, & portandi alienos capillos facit se respicere, & balistare, & balistata mittit non minus vrentes sagittas, & facit periclitari illos iuuenes balistatos, et rediens domum considerando amatores suos scinditur in varias curas & stat in magno periculo periclitandi.

G Quintus gradus est reputatio suę pulchritudinis, quia reputando se pulchram superbit.

H Sextus gradus est, quia cum habet ista, necesse est, quod resupina ruat, & postea dicit, me miseram, dolorosam me, quia sum nata sub tali misero fidere. Si ergo vis vitare ista cum uadis ad festa, vadas honesta cum capite inclinato, & cum oculis demissis, & serua modestiam & omnem pudicitiam.

Septimus gradus est, quia cum laudatur ab amatore suo extollitur, & dat sibi aures, & respondendo capit audaciam, & subito est imbratata & ruit. sed si uis vitare ista, cum audis homines tibi loqui, non exaudias ipsos, neque respondes quicquam eis; sed recurre ad crucem Christi, & considera quod cito morieris. et considera te esse puluerem, et in puluere reuersuram, et pelle tuam quę uidetur ita pulchra esse saccum esca vermium et considera infernum, et eius durissimas, et sempiternas poenas, et etiam considera si cadis, quod eris semper diffusamata, & nunquam deseres illa turpia, quę omnia habuit, et in eis inuoluta fuit

Ata fuit Maria Magdalena. Nam cōmuniter mulieres conantur facere, quod videantur pulchræ: & quanto sunt pulchriores, tanto superbiōres. nam Maria Magdalena habuit plures dotes. Prima, quia erat pulcherrima in facie. Secunda eius dos, quia erat magni naturalis, & boni intellectus. Tertia, quia habebat ualde pulchros capillos.

Quarta, quia habebat pulchros & splendentes oculos. Quinta, quia erat nobilis & magnæ parentelæ, & reputabat se magni status. Sexta, quia proposuerat sibi dare bonum tempus ad instar illius diuitis dicentis, anima mea, epulare, &c. Ita credo quod faciebat Maria Magdalena. et ideo

Bpropter prædicta ruit. Et nota quatuor causas, quæ conducunt mulieres in ruinam. Prima est pulchritudo: quia quando mulier est pulchra & fatua, illa pulchritudo est ualde periculosa. vnde Salomon, circulus aureus in manibus mulieris pulchræ & fatuæ. sed quando mulier pulchra est & sapiens, est magna & bona gratia homini, qui potest illam habere, quia est sicut vitis abundans in lateribus domus suæ. & sequuntur multa bona in illa domo. Secunda causa sunt diuitiæ, quia si femina est pulchra & diues, est ualde periculosus status eius, quia si ipsa habet maritum, adiuuet eam Deus. si est uida, adiuuet eam Deus, Virgo Maria, & sanctus Franciscus. Si est virgo, adiuuet eam Deus cum omnibus sanctis. Tertia est libertas, quia si mulier habet illa tria, sicut habuit Maria Magdalena, tunc fac sibi signum crucis, quia est expedita, & nulla est redemptio, nisi subsit quædam præexcellens uirtus in ea, quæ ratio reperitur in talibus. Quarta est simplicitas, quia si illa quatuor concurrunt, nisi concurrat iuuamen Dei adiuuans illam, sine fallo ruet. Et nota tu o mulier

Cuesana, quod si cognosceres studia proditorum & fraudum ac deceptiones uirorum, tu nullatenus confideres de ipsis & fugeres sua blanda uerba, & adulationes lenonum. nam vnus docet alium & senes recagnati docēt iuuenes, quo peccato uos decipiant & capiant. & notetis uos o foemina, septem proditorum uirorum, quas exercēt in prodendo uos. Prima proditio uiri est, quia fingit atque docet diligere te bono amore & multa tibi promitto, &c. Sme-morata nihil sibi credas, nec quicquam sibi respondeas, neque in aliquo aperiās te sibi, quia nihil aliud a te uellet, nisi spoliare tibi famam & uirtutes corporis & animæ, & te

Duituperare & priuare te uita: quia si sentient

tui parentes uel maritus tuus, te fore uituperatam, te uenenabunt. Secunda proditio est, quia dicit tibi, quod uult tibi dicere in secreto tantum vnus uerbum. & si tu es ita fatua, quod sibi applaudas & ducat te in secreto loco, te uituperabit. & per experientiam loquor, & experti sint mihi testes, quod quotienscunque vnus inamorus loquitur mulieri in secreto, necesse est quod aut illa uituperetur, vel diffametur, aut mala morte moriatur. Et si incipit conuerti secum, oportet te cōtinuare, donec capiari in casu fide & moriaris. Tertia proditio, caue fatua, quia promittet tibi fidem seruare, & te celatam tenere, & nullam aliam accipere in

Fvxorem, præter te. & cum recesserit a te, non uidebit horam quo minus dicat confocio, & socius reuelabit illud vxori, vxor uiciniæ, uicina marito, maritus suo confocio. & sic de vno in alium, donec publice dicatur, & tota ciuitas erit plena: quia nihil opertum, quod non reueletur: & nihil occultum, quod non sciatur. Nam tria sunt quæ celeri non possunt: Scabies, tussis, & amor: quia inamorus non potest ita occulte pro-

Guari, quin astates perpendant, licet inemoratus ille philocaprus credat, quod nullus aduertat. Vnde dum semel vnus inamorus capitasset ad manus meas, & totus anxius mihi reuelaret quæ egerat cum sua inamorata: Ego dixi, qualiter poterant facere ita occulte, quod non perperderetur: ipse dicebat quod quādo erat publicè, ita occulte faciebant quod nullus perperdebat. & hinc est, quod amor pingitur cœcus, quia inamorati sunt cœci & credunt alios esse ita cœcos, sicut ipsi sunt, & iudicium Dei, quod talis mulier remaneat confusa, ut cognoscat suum peccatum, quod ante non cognoscebat: vnde imple domine facies earum, ut reuertantur ad te. & hoc propter misericordiam Dei, quā Deus permittit, quod foemina confundatur per iustitiam suggerentem

Hpropter tuum delictum reuelabuntur tua pudenda, & cane ne secrete consentias alicui: quia si tibi promittit, non attendit & efficietis adultera. & tales merito possunt appellari porcæ & vaccæ, & natura vaccarum est, quia vacca cum sentit musconos, & pungitur ab eis, subito leuat caudam & fugit quærendo latebras & arbuta. Ita mulier indiabolata efficta una vacca, cum sentit musconos muschizare, leuat caudam, & caute quærit opportunitatem & remanet uituperata, & infamata. Quarta proditio est, quia cum proditor homo non habet

suam

A suam intentionem minatur accusare ipsam marito, uel patri, si habet; si sibi non confentit. sed si tibi occurreret, o mulier, quæ amas Deum & pudicitiam tuam, quod aliquis uellet te uituperare sub ficto colore minarum, fac sicut fecit sancta Susana, quæ potius uoluit confidere in Deo, qui poterat defensare ipsam innocentem, quam consentire illis tribus senibus recagnatis, quæ adamando ab illa ruina profugit, iam iudicata uoce Danielica suggerente. Et nota, quod sicut Daniel propheta liberauit Susanam innocentem, ita decet reperire mulierem nocentem. 13. cap. Nam

Berat vnus templum paganorum Babylo-niæ, in quo erat unū Idolum, cui portabantur per populum multa edulia: & rex ciuitatis faciebat portari multa fercula illi Idolo. & sacerdotes ponebant illa fercula super altari & immensis, & dabant intelligere regi & populo, quod illud Idolum & dii sui comedebant de nocte illas escas & omnes conabatur portare fercula delicata diis suis. & sacerdotes de nocte ueniebant in templum cum mulieribus & filiis suis, & edebant illas escas. Vnde Daniel propheta dixit regi, Illud Idolum habet os, & non comedit; & habet oculos & non uidit. & clam fecit portari de cinere, & cribellauit cinerem circum circa illud altare cum rege, & clausis ianuis templi rex seruauit clauas & facto crastino rex cum Daniele aperto templo, & non reperierunt de edulibus nisi ossa. & rex dixit, ecce quia Deus noster comedit omnia. quid uis tu modo dicere. vnde potuit aliquis intrare templum & comedere illa, præter istum Deum meum. & Daniel dixit, aspice uestigia rex, pedum tuorum sacerdotum. quia aliqua sunt magna, & illa sunt sacerdotum; aliqua media, & ista sunt foeminarum suarum: & aliqua sunt parua, & hæc sunt puerorum suorum. et quærens sub altari reperit ostium occultum, per quod intrabat per uiam subterreneam, per quam ueniebant de domo ipsorum in templum, propter quod rex interfecit ipsos. Vnde caue tu mulier, quia credes facere susas tortas, & credes quod tuus maritus nihil sciat. Misericordia seu iustitia Dei surgente manifestabitur tuus reatus & uituperaberis uel uitam perdes.

CSexta proditio est, quia multotiens isti homines uentosi fingunt se diuites, & habent vnā uelam cum Iudeis, & permutant vnā uelam cum alia sub uisuris, ut uideantur diuites & habere plures ueltes & inuoluppa-

Dbit uiduam, & postquam erit prodita, sero perperdet: vnde caueat. Septima proditio est, quia si dimittis te subducere ab homine, postquam desponsauit te, semper habebit te suspecta, quia homines mali credunt quod intus habent, quia credunt quod omnes diæ sunt tales, quales ipsi sunt: quia cōis opinio hominum est, quod pauca diæ sint casta & pudicæ iuxta prouerbiū Florentini. Femina nulla bona; si bona, non casta: & casta, non probata, sed ego uidi contrarium. vnde confidera, quanta sit simplicitas mulieris, quæ dimittit se subducere & crede mihi, nisi matrimonium quærat debito modo per tuos maiores & per illos, quorum interest, aliter sit mala fide. Nota modo remedia ad euitandū proditorum istas uirorum. & August. in libro dat quatuor remedia ad fugiendum proditorum hominum. Primum remedium est timor Domini, quia tu quicquid habes uxorem timentem Deum, bene potes rengratiari Deo, quia raro reperis dominam timorofam Dei impudicam, sed erit omnibus uirtutibus plena. et si infirmaberis, erit anxia in te iuuando: si occurrerit tibi ali quod infortunium, te confortabit. si peccabis, te diriget in uiam ueritatis dulcibus monitis, & semper uiues in pace cum iucunditate, cum supportatione & augmento tuæ domus. Sed si est mala, habebis tuum purgatorium in hoc mundo. Secundum remedium est bona custodia, quia femina de sui natura est timida & fragilis. Vnde oportet quod habeat bonam custodiam: propterea tu marite, noli confidere de tuis socijs, neque de tuis fratribus, neque de tuis compatriotibus, quia multotiens uidi a talibus mulieres fuisse subductas, & est bonum signum, quando femina stat & requirit semper esse bene associata. Tertia custodia est timor mundi, quando timet infamiam. Quarta custodia & remedium, est timor legum: quia secundum Ius diuinum, foemina debet lapidari, si rumpit fidem marito. & ita debet esse de iure ciuili. Item nota tu o mulier, duas custodias, & duo remedia in uiro tuo. Primum est timor Dei in uiro. Secundum est uiriliter in ipso, & non muliebritas. & effeminati, & abominabiles facti sunt, sicut quem dilexerunt. & nota quod est peccatum mortale etiam ire cum publicis meretricibus, quia aliqua sunt publicè desponsata, aliqua clam maritata, aliqua monacha, & multotiens potest accidere quod tu poteris accidere peccare cum tua sorore spiritali, quam tuus pater leuauit ex sacro fonte.

A fonte: quando etiam peccabis cum illa, cum qua peccauit pater tuus, vel frater tuus, aut germanus: Nam si erit nupta, committis adulterium: si erit monacha, committis sacrilegium: si attinens, vel soror spiritualis sit, incestus: & mulier fatua non intelligit ista scelera, ad quam similiter concurrunt presbyteri, religiosi, fratres spirituales, &c. Et omne quod sibi datur ob turpem hanc causam a filiis familias, vel existentibus in aliena potestate, tenetur restituere. Similiter inuoluet se turpiter ori, per quod intat corpus Christi & manibus sacratis administrant filium Dei. **B** o indiabolat, infernus vos expectat pariter cum ipsis religiosi. caute ergo, &c.

Vide modo conuersionem Magdalene, unde nota, quod oportet, quod anima conuersa habeat tria. Primum oportet, quod habeat lumē, intellectum & cognitionem, quia si nō cognoscit malum, non potest deserere illud, & sic moriendo in illo peccato damnatur. Secundum oportet, quod cognoscendo malum anima habeat ardorem in deserendo illud. Tertium, quod habeat vigorem in perseverando usque in finem. Et omnia ista habuit Maria Magdalena, quia primo habuit cognitionem. Ideo dicitur tex. quod Maria cognouit, quod uenisset Iesus in domum pharisei. unde credo quod Iesus, quando predicauit dicens, quod sitit, ad me ueniat, &c. Et Maria audiens hoc, inebriata fuit illo fonte diuinae sapientiae delectando se in odio carnis. et credo quod illa die locutus fuit Iesus de uanitatibus & concupiscentia carnis. et Maria stans in illa predicatione, quia habebat bonum intellectum, & gentilem animum, eleuata est in sublimitate sui perspicacis intellectus, & incepit considerare statum suum, & discurrere per vitam suam, & impudicitiam, & lasciuiam uitae eius. et audiendo, Iesum Christum dicentem, o pauperula, tu occidisti mille animas, aperias modicum oculos tui intellectus, cur me tantum offendis, dilecta anima mea. Ignoras, quoniam isti tui oculi ita procaces, & attractiuu animarum ad luxuriam obscurabuntur? Nonne consideras, quod tu florida & uirens iuuentus ad instar floris, & uelut fenum arefcet? & citata senectus re incuruabit. Nonne uides quibus, & quantis miseris tu es subiecta? o Maria, Maria, nimis amara animae tuae, aperias fenestram tui intellectus, ut intret lumen ueritatis & illuminet illum. Putas ne semper gaudere in hoc fragili mundo? cum senecta ag-

gredietur te, hispida fies, capilli canescunt pariter & cadent, dentes eburnei marcescent. Genae iam floridae facient rugas, flatus aromaticus putrescet & olidus fiet, deorsum incuruabitur sicut arcus, & omnes te fugient. et intelligendo praedicta, subito compuncta repetit domum, & clausa in camera incipit flere. & crede quod subito omnia medicamina, fucos & uanitates abiecit, & repetit audita a suo magistro Iesu Christo dicens, o anima mea, quid fecisti in hoc seculo, quia iam iam uideo te esse damnatam: o oculi mei indiabolati, euomite pelagus lachrimarum & plangite peccata uestra, quia occidistis animas infinitas. **F** tu, o os quod tantum offendisti Deum uerbo & opere, exprime gemitus. cortanto tempore induratum esse cogitationes carnales, & uanitates considera quantas feceris offensiones Deo contere & humiliare Deo & creatori tuo, contra quem fuisti ita ingratus, & nunquam cogitasti gratias, quas plurimas tibi dedit. Quid faciam misera, ibo ne ad conspectum Iesu Christi filij Dei uiui? Ego nocentissima ibo ad tantam puritatem & innocentiam? Ego fetida ibo ad tantum splendorem lucis aeternae? Quid facies desperata Maria, audebis comparere coram eo, qui palam omnia habet & cordis intima uideat: vince misera, vince pudorem: pelle timorem, carpe iter, & uade ad illum, qui te potest solari pariter & saluare. Sed quis ueniet tecum, ibis ne sola? uade, quia ipse est filius Dei: ipse est misericordia: ipse est fons gratiae. & est ita pius & misericors ac miserator dominus & iustus, quod tibi parcat, & credo quod his dictis accensa spe, & fide accepto alabastro unguenti uenit audacter.

Et cape secundam partem. scilicet conuersionis, & uenit portans unguentum amoris dicens, fac me memorare ex amore tuo Christe, & inflamma me de amore diuino, sicut fui inflammata de amore mundi. et Maria conuersa habuit terriu. scilicet uigore, quia uenit, ad dandum intelligere quod non solum cognouit eius misericordiam & mala uitam, sed et suam conuersionem. et nota quod quod publice portauit capillos mortuorum, publice det illos comburere. Cape tertia partem. scilicet satisfactionis. et considera septem modos offensionis Dei, & uidebis remedia satisfactionis, quae fecit Maria Magdalena. unum no. quod femina, quae publice offedit Deum, debet publice ostendere signa suae poenitentiae. Itē dominus episcopus debet facere, quod blasphemator Dei & uirginis ac scorum, stet ante fores ecclesiae maioris horis missarum genuflexus

per

A per septem dominicas, ita quod omnes intrantes ecclesiam, uideant eum, & septima dominica stet nudus ante fores ecclesiae, & septem diebus ieiunet in pane & aqua, & pascat duos vel tres pauperes, secundum suam possibilitatem. & septima die episcopus introducat ipsum ad audiendum diuina officia. unde satisfactio debet esse condigna offensionibus. unde si publice peccas, publice det esse satisfactio. & sicut accepisti publice hominem Deo, ita obligaris publice ipsum restituere, & non potes absolui, nisi satisfacias. Modo uide, qualiter Maria satisfecit per satisfactionem contraria peccato. & fac septem gradus contrarios 7. peccatis, quae habebat: quia in ea primo fuit uirgo mentalis contra suum malum propositum, quod habuerat prius. Secundo in ea fuit pudor uirtualis contra suum uitiu actus carnalis. Tertio fuit in ea timor reuerentialis contra eius superbiam. Quarto fuit dolor poenitentiae contra procacitatem suorum oculorum & balistare. Quinto splendore spiritualis contra modum dificatione ornatum suorum pulcherrimorum capillorum, in quibus habebat magnam uanitate & uanam gloriam. Sexto est ardor affectualis contra imbratere & fucare sibi uultum. **C** Septimum est sapor sapientialis contra peretrationem suorum peccatorum. Dico quod primus gradus satisfactionis Mariae, uigoris sui mentalis fuit contra suum malum propositum. & hinc est quod dicit euangelium, stas: quia femina ribalda quando conuertit debet stare firma, ita & taliter, quod sit semper propositi quod nolit amplius peccare. Ita debet facere usurarius qui debet firmare suum propositum de amplius non fenando contra suum primum malum propositum. Secundus gradus est pudor uirtualis contra actum carnalem, quod notatur ibi, retro. quia Mariam pudebat ire ante uultum Christi: ideo stabat retro dicendo anxiosa: miseram me, quid feci? nam Christus qui omnia uide, uirgo gloriosa eius mater purissima, & Angeli uiderunt mala & scelera, qualiter potero facere uultum apparendi coram eo. & sic plangendo & lachrimando tam confusa stabat retro ad instar publicani dicens, Miserere mei domine, quia indigna sum uenire ante conspectum tuum praeruecundia de meis peccatis. Venit etiam ad tertium gradum satisfactionis, qui est timor reuerentialis ibi, secus pedes eius. quod significat, quod ubi prius erat superba & uolebat sibi inclinari & antecedere alios praesuperbia, nunc mutando propo-

fitum, stabat humilis secus pedes Christi, & infima in domo pharisei. similiter in domo eius stabat ad pedes eius, & in cruce, & in horto semper reperis Mariam Magdalenam ad pedes Christi, quod significat humilitatem profundam contra eius superbiam, & postulationem ueniae & misericordiae. Quartus est dolor poenitentiae & lachrimarum contritionis, quae tanta fuit, quod dolor corporis coicatus cum contritione conuersionis cordis fuit tantus, quod promeruit suorum remissionem peccatorum pro compassionem quam sibi habuit Christus dominus noster. Et legitur Mariam semper flere, & cepit tunc pro contritionem, & eius lachrimae etiam mouerunt Christum lachrimari pro Lazaro fratre, id fuit pro affectione proximi ad significandum et compassionem, quam sibi habuit. Itē post Resurrectionem Christi plorando & querendo Christum magistrum suum in horto, meruit potius uidere ipsum, quam aliquis alius. Item fuit lachrima consolationis, quia Maria 30. annis stetit in deserto, & septies in die sumebat 7. uiuandas de Deo, quia septies in die eleuabatur a terra in spiritu contemplando Deum, quas omitto pro nunc, quia non habeo tempus. Sed tu, o anima peccatrix, discite plangere tua peccata: quia primo considera offensas, quas fecisti Deo, quia Maria stans ad pedes Christi plorabat & cogitando suspirabat de suis peccatis, & cum corde contemplabatur Christum, & os non poterat loqui, quia erat occupata a Deo, quia primo dolore non poterat uociferare cum ore, sed bene credo quod in suo corde fortiter proclamabat dicendo in corde suo, o peccata mea, quia contra me estis semper: o iniquitas mea, o amor Dei, ubi te reliquisse etas mea, quam turpiter & inane expendi te, quod decetero antequam uelis offendere Deum potius eligas mori quam peccare anima deturpata, & in nimia peccatorum fenere submersa, quo uultu audebis respicere Deum tuum, plange misera peccata tua, o oculi mei balistarum, indiabolati, qui ueneno sagittarum uestrarum infinitos homines excacatos peremistis, quia hactenus obrebrati fuistis in caligine uiciorum, donec miseretur uestri, lux uera quae illuminat oem hominem, & agite poenitentiam; ut qui dedistis carnem caecitati madendo pedes Dei mei, inde mereamini lumē ueri luminis accipere ex claritate uerae fidei radiantis in Iesu Christo. o anima caeca contemplare lucem tibi hactenus incognitam, & sic dicendo, plangendo & fortiter dolorando in corde suo lachrimae inundabant ab imo cordis emissae. & sic adherendo pedibus Christi illo modo lauit pedes eius ex ab-

- A** dantia lachrimarum. Sequitur quinta satisfactio, quæ est splendor intellectualis. deinde capiens capillos suos dixit, Capilli mei in quibus hæcenus fuit potestas & vis diabolica, amodo relinquitte omnem vanitatem & abrenunciate satanæ in pompis eius, & adhærete pedibus. Saluatoris mei, in quo consistit salus mea, & efficiamini Sacramentum Christi, & cum eis tergebat sanctos pedes Dei. deinde dixit, Os meum pollutum torribaldarijs, purga te omni immunditia, taliter quod decetero nunquam præsumas dicere, vel tangere vana, & trementi ore osculata est pedes Christi. Deinde venit ad quintam satisfactionem, quæ est splendor virtualis contra vanitates suorum capillorum, quia capillis capitis sui tergebat pedes eius: nam capilli significant signum spirituale & clarum intellectum, quia capillus est pulcher & longus: & significat illuminationem animi. Sexta satisfactio est affectus totus ardens, in focus & feruens in amore Dei. Et hinc est, quod subiungit, & osculabatur pedes eius, quod significat charitatem in diuidui amoris diuini, quod dicitur vnum necessarium est, ut te Christum solū amem ex toto corde, & calcitræ mundo, quia amor mundi deficit, tuus est sempiternus: ille damnat, tuus saluat.
- C** Ideo pie Iesu, parce mihi & miserere mei. Septima satisfactio fuit sapor sapientie, contra eius peccata per ignorantiam veræ cognitionis perpetrata, & unguento ungebat pedes eius. Nam sicut unguentum purgat & sanat plagam mortiferam: Ita significat, quod Christus purgavit & sanauit animam istius Mariæ miseræ peccatricis, quæ mortua erat, & reuiuiscit. Sequitur videre de statu conuersionis Mariæ, per quem ipsius anima à Christo vocata fuit, ut inflammaretur amore diuino. & non quod quotiescunque quis disponit se ad faciendum bonum, præparet se ad sustinendum multas murmurationes, infamias, & persecutiones. & quod sit verum, experientia docet: & Christus permittit, quod murmuratio veniret ad campum. & nota, quod est maius peccatum sturpiare bonum, & turbare seu obuiare bonis operibus, quam facere malum: quia facere malum, est peccatum fragilitatis: sed obuiare bono & turbare volentes facere bonum, ne fiat, est peccatum malitiæ. unde euangelium dicit, quod videns Phariseus ista, incoepit murmurare intra se. & primo murmurauit de Maria, secundo de Christo. Et Christus videns cor Pharisei murmurantis, respondit ei cum corde etiam, & redde retrogra-
- do modo, & videbis murmuracionem illius aduersus illam Dominam. s. Mariam Magdalenam. & credo quod ille Phariseus in corde suo murmurabat dicens, quis diabolus conduxit modo istam mulierem huc, irato animo? Et Christus in corde respondit, non fuit ducta a Diabolo, sed a me vocata fuit in templo, dum dicerem: O vos qui sititis, venite ad me, quia dabo vobis aquam vitæ salientis in cœlum. & secure venite vos omnes, qui estis grauati peccatis, quia teneo brachia aperta, & omnibus volentibus se emendare, volo eis parcere, & credo quod ille Phariseus dicebat in corde suo, hor qualiter ista vagabunda vadit tornizando. vade in mala hora, instabilis mulier & discipula. Et Christus in corde respondebat, tu maledicis: imo ipsa est in bono proposito firmata & stabilis: Ideo dicit, stans. & ille Phariseus subiungit tertiam murmuracionem dicens, vide qualiter ista ribalda sola venit faciens frontem meretricis sine aliqua verecundia. & quia est discipula & vagabunda, sola vadit: & Christus excusabat eam dicens: imo non venit ita valde cum fronte meretricis, sicut dicit: sed venit cum anima pudrata, & firmata in proposito taliter emendandi suam vitam, quod erit tota contemplatrix diuinitatis & humanitatis Christi, quia retro. Quarto murmurando dicit, vide qualiter ista male morigerata venit cum superbia & magna audacia sine salutatione aliqua. & Christus sibi respondet, imo venit valde humilis, quia secus pedes. Quinto iterum murmurando dicit, ista ribalda exuta omni verecundia, instruit modo aliquas insidias lachrimis suis. Ego credo, quod diabolus duxit modo eam ut pleret & riget pedes eius, & tollat consolationem Christi, quæ habuisset mecum in isto conuiuio. & Christus dicit, certe non venit ipsa tribulari, sed consolari, quia gaudium est Angelis super vno peccatore plangente peccata sua, & quia Angeli rident, & diabolus plorat. Audit sextam murmuracionem dicens, non sufficit tibi ostendere suos flavos capillos ribaldis & secularibus, qui et modo ostendit ipsos sacerdotibus. s. Christo & discipulis suis, quia capillis capitis sui tergit eius pedes, & Christus eam excusat dicens, imo venit contrita, & hoc facit, ut magis inflammetur amore mei diuino: quia vulnerasti cor meum Maria in vno istu oculorum tuorum, quia cerno per prædestinationem quod debes contemplari gustando septies in die diuinas contemplationes, & cum capillis cooperiet

- A** periet sanctificata eius membra præ nimia poenitentia transfigurata in deserto. Alia contemplatio credo quod murmurando septimo dixit, vide de ista vacca, ah porca sine aliquo pudore, quia non verecundatur in punita tot & tantorum virorum osculari pedes eius. & Christus respondet, tu male loqueris, quia caro eius iam facta est purificata & munda, sicut caro vnus pueri hodie nati sine macula. Octaua murmuratio Pharisei dicitis, ecce quanta audacia & temeritas est in ista stulta, ah memorata, ipsa venit sola huc, ut aliis putet quod sim suus iustitiam, & non puduit eam ungeri pedes eius unguento. Et Christus respondet, imo ipsa est sapiens, & est repleta iam lumine veritatis & diuinæ sapientie, quia tota domus est repleta odore suauitatis unguenti suæ sanctitatis. Sequitur 9. murmuratio de Christo, quia Phariseus iste intra se dicit, credidi facere honorem vni Propheta: sed hic si esset Propheta, sciret utique, quæ & qualis est mulier ista, quæ tangit eum, quia peccatrix est. quod dicit Propheta esse, cognosceret ipsam esse vnâ meretricem, & non permisisset eam appropinquare sibi. Et tunc Christus cum discretionem incoepit exire ad conuincendum prauas cogitationes illius Pharisei, & ad declarandum mentem eius in sectam peccatis. Et est prima pars principalis.

Secunda pars principalis.

- S** Equit modo scilicet processus, quod extrahit animam de peccato, quia Christus incipit eam defendere, sicut defendebat illas dominas quæ conuersæ dabunt suos capillos postitios mortuorum & macagnones, ut cõburrantur & fiat sacrificium Deo. ad confusionem diaboli, & incideret sibi caudas & deponeret vana, sicut fecit Magdalena. Et ecce secundam defensionem, de qua subiungit euangelium, quod Christus ridens dixit. Simo, habeo tibi aliquid dicere. & fecit eum attentum. Et Simo dixit: magister, dic. Credens forte quod per aliquod signum Iesus perpedisset de cogitationibus suis, & dedit ei funem, cum quo eum ligauit dicens parabolam hæc: Duo debitores erant cuidam feneratori: vnus debebat denarios quingentos, alius 50. non habentibus illis vnus redderent, donauit vtrique. quis ergo eum plus diligit? Respondens Simon dixit: æquissimo, quia is cui plus donauit. & ille dixit, recte iudicasti. Quis est iste vsurarius? certe est Deus, quia vnus non datur debitum foenus Deo, quia est territorium non laboratum & incultum. Et sunt duo debitores huic feneratori debentes vnus in committendo.

do. s. Maria Magdalena, quæ peccauerat cum 50. sensibus corporeis. Ecce, quia debebat isti foeneratori Deo quingentos denarios, per 50. sensus corporeos. Alius debitor in omitendo multa bona, quæ facere poterat, quia custodiebat se a malo, & non faciebat bonum, quod facere poterat: & istud est debitum 50. den. unde voluens se Christus primo reprehendit eum de superbia contra humilitatem Mariæ Magdalene dicens Simoni: vides hanc mulierem? Nā ubi regnavit iniquitas, ibi regnabit & gratia. Intraui domum tuam ad faciendum mantellum tuæ hypocrisiæ, aqua pedibus meis non dedisti de tua cisterna, uel de flumine: hæc autem lachrimis pedes meos rigauit cum aqua sui cordis amaricati per profundam humilitatem, & capillis suis terxit. Secundo reprehendit eum de sua tepiditate, quia osculum mihi non dedisti. hæc autem, ex quo intrani, non cessauit osculari pedes meos, non dico uultum, sed pedes meos, quod est signum magnæ humilitatis & charitatis. pedes, ecce humilitas: meos, ecce charitas, quia est transformata in me propter magnam eius charitatem, quia iam disposuit relinquere omnia uitia præmitendo de peccatis iam factis cum contritione cordis cõicata cum lugenti dolore corporis cui proposito castigandi illud & comprimendi quinque sensus corporeos ad uirtutem & seruitia Dei contra uitia illius Pharisei, qui nondum incoepit se disponere. Tertio reprehendit eum de eius ariditate, quia tu non fecisti mihi aliqua signa amoris & charitatis, quia oleo caput meum non unxisti: hæc autem unguento pedes meos unxit. propter quod dico tibi, remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. cui autem minus dimittetur, minus diligit.

Tertia pars principalis.

S Equitur modo 3. pars prædicationis nostræ, quæ est inflammatam animam in amore Dei perseverare, quia Deus animam perseveranti in eius amore usque ad finem facit misericordiam, quia non qui incoeperit, sed qui perseverauerit, saluus erit. Ideo Christus dixit ad illam, remittuntur tibi peccata. Quibus dicitis etiam aliqui, qui simul accumbebant, murmurantes coeperunt dicere intra se, quis est hic, quod et peccata dimittit? Et Iesus reuoluens se ad mulierem dixit, fides tua te saluauit, uade in pace. Quam pacem nobis concedere dignetur dominus noster Iesus Christus, qui remisit peccata Mariæ Magdalene, Amen.

A DOMINICA SEXTA
in Quadragesima.

De Amore officioso.

In qua Dominica incipit sexta Ala Seraphini, quæ dicitur Amor liberalis, & habet pennas septem, quæ sunt Amor officiosus, Amor ineffabilis, Amor pauidus, Amor sanatiuus, Amor saporosus, Amor angustiosus, & Amor quietus. Et nota quod sequens sermo adaptatur precedenti.

Sermo XL.



Omnia impleta est ex odore unguentum. Ioan. 12. c. & in euangelio hodierno loquente primo de Amore officioso perseuerato in Maria Magdalena, quæ vnxit pedes Iesu, dum coenaret in domo Lazari in Bethania. vnde ad euidetiam dicendum nota tres domos siue status. Prima domus est naturæ, & ista est anima nostra. Secunda domus est gratiæ, & ista est ecclesia.

C Tertia est domus gloriæ, & ista est domus paradisi. Nam a statu naturæ transitur ad statum ecclesiæ. i. gratiæ, & de statu ecclesiæ transitur ad statum gloriæ. Et volumus loqui isto mane de amore gratioso, & sic de prima domo, seu de primo statu naturæ ibimus vsque ad domum gloriæ, vbi Deo propitio mansionem nostram sempiternam faciemus in gloria patris, vbi multæ sunt mansiones. vnde isto mane consideramus de unguento multarum gratiarum posito in anima nostra. Et nota inter alias, nouem sunt gratiæ, quas debemus considerare. Prima quæ tu consideres in quanta altitudine tu es creata. Secunda gratia est, quæ tu consideres, quanto thesauro tu es aestimata. Tertia gratia, cum quanta diligentia tu es custodita. Et istæ tres gratiæ spectant ad statum naturæ. Quarta gratia est, quæ tu anima consideres, cum quanto dolore tu es perdita. Quinta gratia est, quæ tu consideres, cum quanto labore tu es quæsitæ. Sexta quæ tu consideres, cum quanta culpa tua tu es perdita. Et istæ tres græ siue considerationes pertinent ad statum gratiæ. Sequuntur modo aliæ tres, quæ pertinent ad statum gloriæ videlicet. Septima est, quæ tu aia consideres, cum quanto gaudio & festa inubilationis receperis in paradiso. Octaua quæ tu consideres, cum quâto pretio tu

es redempta. Nona & vltima gratia, quod tu consideres, cum quanta gloria & beatitudine tu es beatificata.

Prima pars principalis.

R Edeo ad primam gratiam considerandi, in quanta altitudine tu, de aia es creata. Et in hoc debes tria contemplari. Primum, quis te creauit. Secundum, qualiter te creauit. Tertium, ad quem finem te creauit. Primum contemplari, est considerare, quis te creauit, quia infallibiliter est sumus opifex & magnus magister, & ingentis opificis est omnia sua opera facere mirabili artificio, quia non vult quod aliquid exeat de suis manibus, nisi sit bene factum, sicut est in magno pictore. i. Zoto, & in bono scriptore, & in magno doctoro, & in bono consultore, & similibus. quia voluit quod omnia quæ ipsi faciunt, sint sine defectu aliquo. Sed quid dicemus de Deo, in quo consistit omne scire, omne vel le & omne posse, & quicquid est: nam ex quo ipse Deus magister magistrorum creat animam, ipsa anima infallibiliter debet esse pur magna res, & tanto maior omnibus alijs creaturis, quanto ipsa magis conformis & similis Deo. vñ faciamus hominem ad similitudinem nostram, &c. Si ergo cupis cum magno desiderio & deuotione videre picturas S. Lucæ, certe multo magis sine comparatione tu deeres desiderare videre & contemplari animam, & eius dotes & gratias, quæ est a Deo facta, & ad cuius similitudinem, & tu es ita factus, quod non consideras quicquam de ea. imo plus caripendis & dolere perdere vnum porcellum quam vnam animam. Capiamus hinc videre istius animæ. i. qualiter te creauit, & qualis est. i. qualiter es facta, quia nulla lucida arma, nec castrorum acies ordinata, nec palatium, neque elementa, nec stella, luna, neque sol, neque cælum stellatum sunt ita pulchra, sicut tu, de anima, vñ volo quod cum vno pulchro eleuato & nobili intellectu scias, comprehendas & quæras, quid est anima. & quæras eam propter quam Deus fecit animam. vñ Pau. 2. c. ad Ro. dat viam contemplandi animam quod inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt a creatura mundi intellecta conspiciuntur. Et nota quod Deus omnipotens fecit elementa, animalia cætera, planetas & cælum stellatum & crystallinum propter nostrum corpus, quia creauit Deus omnia corporalia propter nostrum corpus, & creauit corpus propter nostram animam propter se Deum. vñ Aug. omnia creauit Deus propter hominem, & creauit hominem propter se. Et nota anima debet esse sine comparatione multo pulchrior quam sit corpus, & cætera corporea creata, ex quo ipsa est facta solū propter Deum. Vñ considera in mente tua, quod ex quo Deus fecit ista corporalia. i. elemen-

A elementa, planetas, cælum stellatum & cælum crystallinum solum propter nostrum corpus, & corpus propter animam, & animam propter se, & hæc fecit propter peruenire ad spiritualia. Ita per omnem gradum ipse fecit spiritualia, ut te conducatur sensum ad celestia, ut quasi per unam umbram inuisibilem tu possis comprehendere Angelos, ipsum Deum, & spiritus intellectuales, semper tendendo sursum: quia illa pars instat terræ. Et ista elementa sunt scola Dei: nam vides, quod spatium cæli projiciuntur in terra, & fex, & omnia turpia projiciuntur in terra. Et nihilominus tu vides quantum ista fex terræ est pulchra, & pulchros producit effectus. Sed multo pulchrius, & pulchrioris naturæ est videre de rebus naturalibus. Nam aqua est decies pulchrior terra, & aer est decies pulchrior, quam sit aqua: & ignis est decies pulchrior, quam aer, & unum elementum inficit aliud, & uertitur in aliud. Nam terra corrumpit aquam, & aqua defatur, & uertitur in terram, & e contra. Potest terra sic rarefieri, quod uerti potest in aquam, &c. Ita quod vbi unum elementum pre-dominatur alteri, notabiliter alterat, & inficit illud, cui prædominatur, & trahit illud ad sui naturam: & postea Deus fecit Lunam cum tam mirabili sua influentia, quia cum luna mutatur, omnia elementa alterantur, & similiter Luna est pulchrior decies, quam sint omnia elementa: similiter Sol est longè pulchrior quam luna. Et sic discurrendo per planetas, similiter cælum stellatum est decies pulchrius, quam sit Sol; & cælum crystallinum est decies pulchrius, quam sit cælum stellatum, & cælum imperium est decies pulchrius, quam crystallinum, & anima est decies pulchrior, quam sit cælum imperium. considera, qualis, & quam pulchra est anima, & quanta excellentiæ, & dignitatis.

C Contemplare modo terram, quæ est scola Dei, & res ualde abiecta respectu aliarum rerum creaturarum, quantum est pulchra, & nobilis; quia nullum est ingenium humanum, qui possit comprehendere cum omni industria, & subtilitate pur solam terram, & eius dignitatem. Respice in tempore veris vnum pratum, quantum est pulchrum, virens, & ex quot varijs floribus ornatum diuersorum colorum, odorum, & saporum, & quot sunt genera herbarum, arborum, arborum, & fructuum. Sed & considera ornamenta tot montium, & quæ producuntur in his, deijce mentem tuam in uisceribus terræ, ubi reperies aurum, argentum, lapides preciosos, & tot diuersitates metallorum, &

E generum lapidum preciosorum, & gemmarum, quæ omnia tamen sunt terra, & ex ipsis sunt tanta, & tot pulchra, & varia in scientia, sicut sunt organa, tubæ, cymbala, lauta, citharæ, symphonia, psalteria, uiolæ, campanæ, & hmoi, tantum dulcia, & tantum ore resonantia, omnia sunt de terra. vnde David sonando citharam, tantam melodiam sentiebat. Similiter in psalterio, quod rapiebat in spiritu, & anima illius subleuabat intantum, quod subleuata contemplantur Deum propter sonum unius modicæ terræ. Sed si uidiuisset armoniam supercelestium, quod fecisset? & in illo raptu ipse tunc faciebat illa diabolicalia, cum exibat extra se. similiter saporosus zafrani, zuccari, aromatum, balsami, & aliorum innumerabilium saporum ex terrena specie procedentium, quorum species sunt diuersæ, & infinitæ. Considera maneries melliflorum fructuum infinitas, ficus, uuas, poma, & cetera, quæ omnia ex terra proceduntur, & in terra existunt. Nam pelagus sapientiæ Dei omnia in sapientia fecit. Et si omnes Philosophi mundi simul contemplantur, non possent comprehendere unum capillum, nisi ex gratia Dei infusa. Nam legitur, quod unus Philosophus non potuit cum omni suo studio, & naturali scrutinio in 30. annis discere, & cognoscere naturam unius apis. Considera uirtutes lapidum preciosorum, perlarum, & gemmarum, ac colorum lanarum, & uarietates serici, & quot animi genera, & animalium maneries terra sustentet, & quot maneries hominum nutriat ipsa terra. de terra, terra, quæ mirabilia sunt opera, & uirtutes tuæ, quæ cum in tempore prouehis, producis, & nutris, cito in terram uertuntur, quæque sunt ex terra producta, & omnia immunda in alueo terræ projiciuntur: & ideo illi, qui non habent altiorem intellectum, nil cupiunt, nil ue amant, nisi terram, sicut sunt auari, & usurarij, quod ponunt totum suum affectum in ista uilissima re terræ, & isti tales sunt similes illi, qui esset rex, & recedens a gubernaculo regni poneret se in fece, & diceret illud esse beneficium sui regni, & poneret suum summum bonum, & felicitatem in illa fece: certe iste talis esset merito priuandus, & expellendus a maiestate sceptri regalis tantquam indignus. Similiter est iste cupidus, & auarus, quod propter terrena, & fetida, & caduca deserit animam, atque Deum: & isti tales sunt similes uni puero, qui nondum habet dies discretionis, cui si ante poneret vnum cerasum & diceret, eligas quid mauis, an istud cerasum, an unum regnum? certe ille puer eligeret cerasum potius quam illud regnum, & si esset filius tuus, tu multum doleres, quia tu co-

A gnosceres iacturam, & damnum perditionis illius regni pro uno ceraso, & hæc propter imbecillitatem, & ignorantiam illius pueri indiscreti. Similiter sunt, qui propter auaritiã perdunt regnũ cœlorum æternaliter duraturum, in quo cõsistit summũ bonum, & ois felicitas pp ista momentanea, & caduca terrena, & pp sterus, quæ sunt similia vni ceraso, in cõparatione ad gaudia regni cœlestis; & tu diues auare, dices: de illo stercore, & de illa fece uellem pur habere in abundantia, & tu habes in hoc mundo, ex quo uis, quia tu habes liberum arbitriũ eligendi, qd uis. Si ergo uoluntarie uis esse potius fatuus, & indiscretus, q. discretus, & illuminatus, & non uis cognoscere Deum, sed perseuerare in feceterrenorũ in hac uita, tu digne projiceris i tenebras exteriores, & in fece æternalis tormenti in alia morte cũ omni obscuritate ignorantie tui intellectus, qui non uult illuminari, dũ tempus habet in præsentia uita, quæ est meritoria: & ideo noli perdere hoc tps meritorium, dũ lucem habes speculandi res supercælestes, & quanto res est superior, tanto est nobilior: & uides in istis elementatis inferioribus, q aqua est nobilior terra, & ignis nobilior aere, &c. Sed dices, aurum est pulchrius aqua, sed tu non intelligis: nã licet uideatur sic oculo corporali esse pulchrius aurum, quàm sit aqua: tũ fm consideratione ueri intellectus, nõ est ita. Sed si deficit intellectu uere cognitionis rerũ naturalium, quas uides, & palpas, & comedis, & de quibus es compositus; quanto ergo magis deficiet in cognitione rerũ inuisibilium, & supercælestium, ac spiritualium? sed eleua altius mentem tuam, contempla res incorporales, ut paulatim uenias ad cognitionem rerum spũalium. Nam p ingenium naturale si totum humanum ingenium esset in unum conglutinatum, nõ intelligeret unam guttã aquæ: ergo multo minus cursum naturæ lunæ, nisi illuminetur a patre luminum, qui deforsum est. pterea tu uides in istis inferioribus naturalibus, q unum modicum aeris reuerberatum in cythara, uel organo, facit pulcherrimã melodiam. Sed quid si totus aer mundi esset simul conglutinatus, & percussus in uno instrumeto apto comprehendere illũ, quantum credis faceret melodiam? certe tu iudicares non fore maiorem, nec pulchriorẽ armoniã in paradiso: sed quid foret in igne uniuersi orbis simul collecto? quãtas uires credis haberet, tu non posses q̄stimare. cõsi-

dera leuando mentẽ tuam altius, & metirẽ cursũ lunæ, & eius decorem; respice solem & eius uelocissimũ cursum, & suos radios uigerosos, splendidos, & calentes, q est tã re uirtutis, & influentię, q naturales dicũt, q si ipse sol cessaret uno solo die facere circulum sui cursus, oia aialia quæ in terra sunt morerent; & si p uno singulo hoie essent tot hoies, quot sunt singuli: Ille solus sol oes nutrirẽt, & regeret. amplius eleua intellectũ tuũ magis sursum, & intra cõsiderationẽ cœli stellati mobilis, & qs fuit ille opifex, & tã bonus cõpositor, q fecit illa sidera ita fulgida, & cũ tanto ordine, & uniformiter rotãtia sine aliqua sui ordinis alteratione, & faciẽtia suos meatus continuo cursũ cũ influentijs proportionaliter sibi datis: & sola una minima stella est pulchrior, & maior, q̄ sit tota terra, in cuius fece tuus intellectus estmersus, & non cõsiderat ultra. sed quid dices de cœlo cristallino transparente. cuius modicũ si posses uidere, uiderẽt tibi tanto pulchrius cœlo stellato mobili, & alijs supradictis, quanto sol est pulchrior terra. Sed ascẽde alium gradũ altius, & cõsidera cœlum empireũ, quia si posses uidere modicũ ipsius cœli empirei, uiderẽt tibi centies millies pulchrius cœlo stellato, & cristallino, & alijs oibus, & tũ distat ab illa in pulchritudine, quantum sol si luceret cẽties millies plusquã facit: distat a terra, quæ p se est corpus opacũ, & obscurũ, & oia ista suprascripta sunt facta pp corpus nrũ; & unũ corpus beatũ est multo pulchrius, q̄ sit cœlũ empireũ. Et considera, quantum cœlũ empireum dẽt esse pulchrum, in quo habitat Deus, & unicus eius filius gloriosus dñs nr̄ Iesus Christus, beataq, uirgo, & oes Angelorum chori, & intelligentiæ, & oes Sãcti. Nam si esset unus Imperator, & dñs totius mudi, & uellet facere sibi unũ pulcrũ palatiũ pro sua habitatione; & pro habitatione sui filij, & uxoris suæ, & totius suæ curiæ, quanto cũ ingenio magistrorũ, & splendore ædificiorũ, & multo artificio habitationũ diuersarũ curiarũ, & lobiarũ, plausu cordis illud palatiũ eleuaret? Et q̄ppe tũ excederet oia alia ædificia mudi, q̄tũ Impator ille totius uniuersi dñs p potentiã excederet alios potẽtatus, p̄supponẽdo, q ipse hẽret ad hoc scire, posse, & uelle. multo ergo magis sine cõparatione tu debes imaginari, q̄ cœlũ empireũ, ubi est mãsto, & domus superni luminis, & in qua Virgo gloriosa cũ oibus Sãctis, & nos, qui sumus filij Dei adoptiui inhabitamus, dẽt mirabi-

A mirabiliter esse pulchrũ, adeo q lingua humana pferre nequiret, nec intellectus hois capere posset fm cursum suæ naturæ, nisi quatenus pmitteret a Deo; & omnia quęcunq; sunt creata infra Angelos, nihil sunt respectu aia, quia aia est multo pulchrior q̄ sit terra, aqua, aer, ignis, luna, sol, stellæ, & cœlum stellatũ, cristallinum, & cœlum empireũ, & probo auctoritate Gen. 2. c. Creauit Deus hoiem ad imaginẽ, & similitudinem suã: & dicit hoiem, i. aiam; & nota, q dicit suã, ad denotandũ q si Deus crearet plures mundos quã sint stellæ in cœlo, continẽtes singulos, oia cõtenta in isto mundo nõ essent ita pulchra, sicut est aia. Tu ergo, o pulcherrima aia, aperias lumẽ tui intellectus i hac tenebrarũ ualle, & considera tuã creationẽ, & pulchritudinẽ, atq; dignitatẽ; & considera cum admiratione debes, si uera dico, quantum sis pulchra, & pulcherrima rerũ respectu tui opificis, ad cuius similitudinẽ te fecit: qd p̄bo per exemplũ. pone q est maior pictor mundi, & pulchrior oib; alijs hoibus, & uellet, sciret, & posset facere unã imaginẽ pulcherrimã ad similitudinẽ suã, quãto artificio, & studio, & mirabilif ingenio credis, q studeret facere illã? Et quã pulchrã? immo pulcherrimã credis, q faceret illã; quã mirabilis pulchritudinis credis ergo aiam fore, quam ad sui similitudinẽ fecit Deus, quem oculus nõ uidit? quã inquit Deus, nõ uidebit me homo; quia nullus intellectus p̄t cõprehendere Deũ, quã finitũ non p̄t cõprehẽdere infinitum, nisi ex uoluntate diuina pcedat. si ergo est ita sapiẽs, quã lingua non p̄t exprimere, & p̄t in iclu oculi quodcunq; uult, quã quęcunq; uoluit fecit, & i creatione ipsius aie ad similitudinẽ eius factæ cõcurrunt uelle, scire, & posse. quantum ergo dẽt esse pulchra hæc aia nobilissima, quã audeo dicere, q si esset possibile, q homo incarnatus posset uidere aiam in abstracto glorificatã; ipse nõ crederet Deũ fore pulchriorẽ una aia. vñ similitudo est respectu græ Dei, & imago est respectu triũ potẽtiarũ aie, s. memorię, uoluntatis, & intellectus. quia cognoscit, uult, & intẽdit, seu intelligit: vñ, signatũ est sup nos nomẽ tuũ dñe: dedisti lętitia i corde meo. in lumine intellectus signatũ significat uoluntatẽ liberã. & q sit similitudo, qd dẽt uelle, est uoluntas Dei. vñ, uoluntarie sacrificabo tibi, est similitudo, & p̄ponã Dñm in conspectu tuo semp; ecce intellectus. sed qn est apta ad ista, tunc est imago Dei pp aptitudinẽ. uel sic, imago est charitas, a qua infinitus actus amoris procedit.

Itẽ habemus unã aptitudinẽ ad amandum, uel bonum incõmutabile, qd est Deus, uel bonum cõmutabile: & sic est peccatũ mortale, quã peccatũ mortale est relinquere bonũ incõmutabile, & adhærere bono cõmutabili. Et adhærendo Deo, & cõicando, aia transubstantiatur in Deũ, & est imago Dei. hinc est, q aia nunquã contentat; quia est capax infiniti Dei, & si esset dña cœlorum, & oium creatorum, & oium spirituarũ beatorum, & nõ haberet fruitionẽ Dei, nõ esset cõtenta; & solum gaudendo Deo in fruẽdo ipso absq; alijs, ipsa esset beata; quã est una de dotib. aia gaudere de Deo. Immo plus, quã si Deus faceret mille millia cœlorũ, & et esset dña oium illorum, & in se hẽret oia gaudia beatorum simul conglutinata, adhuc non esset contenta sine Deo: ergo ò cęce, q relinqs eterna, pdẽdo Deũ, ad cuius imaginẽ es creatus, pp caducũ, & cõmutabile. Similitudo Dei in aia ideo dẽ, quã sicut in Deo procedit unus amor, & vna charitas; Ita in aia: quia si tuus maritus est Venetijs, tuus aius est Venetijs. Ita est tuus aius uelox, quia sp̄s vbi uult sp̄irat, & uno iclu cor tuum leuat in paradiso, & plixus est, sed non infinitus. Item tertio, quia sicut Dñs creans fuit principium oium creaturarum: sic homo primus Adã a Deo creatus generans fuit pater oium aliorum hoium; quã oia gnata ueniunt, & procedunt ab vno principio. Quarto similat aia Deo in hoc, quia sicut Deus est pure ronalis. Ita homo est animal ronale. Quinto similitur Deo; quia sicut Deus sp̄s est: ita nra anima est spiritus. Sexto, quia sicut Deus est interminabilis, & infinisibilis: ita anima, licet habeat principium, nunquã habebit finem, contra aliquos stultos credentes, q mortuo corpore moriat anima; quia tunc pulex esset maioris gratiæ, quàm homo; vñ dato q foret, tu non deberes hoc credere. Septimo, quia sicut Deus est simplicissimus, & purus: ita anima. Octauo, sicut uides Deum esse in toto orbe: ita anima est in toto corpore. Decimo, quia sicut Deus est ubiq; s. in inferno per iustitiam, in terra per præsentia & gratiam, & in cœlis per gloriam: ita anima est in toto corpore, & est tota in qualibet parte ipsius corporis. sed secundum diuersas operationes. Undecimo, quia sicut Deus est inuisibilis. Ioan. Nemo uidit Deum unquam: ita anima est inuisibilis; quia sicut cum calcaneo non potes uidere solem, sic nec cum oculis corporis potes uidere animam, neque Deum. Duodecimo, quia Deus in quocunq; loco turpi-

A existat, nō deturpā, uel deformat radius in fino, & in stercore. Ita aīa in quocunq; corpore leproso, infirmo, uel debilitato, & deformato existat, nō deturpā, uel deformat propter illud corpus: sed solum ppter peccata deturpatur, & inficitur. Sextodecimo, quia sicut Deus nunq; dormit, qā neq; dormitabit, neq; dormiet: similiter aīa nunq; dormit. Quartodecimo, qā sicut Deus stās in toto mundo, oīa uario modo ornat: Ita aīa stādo in corpore, uariat diuersimodē mēbra, dādo unicuiq; mēbro uarias, & mirabiles operationes: nam oculo dat uisum, naribus olfactum, & odoratum, ori gustum, auribus auditum, manibus palpatum, & uarias operationes ad iuuantē corporis, & pedibus gressum, & sic de alijs organis corpori seruientibus. Quintodecimo, quia sicut Deus in oībus creaturis stādo facit oīa augeri, uidelicet, fructus, plantas, herbas, & cuncta aīantia: Ita aīa in fusā in corpore facit illud paulatim accrescere, & augere membra. Sextodecimo, quia sicut Deus itabilis manens dat cuncta moueri: Ita aīa in corpore quiescēdo, facit humores discurrere per corpus, & mēbra mouet diuersimodē, sicut corporis dispositionē, & prout placet ipsi aīe. Cape modo secundam cōsiderationē cōtēplationis secundæ græ, q̄to thesauro, & p̄rio tu es estimata, & appetiata. Sed tu nō consideras hoc: nam unus studēs cognoscens unum librum, appetiabit illum 30. ducatis. Et unus rusticus plus appetiabit unum stārium frumētī: qā est imperitus literarum, & nō cognoscit ualorē, & continentia illius libri: similiter unus armiger uidēs unum pulchrum equum per cūsum, magis appetiabit dānum illius equi, quā mortē unius sacchomani, quia nō intelligit, neq; cognoscit pretiositatē aīe, qā aīalis homo nō pcipit, q̄ sunt Dei, sed tū pcipit ea, q̄ sunt de carnacia, & broda, & quæ sunt cōgrua suo uitio, & brutali appetitui, & hoīes creati ad imaginē Dei, non intelligētēs Deum, nec factum aīe, appetiāt solummodo temporalia, & semper tenent oculos apud terram, & terram diligunt: & nisi esset experientia mortis, quia uident, q̄ oēs tam docti, q̄ indocti, & tam principes, & diuites, q̄ pauperes moriuntur; nullus crederet alium paradysum fore, q̄ istum mundum. Considera ergo, q̄ oīa corpora hominum, & animalium moriuntur: & q̄ rationalis anima nunquam moritur: unde appetiā animam mortālē plus quā corpus mortale, & custodi aīam

a peccatis, si uis uiuere in æternū. Unde nota, q̄ semel diabolus misit unam ambasciatam Deo, q̄ si Deus uolebat dare sibi partem suam, q̄ nunquam faceret amplius secum guerram. Vñ Deus fecit uenire diabolum ad se, & dixit, q̄ si uellet facere secum pacem, ipse daret ei totam terram: qui respōdit, q̄ nihil habebat facere de terra, quia uolebat uoluere terram: deinde permisit sibi aquas: qui dixit, q̄ uolebat ducere naues: deinde obtulit sibi aerem: qui negauit dicens, ad quid mihi prodest mittere aerem hinc inde? Item obtulit sibi ignem: & respōdit, nolle imperium ignis: quia tēdet me stare semper in igne. Tunc dixit Deus: vis tu cælum stellatum, & errantia sidera? qui recusauit dicens: esset mihi magnus labor sine utilitate rotare solē, & lunam singulis diebus: & nil aliud operari. Tunc dixit Deus: bene, ego uolo tibi dare cælum cristallinum, & esto pacificus mecum. Cui respondit Sathan: ego nolo, quia essem minus uicinus tibi. Quid ergo requires a me? dixit Deus. Tunc respondit diabolus, nil aliud uolo, nisi animam: tunc dixit Dñs: animam non tibi dabo, quæ est ad similitudinem nostram facta, & sic remanserunt discordes: unde plus appetiāuit Deus omnipotens animam, q̄ ceteras creatas: & tu, o auare plus amas unum ducatū, q̄ ipsam animam. Similiter tu smemorata, si perdis gallinā tuam, non poteris dormire, neq; quiescere, nec pacē habere discurrendo per contratam, nisi reperta gallina. Et si ipsam non reperis, valde dolebis, & de perditione animæ tuæ nihil curas, & stabis per 20. annos, q̄ non quæres recuperare animam perditam in peccatis, nec quicquā somnabis de ipsa. Et plus diliges tuos subtelares, q̄ animam tuam: quia omni sero si sunt infecti, & imbrattati, tunc tergis ipsos: animam uero quantumcūque sit in secula, & in fece peccatorum deuoluta, & deturpata, non curas mundare, & tergere, ac lauare ipsam, & neque forte curabis quicquam de ipsa. Immo tu, d̄ cerdo, & artifex, pro uno soldo non curas perdere animam, adiurando corpus, & sanguinem Dñi, q̄ illa tua mercantia, uel subtelares tantum constant tibi, ut emptor alliciat: ad dandum tibi unum soldum plus: & falso periurabis, & peccabis mortaliter periurando, & sic moriēdo, ut crebro accidit, uadis recto tramite a casa calda dolendo. Vos ergo, d̄ boni ciues, artifices, & mercatores, capite, & habituate vos in bona con-

sue-

A suetudine in non iurando, q̄ uenditis uestras mercantias, dicendo: res mea tantum ualet, & tantum uolo sine iuramento. Et sic dicendo, plus credetur uobis. Similiter habituetis uos in non emendo, nec uendendo in diebus festiuis, & præceptis ab ecclesia colli: nam illi, qui sunt turbatores ne bona fiant, & ne festa custodiātur, & sunt causa malorum, sunt participes illorum peccatorum. Similiter barberij cessent a lucris in festis, & ceteri artifices: quia aliter faciēdo, dñs permittet uenire aliquod infortunium non speratum, q̄ tales contra faciētes, vno in puncto amittent oīa, tam lucra, q̄ totam substantiam suam, ad instar unius, qui dū consistendo diceret q̄ mercabatur in festis, & confessor prohibebat, ne uenderet in festis: & ille dicebat, qm̄ ego plus lucrō in festis, q̄ in alijs diebus. & bonus confessor dixit, uidens q̄ non poterat conuincere eum: bene, ex quo uideo pur te dispositum uedere in festiuis diebus, ego uolo saltem a te, quod tu ponas separatim lucra, quæ facis in diebus solemnibus, & festiuis, a lucris, quæ facis in diebus non feriatis, q̄ cum mercator ille fecisset, in capite oīum cernens lucra festiua, reperit denarios illorum lucrorum uersos in carbonēs: & rediens ad confessorem, confessor dixit, dñs rex permittit propter suam misericordiam, ut intelligas, q̄ si perseveras in tuo damnato proposito, tua aīa ab istis carbonibus cruciabitur in inferno; quid enim prodest homini, si totum mundum lucretur, & animæ suæ patiatur detrimentum? Cōsidera ergo quanto pretio aīa æstimatur a Deo, & appetiatur a diabolo, qui recusauit terram, & quæ continentur in eis propter aīam: & tū Deus hoc facit ex plenitudine gratiæ suę bonitatis, quia Deus sine anima non est minor; & cum aīa non est maior. Cape tertiam cōsiderationem. sc̄ cū quantā diligentia tu es custodita. Tu scis, q̄ habens thesaurum, uel rem pretiosam, quanto est maior, & maioris pretij, tanto magis & maior adhibetur ei custodia, & cum maiori diligentia: quia intelligit pretiositatē illius thesauri. Et si a casu habens illum thesaurum, esset cum eo in mari, & superueniret quædam ualida tempestas, ita q̄ timeretur naufragium, talis abijceret aliquas capsas cum aliquali parte sui thesauri in mare propter alleuiare nauem, & euadere cū suo thesauro ab illo periculo. Ita facit Deus, quandoq; permittit occurrere tribulationes corpori nostro propter saluare animā.

Unde Sap. 3. c. Iustorū animæ in manu Dei sunt: ita charas habet ipse Deus animas, Iob 1. c. qm̄ diabolus dixit Deo, Iste Iob nō est, quem credis, quia benedixit tibi, cū benedixeris sibi: sed tange eum, & uidebis qualis erit, quia non ita benedixit tibi. Unde Deus dedit libertatem diabolo in corpore Iob tātum, dicēs, sed animam eius serua. Nota ergo cum quanta diligentia, tu d̄ anima es custodita. Sed dic quæso tu d̄ fœmina, quid melius custodis, & cum maiori diligentia, an gallinā, uel animā? certē tu melius custodis gallinam, & quouides sibi, quā animā: & tu d̄ auare, qui cum tanta cura, & diligentia accumulas, & custodis thesaurum tuum, certe tu non portabis illum tecum, sed alieno quaris h̄redi, & anima tua portat secum peccatum, & gehennā ignis æterni, quæ acquisiuit pro accumulando thesaurum illum. Cape quartam cōsiderationem, sc̄ cum quanto labore tu es perdita, quia Deus uidit destruere multa regna, & nunquam fleuit, sed pro anima, licet de sua natura non sit passibilis, tñ uoluit capere naturam humanam passibilē, ad dandum intelligere dolorem, quem haberet pro perditione animæ, & uoluit mori pro redemptione animæ. Et si similiter uidēs ciuitatem Hierusalem, coepit flere super eā, & filios suos. O infelix anima, si tu intelligeres conditionem tuam, tu non cessares lachrymari in ista, i. in hac illuminatione, quia Deus nunquam perdidit aliquam animam, sed querit saluare ipsas animas, sed in diuersis buris: bonas, i. in bursa paradisi, & malas in bursa infernali. Unde ait: filiæ Hierusalem, flete super uos, &c. quia demones circūdabūt uos cruciando in inferno. Tu ergo, d̄ anima, quæ cupis saluari, plāge tua peccata in hoc mundo, & fac uoluntatem Christi, faciendo te conformem sibi, & ad hunc sensum loquutus de Lazaro, i. de peccatore sētente in peccatis, pro quo Christus fremens in se ipso lachrymatus est, non propter se, sed quia Lazarus significat animam peccatoris mortuam, i. perditam, & damnatam, quæ non quærit resurgere, & liberari a peccatis. Cape quintā, sc̄ cum quanto labore tu es quæsitā: nā Deus recessit de paradiso, & uenit in mundum, ut quæreret animam perditam, dicēs. Quis uestrum, habens centum oues, & si perdidit unam in deserto: nonne redit, ut querat eam? &c. Ita Deus humanatus est, & descendit in hunc mundum, qm̄ uerbum caro factum est, relinquendo suam gloriam, ut quæ-

A quærat animam perditam in deserto isto, & ipsa n. conducat ad ouile paradisi, & secundum B. Bernardum, ipse Deus descendit in uentrem gloriosæ Virginis Mariæ pp animam: & exiens de eius uentre stendo dixit: A, a, a, ad significandum, q non queratur de Adam, neq; de Eua, tanquam tu, & sicut alij infantes conquerunt, sed ad alium sensum, quasi uellet dicere: Aia mea considera, quia pro te ueni, & descendi de summis coelorum, & humanam naturam assumpsi: ego uolo te ducere; ueni ad me, aia mea dilecta, audi me, semper desidero te. Fugit in Ægyptum, te longo itinere querens: & postea reuertens de Ægypto Christus benedictus factus annorū duodecim, maiori labore querēs te in Hierusalem, & non cognouerunt parentes eius; sed quærentes eum inter cognatos & notos, post triduū inuenerunt eum, q fedebat in medio Doctorum, de te anima audiens, atq; quærens: ubi credo, q inter alia disputauit de dignitatibus animæ, qualiter pro aia recuperanda uenerat, & quanta possessio, & fructus Dei datur aia in celesti regno, & quantis penis aia cruciabitur in profundo inferni. Deinde stetit usq; ad triginta annos quasi dormitasset, sed tñ quærebatur animam; inde in fluuio Iordani, ubi baptizauit eum Ioannes; & postea transferens se in desertū, quadraginta diebus ieiunauit, & postea esuriit, quia habebat famē desiderij spiritualis, s. ipse aia, diabolus cōfundendo in profundum demersit, dum tentaretur, pp animam, & exiens de deserto cū uictoria, circuit loca prædicando, & docendo aiam, & dicendo: d uos, qui laboratis, & fatigati estis, uenite ad me, quia reficiā uos. Item oia miracula quæcumq; fecit, illa fecit, ut conuerteret animam ad se, ut aia saluaret; & ois actio sua i terra fuit pp istā aiam, dicens ei: penitentiam age, quia appropinquat regnum coelorum, & anima q fitit, ueniat ad me & bibat; & ego uolo amplecti te aia mea, & uolo tibi oia tua peccata remittere. Ueni ergo, ueni dilecta mea, qua aperta brachia semp teneo, vt te cōplectar. Tu aut es bene smemoratus, si ad Deū tuum, qui te plasmauit, non uis uenire: & sicut alias habuisti, fuit in omni sua operatione fatigatus in itinere, in prædicatione, in fame, & siti pp te animam reperire, & q erat anxius propter te ipsam refrigerare; sed fessus, famebundus, & sitibundus necesse habuit redire in Ierico ad se refrigerandum. Sed tandem post multos labores,

& afflictiones, cum uenit hora, uidit aiam saluari non posse, nisi uita moreretur; unde quærit uocans animam, passus est effici de diuite pauperem, de rege regum seruulū: passus est se p di, capi, ligari, cædi, blasphemari, colaphis cædi, conspui, neruis duris flagellari, coronari spinea corona usque ad cerebrum profundum, & tandem crucem baiulans ex itinere fatigatus, usq; ad montē caluarium anxius uenit semper te aiam quærendo, ubi relinquens omnia, & uestibus denudatus, crucis patibulum ascendit, durissimis manus & pedes clauis cōfixus, apertis brachijs semper clamabat, anima dilecta mea, imago mea, ubi es? ueni similitudo mea, ueni anima mea: & nolens se cum uultu uersus oriens, dixit: uenite ad me, in quo est salus, d uos infantes, & pueri; uolens se in meridionali plaga iuuenibus dixit: uenite ad me; & uolens se in septentrionē dixit seribus: & uos: uenite etiam ad me; deinde uolens plantas pedum, uersus occidentem uocauit omnes generationes, & omnes animas, vt ad uitam uenirent per medium suæ mortis. Et postquam saluauit omnes, dixit: cōsummatum est. Et demum dixit: serio iterum mori pro salute animæ, dicens: reperi modo pecudem. s. animam, quam perdideram, qua cōperta inclinato capite expirauit, ppter te, d anima. vnde Christus fuit maior peccator omnium, quia omnium peccata ipse tulit. Considera ergo anima, cum quanto labore tu es quæsitā. Cape modo sextam considerationem. s. cum quanta tua culpa, o anima es perdita. Nam dedit quatuor pulchritudines ipsi animæ naturales, quia primo creauit ipsam pulcherrimam ad sui similitudinem, & dedit sibi liber. arbitrium, quia fecit eam liberam in tantum, q nullus Angelus potest eam sua libertate priuare; ac dedit sibi gratiam, & finaliter gloriā. Et uidens Deus, q propter unum peccatū mortale, tu, d anima perdis omnes istas tuas pulchritudines naturales, quas tibi dedit, & damnaris; non minus doler ipse pater animarum, quā doleret unus paterfamilias, qui haberet unam pulcherrimam filiam, quæ posset effici regina, & rex uellet ipsam desponsare; & ipsa propter eius fatuitatem diffamaretur in tantum, q nendum ipse, sed omnes cuiuscūque minime conditionis illā uitaret in ipsam accipere; quātū credis, dolorē haberet eius genitor? Itā facit Deus, quando anima uexana denigratur, se inuoluens in labe peccato-

rum

A rum. Vnde ad instar Lazari dicere potest, ubi posuistis eum, d peccatores miseri, & infelices, ubi posuistis animam uestram? in monumento inferni, sctentem præ multitudine peccatorum: ergo d peccator, exi foras de isto monumento, & resuscita confitendo, penitendo, & eucharistiam deuotè sumedo; & uiues restaurando gratiam, de qua transibis ad gloriam tibi paratam. Sequuntur alie tres considerationes, quæ pertinent ad statum gloriæ. Et proxima istarum trium, quæ est septima in ordine continuando cū superioribus est, q tu aia cōsideres cū quanto iubilo recipieris in paradiso a Deo, & Angelis. Nam cum uno uerbo tu potes facere celestem curiam iubilare, dicendo. s. tuam culpam. Nam tunc omnes Angeli gaudent facientes festum; quia magnum gaudium est Angelis super uno peccatore penitentiam agente, &c. vnde considera, o anima smemorata cum quanto festo recipieris ad instar patris currentis uersus filium prodigum, qui luxuriosè uiuendo consumpsit totam substantiam suā, quia cadens præ lætitia super collum eius, & amplexando eum non quæretes, ubi est equus, nec ubi sunt calceamenta, & uestes, &c. Immo cum iubilatione fecit eum annulari, caiccare, & uestire, & uitulū saginatum mactari, & cōuocatis amicis, cū simphonijs epulādo gauisus est, & diem festum egit. Ita facit Deus, quādo dando tibi gratiam puenientē reuerteris in te ipso; & cognoscēs te peccatorē, disponis redire ad domum patris tui, disponendo, & firmādo te in bono, & sancto proposito bene agendi. Et tunc dat tibi gratiam subsequentē, & cadit super collum tuum quando agis penitentiam de peccatis tuis, & confiteris de peccatis perpetratis cōterendo cor tuum, & tunc tu es in gratia Dei, & tunc dat tibi gratiam subsequentem, & cadit super collum tuum, saginatum uitulū. s. gaudia paradisi inducendo te in domum suam lætitiæ, ad dandum intelligere, q propter te ipse mortuus est, & dat tibi calceamenta, & annulum, &c. i. ut ubi in primo eras seruus peccati, facit te liberum. Nam antiquis temporibus soli liberi erant annulati, quia ipsi soli ferebant annulos, & non alij. Cape octauam, & nota cum quāto pretio tu es redempta, quia cum sanguine, & uita Christi, ad denotandum pretiositatem animæ: quia unus passus pedis, & unicus ictus oculi Christi, & quilibet actus Iesu, & una gutta sanguinis Christi, erat suffi-

ciens pro redemptione decē millium mundorum. hinc sanctus Paulus dicit: Empti enim estis pretio magno: portate Christū in corpore uestro, &c. Nam si aliq; uestrū posset habere unā guttam sanguinis Christi, certe haberet illam ualde charam. Sed quantum debes habere charam unam animā, pro qua totus sanguis Christi est sparsus, qui nullo pretio potest comperari, nec intellectus potest intelligere? considera ergo quanto pretio tu aia fuisti redempta. Nona, & ultima contemplatio est, q tu, d anima, consideres cum quanta gloria, & beatitudine tu eris glorificata, & quantum præmium datur intellectui de Deo propter unum modicum fidei, quia efficitur possessor ipsius Dei, & ipse Deus. Nam ab Angelo infra, anima est pulchrior omni alia creatura, & Angelus est pulchrior anima. cōsidera modo q pulcherrimus debet esse Deus creator, & factor omnium, cum minimus Angelus sit pulchrior oī aia, excepta anima Christi: & uide etiam quantum præmium datur memoriæ; quia per spem conducitur memoria ad recolendum semper Deum & eius diuinitatem; & recolet anima beata, se nunquam habere finem, & semper debere frui ipso Deo, cum omni summo bono, & felicitate, & sine defectu aliquo cum plenitudine gloriæ, sine fine: & dabitur uoluntati tuæ, propter unum modicum affectus amoris diuini, q tu habebis charitatē æterni amoris, & charitatē Dei, quæ nunquam excidit. Et sic anima ipsa pretiosa, & beata semper uidebit patrē, filium, & Spiritum sanctum in oī perfectio- ne trium potentiarum ipsius animæ, scilicet, intellectus, memoriæ, & uoluntatis: quia domus ipsius animæ est repleta ex odore unguenti, transeundo de domo gratiæ in domum gloriæ paradisi, ad quam amor Dei gratiosus nos perducat per suam misericordiam. Amen.



FERIA

A FERIA SECUNDA
sexta hebdomada.

De amore ineffabili.

Sermo XLI.



In nomine Iesu omne genu flectatur, celestium, terrestrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur: quia dominus noster Iesus Christus in gloria est Dei patris.

Ad Philipenses 2. c. & in Epistola hodierna. Charitas me pungit, & timor me reprehendit, hinc charitas me urget ut loquar, & clamor, & timor me angit ut fileam, non possendo ad plenum dicere id, quod tali congruit materiae, videlicet in secunda epistola amoris ineffabilis, unde loquendo taceamus, & tacendo loquamur. Et dicamus de suo excelso nomine, quod omnibus non men contulit rebus, & humilitas mihi dicit, quod non possum de ea loqui, considerata sua immensa gloria, de qua non solum lingua humana, sed & angelica virtus deficeret in glorificando quantum decet & meretur nomen gloriosum Iesu. Nihilominus, quia charitas vult, quod ego predicem vobis de tali nomine, secundum facultatem, quae inest mihi, non tantum de me, sed cuius est hoc nomen dicere faciet, & predicabo. Sed quid de eo dicemus boni ex nobis? Si dicam, quod sit magnum, videre uideor dicere, quod sit paruum considerata sua incomprehensibili magnitudine. Si dixerim, quod sit dulce, uidebor dicere ipsum fore unam amaritudinem, considerata sua immensa dulcitudine. Si misericors predicetur, ipsum crudele nominare uidebor, considerata sua ineffabili misericordia, quae est infinita, sicut sunt aliae sui nominis dignitates. Non ergo potest tantum laudari, quoniam plures sibi laudes conant, & quin perfectionem suarum plures uirtutum magnificentiam possunt, iuxta illud Dauidicum, Psal. 41. Sicut nomen tuum Deus, sic & laus tua in fines terrae. quasi dicat, sicut Deus est unum infinitum, ita laudem in finitum meretur istud nomen Iesu. Unde quod omnes res creatae finitae sunt, & mensuratae, sequitur quod nulla res sola, & particularis, nec omnes simul conglutinatae possent istud sublime nomen Iesu iam a mentibus hominum longa excisum obliuione, & a memoria cassum suam copiosam sufficienter laudare

uirtutem. Ideoque nos, recurrere ad illam, subsidiū capiemus, quae tale nomen mundo tenere uoluit. Quae propter suam humilitatem, uirtutem nobis, & gratiam dignetur augere, qua mediante possimus ad plenum loqui, quāto plus dici de eo potest ad laudem, & gloriam Dei eiusque nominis gloriosi, & aiarum nostrarum salutem pariter, & corporum cum mente & uoce pia dicendo: Aue Maria, &c. Loquentibus ergo uobis, cum dicit gratia, de hoc nomine glorioso Iesu, de quo in themate nostro proposito mentionem facit S. Paulus Apost. dicendo, quod in nomine Iesu omne genu flectatur, &c. dico quod digne Apostolus requirit sic: quia si bene consideramus, a principio creationis mundi reperiemus, quod creata Angelica natura, & speculando in diuina essentia, in quo futura uidentur tanquam praesentia, ipsa natura Angelica comprehendit Iesum incarnari debere, quem Angeli, qui hodie sunt beati, facientes se conformes uoluntati diuinam adorauerunt. Et draco ille superbus Sathanas, & sui sequaces, difformes diuinam uoluntati ipsum adorare sunt dedignati. Unde subito factus est rumor, & tonitrua, & terrae motus, & praelia inter ipsos Angelos in caelo; & in nomine Iesu Angeli beati uictoriam habuerunt, & prostrauerunt spiritus malignos de paradiso in abyssum: unde ego imaginor, quod boni inter se dicebant: uideat Iesus, uideat Iesus, quae admodum hodie faciunt armigeri de suo capitaneo, & duce, ad uocem cuius nominis illi daemones resistere non potuerunt, quin de paradisi apice in innum abyssum caderent. Ex inde creati fuerunt Adam, & Eua, qui et propter transgressionem mandati diuini ceciderunt, quia comederunt de fructu ligni eis uetiti: & prope fuerunt expulsi de paradiso. unde dolentes, & plangentes penitentiam egerunt in terra, quod de generatione in generationem succedendo processerunt usque ad prophetas, qui habuerunt per Spiritum sanctum reuelationem de hoc salutifero nomine Iesu, & sic prophetae zauerunt naturam humanam per tale nomen debere saluari: unde nihil aliud desiderando clamabant, cum dicebant: sonet uox tua in auribus meis, dic aia meae, salus tua ego sum. Rorate caeli desuper, & nubes pluant iustum; aperiat terra, & germinet saluatorem. & alibi, mitte dominus quem misurus es. Et post tot plactus, & desideria placuit Deo mittere illud gloriosum nomen de caelo in terram pro nostra salute, quoniam eius unicum filium fecit de purissima Virg. eius genitrice capere carnem, & interpretat Iesum saluator. unde nomen bene est conse-

consequens rei, & effectus reddit testimonium rei, quia per ipsum liberati sumus a manibus diaboli. & ideo benedicat S. Ioannes, scimus quia verum est testimonium eius. & nota celsitudinem istius sublimis nominis. Nam dicit Io. de Pisis super Cantica, quod omne quod Deus unquam fecit, facit, aut faciet, dixit, dicit, vel dicit propter animam saluare est in hoc sacratissimo nomine inclusum. In hoc nomine tu reperies suam Incarnationem, Peregrinationem, Passionem, Mortem, & Resurrectionem, & Ascensionem ad caelos, quae propter nos fecit. Ibi qui bene contemplet, reperiet omnem eius praedicationem, omnem suam doctrinam, & legem, & omnia sua miracula, quae unquam fecit, & quicquid continet caelum, & terra est in hoc ineffabili nomine comprehensum. & ideo dicit S. Paulus, Verbum abbreviatum fecit dominus super terram, ut non sit, qui se abscondat a calore eius. quasi dicat, licet istud nomen Iesu sit breue, quia aut per tres, vel quinque, literas scribitur: nihilominus in sententia & uirtute quicquid caelum, & terra continet, in se concludit. Unde digne dicunt uerba proposita, In nomine Iesu omne genu flectatur, caelestium, terrestrium, & infernorum. Et didicit S. Paulus dicere hoc, quando fuit raptus usque ad tertium caelum, ubi sensit tantam dulcedinem Iesu, quod exclamando dixit, Iesu trahe me post te: ad significandum quod tanta est dulcedo istius nominis gloriosi, quod trahit usque ad caelos, qui bene gustat ipsum, & ad istud tale nominis Iesu, quod fecit Paulus raptus ipse uidit omnes Angelos beatos breuiter per gloriam, & homines per gratiam, & demones per poenam, iuxta illud, Sanctum, & terribile nomen eius. Et istud nomen est sanctum, & gloriosum atque gratiosum beatis spiritibus, & illis qui quaerunt salutem animarum suarum: & est terribile malignis spiritibus, & hominibus obstinatis in malis operibus, sicut lux radiantis solis est grata sano oculo, & terribilis oculo infirmo: ita istud sacratissimum nomen Iesu, est gratum bonis, & terribile malis spiritibus. Et ideo serui Dei, quanto magis sunt in gratia, tanto maiorem deuotionem & dulcorē sentiunt in nomine Iesu, sicut de S. Paulo, qui fuit singulariter acceptus a Deo, quae admodum indicant uerba Christi Ananiae de ipso Paulo dicendo, Elegi ipsum mihi in uas electionis, ut portet nomen meum coram gentibus. elegit enim Deus inter alios Apostolos specialiter S. Paulum, qui suum gloriosum nomen per mundum spargeret, & propalaret. & bene id fecit, quia legitur

in epistolis S. Pauli quinque centies hoc gloriosum nomen Iesu esse nominatum. Et vos, qui praticando agitis in mundo, si uultis quod res uestrae prospere vadat, regite uos in omnibus operationibus uestris cum nomine Iesu secundum doctrinam, & regulam S. Pauli dicentis, Quicquid facitis, aut dicitis, in nomine Iesu facite, aut dicite. & ego magis infra demonstrabo non a me, quia nolo quod solum mihi credatis, sed per auctoritates noui & ueteris testamenti, quod non est nomen in caelo, neque in terra, quod sit tanti valoris, sicut est nomen Iesu. In quo nomine omnia antiqua miracula, noua facta sunt, sunt, atque fient. & ut possimus de ipso ordinatè tractare, distinguamus tres status. Primus est status incipientium. Secundus est status proficientium. Tertius est status perfectorum. Et aequiperando istud grande nomen, quod est supra omne nomen, Soli, iuxta illud, ortus est sol iustitiae Christus Deus noster, capiemus duodecim radios istius solis, quorum quatuor appropriabimus primo statui, & quatuor secundo statui, & alios quatuor tertio statui, quos omnes uideas ordinatè. Primus uocatur refugium penitentium. Secundus auxilium bellantium. Tertius medicum infirmantium. Quartus solatium patientium. Ibi quatuor radij pertinent primo statui, qui est status incipientium. Quintus honor credentium. Sextus dulcedo predicantium. Septimus adiutorium proficientium. Octauus sustentatio deficientium. Ibi alij quatuor radij pertinent secundo statui, qui status est proficientium. Nonus suspiratio mendicantium. Decimus suffragium postulantium. Undecimus, gustus contemplantium. Duodecimus gloria perseverantium. Ibi alij quatuor radij pertinent tertio statui, qui est status perfectorum.

Prima pars principalis.

ET incipiendo a primo radio dico, quod est refugium penitentium. Et ideo attendite, o peccatores: quia quanto quis plus fuerit sceleratus, tanto magis tangit eum. Sed tu o iuuenis, siue senex, vis desistere tua peccata, recummittas te glorioso nomini Iesu deuote, quia est impossibile quin te cum fide ad istud uirtuosissimum nomen recurrendo non conuertaris, & peragas penitentiam, & habeas ueram contritionem tuorum peccatorum diuino auxilio nominis Iesu coadiuuante. Et cogita de diuina iustitia, quia non est peccator tam horridus, & crudelis, qui se cognoscit illam

A illam non tremiscat, iuxta illud Iob, Tremens factus sum ego, &c. Vnde considerando quod natura humanæ fragilitatis est ita hebes, quia vidit iustum septies cedere in die & releuare se: omnipotens Deus vidit quod seruando illam seueritatem iustitiæ, quæ in veteri legitur testamēto, pauci essent salui: Ideo de coelo misit in terrā istud nomen Iesu gloriosum, quando fecit eius vnigenitū verbum ex Virgine dulcissima capere carnem, cuius nomine mediante sumus in latu gratiæ collocati. Vnde nō est amplius tempus amoris, sed modo est tempus gratiæ, & dulcoris: nec est amplius tempus vltionis, & vindictæ, sed misericordiæ: expectat enim Deus in præsentī tēpore peccatorem, quod conuertatur ad pœnitentiam, vbi in tempore veteris testamēti, in quo nō fiebat memoria de hoc dulci nomine Iesu, subito post commissum peccatum Deus mittebat vindictam sine mora & rigidam iustitiam super populo suo, sicut tu habes ab Isaiā, quod centum & octuaginta quinque millia hominum permisit Deus trucidari de populo suo propter vnum peccatum. & ideo merito vocatur illud tempus timoris & vltionis. Vnde Isaiæ 31. c. Ecce nomē Domini terribile venit de lōginquo. scilicet dominus iustus, feruens, & ardens & grauans, ardens inquam, quātum ad voluntatem; feruens quantum ad intelligētiam; ardens & grauans quantum ad potentiam, ita quod humana conditio non poterat tale pondus portare. Vnde non erat Deus illo in tēpore visibilis, & palpabilis, sicut in tempore præsentī, quia apparendo Moyfi in rubo ardenti tantum ardorem & splendorem impressit in faciem Moyfis, quod Iudæi non poterant sustinere eius faciem redeuntes ad ipsos. Ita splendebat in tantum quod oportuit quod sibi velarent faciem cum loquerentur secum, quod significat, quod non solum Deus, sed & illi qui regunt pro ipso, sicut fuit Moyses cum tanta seueritate iustitiæ procedebat, quod populus non poterat ipsum sustinere. Comprehende hoc cum isto rudi exemplo, quia erat ad instar vnus magnæ massæ ferri bene infocatus, & flammizans, in qua oculus vix potest videre quin lædatur visus. nec potest palpari, nisi projiciatur in aqua: & extingatur & refrigeretur, quia tunc fit palpabilis, & visibilis sine poena & læsione visus. Ita erat Deus omnipotens tempore veteris testamēti præuaricatoribus suæ legis, rigidus cū sua subita iustitia rigorosa, quam exercebat ti-

morosus & pœnosus. sed postquā in illū fontem aquæ viuæ salientis in coelum fecit descensum, hoc est in vētre Virginis, intransdo placatus & humiliatus, vnde nascendo exportauit nobis in mūdum gratiosum nomē Iesu, & est nobis factus visibilis, & palpabilis & mutauit prædictas condiciones: quia vbi primo erat præuaricatoribus timor & poena, & seuera iustitia, est modo factus spes & dulcedo per infinitā misericordiā, & gratiam peccatoribus expectando, & confortando ipsos ad pœnitentiam. bene est ergo primus radius declaratus, scilicet quod dulcissimum nomen Iesu est refugium pœnitentiū. Vnde benedixit Angelus Gabriel annunciando Virginem: Ideoque quod ex te nascetur, sanctum vocabitur, &c. Sanctus Ioannes 4. c. dicit: Scribo vobis filioli, quoniam remittuntur vestra peccata propter nomen eius. Et S. Petrus in Actis Apostolorum. 4. c. Non est aliud nomen sub celo datum hominibus, in quo sit salus, nisi in nomine Iesu. Et in summa intellige in hoc sanctissimo nomine Iesu nostram humanā apprehendisse gratiam, & gloriam, quia per ipsum habemus esse, & potentiam redeundi ad pœnitentiam post peccatum, & finaliter post vitam præsentē consequendi gloriam paradisi. Vnde nō est ita sceleratus peccator, qui mediante nomine Iesu nō possit ad pœnitentiam redire & animam suā saluare. & vide hoc per totum noauum testamentum, quia nullus fuit infirmus, qui deuote se recommitteret nomini Iesu, quin fuerit ab eo ex corpore, & aīa liberatus. & ista de primo radio sufficiant. Sequitur secundus radius, qui vocatur adiutor bellantium. Vnde nota, quod habemus tres inimicos, cum quibus in vita præsentī continue bellari cōtingit, scilicet diabolus, mundū, & carnem, contra quos fides est fortissima armatura & deuotio nominis Iesu: & ideo tu, o peccator, cum es bene confessus cum proposito nolendi ad priora peccata redire, scio quod tu eris multum ab istis inimicis tentatus, & tanto plus tentaberis, quāto meliorem vitam eliges. vt possis ergo illas tentationes auferre, deuote & cū magna fide debes te nomini Iesu recommittere, iuxta illud Daniticum, Assumite scutum fidei: quod si feceris, ego non dubito quod cum Dei gratia de nomine Iesu eris ita armatus quod de omnibus prædictis inimicis remanebis victoriosus, iuxta illud Daniticum, Scuto circumdabit te veritas eius: nō timebis à timore nocturno, à dæmonio meridiano,

A diano, à negotio perambulante in tenebris, &c. Et ego vere testificari possum de multis miraculis, quæ reperi sequi à pauco tempore citra in benedicto nomine Iesu, sicut inferius vobis dicam. Vnde mihi videtur, quod Dominus velit nuperrime ministrare antiquam & iam oblitam magnā virtutem nominis Iesu, descriptum à S. Marco 3. c. sui Euangelij, in nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent; & si mortiferum quid biberint, non eis nocēbit: super ægros manus imponent, & bene habebunt. hæc verba S. Marci fuerunt Christi Iesu, qui est via, veritas, & vita. O indiabolatæ hæretice, qui non credis quod in virtute nominis Iesu gloriosi possint dæmones expelli, & alia miracula fieri. Tu ergo, o homo, & domina fidelis, crede quod tali nomini hæc virtus fuit in coelis donata, & in terra à Christo Iesu cū suo proprio ore cōfirmata, & si aliquis dæmon, vel foletus molestaret domum tuā, vel te, ita quod in ea domo nō possit habitari: si es in peccato aliquo, confitere & habear contritionem peragendo pœnitentiam de perpetratis malis, & satisfaciendo cū proposito corrigendi vitam tuam, & perseuerandi in bono, & reductus in gratia Dei cum grandi fide vade per domum illā spargendo de aqua benedicta in nomine Iesu, & liberaberis ab ista molestia. Vnde dum ego forem Mantuæ, quidam de Hostilia venit ad me pro consilio, narrando mihi qualiter in domo sua cōuersabatur vnus foletus, qui videbatur innamoratus de eius filia, & tangebatur sibi manus, & genas, & sensibilibiter faciebat multos actus perinde ac si esset vnus homo, adeo quod vir ille, pater illius iuuenis, dicebat quod foletus ipse se collocabat inter ipsum & filiā in lecto, erat tamen inuisibilis. & ego consilium sibi dedi, quod & tibi do & trado, videlicet quod ipse cōnteretur cum tota familia sua cum bona fide & pura, & facta diligenti confessione ipse iret projiciendo per domum, & lectum de aqua benedicta in nomine Iesu. & ita mihi inde redeunti post multos dies retulit se fecisse, & inde liberatum fuisse ab illa molestia. Similiter me prædicante in Alexandria de tali nomine Iesu, quidā puer posuit nomen Iesu super vna spiritali, & incōtinenti extitit liberata. & plura alia exempla possem dicere: sed quid expedit quod vadam per exempla longinquiora? nam mihi ex fide digno relatu dicit quod erat in hac vestra ciuitate Paduæ in Burgo omnium Sanctorum

vna dæmoniata, quæ liberata fuit in nomine Iesu. & ecce ipsam hic, quæ de hoc potest vobis tribuere bonam fidē, quæ ex certu aliarum mulierum confurgens omnibus videntibus, & intelligentibus suo proprio ore confessa fuit ita fuisse & esse, & se in nomine Iesu benedicti liberatam fuisse. Et nō miremini, quod etiam hominibus sunt subiecti diaboli in nomine Iesu, prout describit S. Lucas 10. c. sui Euangelij, quia Apostoli redeuntes cum lætitia ad Christum dicunt ei, Nescis magister, quia in nomine tuo etiam dæmonia subijciuntur nobis. & respondit Iesus, videbam Sathanam tanquam fulgur cadentem de coelo, quasi vellet dicere, non admiremini, si in virtute mei nominis expellitis dæmonia de isto mūdo, quia in nomine meo fuerunt expulsi de paradiso impetuose, hoc est ruendo tanquam fulgur cum impetu descendit. Vnde si vos videtis aliquem dæmoniacum, si uultis eum liberare, habeatis aliquem sancti uirū, uel aliquem habentem magnam fidem in nomine Iesu, qui non sit in peccato mortali, & nomet ei nomen Iesu super illo dæmoniacum, & liberabitur, si erit pro meliori animæ suæ. Vnde inter cætera miracula in hoc Mediolani rogaret pro uno dæmoniacum Deum, dæmon qui tenebat illum loquendo dixit, non exibo propter te Bernarde, sed bene exibo propter magnū Dominū. Et S. Bernardus quæsiuit, quis est iste magnus Dominus, & si unquam uiderat eū. Cui respondit diabolus, quod erat Iesus, quæ uiderat ante quam eiectus foret de coelo. Et tunc S. Bernardus præcepit isti dæmoni, quod in nomine Iesu exiret ab illo homine, & ita exijt, & homo ille remansit liberatus. Itaque uos o patres, & matres deuoti nominis huius Iesu, docete filios uestros, quod omnia quæcunque faciunt, exceptis peccatis, faciant in nomine Iesu, si comedunt, siue bibunt, siue in cubili se collocēt, uel surgant: siue legere uelint, scribere, aut loqui in nomine Iesu semper incipiant, & uidebitis prosperos effectus sequi & inimicos in nomine Iesu uidebitis superatos primos, scilicet dæmones. Secundus inimicus noster est mundus, scilicet mundanæ contrarietates, & mundani homines indiabolati, qui sunt contrarij saluti animæ nostræ, & pacifico, & sancto uiuere, quia reperiuntur aliqui in malis ita obstinati quod sustinere nequeunt quod alij sint dissimiles ipsis. Vnde in una domo reperientur quod frater uitiosus

Exemplū.

G

H

truffa-

A truffabitur de virtuoso, & similiter in una cōtrata erit vna domina quæ timebit Deū, & vellet relinquere vanitatem: & vna alia indiabolata meretrix truffabitur de illa, iuxta illud, Inimici hominis domestici eius. sed tu o deuota, & fidelis nominis Iesu, fac in illo nomine tibi signum sanctæ Crucis, quando à tali inimico tu es ita tentata, & sancta videberis, & deludens te remanebit delusa. Similiter, tu qui vadis per mare habeas deuotionem in nomine Iesu, & te sibi fideliter recōmenda, qui te potest ab omni tempestate euellere & defendere. Et tu o blasphemator Dei propter malam tuā consuetudinem, in qua es habitus sæpe cadis in tali vitio; vel periuras ex habitu deprauatæ consuetudinis, vel sæpe nominas diabolus, si vis emendari, cum tu cadis in aliquo istorum vitiōrū, subito genuflectas te in terra deuote dicendo Iesu, quia tu nō facies sic decies, quōd mala tui habitus cōsuetudo te relinquet: quia dæmon, qui nos conducit ad blasphemandum; vel talia faciendum, multum cum talibus cōfunditur. Et similiter in omni tuo periculo deuote recurras ad nostrū Iesum, & noli ferre breuia, nec alia signacula, vel superstitiones, & bubulas, quia talia sunt opera diabolica, quæ faciēt te male capitare. sed istud nomen Iesu, est breue breuium, quod in se comprehendit omnem virtutem sacre paginæ aptum, & sufficiens in omni tuo periculo te iuuare, iuxta illud dictum Salomonis, Turre fortissima nomē Domini. & per os Dauid dicit Dominus, protegam eum, quoniam cognouit nomen meum. Cape illud etiam per exemplum, si tu eris fidelis alicuius potentis domini mundani, si humiliter te sibi recōmittens in vna tua necessitate, non credis quōd te adiuuaret & libēter? certe sic. multo magis crede de Deo, in quo non cadit ignorantia, nec ingratitude, neque aliquis defectus, sed esse bonum cognoscit, & vult & potest. & iam declaratū habes, qualiter de secundis inimicis tu potes victoriam reportare in nomine Iesu. Tertij inimici sunt caro propria, scilicet fragilitas, & durities cordis, quæ remouēt nos à bonis operibus, contra quem non est fortius obstaculum quam nomen Iesu. Vnde dicit beatus Bernardus, quōd non est res quæ tantum humiliet cor nostrum, quantum est nomen Iesu dulcissimū. Istud nomē, si te sibi fideliter recōmittis, ab omni tentatione te euadet, scilicet à tentatione carnis, iræ, superbix, auaritiæ, &c. Et ideo non immerito S. Bernardus æquiperat hoc benedictum nomen vni electuario ordinato contra omnem infirmitatem, quia contra omne periculum saluat animam atque corpus, iuxta illud dictum Prophetæ 2. c. Omnis, qui inuocauerit nomē Domini, saluus erit. Et sic habes secundum radium declaratum, qualiter scilicet nomē Iesu est adiutorium bellantium. Sequitur tertius radius, quod dicitur remedium infirmitatū. Et ideo vos, qui habetis infirmos, attēdite ad hunc passum, quæ sunt illæ infirmitates, quæ in nomine Iesu non sint sanatae? Audies, quid dicit Christus per S. Marcum vltimo cap. sui Euangelij: In noīe meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis: & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: super egros manus imponent, & bene habebunt. Considera hic, quia quicumque dicit primū, quia homines fideles, & deuoti in meo nomine dæmonia eijcient. & istud est supra declaratū, in secundo radio, Secundū est, quia sine nocumento serpentes tollent in manibus. & de hoc habes, quia legitur de S. Paulo, quia vnus serpens pependit se digito eius fortissimè ipsum mordendo in multorum præsentia, & nullam aliam læsionem sibi facere potuit, quia erat deuotus, & fidelis nominis Iesu. Intellige etiam, quia multoties accidit quōd corrumpunt aerem, unde sequitur pestilentia in aliqua terra, vel contra ta, vbi regnant, & talis pestilentia cum nomine Iesu auferetur. De hoc experientiam vidi quōd me prædicante tempore vigenis pestis Ferrariæ de nomine Iesu, ad tantam fidem illius nominis fuerunt accessi, & deuoti quōd quasi totus ille Ferrariēsis populus mediante nomine Iesu, quōd posuerunt per omnes domus in secursum, & remediū illius pestiferi morbi, meruit quōd illa pestis cessaret, quando secundum naturalem rationem magis debebat accrescere: & exinde citra nulla fuit causa talis morbi suspicionis, & ita faciet Deus per suā gratiam hic Paduæ & vbiq; vbi vigeat fides & deuotio sui gloriosi nominis. Tertium quod dicit Christus est, quōd deuoti prædicatores nominis Iesu, locuti fuerunt nouis linguis. sed respice, si ita est. omnibus vobis videtur quōd prædictas res nouas prædicando vobis ea, quæ per alios dicta sunt, quia quod dicit Christus est quōd si fideles, & deuoti sui benedicti nominis Iesu intelligunt ipsi bibent res venenosas, quæ naturaliter perducunt ad mortem, & eis nil nocebit. Et hoc habes de S. Ioāne Euāgelista;

A qui in nomine Iesu bibit vnum ciatum veneni, & nil ei nocenti fecit. Quintum, quod Christus dixit est quod fideles Christiani nominis Iesu super egros manus imponent & bene se habebunt. s. de aīa & de corpore, ad exemplum Christi, qui quā sanabat de corpore, etiam semper sanabat de anima. Et ideo tu, qui vis miraculose liberare infirmos, noli ire cū breuib. & alijs fraschis, & superstitionib. que sunt prohibita à sancta matre Ecclesia: sed vade cum regula, quam tibi monstrauit Iesus Christus. s. in suo noīe benedicti. Pone manum tuam super infirmum, tangendo sibi caput, vel aliud membrum honestum dolorosum cum signo palpabile, & videbis quōd miraculose liberabitur, quia subito in nomine Iesu erit sanatus, & non liberabitur cum inducijs sicut liberatur paulatim cum medicinis naturaliter. Istum effectum mirabilis reperies in nomine Iesu. s. cum certis conditionibus procedes, quas magis infra tibi ostendam. Tu habes dictum Christi præallegatū verificatum iam per exēpla: Capias modo per auctoritatem. Vnde sancta ecclesia dicit in benedictione aquæ sanctæ ad expellendos dæmones, morbosque fugandos, diuinæ gratiæ sumat effectum. Et Propheta dicit, Saluauī eos propter nomen tuum, vt notā eis facerem potentiam tuam. Et Petrus Rauennas super illo passu salutationis Angeli id est, & vocabis nomen eius Iesum, dicit: hoc est illud nomen, quod dedit cecis visum, surdis auditum, gressum claudis, vitā mortuis, & potentiam diaboli extinxit. & habes tertium radium, qui declarat Iesum esse remedium omnium infirmitatum. Sequitur quartus radius, qui vocatur consolatio omnium patientium. Et quōd sit verū, respice. 5. c. Euangelij sancti Matthæi, vbi Christus dicit: Beati eritis, cum maledixerint vobis homines, & mētientur propter nomen meum, & gaudebitis, quia merces, uestra magna est in coelis. Et sanctus Paulus dicit: non solum alligari, sed & mori pro nomine Iesu paratus sum. Et alibi ibant Apostoli gaudentes in conspectu cōcilij, & sciebant bene, quōd quando essent delusi & male tractati. à quo ergo erant cōsolati? non certe ab alio quā à nomine Iesu, pro quo pati volebant. est ergo nomen Iesu solamen, & consolatio patientium, qui est quartus radius, & vltimus ex radijs, qui pertinent primo statui incipientium.

Sequuntur mō alij quatuor radij pertinentes proficiētibus quorum Primus vocatur honor credentium. & quod sit verum cogita, quis est maior honor, quam nobis Deus facere potest? Certe est quōd faciat nos eius filios, quia si erimus eius filij, erimus etiam eius hæredes, & sic erimus in honore, & in beatitudine simul hæredes cum Christo, qui est filius Dei, & honoratus in cœlo, in terra, & in inferno supra omnem alium, qui honorem mereatur, quia in eius nomine omne genua flectitur, cœleste, terrestre, & infernale, sicut dicit nostrū thema propositum. Et quōd ita sit, quōd in nomine Iesu credendo fideliter acquiramus istum honorem, quōd efficiamini filij Dei, probat sanctus Ioan. 1. c. sui Euāgelij. vbi dicit, Dedit potestatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius, scilicet in nomine Iesu benedicti. debent fieri filij Dei. o magna exhortatio peccatorum, quia nullus est ita sceleratus, qui non possit effici filius Dei. Emenda ergo o peccator tuam miseram vitam, & efficieris mediante nomine Iesu filius Dei: & noli tardare, quia tardatio boni, sæpe vitium inducit. Et in Apoc. 22. c. Tu habes quod sanctus Ioannes voluit adorare Angelū, qui apparuit sibi valde lucidus, ostendendo aliqua secreta Dei: & Angelus dixit, noli me adorare, sed creatorem adora, quia simul tecum, & cum socijs tuis ego sum eius seruus. vbi apparet quōd propter nomen Iesu nos sumus ita exaltati, & in honore ita collocati, quōd angelica natura vocat se consociam nostræ naturæ humanæ, & non permittit quōd nos honoremus ipsam. bene est ergo nomen Iesu honor credentiū, & sic habes primum radium secūdi status, qui est proficientium. Sequitur secundus radius secūdi status, qui vocatur dulcedo prædicantium, quia non est dulcedo alicuius rei cognitæ, quæ transeat, siue adiungat dulcedini cogniti nominis Iesu. Vnde si vnus Philosophus cognoscit vnum lapidē pretiosum per scientiam, propter illam notitiam venit in amorem illius lapidis pretiosi propter auaritiam valoris eius. vnde plus est cognitio amata quā res cognita. Sed non est ita de nomine Iesu, quia plus cognoscit ipsum, magis eum amat quā res cognita: & si nunq̄ deberes propter illud habere præmiū aliqd, tanta est illius sui noīis dulcedo, quod solum cōtemplando illud bene

A reperis. Et ideo prædicatio veritatis, dulcissime prædicat & sentit de nomine Iesu plus quam aliquis Philosophus, vel quivis alius scientificus, & scientiatus de aliqua re creata quam per suam scientiam cognoscat & etiam constringitur ab amore, quem sibi gerit prædicare de eo, iuxta illud Petri descriptum per sanctum Lucam Actuum Apost. 4. c. Quod dum esset eis per principes sacerdotum prohibitum & præceptio, quod non prædicarent plus nomen Iesu, respondit: non enim possumus quæ vidimus & audimus, non loqui. Tertius radius nominis Iesu, qui pertinet isti secundo statui proficientium, est adiutorium proficientium, quia si tu proficiens in amore Iesu, præhendis specialem deuotionem nominis sui mirabiliter reperies tuam voluntatem ad maiorem & maiorem amorem accessam, iuxta illud dictum Daviticum, Deduxit me super semitas iustitiæ, propter nomen suum. dicit David, quod Deus conduxit eum per semitas iustitiæ mediante nomine suo. I. Iesu benedicti. & nota quod semita iustitiæ, est via secreta, qua itur in vitam æternam. sed via consiliorum sunt voluntaria paupertas, obedientia & castitas. & multi ducuntur in paradysum per istam viam, prout dicit David, mediante nomine Iesu, & Spiritus per viam latam vadunt multi in vitam æternam per virtutem illius nominis Iesu gloriosi, & vocatur via lata, qua itur in vitam æternam, via præceptorum legis, quæ sunt decem, sicut tu scis. & si ignoras, discas ipsa decem præcepta bene, quæ in his versibus continentur, qui sequuntur.

*Idola sperne, Dei nomen non sit tibi in vane:
Sabbata sanctifices, habeas in honore parentes,
Non sis occisor, fur, mechus, testis iniquus,
Non aliam raptam, nec rem cupies alienam.*

D Et per quacunque viam eatur in vitam æternam, non sine lumine & auxilio nominis Iesu quiscumque ingreditur, iuxta illud Psalmographi in lumine vultus tui ibunt, & in virtute nominis tui exultabunt. bene est ergo nomen Iesu auxilium proficientium, quod fuit tertius radius secundi status. Sequitur quartus radius, qui dicitur subuentio deficientium, quia si aliquis est tepidus & piger in bene operari, vel frigidus quia sit in peccatis inueteratus de malo in peius per viam infernalem ruens, potest si vult à nomine Iesu mirabiliter subueniri. & quod sit verum, respice actum S. Petri versus illum pauperem claudum, qui sibi petebat elemosinam. Cui dixit S. Petrus, sicut habes Actuum

Apost. 3. Mihi non est aurum, neque argentum, sed quod habeo, tibi do, In nomine Iesu surge, & ambula, & subito ille claudus retractus lætus surrexit, & perfecte sanatus iuit. Vide quantum ad sensum literæ, quod nomen Iesu fuit subuentio ad defectum sanitatis illius pauperis claudi eneruati, qui ex vero matris suæ talis editus fuerat. Sed moraliter intelligendo, possumus per illum claudum intelligere peccatorem in peccatis natum, qui est satis infirmus anima, & eneruatus & infirmatus corpore & claudus qui ex se non potest ire in paradysum. Isti dicit S. Petrus, quod ipse surgat & perambulet, & hoc est quando confessor & prædicator sibi consulit quod se remoueat à mala consuetudine peccandi, & confiteatur sua peccata, disponendo se de cetero bene agere. & quoniam peccator istud sanum consilium prendit, sibi confessor, vel prædicator dat de eo quod habet, non aurum, nec argentum, sed quod excedit aurum & argentum: quia secundum auctoritatem, quam confessor ipse habet à vicario Christi Iesu, ipse absoluit eum in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. & per istum modum vadit ipse absolutus perseverando in paradysum, ubi primo propter suum defectum ruebat versus infernum. Modo nomen filij, quod simul cum nomine Patris, & Spiritus sancti iste infirmus anima & corpore absolutus uir est, nomen Iesu. Verum est ergo, quod nomen Iesu est subuentio deficientium, & sic habes quartum radius sancti status declaratum.

Tertia principalis pars.

Restat modo de quatuor ultimis radijs, qui spectant ad perfectos. Primus vocatur suspiratio meditantium, qui in hoc statu est & experitur, me intelligit, quia anima deuota, fidelis, & contemplatiua dulcis nominis Iesu, non potest tacere, nec ascendere quin indicet sepe dulcia suspiria, quæ habet & sentit pro eo. & quod sit verum, audi illa dulcia suspiria S. Bernardi dicentis: Iesu dulcis memoria, dans vera cordi gaudia, sed super mel & omnia, eius dulcis præsentia. Nil canitur suauius, nil auditur iocundius, nil cogitatur dulcius, quam Iesus Dei filius. Iesus, spes penitentibus, quam pius es petentibus, quam bonus te querentibus. sed quid inuenientibus. nec lingua potest dicere, nec litera exprimere. expertus nouit credere, quid sit Iesum diligere, Iesus dulcedo cordium, Fons viuus, lumen mentium, excedens omne gaudium, & omne desiderium. Iesum queram in lectulo, priuatum

A tim & in publico, clauso cordis cubiculo. queram amore sedulo, cum Maria diluculo. Iesum queram in tumulto, cordis clamore querulo. mente queram, non oculo. Tumbam profundam fletibus locum replens gemitibus, Iesu; rouoluar pedibus strictis herens complexibus, Iesu rex admirabilis & triumphator nobilis, dulcedo ineffabilis totus desiderabilis, mane nobiscum Domine. Mane nouo cum lumine. Pula noctis caligine, mundum replens dulcedine. Amor Iesu dulcissimus, & vere suauissimus plus millies gratissimus, &c. Experti recognoscite amorem, poscite Iesum, ardentem querite, querendo ardescite. Iesu auctor clementissime, totius spes lætitiæ, dulcoris fons & gratiæ, veræ cordis lætitiæ. Cum digne loqui nequeam de te, nec tantum sileam, amor facit ut ardeam, cum solum de te gaudeam. Iesu tua dilectio, grata mentis refectio replet sine fastidio, dans famem desiderio. Qui te gustant esuriunt, qui bibunt adhuc sitiunt, desiderare nesciunt nisi Iesum quem sentiunt. Quæ tuus amor inebriat, nouit quid Iesus sapiat felix gustus, quem satiat, non est ultra. quod cupiat Iesus decus angelicum in aure dulcedo canticum more mel mirificum in corde nectar celicum desidero te millies. Mi Iesu, quando venies: quando me lætum facies, & tecum me suscipies Iesu mi dulcissime spes suspirantis animæ te querunt pie lachrymæ, & clamor mentis intumescit, dilecte mi reuertere, confors paternæ gloriæ. hostem vicisti prospere. iam celi regno fuere. iam prosequar cum laudibus Iesum hymnis & precibus, ut nos det in cœlestibus cum Christo frui sedibus, amen. Et si tu o homo, vel domina habes ista, vel aliqua huiusmodi suspiria propter benedictum nomen Iesu, sepe deuote meditando scias ipsa conseruare, & si non habes, quære ipsa suspiria, quære & acquire, quæ acquirere potes, si modo velis. Et tene pro regula quod quotiens audis nominari nomen Iesu, totiens te genuflectas, sicut in dicere Ave Maria. Ibi & Christus benedictus, &c. & in Salve regina. & in Iesum benedictum fructum, &c. & similiter per omnem alium modum, quem audis nominari Iesu, inclina tuum genu. & scito quod illud non facies frustra, quia pro omni vice tu lucraberis quadraginta dies de venia. ex indulto sacre Romanæ Ecclesiæ: & aliqui dicunt 80. si vis ergo inter perfectos meditato pertransire, tu debes continue de nomine Iesu cum prompta memoria recordari & ipsum cum intellectu sepe orare, & cum voluntate sum-

ma dulcedine de eo gustare & totis conatibus in dulcibus suspirijs nominis Iesu perseuerare. Et habes de isto tertio statu perfectiorum primum radium, qui dicitur suspiratio meditantium. Sequitur secundus radius, qui vocatur suspiratio orantium. Vnde si vis de aliqua infirmitate, vel aliquo malo te liberare, vel si vis aliquam honestam gratiam à Deo postulare, genuflectas te, & cum feruente oratione posce in nomine Iesu illud, quod vis, quoniam tu illud habebis, si cum conditionibus, quas tibi dicam, preces. & quod sit verum, vide S. Io. 15. c. sui euangelij. vnde dicit: Quodcumque petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. loquitur Iesus Christus dicens, quodcumque petieritis, &c. quod si non credis, tu es hereticus, quoniam veritas tibi dicit, quia ego hæc ex me non dico. Sed tu dices, ego multas gratias petij in nomine Iesu, quas ego non habui. Et ego respondeo tibi, quod tu nihil petijsti in nomine Iesu, quia non intelligitur peti aliquid in nomine Iesu, si non fiant quatuor. Primum est, quod volens petere gratiam, pure confiteatur cum tota eius familia. quia similiter oportet facere cum Deo, quod fieret cum vno domino temporali, si velles aliquam sibi gratiam postulare, quia primo tu quæres facere te suum amicum & vitares recipere in domum tuam aliquem suum inimicum. similiter facito cum Deo, quia primo confitere, ut efficiaris suus amicus: & fac confiteri totam tuam familiam, ut nemo eius inimicus habitare reperiat in domo tua. Et scito quantum est utilis ista tua confessio, quia à sancta ecclesia per vnum decretum præcipitur medico, quod si medetur alicui infirmo, qui non fuerit de proximo confessus, ante omnia pro prima medicina debet suadere sibi, quod ipse confiteatur, considerando quod sepe pro peccatis superueniunt infirmitates: non solum veniunt his, qui talia peccata perpetrant, sed etiam superueniunt filijs vel personis, quas valde amant, ut tales peccatores per tales infirmos tribulentur in hunc mundum, & affligantur: qui enim experitur: sentit & potest de hoc testimonium perhibere, quoniam non est modica afflictio videre amorem affligi in tribulationibus. vexatum torqueri. nec ingerat tibi aliquid dubium illud dictum. Non porrabit filius iniquitatem patris, quia illud dictum intelligit in alia vita. hoc est dicere, non damnabunt filij pro peccata patrum. Attamen non tollitur propterea, quin filius infirmus corpore pro peccata patris. Et quomodo supra scripto tu feceris confessionem. Secundo tu debes petere rem iustam, & non iniustam, quia vnus sapiens dominus mundanus truffatur de te, si peteres sibi rem iniustam. quanto

A ergo magis Deus faceret, in quo summa in-
stitia & sapientia viget. & accedit, q̄ filius
sæpe sanatur, quia remouet causa, qua remo-
ta remouet effectus: ergo utilis, imo neces-
saria est cōfessio ad sanitatē tuā, vel aliorū,
propter virtutē noīis Iesu acquirēdā. Hec
est snia S. Augustini, q̄ si iniuste vel te exi-
stēte in peccato mortali aliqd petis à Deo,
dato q̄ dicas, & nomines cum ore nomen
Iesu, non propterea intelligitur qudd in
nomine Iesu facias tuam petitionem. Sec-
unda res, quæ tibi expedit est, q̄ tu satisfa-
cias pro tuis peccatis iuxta tuam potentia
& facultatem pro omnibus tuis cōmissis.

B Verbi gratia, si recepisti aliquid ab aliquo
sub vīris, vel alio modo de malè ablatiis,
redde si tu vis habere gratiam, quam petis
& restitue famam illi, quem defamasti ini-
que, & etiam redde honorem sacræ eccle-
siæ, quæ non vult qudd tu portes breuia,
nec credas istis superstitiosis percantulis,
sed bene vult qudd tu credas in nomine Ie-
su, se posse sequi omne magnum miracu-
lum, quia ipse Iesus Christus suo proprio
ore nobis id reuelauit, & similiter alij Apo-
stoli, & alij sancti toti mundo cum magnis
miraculorum exemplis manifestauerunt.

C O demōniata vetula rencagnata, nō bonis
vetulis dico, sed incantatricibus, & vos o
miseri homines à diabolo excecati, qui po-
tius credere volūt vni vanæ fantasię vnus
femineellæ, & eloquio vnus zarlatoris, &
ceratani vagabūdi, quàm verbis & oratio-
nibus ecclesiæ sanctæ, & verbis Iesu Chri-
sti, qui est via, veritas & vita. Crede ergo tu,
deuote & fidelis, quod omnis virtus bene
operandi inclusa sit in virtuosō noīe Ie-
su in tātum, quemadmodū adorares Iesum
in carne, ita tu debes nomen Iesu adorare:
nō dico sculpturam, vel colorē, sed saporē:
non signum, sed significatum, quia nomen
Iesu tibi significat saluatorem, redemptorē
& filium Dei, & ideo laudo, q̄ qñ de fonte
baptismatis vos leuatis aliquam creaturā,
in cambium aliorum vanorum donorum,
quæ ex consuetudine dari solent sub fascia
vos largiri debeatis vnum ex istis noībus
Iesu de argenti deauratis magnum, vel pa-
ruū secundum facultatem dantis, & reci-
piētis, q̄ in fantulus super se ex deuotione
portet: & non quia sit de argento, vel au-
ro, sed ppter virtutē illi sctissimo nomini
institam. Et puer veniēs in dies discretionis
possit cōprehēdere deuotionē noīis Iesu.
& de illo cōtinue possit recordari ad instar
picturarū repræsentantium vobis B. Virgi-

ne, vel alios sanctos, quæ picturę solū sūt **E**
ob memoriā ipsorū sanctorū. Vnde no. q̄
reperiuntur quatuor species literarū: vnā
melior altera. Primæ species sūt literę grof-
sę pro gēte grossa, sicut sunt picturę. Secun-
darię pro hoīb. mediocrib. reperiuntur lite-
rę mediocres, sicut sūt literę scriptę. & istę
meliores q̄ primę literæ. Tertio sunt lite-
ræ vocales repertæ pro illis, qui in actiua
pp charitatem se volunt exercere, petendo
& cōferendo vt remaneat docti, & alios
doceant & iste sunt prestatiores q̄ alię duę
primæ. Quarto & vltimo sunt literę mēta-
les à Deo ordinatæ pro illis, qui volunt in
cōtemplationib. cōtinuando perseuerare, **F**
& ista inter alias est pfecta & excedit alias,
quia alię ad istā sunt ordinatę, & nō ista ad
alias, & qui possit has vltimas literas conti-
nue habere, non oporteret habere alias, sicut
tu habes de S. Ignatio, q̄ fuit ita medi-
tatiuus, & cōtēplatiuus noīis Iesu, q̄ in sua
mortē euulso sibi corde repertū fuit in eius
corde insignitum nomen Iesu cum literis
aureis. sed quia paucis est concessa talis
gratia portandi nomen Iesu cōtinue in cor-
de, cōueniens & vtile est qudd alia species
literarum repertæ fuerint & ipsis diuersi-
mode vtuntur secundum hominum diuer-
sas facultates. Quartum, quo eges, & est tibi **G**
necessarium, vt tibi conferat nomen Ie-
su, si tu vis gratiam aliquam in eius noīe
petere, est q̄ petas cum firma fide, quia si-
ne fide impossibile est placere Deo, secun-
dum Paulum Apostolū. Quintū est neces-
sarium, q̄ tu petas gratiā, quæ cōferat aiā,
quia multotiēs petimus stultē gratiā, quæ
esset omnino contra animā nostrā, si Deus
illam grām concederet, & hinc est q̄ non
exaudit nos Deus talia petendo, quia ipse
plus amat aiām q̄ corpus. & iō dixit Chrs-
tus illis duob. filijs Zebedei, qui petebant effici
magni in mundo, dicens, nescitis quid pe-
tatis. & ideo tu, qui uis habere gratiam
mediante nomine Iesu, semper pete illā cō-
ditionaliter, si bene cedit tibi p salute ani-
mæ tuæ, vel illius pro quo petis. Et vltimate
humilia te dicendo, fiat voluntas tua.
Et si cum istis modis, & conditionibus,
quos supra dixi, procedes, sine dubio in
nomine Iesu eris exauditus. Et ego tibi di-
cam veritatem. Audi David, qui probat
hoc fore verum: Beatus vir, cui spes est
nomen Domini, & non respicit vanitatē,
nec insanias. Et nota hic vnum pulchrum
exemplum, ante quàm procedam ad vlti-
riora: quia cum esset vnus deuotus sancti

Tho-

A Thomæ, valde suus familiaris in vita, &
post mortem S. Thomæ grauiter infirma-
retur, audiens miracula quæ faciebat, ex
deuotione iuit ad sepulcrum ipsius rogan-
do deuotē, quatenus per medium suæ in-
tercessionis liberaretur ab illa infirmitate,
& ita obtinuit, & sanatus cum læticia re-
dijt domum: & sicut Deo placuit, quia erat
& ipse de electis ad vitam æternam, confi-
derauit intra se qudd non petierat gratiam
suæ sospitati cum ista conditione si foret
pro meliori pro anima sua, putans forte il-
lam infirmitatem posse proficere sibi ad sa-
lutem animæ ex diuina permissione. & ita
timens se male petisse redijt ad sepulchrū
beati Thomæ, & veniam postulans si ma-
le implorasset, omiſsa conditione. Et ite-
rum orauit dicens, qudd intercederet pro
eius sanitate ad dominum nostrum Iesum
Christum, vt sanaretur, & sanus permane-
ret, saluo qudd si infirmitas illa esset ma-
gis utilis pro salute animæ suæ, qudd re-
poneretur in eodem statu infirmitatis, in
quo prius erat, ita qudd conseruaretur in
sanitate, vel infirmitate secundum diuinam
voluntatem in eo statu, qui esset salubrior
animæ suæ, & completa oratione sua subi-
to reuersus fuit in statu suæ pristinæ infir-
mitatis. ad dandum intelligere, qudd pri-
mo nesciuerat petere ex eo quia sanitas e-
rat damnosa animæ suæ, & infirmitas erat
sibi utilis, in tantum qudd cum bona pa-
tientia ferendo illam infirmitatem vsque
ad mortem, promeruit gloriosè ire in vi-
tam æternam. & ideo tu qui intelligis, di-
sce querere gratias à Deo, modo & cum
conditione prædictis. Sequitur tertius
radius, qui pertinet ad prædictos, qui di-
citur gustus contemplantium. Et quod sit,
audi sanctum Bernardum dicentem: aridus
est omnis spiritus, nisi hac pinguedine con-
diatur, loquendo de nomine Iesu. Et Ila-
rias: Nomen Domini, & memoriale tuum
desiderium animæ, scilicet perfectorum
contemplantium. bene est ergo nomen
Iesu gustus contemplantium, qui est ter-
tius radius. Sequitur modo videre de quar-
to radio, qui pertinet tertio statui perfe-
ctorum. Et iste quartus radius vocatur glo-
ria perseuerantium, qui nemini erat con-
sequens vitæ beatæ nisi illis, qui vsque ad
mortem cum firma fide & deuotione no-
minis Iesu perseuerabunt. Vnde Apосто-
lus: Non qui inceperit, sed qui perseuera-
uerit usque in finem, saluus erit. & scito
qudd nullus vnquam ibit in vitam æternā,
S. Bernard. de Senis, Seraph. Tom. 4.

nisi cum isto bolletino nominis Iesu inscri-
pto super fronte. Et qudd sit verum, vide
14. c. Io. in Apoc. vbi sanctus Ioannes di-
cit, Vidi supra montem agnum stantem, &
cum eo 14000. omnes habentes nomen
eius, & nomē patris eius scriptum in fron-
tibus suis, &c. Et David: Gloriantur in te
omnes, qui diligunt nomen tuum. quasi
dicat David: O Domine, nos recipiemus à
te vltimate gloriam omnes, qui perseue-
rabimus in dilectione nominis tui. Et ideo
tu, qui futuram gloriam expectas in no-
mine Iesu, studeas illud nomen taliter im-
primere in tua mente, qudd in ultimo
passu, quem habes facere de ista uita in
aliā, te associet ad instar Pauli Apostoli, **F**
qui ita habuit illud impressum in sua men-
te, & ita ab eo fuit associatus, qudd in vi-
ta & in morte continue habuit ipsum qua-
si in ore: Ita qudd non legitur aliquis san-
ctus in ecclesia, qui plus nominauerit no-
men Iesu, quam fuerit Paulus, & cum il-
lo prædicando magnum fructum fecit. Vn-
de inter alios mirabiles effectus cape duos.
Vnum in vita sua, alium in morte. In vi-
ta sancti Pauli tu habes, qudd ipso prædi-
cante Athenis, vbi vigeat studium, no-
men gloriosum Iesu, erat inter alios ma-
gnos philosophicos Dionysius philosophus **G**
valde incredulus, licet eum delectaret au-
dire sanctum Paulum prædicare. Cui san-
ctus Paulus cum firma fide & deuotione
dixit, Dionysi, vade & dic illi infirmo
qudd surgat in nomine Iesu. Et Dionysius
licet esset incredulus, fecit sicut ei dixe-
rat sanctus Paulus: & subito ille infirmus
surrexit sospes. quo viso subito Dionysius
se conuertit, & scripsit postea factus Chri-
sti pugil et fidelis Christianus, vnum li-
brum mirabile ualde de diuinis nomini-
bus. et in morte sancti Pauli tu habes, qudd **H**
dum iret ad martyrium amore Iesu Chri-
sti, ita sæpe cum corde et ore nominabat
nomen Iesu, qudd dum caput fuit sepa-
ratum à busto, et ipsum caput seperatum
dicebat Iesu, adeo qudd fecit tres saltus
in terram, et in singulo saltu, singulum
fontem aquæ viuentis terra scaturit, qui
vsque in hodiernum diem apparent. Et sic
vides qualiter in deuotione nominis Iesu
perseuerando sanctus Paulus promeruit
in vita, et in morte miracula facere, tam
in creatura rationali, sicut fuit in Diony-
sio prius incredulo ad fidem cōuerso, et in
illum infirmum sanando in virtute nomi-
nis Iesu, quàm etiā in creatura irrationali-

O 3 li, si-

A li, sicut fuit in aqua producta de terra in illis tribus fontibus scaturientibus in singulis illis locis, ubi caput S. Pauli profudit, totum cum tactu suo in virtute sanctissimi nominis Iesu. & sic promeruit de hac vita cum nomine Iesu in vitam beatam transire. Unde merito nomen Iesu est gloria perseverantium, qui est ultimus radius.

F E R I A T E R T I A
post vj. Domi. Quadrag.

De Amore pauido.

Sermo XLII.

Peccatum meum contra me est semper. Psal. 50. Charissimi, quia scriptum est, quod diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, secundum S. Paulum. quemadmodum in bono stomacho, in quo etiam malus panis, & malus cibus convertitur in bonam carnem, & bonum sanguinem: Ita e contra, quia Zucharus estus à serpente venenoso, convertitur in venenum. Et licet proposuerim dicere hodie de misericordia; quia estis pauci, reservabo illud pro die Martis futuro. & quia pridie vobis dixi de pulchritudine anime, bene esse censui, hodie vobis dicere de ipsa anima facta a terrima propter peccatum, secundum thema propositum, scilicet Peccatum meum contra me est semper. In quo sacro eloquio declarabimus hoc tractando de Amore pauido, quia non erit homo, qui bene intelligat, quæ in hoc sermone sum dicturus, quin paueat considerando gratias anime attributas, quas perdit propter peccata. Et considera bene de hoc amore pauido, quia quanto plura peccata habes, tanto plures gratias perdis, & plus anima denigratur. Et nota tria tempora ad huius rei declarationem. Primum est tempus preteritum. Secundum est tempus presens. Tertium est tempus futurum. hoc est ante mortem in morte, & post mortem.

Prima pars principalis.

Et capiamus primum tempus. Et nota, quod sunt septem maledictiones peccati. Prima est peccatum anime vulneratum. Secunda est peccatum omnis boni anime spoliatum. Tertia maledictio

est peccatum anime deturpatum. Quarta maledictio est peccatum in inferno anime obligatum. Quinta maledictio est peccatum malorum virorum conscientie amaritatum. Sexta maledictio est peccatum cordis induratum. Septima maledictio est peccatum ad insensibilitatem cordis induendum, & intelliges mirabilia peccata. Cape primam maledictionem, quæ est peccatum anime vulneratum, quia anima percussa peccato mortali, est mortua, nisi per medicinam poenitentiae veniat ad vitam. Vnde cap. Inquit. homo quidam descendebat ab Hierusalem in Ierico, & incidit in latrones, qui etiam spoliaverunt eum, & plagis impositis abierunt semivivo relicto, &c. In quibus verbis ostenduntur tres potentiae anime, scilicet potentia intellectiva, memoria & voluntas, hoc est facultas faciendi bonum, quæ tres potentiae percutiuntur, cum peccat anima. Vnde cum ipsa anima descendit de Hierusalem, quæ interpretatur visio pacis, quando stando in pace, & tranquillitate metis recedit à pace, quæ est ipse Deus, & vadit in Ierico, quæ interpretatur luna, quæ significat vanitatem, instabilitatem, id est amoré peccati, & ignorantiam. Vnde anima stulta & ignorans descendens de Hierusalem, & visionem pacis diuinæ in Ierico incidit in latrones, scilicet diabolos & fures, quia latro non venit nisi ut furetur & mactet, & diabolus similiter venit ut animam furetur & mactet ipsam, priuando, & spoliando charitate Dei. Nam malus speras in Deo faciendo malum decipitur, quia postea Christus dicit, quò huc intrasti non habens vestem nuptialè, &c. & plagis peccatorum anime impositis abijt relicta anima semimortua, quia spiritus est vadens, & non rediens: quia quando anima est vulnerata per peccatum intellectum, & est spoliata voluntate bona, & debilitata in facultatibus operandi bonum cadet in ignorantiam, & cecitatem viæ veritatis, & vadit in Ierico. & perdendo charitatem incidit in latrones, & spoliatur ipsa charitate, adeo quod ipsam non potest recuperare sine Deo. Nam peccator, quantumcumque sit magnus: licet eius anima sit mortua in peccato, tamen illud corpus, dum habet flatum, potest poenitere & dicitur semivivere propter animam mortuam propter peccatum, & poenitendo reuiuiscit. Nam spiritus ex fide uiuit, & priuatus gratia semiviuuit, & potest adhuc poenitentia agendo, & exercendo virtutes reuiuiscere & saluari. Secunda

A maledictio peccati est, quia peccatum est omnis boni spoliatum & fugatum: quia cum tu peccasti, omnia bona quæ toto tempore vitæ tuæ fecisti, fugantur & delentur & perduntur: & hoc est, quod facit me multum tremiscere. O frater Bernardine, quid facient in memorati peccatores? ex quo tu vides quod ille qui semper bene & virtuosè toto tempore vitæ suæ vixerit, & in solo puncto mortis propter vnum solum peccatum mortale damnabitur. si ergo tenes pedem basium, tu facies magnum fracassum. hinc est, quod S. Hylarius hoc intelligens factus in agonia dicebat, dum esset in puncto mortis: anima mea, quare times, quia non audes exire de fetido corpore, &c. Et sunt aliqui peccatores, quod ita securi sunt, quod nil pauent, quam nunquam aliquid mali fecerint. quia firmamentum posuisti sanctum, formidinem. Vnde duo sunt firmamenta. Vnum est sanctorum, qui semper trepidant: & istud est sanctum firmamentum. Aliud est firmamentum diaboli, quia indiabolati nil trepidant, quia qui plus videt & cognoscit peccatum, plus trepidat, & plus illud vitat, & magis declinat ad bonum, & continue plus confirmatur in bonis operibus, sicut in habente oculos, & videndo pericula, magis illa vitabit quam non videns illa. Nam malus quanto plus est induratus in prauis operibus & peccatis, tanto magis efficitur securus & magis firmatur in suis sceleribus. Vnde in eo in quo reperies te firmatum, in eo reperies te securatum, qui firmamentum timoris est Dei, & firmamentum securitatis est demonis: & cum peccas, priuans omnibus bonis, quæ fecisti & gratia Dei. & si es timorosus, subito cum cecideris, releuabis poenitendo, & gratiam prædictam recuperabis: securus facies, si erit securus. & nota hic, quod Doctores ponunt differentiam in faciendi bonum in gratia, & faciendi malum in culpa, quia illud bonum quod fit in gratia, valet & prodest, quia quanto plus boni facis in gratia, plus præmij expectatis in vita præsentis, & in futura. sed faciendi bonum in culpa, te existente in peccato mortali, quia vadis ad S. Iacobum: illud bonum, secundum Doct. nil valet tibi ad vitam æternam, sed bene valet ad duo. Vnum ad bonum temporale, aliud ad bonum spirituale. Ad tempora le valet, quia prodest filijs, & vxori amicis, & agibiler habebis bona temporalia, & habebis bonas fortunas in stipendijs, & lucris in mari, & mercantijs, & similia, sicut aliqui stipendiarij, qui habebunt aliqua

deuotione, quia ieiunabunt diè Sabbati in honorem B. Virginis, defensabunt mulieres ne vituperentur, & non ludent ad taxillos, non comburent domos, nec blasphemabunt: quia nullum bonum irremuneratum, Deus eis dabit præmiu in hoc mundo, quia forte multoties possent capi & vulnerari, & custodietur à Deo propter illa bona quæ facit. Itè possent habere etiam bona spiritualia, sed indirectè & de ribalzo, quemadmodum accidit quædam in percutiente in muro, quia lapis ille, percutus in muro reuerberat, & percutit in crure alterius, & quædam ipsius percutientis præter eius propositum. Similiter quædam; accidit, quod si facis aliqua bona in peccato mortali, Deus tenet cor tuum morbidum & molle, ut non induret taliter quod aliquo casu, vel legedo, vel audiendo prædicator, vel in puncto mortis venit tibi cõtritio, & saluaberis. & de ribalzo per indirectum. Sed si fecisti bona te existente in peccato mortali, & redis ad gratiam, an recuperas illa bona? dico quod non. Vnde versus.

Sape reuiuiscunt, quæ mortificata fuerunt,

Nunquam reuiuiscunt, quæ mortuata fuerunt.

Sed pone, homo facit bonum, sed cadens dānabit, vel e contra: quid erit de illo bono, quod ille fecit? dicet S. Doct. quod accidit in hoc sicut in diuite decedente sine filijs ab intestato. Nam bona sua transferunt in proximiorē. similiter euenit in dānatis, quia bona quæ fecerunt, veniunt ad proximiores suos parentes. sed ad aīas proximioris gradus existentes in gratia, sicut in viro, qui fuit causa quod vxor fecerit aliquod bonum, a lias non factura, quæ dānatur, quia oīa illa bona distribuunt viro, quod fecit fieri illud bonum. & est contra Franciscum de Mairono dicentē, quod Deus distribuit in aīs purgatorij illa bona sicut earum gratiam. Vñ tere: Dispersi sunt lapides sanctuarij. ad instar banniti, cuius bona & domus disperdunt, & sacce madant, & quilibet rapit. sic accidit in aīabus, quia oīs virtus aīæ est unus lapis magnus, vel paruus, sicut virtutes magnas, vel paruas, ex quibus fit ædificiu in vita æterna. & aīa virtuosa oēs istos lapides portat in vitā æternā, & ex eis ædificat sibi palatium. Et nota, quod iustus nunquam mori nisi cõpleta sua domo, & tunc reperit suam domum ædificatā: sed cum peccat mortaliter, oēs isti lapides deperdunt & dissipant. Similiter in malis, qui ædificat sibi gehennā, quia sēper cum peccas mortaliter, diabolus dat tibi ad custodiam lapides illius peccati in inferno. Et ibidē, tibi ædificat domum infelicē penarū. Vnde tu nunquam desistas facere bonum, quia etiam si nunquam esses aptus

A saluari, saltē tu habebis minus malū, ad instar cancri rodentis patientē: quia si iur ponitur gallina, vel carnes ligatur super illo malo, nō vorat carnē patientis. Ita accidit in peccatore ponente bona opera super peccato, quia facit pati minores pœnas in inferno, si damnant. Tertia maledictio, quia peccatū est aīa deturpatiuū. Vnde no. hic regulā, q̄ quanto res est perfectior, si corrumptū, tātō magis efficit putridior. exemplū, si vnus magni sensus, & boni naturalis peccat, quātō plus sensus habet peccando, tātō efficitur peior, & magis diabolicus, quia post nubilus, peccatorū, venit pluuia pœnarū. Vnde Lucifer, quanto fuit pulchrior & sapiētiior alijs spiritib. tātō magis effectus est ceteris turpior & peior alijs spiritib. dā natis. Ita accidit in aīa, quia quanto est nobilior, tanto magis peccando fit peior & turpior, & detestabilior. Vñ Iere. 3. c. Denigra ta sup carbones facies earū aīarū peccatriciū, quia tales aīa sunt priuata pulchritudine sibi à Deo data. Quarta maledictio, quia peccatum est aīa in inferno obligatiuū. Vñ hēs in Gen. quōd Deus dixit Adā & Euā, Nolite comedere de hoc fructu: quia quacūq; hora comederitis de eo, morte moriemini, intelligendo de morte corporali primo, & postea de morte spūali. S. aīa, quia viri sanguinei & dolosi nō diu diu diu diu dies suos. Quinta maledictio est peccatū cōsciētiae malorū amaricantiū. nonne percipitis, quia mali incipiunt in hoc mūdo esse in inferno, quia licet videant q̄ conscientia nō remordeat, tū est in peccatis & amaritudine, quia nunq̄ reperies vsurariū, vel peccatorē habitē vnitā horā quietā, & cōtentā in hoc mūdo, quia comedendo rodunt. Vñ si bene cōsideras, boni & serui Dei semper stant leti & iocundi: siue bene habeāt, siue male. & mali semp sunt mēsti, quantūcūq; accumulēt ista caduca, quia s̄m S. Paulum, diligentib. Deum oīa cooperant in bonū, & cōscientia semper rodit malos, licet extrinsecus ab alijs videat̄ oppositum. & ad propositum pōt dari tale exēplum. Pone q̄ sunt duæ dñæ, quarum vna est in continua tribulatione, & habet vnā gattā valde pingū, & morbidā & ludentē per domū: sed ipsa dñā & tota familia semper stat in rācore & tribulatione. Altera vero dñā semper cū tota eius familia stat in cōtinuo gaudio & lātitia, sed habet vnā gattā valde macram & tristē. Modo si intrares domū illius dñæ mēstæ, & videres illā suam gattā pingū, ludentē & letā, & ex illa sua gattā vel-

les arguere q̄ ipsa dñā et tota ei familia est similiter lāta & iocunda, sicut eius gattā, nōne errares? Similiter si intrares domum illius dñæ lātæ, & velles arguere ipsam fore mēstā ex eo, quia videres eius gattā fore macram & tristē, tu certe deciperis. sic est in proposito. nam si conscientia enitens & libera, licet corpus sit tormentatum: tamē anima semper stat lāta & iocunda ad instar S. Laurentij, qui licet gattā sui corporis super graticula combureretur, tamen eius anima erat lāta expectans coronā gloriæ sempiternæ: nam martyres ibant ad martyrium gaudentes in cōspēctū concilij. sed mali & vsurarij, licet habeant denarios & regnum, semper sunt in cōtinuo bello. & semper sunt amaricati ab eorum conscientia. Vide ergo anima, quantum malum est relinquere Deum, & adhærere diabolo, quia incipis cruciari in hoc mūdo & sentire infernum antequam moriaris. Sexta maledictio est peccatum cordis induratum ad instar chrystalli. nam flauit Aquilo, & indurauit: quia propter peccata induratur cor nostrum indolibile, sicut aqua quæ flante Aquilone induratur adeo, quōd cōuertitur in chrystallū. Vnde Iob indurabitur cor eius, quasi lapis. & quando cor est induratum, tunc in fine male se habebit, quia nō poterit mulceri & morietur in perditione. Septima maledictio est, quia peccatum est inductiuum cordis ad insensibilitatem ad instar cadentium ex morbo caduco, quia efficiuntur insensati & memoria hebetatur in illis. Ita accidit in peccatoribus, qui sæpe cadunt, quia sæpe cadendo anima ita habituatur in peccatis, quōd non perpendunt, & nunquā putant, nec considerant quicquā de peccatis, & efficiuntur insensibiles, quia nūquā maturescūt, neq; curant de fama, neq; de Deo, neq; de proximo, dūmodo accumulēt & efficiuntur bestiales, quia qui brutaliter viuunt, brutus efficitur & est similis bestijs, sequendo tantum sensualia, & efficiuntur tales sicut asini: quia si tu habes vnum asinum & dices, asine tu non vadis per bonam viā, quia intrabis nemora, & lupi te vorabunt, flecte à dextra, quia bene ibis: certe, asellus te nō intelliget, & recto tramite sequetur iter suum inceptum per arbus, & nemora, & lupi vorabunt eum. Ita sunt isti peccatores indurati, effecti bestiales: quia licet audiant prædicatores euangelizantes de gaudijs paradisi, & pœnis inferni, & de gratijs animæ attributis: tamen nihil præcipiunt, nec

aduer-

A aduertunt, & æquiperantur canibus inutilibus, quos Dominus præcipit famulis ligari, & portari ad flumē, vt necentur, quia car. es ipsi dimittunt ligari sibi molam ad collum & pedes, & dimittunt te portari ad flumen, & nunquam aduertunt nisi quando sentiunt se proiectos in aqua submergi & necari. Ita accidit in peccatore indurato, quia expedit, vt tandem suspendatur eius collo lapis molaris, & mergatur in profundum: quia secundum sanctum August. impossibile est peccatorem bene mori. o tu vsurarie, & d tu mulier indiabolata, & vos excoecati in duritie peccatorum, audientes & non ad mea verba aduertentes, facti insensibiles & brutales, nisi corrigamini & emendetis vitam vestram, moriemini in peccatis vestris & diabolus portabit vos a casa calda. Intellexistis inquam suprascriptas septem maledictiones peccati.

B Et sic successiue. videatis modo alias septem maledictiones. Prima maledictio, quia peccatum est animæ occisium. Secunda maledictio, quia vnum peccatum est, & aliud tiratiuum. Tertia maledictio est, quia peccatum est inferno similitiuum. Quarta maledictio est, quia peccatum est innocentie irreueratiuum. Quinta maledictio est, quia peccatum est pœnæ temporalis obligatiuum. Sexta maledictio est, quia peccatum est temporis perditiuum. Quia si tu scires & bene intelligeres, quōd bona tua perdis propter peccatum, subito cum tu peccas, tu ires ad confitendum, & ageres pœnitentiam: quia dum es in peccato, totum tempus est perditum. quia quicquid boni facis, est perditum, quantum ad saluationes animæ. vnde iuxta sententiam Ezechiel. 3. cap. nunquam redit quōd vendidit. Ideoque si vendis tempus tibi datum a Deo vendicandum paradysum diabolo, tu nunquam illud poteris recuperare. Septima maledictio, quia peccatum est debilitatiuum, quia debilitauit hominem ad resistendum peccatis ad instar Sansonis fortissimi, qui habebat fœminam nomine Dalidam, quam Philistæi inimici Sansonis induxerunt vt sciret ab eo in quo confisteret vis eius fortitudinis, & perderet eū qui primo dixit, quia si ligaretur cū certis herbis, nihil posset aduersus inimicos suos, & dato ordine dum dormiret & ligasset eū cū illis herbis, & superuenissent Philistæi, dixit, surge cito, quia hic sunt inimici tui, qui ruptis vinculis herbarum exurgens fugauit illos cum cæde multorum. Secundo

dum Dalida instaret vt sciret, in quo confisteret fortitudo eius, inquit quōd si ligaretur cum funibus nouis, non posset se ruuare, q̄ cum fecisset superuenientibus Philistæis excitatus ruptus vinculis iterum fugauit eos. Tertio iterum volens scire quid posset obstare fortitudini suæ dixit, q̄ si ligaretur cum fune capillorū in terra affixum clauo nouo non possum præualere inimicis meis. vñ Dalida dato ordine ipsum ligauit cum fune capillorum cum clauo in terra affixum, & superuenientibus hostibus rupto ligamine vinēt⁹ est dissolutus, & inimicos fugauit. Quarto dum Sanson vellet dormire super gremio suæ Dalidæ ipsa conquirebatur dicens, quōd non diligebat eam, quia nolebat sibi dicere, vbi erant vires suæ: & tantum fecit quōd Sanson sibi dixit, quōd vires suæ constabant in suis capillis. Et dato ordine cum suis inimicis, dum Sanson dormiret in gremio Dalidæ, ipsa tonfurauit, eum in tonfuratus captus fuit a suis inimicis, & orbatu ac captus fuit ad molendum loco vnus aselli. Nam Dalida significat sitim & desiderium mundanæ delectationis, & anima consentiendo sibi, alligatur primo desiderio cupiditatis, secundo ligatur funi peccatorum operando peccata nunquam prius facta. deinde tonsis capillis, scilicet illuminatione mentis & veritatis: quia capillus significat illuminationem clari intellectus eleuatur ab anima omnis cogitatio boni, & cogitatio veri, & tunc perdit vim, quia non potest resistere peccatis. excæcatur a Philistæis inimicis suis, scilicet a diabolis, quia non videt viam veritatis, & cadit in ignorantiam, ponitur ad molendum loco asini, id est bestia factus vehitur a casa calda. Et habes quatuordecim maledictiones peccati, in quas incurrit homo viuendo.

Secunda pars principalis.

Sequitur secundum tempus, scilicet præsens tempus mortis, in quo videamus modo dolores, quos inducit peccatum animæ moriendo. Et nota, quōd sunt septem dolores peccatorum morientium: quia sicut iusta mors est preciosa in conspectu Domini, ita est pessima peccatoribus. vnde si non mihi credis, tu experieris. Primus dolor est, quia videt se priuari omnibus delectationibus, quas habere potest in hoc mundo: quia quātō est maior peccator

tanto

A tanto magis amat omnia transitoria. sed iutorum conuersatio est in cælis, quia vbi est thesaurus tuus, ibi est cor tuum. & S. Paulus dicit, nostra autem conuersatio in cælis est. sic est in auro, quia si de duobus millibus ducatis perdit mille, ipse suspendit se, sicut actualiter fuit Paduæ: quia tēpore quo prædicabat. dicit frater Bernardinus, quidā propter vnam sententiam contra se latam de ducentis libris pro vna fideiussione, quam fecerat, se suspendit, & repertæ fuerūt sibi in capsula ultra quingentas libras. & sic accidit in multis, qui multotiens se suspendunt propter amissionem partis bonorum suorum, & tamen licet priuentur illis bonis sibi remanent alia bona & filij, & vxores etiam possunt adhuc lucrari de alijs bonis. & si priuantur filijs & vxoribus non se suspendunt, & propter auaritiam sic. Item si priuatur filijs, remanent adhuc vxores, bona & amici: sed priuando se vita, priuantur omnibus quibuscumque rebus. Considera ergo tu, o auare, qui cumulare non cessas, cum quanto dolore oportebit te relinquere omnia bona tua, & nescis forte cui tu accumulās, quia hæres tuus gaudebit, & tui ibis ad reddendum rationem villicationis tuæ, vbi nunquam habebis aliquam delectationem, sed sempiternum dolorem. Secundus dolor est, quia peccatores & auari ante mortem vident se priuari bonis, quibus tantum gaudebāt & delectabantur, ad instar illius diuitis, qui mortuus fuit intestatus, cui nepotes extirpauerunt sibi caligas de scarlato, quas medici faciebant ipsum tenere in gambis propter infirmitatē, & diabolus extirpauit sibi animam, vt supra dixi de diuite Lazari. Item semel in quadam ciuitate vidi quod filius deseruit patrem, qui erat vsurarius: & vnus alius filius, quē ille vsurarius habebat, mortuus est. & dum infirmaretur, sui attinentes intrauerunt & expulerunt vxorem de domo, & clausa porta fecerunt ipsum facere testamentum suo modo, & ipso crepantē, & vidēte asportari de domo oēs suos denarios, & eius inuito mortuus est desperatus, & attinentes quos ipse odiebat, habuerūt omnia eius bona, & diabolus habuit eius animā. Similiter fuit quidam, quem cognouisti, si nominaretur vobis, valde diues & plenus denarijs, qui dū esset lethaler infirmat⁹, vxor & attinentes hortabantur quod cōfiteretur, & non erat modus quod vellet confiteri. vocauit filium diuens, aperit capsam meam, & porta mihi denarios intus exiētes: quibus allatis iussit

iplos poni in vno baccino, & incepit clamare & suspirare dicendo, heu mihi denarij mei, debeo vos ita deserere, & capiens plenis manibus ponebat iplos ad vultum & ad pectus, & cum lachrimis se voluēs spirando clamauit, & diabolus eius animam de corpore extirpauit & noluit confiteri, nec sacramenta capere. Similiter in alia ciuitate in Italia, quidam qui fuerat semper magnus vsurarius, habebat pulchriorē domum illius ciuitatis, & pulchros equos, & argentarias, & denarios infinitos, & pulcherrimam dominam. Cui Deus misit vnā felirizillam, & nō fuit recordatus de Deo, neque de anima, & vsq; eo peruenit quod medici dixerūt, quod sibi daretur quicquid vellet. vnde vsurarius ipse videns se moriturū incepit blasphemare Deum & Sanctos: dicens, modo quod accumulaueram vt gauderem, ego debeo mori, &c. & fecit se portare in loco, vbi poterat videre equos & vxorem, & filios, &c. & coram se fecit venire vxorem & filios, ac duci equos suos & omnes denarios, iocalia, vestes preciosas, & argentarias, & respiciens omnia blasphemando Deum, exclamando diabolum, capiebat argentarias cū dētibus, & flendo de monem inuocando & blasphemando in rabiem versus animam expirando, diabolo condonauit, & filijs mortuis vxor dilapidauit in lasciujs, & vidi ipsam magnam ribaldam. vnde multotiens isti auari cū magno dolore vident se priuari bonis suis. Tertius dolor est, quod malus quando moritur, efficitur horribilis, sicut diabolus. vnde quādo euenit pūctus mortis, quod Deus facit sibi dare tractus mortis, & spiccare animā a corpore, quod nullus vestrum poterit euitare, neque elugere, quin hoc probet, est tāta vnio materialis inter corpus & animā: quia anima est vbique tota, in toto corpore, & tota in qualibet parte corporis, quia anima videns se priuari corpore, oēs nerui & ossa & pulpæ & medullæ corporis sentiunt spiccare animam cum tāto terrore & dolore, quod nullus exprimeret nisi experiretur, quod qui male vixit vltra illum dolorem considerat, & sibi appræsentat coram omnia sua mala opera & pœnas infernales eminentes. vnde moriendo extendit pedes, & voluit oculos, extenuat membra, torquet ora, & dolor mortis æternæ circumdat eum, & efficitur turpis, sicut diabolus. vñ Dauid in persona illius tristes animæ dicit, Circundederunt me dolores mortis & pericula inferni inuenerūt me. Sed iustus cogitat bona, quæ facit.

A facit & habet spem salutis, & considerat quod transit de morte ad vitam, quia nullus confusus in Domino derelictus est: & istius felix anima vna cū Hieronymo dicit, anima mea liquefacta est vt inuenire possim dilectum meum, quē in mundo quæsiui & non inuentum ostendit domine lumen tuum, illumina nunc me, vt nunquam amplius obdormiam in morte, & sic in Domino moritur, cupiens dissolui, & esse cum Christo. Quartus dolor est, quia ante quam spiretur anima mala a corpore, diabolus sibi ostendit omnia mala, quæ vnquam fecit reuelando sibi omnia peccata & pudēda sua, & dat sibi videre, quod est damnatus: nā mors animæ est honorabilior quā sit mors corporis. vnde modo tu potes considerare quantum peccatum sit horribile. vnde Dauid loquēs de ista anima dixit, Torētis iniquitatis turbauerunt me. Torrēs est quasi terrenus mentem. Ita euenit animæ in isto quarto gradu, quia spiritus speculatur & videt se ruiturū in istum torrentem infernalem & omne peccatū de per se est vnus torrens, qui torquet ipsam animam infœlicem in inferno. Quintus dolor, quia in illo pūcto transitus reuelatur ipsi animæ quanta iniquitas est peccatum, & quanta pœna datur animæ per peccatum, & aperiantur sibi cataractæ inferni, & iam videt ipsas pœnas per intelligentiā antequam per experientiam. vnde merito dicit Proph. dolores mortis circūdederunt me, & pericula inferni inuenerūt me. Dolor est, quia in extremo pūcto mortis aspiciēt visibiliter demones. Et similiter vñ Dñs nñ Iesus Christus, quia nullus moritur, quin videat Dñm nñm Iesum Christum, & demones: quia si est malus, diaboli veniunt iubilando, & Christus apparet iratus & rigorosus contra peccatores, & diaboli stant parati cum gaudio carpere illam animam dolorosam. sed bonus Christ⁹ apparet mitis & benignus cum brachijs apertis paratus recipere & amplecti eius animam beatam. vnde Propheta dicit, videbit eum omnis oculus bonus & malus: & qui popūgit eū cum gladio peccati mortalis audiet filium Dei dicentem, projice eum in tenebras exteriores. Septimus dolor est, quia quā anima est spirata a corpore peccatoris, & rapta in manibus diaboli, dicit cū Propheta, Inimici eius apprehenderūt eā in angustijs eius.

Tertia pars principalis.

Tertium est tempus futurum post mortem: quia si bene fecerimus, debemus

esperare gaudia paradisi: Si mala, debemus certi esse pati conluere pœnas, nisi in hoc mundo fecerimus dignam pœnitentiam. Operemini itaque bona, quibus mediantibus possitis cōsequi vitam æternam, quam nobis concedere dignetur omnipotens Deus, qui est vita viuorum & resurrectio mortuorum, Amen.

FERIA QVARTA
post vj. Dominicam Quadrag.

De Amore sanatiuo.

Sermo XLIII.



Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator dñs escā dedit timentibus se. Pl. i ro. Hodie tractare intendimus de quarta Ala. s. de amore sanatiuo. Et

dicemus. Quæ sunt mirabilia Dei. certe sūt, quia dedit se in escam timentibus se. Et ista prædicatio & crastina sunt maguratio fructuū omnium prædicationū, quas inseruimus & seminauim⁹ in ista Quadragesima: quia ante Quadragesimam incepimus rum pere terram, & in hac Quadragesima inseruimus & seminauimus: nūc vero instat tēpus metendi, quia metemus panem Angelorum. vnde Christus volens ostendere suā immensam potentiam, largitatem, misericordiam & charitatem; volens recedere de præsentī vita, dedit se manducandum suis discipulis, & per ipsos omnibus Sacerdotibus, vt suum sacratissimum corpus possent in eius perpetuam memoriam sacrificare, & fideliter capere, & vobis alijs communicare, sine quo cibo nullus posset saluari. qui cibus in veteri testamento fuit præfiguratus & monstratus cum multis signis, sicut apparet in illo lapide a Moyse percusso, ex quo exiuit aqua, & saturauit populū sitientem, ad significandum quod in isto sacramento corporis Christi, petra est Christus, quia de illo sacramento corporis Christi emanato ex ista petra, quæ est Christus, omnis anima fitiens contrita & deuota potest saturari. Similiter potest hoc sacramentum assumi lari diuino manē, de quo cras proxiori sermone dicemus, & non sufficit solum quod sit demonstratum signis, sed etiam fuit figuratū i sacrificio oblationis sacerdotis Melchisedech in pane & vino, ad denotandum quod hoc

A hoc verum sacramentum corporis Christi debebat fieri in pane & vino. simile etiam in omnibus alijs sacrificijs veteris testamēti fuit annunciatū, q̄ omnia sacrificia facta per populum Dei præfigurabant hoc sacrificium corporis Christi, quod est sacrificiū sacrificiorum. & vide, quia victimæ vitulorum, hircorum, columbarum & aliorum sacrificiorum, quæ fiebant tūc, habent misterium de hoc sacrificio sanctissimo significā dum cum actibus & signis demonstrato, & cum sacrificijs prophetizato, de quo sacramento David singulariter & specificē ultra alios in sermone nro proposito denotavit dicens, *Memoriā fecit Deus mirabiliū suorū, &c.* iuxta illud, mirabilia sunt opera tua Deus, quia tale sacrificium est tm̄ miraculosum, ad demonstrandum q̄ lingua humana nō posset ad plenū exprimere, & mens stupet gustando. & est mirabile in contēplando suam immensam charitatē nobis cōicātam in tanto sacrificio, cuius memoriā nobis reliquit, quæ oīa includunt in proposito versū. Cuius versus eloquium suspendit mentem nram ad tres contemplationes, q̄ consistunt in trib. misterijs, q̄ sunt in ipso sacramento aloquio. Primum misterium cōtēplationis huius sacramenti corporis Xpi, est memoriale. Secundum est admirabile. Tertium misterium est desiderabile. fm̄ q̄ habemus tres potentias in anima nostra. Prima potentia aīe est memoria ad recolendum. Secunda est voluntas, in qua delectamur. Tertia est intelligentia, per quam cognoscimus, deseruimus, & intelligimus. Quæ tres potentie aīe fuerunt deformatæ in nobis pp̄ fructum vetitum, quem comedit Adam cōtra præceptum Dei. & primo fuit deformata memoria, non memorando tunc de Deo. Similiter intellectus Adæ tūc fuit offuscatus & factus plenus ignorantia & tenebrarum. Similiter nostra voluntas, q̄ tunc subiacebat tm̄ rationi, & erat conformis volūtati Dei, fuit propter illud pc̄m priuata charitate & deformata & supposita carnalibus desiderijs, iuxta sententiam sancti Pauli dicētis: *Et video in carne mea aliā legē, quæ resistit menti meæ, quia non possum dirigere mentem meam ad Deum propter deformationem memoriæ, intellectus & voluntatis, quia lex carnis est torpere, dormire, stare in continuis ludis & delectationibus corporis: lex vero spūs est esse promptum ad vigilias, orationes, ieiunia & bellare aduersus carnem, quia spiritus promptus est, caro vero infirma & spiritus aduer-*

sus carnē, caro vero aduersus spiritum, &c. vnde in hoc sacratissimo sacramento ex spiritali cibo Deus ordinavit quoddam memoria iam deformata reformaretur ad recolendum de Deo communicando eius sacramentum corpus in memoriam. Item ordinavit ipse Deus vnum cibum mirabilem intelligentiæ ad reformandum ipsam intelligentiam, id est mirabilium suorū. misericors & miserator dominus. & ad reformandum voluntatem tepidam factam promptam in delectando sumere corpus Christi cum amore & timore; in escam dedit timentibus se. Et dicam hodie de duabus partibus principalibus. Tertiam partem referuabo ad diē crastinam. Ex quibus reformationibus mentis postea venit reformatio corporis. Et nota quoddam hodie volo procedere alio modo, quam soluit facere cōis mos hominum, quia primo ponunt bonum vinum; sed volo facere contrarium, quia volo seruare meliorem partem in vltimis pro intelligentibus, quia res diuinæ procedunt contrario modo q̄ mundanæ, quia semper vadūt crescendo de bono in melius, & finiunt in gloria, & mundus finit in luctu & tristitia.

Prima pars principalis.

Vnde primo consideremus, qualiter est memoriale. vnde nota, q̄ tres memorias voluit dominus noster Iesus Christus relinquere nobis. Primam suæ largæ dilectionis. Secundam nr̄e mirabilis transformationis. Tertiam suæ acerbæ passionis, & sic habemus principium, mediū, & finem. Tolle primam, scilicet suæ mirabilis & largæ dilectionis. Et ideo Christus reliquit suum corpus gloriosum, vt sacrificaretur in terra, vt cognosceretur sua immensa charitas, quam nobis habuit ad instar vnus innamorati, quia subit omnē laborem pro re, quā amat: quia si amat scientiam, vel aliam rem magnam operatur, & subit multos labores, vt consequatur id quod amat. Similiter tu vides in amore inordinato mulierum, quia qui amat illam, multa pericula subit, & magna facit. vnde Gregorius dicit, operatur amor magna, si est: si non est, non operatur. Ita voluit facere dominus noster Iesus Christus, qui voluit ostendere quantum amorem habuit humano generi, quia quamquam esset cruci affixus propter nos & humanā naturam, & Iudæi persecuti fuissent ipsum: tamen voluit ostendere charitatem nobis, & redere

A dere pro malo bonum, quia si pater foret male tractatus a filio, & pater bonū sibi faceret, & subiret poenas, opprobria, iniurias & mortem pro ipso filio, nonne esset signum in patre seruido charitatis? Sic itaque Dominus noster Iesus Christus, quanto plures subtulit iniurias, & esset paratus suspendi propter humanam naturā dixit: *cū dilexisset suos, qui in mundo erant præfentes, vel qui venturi erant vsque in finem, præceptum omni Christiano, quoddam comederet ipsum in eius commemoratione dicendo, comedite quia hoc est corpus meum. quotiens ergo comederitis meam carnem, & biberitis meū sanguinem, mortem Domini annuntiabit, donec veniat. vt possimus comprehendere suum immensum cuius charitatis diuinæ amorem. Secunda memoria nr̄e transformationis est, si amauit nos, debemus amare ipsum, quia si vis amari, ama, ne sis ingratus, quia magna ingratitudo est amantem non amare, & hæc est secunda memoria, vt queramus vniri cū Deo, & docet nos amare ita Deū, q̄ nostra aīa transformetur in ipsum. vnde Vgo de S. Victore dicit, q̄ amor transformat amantem in amatum. vnde in rima dī, &c. vnde anima transformatur in eo, q̄ amat sumum, transformatur in fumo, si amat carnē vel denarios, &c. efficitur id quod amat: si amat Deum, transformatur in Deo. vñ Aug. dicit, qui adhæret Deo, vnus spūs est, quia si ponis ceram iuxta ignem, liquefiet: & si ipsam ponis in igne, efficit ignis. Ita accidit aīe, quia si appropinquat Deo, calefit amore diuino: & si amat ipsum cordialiter, non pp̄ naturam, sed per gratiam vnitur cum Deo, & transformatur in ipso per vnionē. vnde S. Paulus transformatus in Deo, raptus & eleuatus inquit, sim in corpore an extra corpus nescio, Deus scit: & ipsemet nesciebat, qui erat in ipso Deo transformatus. vñ David: ego dixi, *Dij estis & filij Dei participat & Chrs.* ideo voluit s. sacramenta relinquere mundo, vt aīa nr̄a amet Deum, se transformando in ipso per mediū istius sacramenti, quia nil est tā conforme in p̄nti vita ad transformandum se in Christo, quantum hoc sacramentum, & reperiuntur sæpe nr̄is t̄pibus de his, sicut Io. de Lauernia, & alijs qui cōicando Corpus Domini exiuerūt de mentibus suis propter transformationem, quam faciūt in Deum. & q̄ hoc sit nerum & credibile, scito q̄ sicut substantia panis transformatur in substantia corporis Christi: ita aīa nostra trans-*

formatur in Deo. Et q̄ Deus facit hoīem ad imaginem suam, non p̄p̄a homo erat vnitus cum Deo, dato q̄ haberet intellectū ad cognoscendum, & memoriā ad memorandū Deum & voluntatē, qua posset amare & contemplari Deū, quia ante hoc sacramentū nūquā fuit demonstrata transformatio aīe cum Deo, nisi nunc: quia t̄p̄e creationis Adæ non transformauit eum in Deo isto modo, licet haberet corpus ita nobile: & licet vniversa supposuerat illi & fecerit illum Dñm mundi, tm̄ non erat vnitus cum Deo: Et licet dedit ad suam custodiā Angelos, non propterea erat vnitus cū ipso. & quamuis caperet carnem humanā, non tm̄ qualibet particularis creatura erat vnita cū Deo: & dato q̄ foret nr̄ p̄r, noster frater, nr̄ dux, nr̄ corrector & præceptor, nihilominus nunquā fuit vnitus nobiscum: sed ad volendum facere talem vnionem, voluit se dare ad manducandū nobis, & sic nos comedentes ipsum transformemur in Deo, & non Deus transformatur in nobis. & licet cibus corporalis efficiatur caro, non tm̄ est sic in isto cibo sacramentali, imo & ipsum comedendo efficitur cibus Dei, & subito transformatur in Deo, & efficitur corpus & sanguis Christi. Sed q̄ tu comedis panē, vel carnes: causa quia conuertitur in tuam carnem, est quia virtus potentie tui stomachi naturaliter cōuertit minus potens. s. cibum in eius carnem. sed in hac transformatione aīa cum Deo potētior est Deus, quā homo, & ideo hō comedendo ipsum conuertitur in Deū, tanq̄ in potentiorē & non est contra, quia ipse est creator & hō creatura, & iō conuenientius est, q̄ maior potētia in se conuertat minorē potētia, q̄ est contra. vñ de hoc loquens Aug. dicit, *Crede & manducasti, & non mutabor ego in te, sed tu in me.* Et multi Cōfessores capientes corticē verborū, credentes q̄ per li manducasti, sufficit solū credere, quia credendo perinde sit ac si manducassent, mentiūtur, quia oīs persona, q̄ hēt discretionē, dēt manducare corpus Xpi saltem semel in anno sub pena pc̄i mortalis, vt in c. oīs vtriusq; sexus, de p̄eni. & re. & nisi facias et filios tuos, si est fœmina, cum est 12. anno. si masculus, cum est 14. anno. sumere corpus Christi omni anno, tu peccas, nec potes digne capere tu Chri corpus. vnde Aug. dicit q̄ talis cibus transformat aberrantem in se, & non ecōuerso. Exemplum si proijcis vnam guttaram aquæ in fornace ardente, intensus calor illius fornacis, subito consumando illā guttulam

A tulam transformabit illam in se, & absorbebit in se debilitatē illius gutturis. similiter corpus Christi est tantæ vigorositatis, quæ est vna fornax ignis diuini amoris, in quo qui intrat, non consumitur, sed consolatur & delectatur, sicut Daniel cum suis socijs fecit, & non transformatur, sed transformatur, & habes duas memorias: vnâ dilectionis, aliam transformationis.

B Tertia memoria est suæ acerbæ passionis, vt semper recordemur de sua passione. Et ideo fuit ordinatum & formatum in formam passionis. vnde Luc. 20. cap. & Paulus 1. Corinth. 11. dicunt, quotiens hunc panem comederitis, sanguinem bibetis, mortem Domini annuntiabit, donec veniat. quasi dicat, tantum vos, o Christiani amari, quod in cruce me consumari, vitam occidendo propter vitam vestram. Item Paulus ideo dicit hoc facite in meam commemorationem, quasi non sufficeret tantum semel mortuum fuisse pro nobis: sed vult, quod omni die fiat commemoratio suæ passionis per quemlibet presbyterum cum gratia, gratitudine & delectatione. Prima eius mors fuit in cruce per contrarium, quia facta fuit cum odio & liuore, & quia

C quotidie peccamus, ideo voluit nobis quotidianum cibum vitæ relinquere, ad denotandum quod sicut per mortem Christi sumus redempti, ita per eius passionis memoriam quam facimus mediante hoc sacrificio corporis Christi recuperemur a peccatis, & resurgamus a morte animæ. & datur quotidie, vt subsistentemur & fortificemur in fide. Ideo fuit quotidie ab ecclesia, & sic vidisti medium, & causam quare fuit ordinatum. Vide tertium, qualiter est formatum, quia primo hostia fit infra duo ferra infocata de pasta nobilissima; & vinum, cum quo sacrificatur sanguis Christi, est purum & clarum, & videns quod illa duo ferra infocata sunt certæ futuræ: sed a principio ecclesiæ ponebatur ab vno latere hostiæ solum nomen Iesu, ab alio latere nihil est, & est azima, quod significat sinceritatem & purgationem, iuxta illud, Expurgate vetus fermentum, quia peccatum non fecit, nec est inuentus dolus in ore eius. Item duo ferra significant duo. vnum significat iram & odium Iudæorum: & infocatum significat odium Phariseorum. Aliud ferrum significat amorem & charitatem Christi. Et intra ista duo ferra fuit scriptum corpus Christi a latere Iudæorum & scribarum remansit sculpturæ & signa Irara-

D them cum toto corpore tormentato, quia odium & liuor Iudæorum & scribarum suspendit Christum in cruce & occidit, quia in hostia a latere ipsorum Iudæorum remanserunt vulnera, & passi Christi & flagella corporis Christi & oculi liuidi, a latere scribarum. Sed ex latere Christi nihil remanet. Ideo in cruce clamauit dicens, Pater dimitte illis, quia nesciunt, quid faciunt. & hoc quantum ad sacerdotium: sed quantum ad passionem Christi præbiter frangit hostiam in tres partes. duas partes ponit super patenam, tertiam partem ponit in calice. frangere hostiam significat verbera & flagella corporis Christi & passionis suæ, quæ habuit in vita sua, & orare significat murmuraciones contra ipsum factas vsque ad mortem, dum dicebant Iudæi, yah qui destruis templum Dei, & post triduum reedificas illud & deinde venter & stomachus Sacerdotis, qui recipit ipsum corpus Christi comestum, significat sepulturam Christi, in qua positus fuit post eius mortem.

Secunda pars principalis.

S Ecunda pars principalis prædicationis, in qua est secundum contemplari reformatiuum intellectus. vbi apparent suæ sapientiæ mirabilia, in institutione sua immensa potentia apparet in transubstantiatione, & sua clementia apparet, in comunione & assumptione: quia scilicet principium, medium, & finis. Principium, quia in principio erat verbum infinite potens, & sic medium, quia omnia per ipsum facta sunt. Alpha & Omega, principium & finis. Ad primū huius sacramenti corporis Christi ostendi tibi per tres causas, quia eius mirabilis sapientia voluit illud fore nobis coelatum & velatum, quia post eius consecrationem, institutionem tu non vides aliud quam panem. nec adoras, nisi panes. Prima ratio fuit, quia in hoc apparet multo plus profundissima eius sapientia, quam si mutaretur aliter. Secunda in faciendo tale, & tam altum sacramentum. Tertia ratio, quia apparet adhuc profundissima eius ineffabilis sapientia, quod dederit seipsum nobis in cibum, & habet in se mirabilissimum stuporem ista tertia causa, in qua incipiamus primo, quia videtur magis stupendum quod dederit se nobis in escam. Et sunt tres causæ, quare dedit se comedendum nobis. Prima propter nostram corruptionem.

A ruptionem. Secunda propter nostram defectionem. Tertia propter nostram conditionem. Dico, prima causa fuit propter nostram corruptionem, quia Adam comedit de fructu vitæ & de ligno mortis, & nos de arbore vitæ: quia sicut mors intrauit per lignum vitæ in Adam: ita exiuit per lignum vitæ, scilicet S. Crucis ex nobis, per quam recuperati sumus, iuxta illud Sapientia 3. c. lignum vitæ est, qui bene apprehenderit eam, & leue tenuerit & vocatur viaticum exemplo Helix, qui itinerauit cum illo cibo, quem comedit vsque ad montem Dei, qui significat vitam æternam, quæ fuit futura

B & sicut per cibum intrauit & venit mors, ita per hunc cibum est constituta vita. Et merito ecclesia bene intellexit hoc opus nostræ salutis, ordo poposcerat &c. & medela foret illi, vt vnde mors intrauerat, inde exiret, & vita intraret, quia per illum modum tolleretur mors, quo introducta fuit, quia aliter non poteramus saluari, secundum iustitiam ordinatam: quia nil est tam naturale, quam dissolui eo vinculo, quo ligatur. Secunda causa, quare debemus comedere corpus Christi, quia considerato defectu nostræ fragilitatis: quia si non comedimus cibum corporalem, non possumus viuere: ita nec anima potest viuere sine cibo spirituali, & non potest dici illum habere animam, qui saltem semel in anno non accipit corpus Christi, & omnis anima deuota debet illud sumere omni festo principali, si est sine peccato mortali. & antiquitus communiter sumebatur omni die. & August. quod sumere illud diebus Dominicis laudat, sed sumere omni die nec illud laudat, neque vituperat, intelligendo de secularibus & non de sacerdotibus, qui omni die debent illud sumere, si modo non sit causa legitima. Sed sunt aliqui dicentes, ego nolo illud capere, quia ego possem pecare, postquam accepissem illud. sed falluntur: nam si tu deberes resistere inimicis & bellari contra ipsos & stare per tres dies, quod non comederes: certè tu esses ita debilis quod vincereris: nec posses eis resistere: quia secundum Matthæum 4. ca. non ex solo pane viuunt homines, sed ex omni verbo, quod procedit de ore Dei, &c. vnde si non habes pro tua sustentatione gloriosum sacramentum corporis Christi, tu non poteris resistere, nec præualere alicui tentationi. Et hinc est, quod Dauid dicit contra tales, percussus sum sicut foenum & aruit cor-

E meum, quia oblitus sum comedere panem meum. Ita tu, o peccator, qui non vis capere corpus Christi, es sicut foenum tectorum, quod prius quam euclatur exaruit, &c. & propter nolle capere hoc Sacramentum tu reperis te magis induratum & inuoluptatum. & istud dicitur in Pater noster, quod ordinauit Christus dici in orando, in quo nos postulamus tale sacramentum omni die dicendo, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, & pur non vis illud sumere. vnde si illud non capis, debilitaberis adeo quod tu deficies, & anima finaliter tua damnabitur, in cuius signum dixit Christus, Misereor super turbam, quæ tribus diebus me sustinuit. & dixit solum tribus diebus, quia tria tempora erant præterita, quibus non dederat talem cibum Angelorum spiritualem. Primum tempus fuerat legis naturæ, secundum tempus scripturæ, tertium fuit tempus prophetiæ, in quibus non dederat istum cibum. Sed quando venit tempus gratiæ, quod fuit tempus Iesu Christi, in quo tempore nos presentiter sumus, voluit dare nobis ad edendum tale & tantum sacramentum.

Tertia causa, quare dedit nobis se in escam, fuit quia considerata conditione humana, o altitudo sapientiæ diuinæ, & profunditas iustitiæ suæ, quantum occulta & inuisibilia misteria sua, quia dedit cibum secundum conditionem naturæ humanæ: nam homo habet animam & corpus, & ideo dedit ei cibum appropriatum & condecens, Angelo non dedit cibum sibi congruum, qui est firmus, qui consistit in gaudento & fruendo ipso Christo, & ipsum videndo facie ad faciem, iuxta illud, panem Angelorum manducauit homo. & iste cibus non est velatus Angelis, sed alio modo dedit istum cibum omnibus viatoribus, & non firmatis ita sicut sunt Angeli firmati, quia dedit istud sacramentum coelatum & velatum respectu corporis & respectu animæ propter velatum spiritum, qui est intus in ipso corpore. Item etiam apparet diuinæ sapientiæ pelagus in dando suum corpus collatum nobis, & hoc immenso sacro propter tres conditiones hominum, quia quidam boni, aliqui mali, aliqui debiles & imbecilles. Ideoque datus est nobis coelatus iste cibus, quia boni merentur in videndo ipsum coelatum ad hoc vt fides locum habeat in nobis, quia ad habendum cor sincerum, sola fides sufficit: nam fides est substantia sperandarum rerum,

A rerum, argumentum non apparentium, & si vides, non haberes fidem, nec meritum. unde fides est mediū inter infernum & paradisum, quia fides nō habet meritum, vbi humana ratio perhibet experimentum. & merito, quia sicut venit mors propter male credere: ita debet venire vita credendo bene. nam diabolus dixit, non moriemini, & male: & Christus dixit, moriemini, & bene: & nunquam dixit mendacium. Ideo audi Ioan. 6. c. dicentem, qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in ipso, & ego resuscitabo ipsum in nouissimo die, &c. quod credas firmissime: nam exēp. Esau, qui fuit deceptus a Iacob fratre astutia matris Rebechæ. Nam postquam Isaac pater vocauit Esau dicens, fili vade venatū, & affer de venatione tua, vt comedam & benedicam te prius quā moriar: Iacob doctus a matre interfecit hædum, & ex eo parauit ferculum. & quia Esau pilosus erat, brachia & manus cum pelle hædi cooperuit sibi manus & brachia. & intrans ad patrem dedit sibi ferculum dicens, quod erat Esau. vnde Isaac audiens inquit, Vox quidem est Iacob, sed palpans manus & brachia dixit fore Esau, & dedit ipsi Iacob benedictiones dandas Esau. vnde istud exēp. præfiguratum fuit in hoc sacramento, quia in Isaac deceptus fuit visus, quia caligati erant oculi. Item fuit deceptus in gustu, quia credebatur comedere filuetria, & comedit hædinas carnes. Itē fuit deceptus in tactu, & odoratu. ecce odor fili mi, quia vestis redolebat & credebatur quod redoleret, quia fuissent per flores & arbutta fragrantia odorem in venando. Item fuit deceptus in tactu credens tangere manus & brachia Esau, sed non fuit deceptus in auditu, quia ait, vox quidem Iacob est, &c. ad dandum intelligere, quod in quatuor sensibus corporeis nos sumus decepti in isto sacramento quātū ad hoc, vt per actus exteriores per istos quatuor sensus possumus certificari, excepto quā per auditum. ratio, quia fides comprehenditur per auditum & audiendo hoc comprehendit illud sacramentum esse corpus Christi: quia dicit Christus, hoc est corpus meum: quia fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei: Nam etiam Deus est vsus suo immenso & incomprehensibili sensu, videns hominem reputari se esse tanti sensus, quod credit intelligere misteria Dei.

Hinc est, quod secūda causa, quare Deus

E voluit dare se coelatum in hoc sacramento, fuit propter pueres & malos homines, qui sunt ita curiosi, quod eis videbitur esse sapientiores homines mundi, & volent comprehendere tantum misterium, quantum est istud sanctissimum Sacramentum. vnde ad confundendū superbos voluit esse coelatus. Nam dum August. vellet scribere & comprehendere in libello hoc incomprehensibile misterium, & iret contempnendo super hac materia, super ripa maris, legitur reperisse infantulum accipientem de aqua maris cum vno cocleari, & imponentem ipsam in quadam fossula: inquit Augustinus puerulo, quid facis? qui respondit, volo euacuare pelagus cum hoc cocleari in hac fossa. ait Augustinus, quomodo poteris hoc facere, quia impossibile est? Cui infans dixit: ita possibile est te explicare misterium corporis Christi, sicut me euacuare mare, & disparuit ad confusionem curiosorum, & superborum, & in secundo libro Regum. 3. cap. vbi figuratur hoc in arca foederis, quia cum videbatur a malis, & a Paganis subito moriebantur ipsi mali. Ita facies tu, quicumque vis istud querere, sicut facit August. vt supra dictum est. Cui Deus exemplariter reuelauit, quod volebat istud misterium fore secretum & coelatum.

G Tertia causa, quare coelatur, est propter nostram imbecillitatem, quia nostra fragilitas & humana debilitas non potuit comprehendere solum tuam transfigurationem, quæ apparuit Apollolis in monte Tabor in sola sua humanitate, ostendendo suum corpus gloriosum simplex, sed totum quomodo subitinebimus transfiguratur diuinitatis. & in Exodo 34. capi. dum descendisset Moyses de monte Sinay erat ita ardens, quod erat necesse quod populus cooperiret sibi vultum, si volebat ipsum videre, & erat homo simplex. qualiter ergo nos sustineremus diuinitatem, si appareret nobis simpliciter, & non velata. Nam si tu Doctor loqueris cum infantulo de apicibus iuris, reputareri fatuus, iuxta sententiam Pauli, loquimur sapientiam inter perfectos. vnde si per rationem firmissimam velles istud ostendere, esset magna præsumptio tibi, & cuiilibet humano corpori. Ideoque omnipotentis Dei sublimis sapientia videns intellectum nostrum ita debilem, quod non posset capere infinitam altitudinem huius sacramenti diuinitatis, voluit ostendere se coelatum

A celatum nobis, quia creatura non potest cōprehendere creatorem, nec finitum potest comprehendere infinitū, & per consequens in hoc me non extendam ad ulteriora.

Videamus modo de eius transubstantiatione, & volo tibi monstrare istius sacramenti transubstantiationem, quod non erit foemina, quæ non possit ipsam intelligere cum viuis rationibus, qualiter est possibile, quod fiat ista transubstantiatio remanentibus accidentibus.

B Tertiam particulam secundæ partis principalis, vbi apparet in communionem magna charitas Dei, cras tibi tangam, quia maius factum, quod apparet in tali sacramento remanentibus talibus accidentibus, scilicet consistentibus in visu, gustu, tactu, odoratu, albedine & rotunditate, & huiusmodi, illa substantia panis transubstantietur in verum Corpus Christi, qui fuit flagellatus, passus, mortuus, & sepultus. Et ad huius declarationem, volo cum subtili ingenio consideres infra scripta: et vide quinque mutationes, quæ sunt in vniverso orbe. Incipias ab infimis gradatim ascendendo de gradu in gradum, in modum scalarum.

Prima mutatio vocat nālis, seu artificialis.

C Secunda mutatio vocatur ardoris, seu infocationis.

Tertia vocatur generationis.

Quarta vocatur nutritionis.

Quinta vocatur mutatio delectationis.

Sexta vocatur mutatio totalis transubstantiationis.

D Prima mutatio artificialis, seu naturalis. non ne videtur magna tibi mutatio, quod aqua transiens per uitem efficiatur vinum, quæ est mutatio naturalis secundum philosophos, & est vnus stupor: pur in contemplanando vnum racemum vuarum, qualiter generetur & procreetur, quod omnes philosophi deficiunt intelligendo & contemplanando hoc. videas herbas, quæ nascuntur ex terra, quæ producant folia & flores, deinde fructus, considera mutationes humorum in illis herbis & arboribus, qualiter natura variat suos humores in diuersitate foliorum, florum & fructuum & blandum atque diuersarum specierum plantarum & arborum, quæ producant folia, & postea cadunt & debito cursu temporis redeunt, & vides, qualiter vnus fructus est dulcis, alius garbus, alius amarus, alius amar? & aliqua planta est longa, aliqua breuis, aliqua hispida, aliqua lenis. & sunt tot varietas

E tes & mutationes in creaturis ex terra productis, quod nulla mens hominis potest esse capax, & omnia ex terra producta terra sunt. qualiter ergo poteris comprehendere tam grandem transubstantiationem in Corpus Christi. & ita est de alijs rebus creatis. Vade ad mare, & considera quot genera piscium & coralliū, perlarum & aliarum mirabilium rerum, quas producit, & vides pisces magnos comedere paruos, & vnus piscis sic comestus conuertitur in alium, & transmutatur in alium: Similiter in alijs bestijs feris comedentibus vna aliam. & similiter in auibus. similiter vides, quod ouum transformatur in gallinam, & gallina generat ouum. Item in naturalibus tu comprehendis, quod corruptio vnus est generatio alterius, & in his transmutationibus naturalibus inferioribus humanus deficit intellectus. & cognoscendo, & apprehendendo, qualiter fiant & vis capere, & intelligere transubstantiationem incomprehensibilem Corporis Christi?

Secunda est mutatio infocationis, quia si ponis ferrum in igne & infocetur, efficitur ignis. & sic videtur, quod vna substantia vadat & mutetur in aliam, si ardet lignum, efficitur ignis. similiter si ponis herbas, fructus, arbores, animalia, lapides & cuncta terrena in igne præpotenti uertentur in ignem.

G Tertia mutatio fit per generationem. non ne vides, quod alterando formam rei in generatione alicuius animalis, res non vitalis producit animal vitale? & ista mutatio est maior primis duabus, & videtur quod in ijs mutationibus sine operatione plus deficiat intellectus, quod in duabus primis.

H Quarta mutatio fit per nutritionem: quia si comedis panem, ille panis transmutatur in comedentem, & efficitur caro, nerui & ossa: similiter vinum efficitur sanguis, & sic non solum mutat vnam substantiam in aliam, sed efficitur propria caro, & proprius sanguis illius, qui comedit rem illam: quia si tu comedis panem, efficitur tua propria caro.

Quinta mutatio est per dilectionem: nā potest esse tātus amor & dilectio, quod diligēs efficitur illud, quod amat, quia amicitia est idem velle, & idē nolle, iuxta illud, amicus est alter ego, & erunt duo in carne vna per dilectionem. non ergo vides, quod amans efficitur amatum. vnde homo potest tñ diligere tēporalia & denarios, quod efficitur illud quod amat, sicut fuit i miraculo beati Antonij confessoris de illo auaro, qui cum mortuus

A esset, beatus Antonius dixit, quod cor eius erat in suis denarijs: quia ubi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. et repertum fuit eius cor in eius capsa dñi. vnde anima potest uenire in tanta dilectione cum Deo, quod efficitur vnicus cum Deo, iuxta illud, ad nihilum redactus sum, & nesciui, quia non remansit esse meum. quasi dicat, quod totum suum esse erat esse Dei, & videre Deum ad instar ferri igniti, quod habet naturam ignis, quia relucet, & calet atque ardet, sicut ignis. similiter anima potest uenire in tanto ardore amoris diuini, quod potest esse absorpta & tracta, quod erit in Deo tota transformata, & non potest dici quod sit in se, sed in ipso Deo. vnde Doctores dicunt, quod iste annihilator apparuit in Deo, qui non erat suppositus alicui. & pur voluit annihilare. sed in sumendo carnem humanam, quæ caro Christi ita fuit assumpta in diuinitate, quod facta fuit filia Dei naturaliter, & transformata in Deo, & sic filius Dei voluit se transformare in nobis, & nobiscum in totum se coniungere, & venire mediante sui corporis sacramento. Videte, quid facit dilectio, quia de centum facit vnum, quia si nos omnes vocaremur a Deo, & amaremus Deum, nos omnes efficeremur vnum, & essemus vna anima, iuxta illud, erat cor ex & anima vna. Considerate ergo, quod omnes supra scriptæ quinque mutationes, simul collectæ nil videntur illud dicere, nisi quod in Deo est transubstantiatio, & omnis creatura varie mutatur, & videtur clamare, transmutata, transformata, transubstantiata, id est, mutando suum creatorem, quæ transmutatio creaturarum tantum differt a transubstantiatione Dei, quantum interesset inter creaturam, & suum creatorem, quia transubstantiatione Dei fit remanentibus accidentibus. Si ergo supra decem quinque mutationes sunt incomprehensibiles ad intellectum humanum, multo magis sine comparatione, sexta transubstantiatio corporis Christi erit incomprehensibilis, & tanto plus quantum distat creatura a suo creatore. & ista est maior transubstantiatio, quam Deus facere possit. Postquam ergo vides quod omnes terrestres, & cœlestes semper mutantur, & uidentur clamare, muta, muta, muta: quanto magis ipse creator omnipotens potest facere, & facit talem transubstantiationem remanentibus supra scriptis accidentibus.

F E R I A Q V I N T A . E
post Domin. 6. Quadrage.

De amore saporoso.

Sermo XLIII.



Scam dedit timentibus se. iterum ubi supra. Sequitur tertia pars prædicationis proxime supra scripta, in qua tractabimus de amore saporoso, de quo tres contemplationes faciemus. **F**
Prima de conuiuatione, quia escã dedit. Secunda de pparatione, quia timetibus. Tertia de fructificatione ibi, se. quia fructus dignè hoc corpus efficiuntur Christus per participationem.

Prima Contemplatio.

CApe primam de conuiuatione, in qua Primo datur cibus suauitatis. Secunda viuanda est auuiditatis. Tertia viuanda ebrietatis.
Prima suauitatis. scis tu per illud manna, quod Deus pluit in deserto, quia panẽ Angelorum manducauit homo, cum misterio significatum fuit istud sacramentum altaris per septem significationes, seu considerationes.
Prima consideratio est suæ generationis modus, quo pluit illud manna.
Secunda consideratio est locus generationis, scilicet in quo loco generatum fuit.
Tertia consideratio est generationis tempus, in quo tempore pluit.
Quarta consideratio suę mensurationis terminus, scilicet quantum pluebat.
Quinta præparationis eius, scilicet qualiter condebat.
Sexta reseruatiõnis vsus.
Septima eius saporatiõnis gustus.
Prima consideratio est modus generationis, quia pluebat de nocte de cœlo miraculose. quia nullus poterat illud videre. ita facit hoc sacramentum, quia venit de nocte. quia licet sit aliquale lumen de nocte propter stellas, scilicet per fidem, non tamen videtur in totum, sed solum per medium fidei hoc sacramentum, quia uidetur per aliquod argumentũ experimentale, sed per medium fidei capitur, quia omnis sensus corporalis decipitur in eo, excepto per auditum

A auditum ipsius fidei.
Secunda consideratio est, in quo loco pluebat. quia in deserto, ubi erat castrametatus campus & exercitus populi Dei: quod significat, quod in deserto uitę presentis populo Christiano tantum communicatur sacramentum, quia nullus est, cui Deus tantũ appropinquet, sicut Christiano. quia nõ est natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes sibi, sicut adest nobis Deus noster. quia extra fidem Christi, non est sacramentum altaris.
Tertia consideratio est tempus, quo pluebat, quia ipsum manna pluebat sex diebus in ebdomada, et septimo die restabat plueret. o vos indiabolati & auari, qui non vultis custodire festa; attendite, quia Deus ipse omnipotens custodiebat, quæ figuratiue significant sex dies. dies vitæ presentis laboriosæ, quia septimus dies significat gloriã. et dicit gloriã, quia in ista vita presenti habemus & utimur. isto manna. s. huius sacrificij. s. post diem iudicij. et in illo die iudicij uidebimus istud manna aliter quam in vita presenti, quia uidebimus eum facie ad facie, vel cum gloria beatificati, vel per iustitiam in inferno tormentati.
C Quarta cõsideratio est terminus suæ mensurationis, quia quicumque capiebat de illo manna ultra vnum gomor pro quolibet exstente in familia, illud plus euanescebat, nec plus reperiebat se habere, quam unum gomor pro singulo capite, & illud sufficiebat. & si minus vno gomore capiebat pro singulo de sua familia ad sufficientiam reperiebat. Gomor enim erat vas certæ mensurationis, sicut esset unum sextarium apud nos, quod figurate significat; quod ita capis integrum Corpus Christi in paruula hostia, & in qualibet, quantumcumq; minima particula vnus hostiæ fractæ in mille partibus, quantum si reciperes vnam magnam quantumcumq; hostiam cõsecratam, quia in qualibet particula hostiæ sanctificare est integrũ Corpus Christi. quia Deus est totus in tota hostia & iteger in qualibet sui parte, sicut anima est tota in toto corpore, & tota in qualibet parte corporis, secundum philosophum, contra aliquos fatuos, qui dicunt quod presbyter non dedit sibi hostiam integram, & caueant sibi sacerdotes quod in talibus diebus, in quibus debent cõicere Corpus Domini populo, ne sibi deficient hostiæ ad dandum Corpus Christi. quia in omni ciuitate ubi prædicauit de hoc, ausaui sacerdotes de hoc, ideoque bene prouideant habere hostias in sufficiẽtia: et si deficerent sibi hostiæ Christi, possunt diuidere hostias cõsecratas in plures particulas: quia vt dixi in qualibet minima particula est integrũ Corpus Christi. Similiter si superesset plures hostiæ psbytero, ipse potest dare duas & tres, pluresve hostias simul tibi & tã tu nõ caperes, nisi unum Corpus Christi.
Quinta consideratio est ritus præparationis istius manna. s. qualiter coquebatur. Nã qui ponebat ipsum manna ad coquendum super igne, conseruabatur & non demoliebatur: sed si ostendebat Soli, consumebatur & corrumpebatur. figuratiue ignis significat feruidam mentem amoris diuini, quia deuota mens, licet non videat misterium Corporis Christi, tamẽ perinde amat & credit per fidem. sed si ostendatur Soli corrumptur & consumitur. Sol. n. interpretatur curiosum: quia quãdo aliquis valens Doctor vellet curiosè per rationes superstitiosas, & non per fidem videre & intelligere hoc sacramentum, tunc consumitur & non prodest sibi, quia hoc sacramentum per rationes probari non potest, quia impossibile est quod intellectus humanus funditus possit capere per rationes misteria Dei incomprehensibilia ex infinitis: quia sicut vas non est cõprehensibile, nec potest tenere in se plusquam sit eius capacitas: Ita nec videtur humanus intellectus posse plus comprehendere per rationes, quam sibi concessum sit, & quam sit capax, quia datus est sibi terminus intelligentiæ naturalis, vltra quam præterite nõ licet, nisi quatenus de potentia absoluta diuina sibi concedatur, sicut sancto Iohanni Euangelistæ, & sancto Paulo rapto, & similibus concessum est, &c. Debet ergo in hoc sacramento, & similibus fieri fundamentum per fidem, videlicet quod habeatur fides indubitata quod per auctoritatem datam sacerdoti, & per illa sanctissima verba, quæ ipse sacerdos dicit in actu sacrificandi Corpus Christi cum proposito & intentione ipsum sacrificandi, & conficiendũ illa hostia azima transubstantietur in verum Corpus Christi. vnde istud manna huius altissimi misterij sacrificij Corporis Christi, deficit portatum ad Solem. s. in quocumque curioso volente ipsum per rationem intelligere, cognoscere & videre: sed conseruatur in fideli credente, sicut Ambrosius dicens, panem istum quem sumimus in misterio, istum utique intelligo, qui manu sancti spiritus formatus est in Virginis utero, & igne passionis decoctus, & ara crucis fuit.

- A** Sexta est reseruationis usus, quia qui reseruabat illud māna inuermescebat & putrescebat vltra septimanam, seu tranfacta septimana, ad dandum intelligere, quod qui seruatur & nō vult sacrificare propter auaritiā Corpus Christi reperiet rodi & consumi a uerme conscientiae, & credo quod nō sit peior auaritia, quam vendere Corpus Christi, & nolle celebrare ipsum propter cupiditatem auaritiā. non tamen dico, q̄ qui seruit altari, non debeat viuere de altari: sed intellige quā ego dico sane.
- B** Septima consideratio est separationis gustus, quia in illo manna erat cuiuscunq; materiei cibi gustus, quem comedēs cupiebat gustare: quia si desiderabat carnes siluestres, vel domesticas, volatiles, vel pisces, herbas, legumina, vel sapes cuiuscunq; cibi, gustus & materiei, sibi sapiebat & gustabat perinde ac si ad corpulentiam & fatuitatē haberet de omnibus, quā poterant imaginare & desiderabant: & nihilominus ingratus ille populus dicebat & murmurabat, languet anima mea super isto cibo leuissimo. Vtinam mortui essemus, cum sedebamus super ollas carniū in Aegypto comedentes illas carnes desiderantes carniatiam, & gulostates, quas habuerant in Aegypto. & tales sunt homines imbroditi, qui capiunt Corpus Christi sine deuotione. Sed homines, qui illud sumunt, deuote sentiunt in eo omnes sapes variorum desideriorum, secundum quod sunt variatē conditiones humanā. Itare linquit Deus illud corpus, in quo intrat saturatum de desiderio, quod cupit: nam sicut hominum vairae sunt facies: ita sunt variatē hominum volūtates & desideria. & sicut sunt variatē hominum conditiones, ita in cibo spiritali Deus saturat mentem ipsam gustantem omnib; suę cupiditatis desiderijs, diuersimode tamen secundum quod diuersa sunt sumentium desideria. exemplum, pone ante oculos duorum hominum vela diuersorum colorum, scilicet rubei, & nigri, albi & azurri coloris. certe vnus uidebit vno modo, alius alio modo. similiter habes quod in trāsfignatione Christi super monte Tabor, aliter apparuit Petro, quia uidebatur esse totus feruens, quia ipse erat feruens in amore suo. Iohanni apparuit totus contemplatiuus, quia & ipse erat contemplatiuus. Iacobo verd apparuit totus actiuus, quia & ipse erat actiuus. Similiter erit in recipiente Corpus Christi, quia si erit dispositus in amando eum, erit totus feruens in tali sacramento capiēdo. **E**
- Si erit timorosus, sentiet timorem cum dulcore in sumendo ipsum. Si erit contemplatiuus reperietur in contemplatione illud sumendo: si erit pius in capiēdo, liquefiet cor eius in pietate, & sic in spe, fide, & charitate. & sic varios dulcores sentiet in sumendo ipsum, secundum varias eorum sumentium dispositiones, in quibus reperiuntur tempore sumptionis. et secundum quatuor complexiones hominum, scilicet melancolicas, colericas, sanguineas, & phlegmaticas: ita illa anima sentit illud sacramentum secundum quod inclinabitur in complexione sua. & dato quod quandoque homo se pręparet, non tamen semper dabitur sibi tanta consolatio, quia Deus vult ostendere, quod illam consolationem homo habeat de gratia, & secundum quod quis est pręparatus, tantum lucrum consequitur, iuxta Paulum dicentem, scio abundare & poenitentiam pati. Nam frater Iohannes de Lauernia, aliquando in pulpito prędicando verba eius videbantur sagittæ ignotæ, quia tunc erat in illa dispositione, & amor ignis diuini erat in eo. Et aliquando existens in pulpito non sentiens sibi inesse illum seruorem Dei dicebant, nihil est: quia tunc non sentiebat punctum de amore diuino. et gratia Dei tunc nondum uenerat in eo, quia in prędicatione oportet, quod in eo ueniat vna pręparatio talis, quod ardeat in charitate Dei & proximi, ad hoc vt efficaciter exprimantur verba Dei, et etiam audientes auferant fructum. Secunda viuanda significatur in illo vitulo saginato, id est, impinguato, quod significat plenitudinem gratiæ: quia in illo sacramento est omnis dulcedo Christi, sicut vnguētum, quod descendit de capite in barbam, in barbā aut Aaron, & in prędam vestimenti eius. hoc est quod intrinsecus cordis oportet, quod habeat tale sacm humiliando cor vsque in corpus purificatum. **H**
- Tertia viuanda est ebrietatis animæ. vnde Salomon in cantica. s. c. Comedite & bibite & inebriamini charissimi.

Secunda Contemplatio.

Secunda pars principalis de pręparatione generali. & die sabbati dicam de pręparatione particulari. & exponam Patrem noster, & significat in agno, de quo in Exodo 12. cap. In quo facio quatuor considerationes.

Prima

- A** Prima consideratio est tempus. Secunda consideratio est ritus. Tertia consideratio est cultus. Quarta consideratio est fructus.
- Vnde primo considera tempus, quia primo mense. Secundo considera ritus, quia decima die mensis. Tertio cultus, quia in xiiij. Luna. Quarto fructus, quia in hora vespertina primus mensis, quoniam est mensis poenitentiae, qui est Aprilis, & significat statum gratiæ, & vtinam sit iste mensis Aprilis, in quo aperiatur cor tuum, & oporteret quod tria interuenirent; scilicet contritio, confessio, & satisfactio ad sumendum sacramentum. Vnde vnum bonum principium erit causa manutenendi vos in longo tempore in bona dispositione, & alteri vestrum, qui sunt comestis & non sunt abstuluti, non debent illud capere, nisi modo quo dicam, quia oportet quod ibi sit vera confessio, & vera contritio, & vera satisfactio. Et magister Alexander mouet unum dubium: si domina, quæ portat capillos alienos, potest illud capere. & dicit, quod non, nisi esset calua, quia tunc, & non licet nisi displiceret marito, nec etiam licet ei portare capillos alienos, si sui cecidissent, nisi displiceret marito & timeret ne aliam amicum quæreret, quia tunc potest portare alienos capillos factos, sicut erant sui, & non pulchriores, sed similes suis. Item magistri facientes taxillos cauent sibi, ne sumant corpus Christi, nisi prius deserant illam maledictam artem cum proposito amplius nō faciendi artem illam. Similiter frantiores & alij facientes similes artes prohibitas, & damnatas non recipiant Corpus Domini, nisi deserant illas tubetæ qui deseruiunt castis, & exercent artem suam in bellis prohibitis. & similiter timpanorum, sine tabulerij: quia multoties sunt causa quod damna inferantur citando armigeros cum suis classicis, & inanizando: quia ut supra dixi in materia vsurarum, tenentur ad restitutionem: & donec non restituunt; non possunt digne capere Corp⁹ Christi, & nō dico de omnibus tubicinis generaliter, sed solū superscriptis seruientibus bellis vetitis & qui sunt causa damnorum illatorum. Similiter tu, qui vendis ad terminos pro pluri precio, quam venderes in prompta pecunia, si existens in isto peccato comedes Corpus Christi, diabolus te portabit, nisi proponis amplius illud non facere. Similiter tu, qui non vis custodire festa, & capis illud cum proposito non te emendandi. **E**
- B** Secunda consideratio est ritus, quia decima die mensis. Tertio cultus, quia in xiiij. Luna. Quarto fructus, quia in hora vespertina primus mensis, quoniam est mensis poenitentiae, qui est Aprilis, & significat statum gratiæ, & vtinam sit iste mensis Aprilis, in quo aperiatur cor tuum, & oporteret quod tria interuenirent; scilicet contritio, confessio, & satisfactio ad sumendum sacramentum. Vnde vnum bonum principium erit causa manutenendi vos in longo tempore in bona dispositione, & alteri vestrum, qui sunt comestis & non sunt abstuluti, non debent illud capere, nisi modo quo dicam, quia oportet quod ibi sit vera confessio, & vera contritio, & vera satisfactio. Et magister Alexander mouet unum dubium: si domina, quæ portat capillos alienos, potest illud capere. & dicit, quod non, nisi esset calua, quia tunc, & non licet nisi displiceret marito, nec etiam licet ei portare capillos alienos, si sui cecidissent, nisi displiceret marito & timeret ne aliam amicum quæreret, quia tunc potest portare alienos capillos factos, sicut erant sui, & non pulchriores, sed similes suis. Item magistri facientes taxillos cauent sibi, ne sumant corpus Christi, nisi prius deserant illam maledictam artem cum proposito amplius nō faciendi artem illam. Similiter frantiores & alij facientes similes artes prohibitas, & damnatas non recipiant Corpus Domini, nisi deserant illas tubetæ qui deseruiunt castis, & exercent artem suam in bellis prohibitis. & similiter timpanorum, sine tabulerij: quia multoties sunt causa quod damna inferantur citando armigeros cum suis classicis, & inanizando: quia ut supra dixi in materia vsurarum, tenentur ad restitutionem: & donec non restituunt; non possunt digne capere Corp⁹ Christi, & nō dico de omnibus tubicinis generaliter, sed solū superscriptis seruientibus bellis vetitis & qui sunt causa damnorum illatorum. Similiter tu, qui vendis ad terminos pro pluri precio, quam venderes in prompta pecunia, si existens in isto peccato comedes Corpus Christi, diabolus te portabit, nisi proponis amplius illud non facere. Similiter tu, qui non vis custodire festa, & capis illud cum proposito non te emendandi. **F**
- C** Tercia consideratio est cultus, quia decima die mensis. Tertio cultus, quia in xiiij. Luna. Quarto fructus, quia in hora vespertina primus mensis, quoniam est mensis poenitentiae, qui est Aprilis, & significat statum gratiæ, & vtinam sit iste mensis Aprilis, in quo aperiatur cor tuum, & oporteret quod tria interuenirent; scilicet contritio, confessio, & satisfactio ad sumendum sacramentum. Vnde vnum bonum principium erit causa manutenendi vos in longo tempore in bona dispositione, & alteri vestrum, qui sunt comestis & non sunt abstuluti, non debent illud capere, nisi modo quo dicam, quia oportet quod ibi sit vera confessio, & vera contritio, & vera satisfactio. Et magister Alexander mouet unum dubium: si domina, quæ portat capillos alienos, potest illud capere. & dicit, quod non, nisi esset calua, quia tunc, & non licet nisi displiceret marito, nec etiam licet ei portare capillos alienos, si sui cecidissent, nisi displiceret marito & timeret ne aliam amicum quæreret, quia tunc potest portare alienos capillos factos, sicut erant sui, & non pulchriores, sed similes suis. Item magistri facientes taxillos cauent sibi, ne sumant corpus Christi, nisi prius deserant illam maledictam artem cum proposito amplius nō faciendi artem illam. Similiter frantiores & alij facientes similes artes prohibitas, & damnatas non recipiant Corpus Domini, nisi deserant illas tubetæ qui deseruiunt castis, & exercent artem suam in bellis prohibitis. & similiter timpanorum, sine tabulerij: quia multoties sunt causa quod damna inferantur citando armigeros cum suis classicis, & inanizando: quia ut supra dixi in materia vsurarum, tenentur ad restitutionem: & donec non restituunt; non possunt digne capere Corp⁹ Christi, & nō dico de omnibus tubicinis generaliter, sed solū superscriptis seruientibus bellis vetitis & qui sunt causa damnorum illatorum. Similiter tu, qui vendis ad terminos pro pluri precio, quam venderes in prompta pecunia, si existens in isto peccato comedes Corpus Christi, diabolus te portabit, nisi proponis amplius illud non facere. Similiter tu, qui non vis custodire festa, & capis illud cum proposito non te emendandi. **G**
- D** Quarta consideratio est fructus, quia decima die mensis. Tertio cultus, quia in xiiij. Luna. Quarto fructus, quia in hora vespertina primus mensis, quoniam est mensis poenitentiae, qui est Aprilis, & significat statum gratiæ, & vtinam sit iste mensis Aprilis, in quo aperiatur cor tuum, & oporteret quod tria interuenirent; scilicet contritio, confessio, & satisfactio ad sumendum sacramentum. Vnde vnum bonum principium erit causa manutenendi vos in longo tempore in bona dispositione, & alteri vestrum, qui sunt comestis & non sunt abstuluti, non debent illud capere, nisi modo quo dicam, quia oportet quod ibi sit vera confessio, & vera contritio, & vera satisfactio. Et magister Alexander mouet unum dubium: si domina, quæ portat capillos alienos, potest illud capere. & dicit, quod non, nisi esset calua, quia tunc, & non licet nisi displiceret marito, nec etiam licet ei portare capillos alienos, si sui cecidissent, nisi displiceret marito & timeret ne aliam amicum quæreret, quia tunc potest portare alienos capillos factos, sicut erant sui, & non pulchriores, sed similes suis. Item magistri facientes taxillos cauent sibi, ne sumant corpus Christi, nisi prius deserant illam maledictam artem cum proposito amplius nō faciendi artem illam. Similiter frantiores & alij facientes similes artes prohibitas, & damnatas non recipiant Corpus Domini, nisi deserant illas tubetæ qui deseruiunt castis, & exercent artem suam in bellis prohibitis. & similiter timpanorum, sine tabulerij: quia multoties sunt causa quod damna inferantur citando armigeros cum suis classicis, & inanizando: quia ut supra dixi in materia vsurarum, tenentur ad restitutionem: & donec non restituunt; non possunt digne capere Corp⁹ Christi, & nō dico de omnibus tubicinis generaliter, sed solū superscriptis seruientibus bellis vetitis & qui sunt causa damnorum illatorum. Similiter tu, qui vendis ad terminos pro pluri precio, quam venderes in prompta pecunia, si existens in isto peccato comedes Corpus Christi, diabolus te portabit, nisi proponis amplius illud non facere. Similiter tu, qui non vis custodire festa, & capis illud cum proposito non te emendandi. **H**

di. & vos o barberij, qui laboratis vsque ad duas horas noctis in sabbato, & in festis prohibitis, & non proponitis de certo emendari, non capiat. et similiter vos o vsurarij publici, & quilibet peccator publicus abstineatis a sumptione huius sacramenti, nec sacerdos debet sibi dare. & similiter meretrici, quæ stat in peccato mortali, sacerdos debet eam expellere. Similiter stans in concubinato, debet repellī a sacerdote ita masculus, sicut foemina. Similiter mulier suspecta stans cum sacerdote, licet quod non peccet, debet repellī propter suspicionem. Item institores & famuli, qui stant cum alijs vendentibus ad terminos, & vendunt pro eis, vel qui exercent scenus pro alijs, non possunt superscripti sumere corpus Christi, nisi emendēt se cum proposito amplius taliter non peccandi mortaliter.

Secundum tempus est decima die mensis, numerus denarius significat decem præcepta, quæ seruari debent, iuxta illud, qui in uno offendit, in omnibus factus est reus. vnde qui non proponit seruare ipsa non sumat corpus Christi.

Tertium tempus est in xiiij. Luna, quod significat numerum quadratum, hoc est quatuor virtutes cardinales, scilicet iustitiam, fortitudinem, prudentiam, & temperantiam. Sed quas virtutes debemus moraliter viuere, fm quas quicumque non uiuit, nec custodit dies ab ecclesia custodiri ordinatos, secundum suam possibilitatem, non capiat Corpus Christi.

Quarta est hora vespertina, in qua Sol declinat & tendit ad occasum & propinquat nox, quod significat quod tu, o foemina vana, debes cogitare de vespertina hora, scilicet de tua morte, & amodo deponere vanitates: & tu o diues potens & superbe, debes deponere, & amouere superfluam gloriam, quæ non conueniet tuo statui: quia si non deponis ista, tu nō poteris capere Corpus Christi digne hora vespertina, i. mortis. fac ergo taliter, quod tu possis capere illud in meridie, & qualibet hora, scilicet dum iuuat viuere. attende ritum, quia Deus ordinauit illum agnum comedi. Sed aduerte quatuor.

Primum, quod nō comederetur crudus.

Secundum, quod non ederetur lixus.

Tertium, quod nō comederetur trictus.

Quartū, quod comederetur affatus. quæ significat, quod sunt quatuor genera sumentium Corpus Christi: quia aliqui illud su-

- A** munt crudum, non facientes aliquam præparationem: & isto modo captum facit magis damnum quam vtilitatem. Non tamen dico de omni dāno, quia si non habent peccatū mortale, non peccant: sed tamen si nō sunt præparati, deuotio eis deficit. Secundi capiunt illud lixum cum mente occupata, & non præparata, sed intricata in familia hinc inde, & plena accidia nondū facta aliqua præparatione, sicut sunt mercatores & magni ciues perplexi in occupationibus, & factionibus mundi, qui hodie quærent & uolunt ditari, & cras uolunt capere corpus Christi. & sic dum erit in actu capiendi illud, vacillabit mens eius ad negotia mūdi, & cogitabit, qualiter fuit deceptus in tali mercantia; & quod talis non soluit sibi. & quod perdit tempus & horam ad faciendum tale forum, &c. Vnde primo debent se præparare, & postea cum mente composita & tranquilla illud sacramentum sacramentorum capere. Tertij ipsum comedunt frictum, sicut sunt aliqui curiosi, qui pur uolūt uidere & scire, qualiter transubstantiatur corpus Christi in illa hostia. et uolo tibi dare vnum exemplum, si discere cupis. Nam res naturales prius intelliguntur, quam credantur: sed in spiritualibus secus, quia oportet quod prius credantur quam intelligantur. quia hoc sacramentum quāto plus credis, tanto magis intelligis. sicut accidit in magistro scholarum, cui quāto plus credit discipulus, tanto plus addiscit: quia si non crederet suæ doctrinæ, nunquam addisceret: ita accidit in curioso infideli. quia si non credit, nunquam poterit intelligere. sed quanto plus scrutatur scire per rationes, tanto plus fit rudior & induratur sicut Iudæi, quia potētia diuina transcendens: nō subiacet, nec potest concludi sub nostris rationibus finitis, quia sapientia hominis est stultitia apud Deum. vnde oportet quod simpliciter credas, alioquin tu comedis ipsum frictum, quia talis tua curiositas uolēdi per rationes hoc intelligere, est causa tuæ perditionis. et multotiens diabolus repræsentabit tibi vnam aliquam rationem illusiuam, quæ nunquam excidet mentem tuā, & semper ipsam tenebis, donec te perducatur a casa calda. Quartum comedunt hoc sacrificium veri agni immaculati assatum siue rostitum, & isti tales sunt personæ deuotæ, quæ sunt in medio ignis ardoris diuini absque eo quod sentiant, vel eis appareant, seu sciant. Nam in rosto nihil est medium inter ipsum & ignem: sed in carnibus fricticatis in padella
- est medium inter ipsas carnes, quæ frictigantur, & ignem quod significat tuum appare, quia sic tibi uiderur. sed ad habendum cor sincerum sola fides sufficit.
- Tertia consideratio est cultus, in quo notantur quatuor conditiones. Prima, quia Deus uolebat quod debentes comedere de illo agno, se calciarent. Secunda quod haberent baculum, super quo se firmarēt & appodiarent. Tertia, quod essent subcincti. Quarta, quod comederent cū lactucis agrestibus. Illud calciare duos pedes, significat disciplinam corporis calciatam ab affectionibus mundi, vel cogitationem anime conculationem. Nam pedes significant desiderium nostrum: quia quando restringimus nostra desideria in non plus amando mundum, quam Deum, tunc sumus calciati per disciplinam poenitentiae corporalis & mentalis, quod significat vnum pedē, & alium esse cinctos, significat restitutionē cogitationū corporis & animæ, quia oportet esse purgatos omnibus malis cogitationibus ad uolendum comedere istum agnū corporis Christi immaculatum contra illos qui uadunt ad altare, sicut porci, quia debēt esse mundi corpore & anima. Tertio bruculus significat duo. vnum est peregrinatio, quia non habemus hic mansionem manentem. aliud est patientia, supportationis tribulationum & laborum, quam habere debemus in hoc mundo, in quo sumus peregrini. vnde etiam hodie peregrinantes ferunt bordonum, & uocantur peregrini. Vnde Paulus Patientia uobis necessaria est. & tu qui non vis parcere alijs tuis inimicis, non potes saluari capiēdo corpus Christi, nisi eis parcas, & sis sine peccato mortali. Quarto est cum lactucis agrestibus, ad significandum amaritudinem contritionis, & duram poenitentiam, quam facere debemus in istis sanctis diebus, quia deberemus dormire uestiti per tres dies ante assumptionem ipsius, & stare in orationibus. Secunda, quia passio Christi fuit acerba, & quando accipimus corpus Christi, debemus reminisci & contemplari passionem, & amaritudinem crucis Christi Iesu, & domini redemptoris nostri.
- Quarta consideratio est fructus, qui sequatur ex comestione illius agni assati, quia Deus concedebat cuicumque facienti, quod sibi præcipiebat in comedendo de illo agno duas gratias. Primam, quia aufugebant asportando omnia sua bona, quæ habebant in domo, & omnia alia quæ habebant

- A** bant extra domum: sed uolebat quod de sanguine illius agni ringerentur ostia a parte superiori, & a latere dextro, ungere seu tingere a latere dextro ostij diuina custodia, iuxta illud, dominus mihi adiutor, non timebo, quid faciat mihi homo. a sinistro latere, significat custodia angeli tibi dati a Deo, vnde eris magis sustentatus, quia nulla tentatio carnis uel diaboli tibi poterit nocere, si accipis illud digne. Tingere ostium de illo sanguine desuper ostium significat, quod tu efficieris illuminatus, & inamoratus in Deo, & mens reformetur timorata in gratia Dei, qua custodiris. Et nota bene
- B** quod uolo primo ponere resupinum, siue reuerfum, & postea directum.

Tertia pars principalis.

- C** ape tertiam partem de fructificatione, quæ sequitur ex comestione corporis Christi. Si male ipsum capis in peccato mortali existens & scias, et non sis confessus, vel nō uis relinquere illud, tu capis diabolium. vnde uos o sacerdotes, qui continue celebratis, cauete qualiter illud capiat, ne sitis in peccato mortali. Similiter vos seculares. tamē raro reperi seculares capientes illud cum peccato mortali. et legite psalmum, Saluum me fac quando intrauerunt aquæ. ubi uidebis maledictiones indignæ sumentium hoc sacram. ubi dicitur, fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum in tribulationē. et scādalum, obscurentur oculi eorum, ne videant & dorsum eorū superincurua. Effunde super ipsos iram tuam, & furor iræ tuæ comprehendat eos, fiat habitatio eorū deserta, & in tabernaculis eorū nō sint qui habitent. Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt. et super dolorem uulnere meorum addiderunt: appone iniquitatem super iniquitatem eorū & non intrēt in iustitiā tuam. Deleātur de libro uiuentiū & cum iustis non scribātur. Et sic potes comprehendere, quod duodecim maledictiones sunt datæ per Deū talibus indigne recipiētibus hoc suum sacram contentæ in illo psalmo.
- Prima, quod tales semper sint in illo peccato, in quo sunt quā recipiunt illud ibi, fiat mensa eorum in laqueū. quia sunt in potestate diaboli: quia mensa eorum est altare, & fit in laqueum diaboli.
- Secunda, quia præparent se damnationi: quia sicut illud receperunt cum offensione, sic habebunt punitionem.
- Tertia scandalum proximi. quātum scan-
- dalū est proximo, quod sacerdotes teneāt metrices, & postea eant ad celebrandū & sumendū corpus Christi. o vos clerici & Fratres idiolati aduertite, quia si crederetis, utique semper tremeretis.
- Quarta, obscurentur oculi eorum, ne uideant: & ita est quod cōiter tales personæ, siue sacerdotes uel frēs, aut seculares qui capiūt corpus Christi in peccatis, semper excēcant & obscurant, adiungendo peccata peccatis in eorū confusione & dānatione comedentes corpus Christi, ac si comederent vnum frustum panis, & moriuntur tādē desperati. iō merito obscurātur oculi eorū, ne uideāt.
- Quinta maledictio dorsum eorū superincurua. uult dicere, quod est ita in potestate diaboli, quod sumit indigne hoc sacram, quod facit eū cadere quotiens, & quā & quō uult, adeo quod de Deo nūquam possit recordari, & in istis terrenis facit eum incuruare in terrā quod quanto plus senescit, tātō plus efficitur indurat.
- Sexta maledictio. Effunde super ipsos iram tuam. quia quicquid in puncto mortis ante quod moriantur mittit eis infirmitates & tribulationes, quod non habent aliquā consolationē in hac uita. Imo incipiunt esse in inferno antequam moriantur, & post mortem merguntur in profundum.
- Septima maledictio, & furor iræ tuæ comprehendat eos. quia priuantur uita corporali ante tempus.
- Octaua fiat habitatio eorū deserta, in tabernaculis eorū non sint qui habitent, quia Deus permittit superuenire incurfus hostiū, & guerras et pestes, quibus mediātibus habitationes, & loca destruuntur, deseruntur & comburuntur, & nullus remanet in eis, qui habitet. Itē potest intelligi et, quod corpus est habitatio, in qua intrat corpus Christi. vnde illud corpus quod sumit indigne corpus Christi, fuit desertū grā Dei. & ante tempus priuatur anima, quia moritur ante tempus.
- Nona, quia priuatur intellectu & efficiūtur obstinati, & sūt crucifixores Christi, iuxta illud, quem percussisti percusserunt & afflictiones addiderūt. quasi dicat, magis dolet Christus ista uulnera facta a peccatoribus sumentibus corpus suum indigne, quia iterum crucifigunt eum quod uulnera sibi facta a Iudæis, quia Deus permissiue dimisit percutere Christum a Iudæis, qui ignorabāt quid faciebant eo respectu, quia nesciebāt ipsam esse filium Dei, iuxta dictum Christi, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. sed isti existentes in peccato mortali sciētēter sumunt ipsum indigne. & sciētēter addūt sibi

A vulnera vulneribus. Et hoc est, qd dicit, et super dolore vulnerum meorum addiderunt. Decima maledictio, appone iniquitatem super iniquitatem, & non intrent in iustitiam tuam, quia nesciunt inuenire viam.

Vndecima maledictio est, deleantur de libro viventium, quia de eis in paradiso non erit memoria.

Duodecima, & cum iustis non scribatur, quia dicit eis Christus benedictus, Ite maledicti in ignem aeternum, &c. Et inter nos & vos est magnum chaos. Et nota, quod istas met maledictiones incurunt omnes homines vtriusque sexus, mares, scilicet post completos quatuordecim annos, & femina post completos duodecim annos, qui non accipiunt corpus Christi saltem semel in anno.

B Prima, quia Deus permittit quod anima non capientium illud saltem semel in anno sit ligata in laqueo diaboli.

Secunda, quia non recipient retributionem.

Tertia, quia generas scandalum alijs conuicibus, si illud non recipis. Ideoq; illud recipe publice in tua parochia, palamque vt videaris, & des exemplum alijs, ut similiter ipsi faciant. nec te moueat quod dicas, ego nollem uideri, ne reputer vnus hypocrita:

C quia sic luceat lux uestra coram hominibus, vt uideant, &c. vnde nisi publice communices, habebis istam maledictionem.

Quarta maledictio, quia plus excecaris, nec valet quod dicas, ego non sum dignus.

Quinta maledictio, dorsum eorum super incurua, quia si tu es inclinatus ad malum, non accipiendo, tu plus incuruaberis.

Sexta, funde super eos iram tuam, quia infirmitates superuenient tibi, filij & vxor morientur tibi, & multae aliae maledictiones occurrent, sicut guerrae, pestes, fames, &c. & considerauit & per experientiam vidit, qd in locis, vbi non capitur digne corpus Christi, regnat istae maledictiones: imo in aliquibus locis, quando aliquis confitetur uel sumit corpus Christi & huiusmodi, alij derident eum dicentes, quod ipse est vnus hypocrita, & vult dare fidem hospiti, &c. vnde communitur ubi capitur corpus Christi cessant istae maledictiones magis quam alibi, vbi non capitur.

D Septima maledictio, quia citius moriuntur, qui non capiunt, quam qui illud sumunt. ibi, & furor irae tuae eos comprehendet. Et nota bene, quia volo vos docere scire, quando vxor uestra vos diligit, et quando uolet, seu erit contenta, quod moriamini, vt acci-

piant vnum alium. Pone menti, quia si non curat tempore Quadragesimae, & tempore Pascae, quod tu accipias corpus Christi, & non stimulat, neq; te sollicitat, quod tu illud sumas, nec curat, scias qd ipsa cupit & desiderat tuam mortem. Similiter si infirmaris, & non curat, neque sollicitat qd illud sumas, est signum quod ipsa uellet te mori. ratio est, quia citius morieris: & probo, ut 3. c. ibi infirmitas, de penitentia & re. vbi notatur, quod multa mala veniunt propter peccata. Et ibi precipitur medico, quod antequam medeatur infirmo, inducat eum ad se confitendum. ratio, quia infirmitates multotiens veniunt propter peccata. Et boni medici fecerunt hoc praedicare in aliquibus locis, quia euenit quod aliter faciendo medicus saepe remanet vituperatus & infirmus non ita desperat de vita, neque tristatur, si a principio medicus sibi dicit Amice habeo de more, & ita iura ecclesiae precipiunt, quod nemini medear, nisi primo confiteatur infirmus, eo quia multotiens Deus permittit infirmitates venire hominibus propter eorum peccata. Nam si ista tua infirmitas esset a Deo permissa propter tua peccata, mediate confessione Deus te liberabit, alias parum valeret mea medicina aduersus uoluntatem Dei, &c. Similiter tu, o domina, quoniam tuus maritus non curat inducere te ad confitendum, scito quia parum curat de uita tua. vnde quoniam pateris, non exspectes, sed subito mittas pro confessore & confitearis & communica.

Octaua maledictio, quia superueniunt multae maledictiones & infortunia tua corpori quam animae & furor irae tuae comprehendat eos.

Nona maledictio, quia indurati & priuati intellectu Christum crucifigunt de nouo, quando quem tu percussisti, &c.

Decima, quia iungunt iniquitatem supra iniquitatem omni anno: quia licet confitearis, nihilominus non sumendo corpus Christi, tu peccas, & non remittuntur tua priora peccata, de quibus es confessus, & sic iungis peccata peccatis, & non ualet tibi illa confessio, quia faciendum peccatum mortale de nouo, quia transgredieris mandata ecclesiae, praecipientis quod saltem semel in anno quilibet accipiat corpus Christi. & sic contrafaciendo tu peccas mortaliter, & non intras iustitiam, neque gratiam, & per consequens non tibi prodest confessio illa.

Vndecima, quia deleris de vita uiuentium, quia non poteris uiuere, & non uiuendo deleris de libro viventium.

Duode-

A Duodecima, quia cum iustis non scriberis, nec miraberis: veritamen grauiores sunt istae maledictiones in his, qui indignè capiunt corpus Christi, quam in his, qui non capiunt.

Videamus modo fructus, quos recipit anima, quae dignè sumit corpus Christi, de ligno vitae in medio paradisi, de quo qui dignè comedit, non morietur: & sunt duodecim fructus dignè recipientium corpus Christi. Primus est animae viuificatiuus, prout scribitur in Apoc. c. pen. de ligno vitae. Secundus est intellectus illuminatiuus, tertius est affectus mentis confortatiuus, quartus est mentis fortificatiuus, quintus est peccatorum purgatiuus, sextus est poenarum satisfactiuus, septimus est inimicorum defensiuus, octauus est casus & ruinae releuatiuus, nonus fructus est meritorum augmentatiuus, decimus fructus est bonorum conseruatiuus, vndecimus fructus est infirmitatum liberatiuus, duodecimus fructus est vitae aeternae apertiuus.

B Primus igitur fructus arboris vitae est animae viuificatiuus, quia sine eo impossibile est animam posse uiuere, vnde Io. 6. c. Qui manducat me, uiuit propter me, quia iustus ex fide uiuit. & alibi, Non ex solo pane uiuit homo, sed ex omni verbo, quod procedit ex ore Dei. & Sap. 3. c. Lignum vitae est & qd apprehenderit & tenuit, beatus erit. & Io. 6. c. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo: & nisi manducaueritis, non uiueris.

C Secundus fructus est intellectus illuminatiuus. nam in illo cibo corporis Christi est tota sapientia Dei, & ideo capiens ipsum efficitur intellectus illuminatiuus lumine veritatis: & isti sunt oculi Ionatam, qui fuit illuminatus. & hoc est, quod dicit 3. c. Eccl. 7. Vnge collirio oculos tuos, vt uideas. Collirium est puluis purgatiuus oculorum, qui potest equiparari Christo, qui non solum purgat oculos mentales, sed etiam est medela oculorum corporalium, quibus respiciendo corpus Christi deuotè proficit ad medelam. vnde tu, cui deficit lumen, audi deuotè Missam, & sume corpus Christi dignè, & proficiet tibi corpori & animae, & uendicabis gratiam Christi: qui autè faciunt fecus, perdunt oculos ante horam. vnde sicut habes de vita & hone. cle. c. vbi dicitur, quod ites. cum honestate ad Missam, & non impediatis officium. Tertius fructus, est affectus confortatiuus, & refectiuus, quia si recipis corpus Christi cum deuotione,

D sicut infra tibi dicam, tu recipies tantam consolationem, quod omnia alia delectatio uidebitur tibi pena, iuxta illud, Parasti mensem in conspectu meo. & alibi, Dominus regit me, & nihil mihi deerit, & in loco pascae me collocauit. Et recipiens corpus Christi reperit in eo de omni cibo, quae uult spiritualiter, sicut populus Dei comedendo manna satiabat gustu de omni cibo, quae uolebat corporaliter.

Quartus cibus est mentis roboratiuus contra aliquos, qui dicunt: si cõfiteor, & capio corpus Christi, ego non ero fortis contra tentationes: imo dico, quod capiẽdo illud mēs roboratur, & magis fortificat, & magis amas bonum, & uitas mala, & adhaeres appropinquando magis Deo, & Deus te adiunat, iuxta illud, Deus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo.

E Quintus fructus est peccatorum purgatiuus. Nota, quod duo sunt genera peccatorum, uenialium, & mortalium, & in confessione remanent multa peccata uenialia. In sacramentum si sacramentum, & res sacramenti: in quantum tu consideras sacramentum sumendo illud purgaberis ab omni peccato ueniali, & plus & minus secundum tuam deuotionem, quae reperis habere, quae admodum est in igne, qui operatur in rebus positus in ipso igne secundum materiam & conditionem, seu dispositionem illarum rerum, quae ponuntur in ipso igne, quia si ponis paleam, nihil durat, & subito consumitur: si ponis lignum, plus durat: si ponis lapidem, adhuc plus: si ferrum multo plus, & sic de alijs. Ita est in amore diuino, quia secundum dispositionem amorum plus, & minus operatur, quia capiẽdo corpus Christi, quaeque omnia peccata uenialia delentur. Ita potest esse charitas feruida, & contritio, ac dolor animi, & cordis cõcatus cum dolore corporis, si praecedat confessio, & alia requisita. Tolle modo peccatum mortale, quia peccatum est equus cõscientiae. Et quero, utrum ualeat assumptio corporis Christi in peccato mortali ad cauendum animam de illo peccato. dico quod possibile est, quod et si habes peccatum mortale, de quo non recordaris, quod deletur illud peccatum, de quo non recordaris, & non habes animum illud peccatum faciendi. alioquin si scies te habere illud peccatum, & recorderis, & nolis cõfiteri, vel habes animum illud perpetrandi, tu iudicium tibi manducas, & bibis: quia sicut mortuus non manducat, ita tu in peccato existens, cõfiteris mortuus, & manducando non manducas ad uitam, sed ad mortem perditionis tuae. vnde si habes peccatum mortale, & illud sumis, male est. Et tamen nota, quod potest ualere duobus modis.

modis.

A modis. Vno modo dispositiue. v. g. tu non voles parcere, vel non vis restituere ablata. ò foemina caudata, quia credo, quod capiendū corpus Christi, dicendo, non mereor capere, & propter reuerentiam capies cum mente, & poteris venire ad contritionem. Secundo modo, quando tu habebis vnum peccatum mortale, de quo nō recordaberis, nec habuisti præparationem mentis, & voles, quod confessor petat, & examinet conscientiam tuam, & habebis peccata, quæ ignorabis fore mortalia, vel non intelliges fore peccata, si capis corpus Christi cum tali peccato, quod ignoras propter tuam negligentiam illud capiendū deuotè, faciet te recordari de illo peccato, & faciet tibi venire vnam bonam & feruentem contritionem, & dabit tibi illam gratiam, quam non habuisses, & faciet te saluari, vbi si non accepisses, nō fuisses coactus, & per consequens damnatus.

Sextus est pœnarum satisfactiuus, iuxta illud, Nullum malum impunitum, &c. vel in hoc mundo, vel in alio. Nam si capis corpus Christi sæpe digne, poterit esse, quod pœnas purgatorij non senties. Primo, quia ibi est sacramentum, quia sacrat mentem.

C Nam sacramentum idem est, quod sacramentum, vel sacrans mentem, & inamorat mentem sacratam de Deo, & charitas purgat non solum culpas, sed etiam pœnas, secundum magnos Doctores: quia si virtuose viuas, & capis sæpe corpus Christi, sæpe liberaris, non tantum à culpa, sed etiam ab omni infirmitate corporis, & animæ. Et nota, quod secundum deuotionem, quam habebis subleuabit tibi pœnas in isto mundo, & in alio. Vnde semel quæsiui, cum corpus Christi sumitur, quare nō ardet mens? & responsum mihi fuit, quia propter dispositionem accipientis, quia tantum habes dulcedinis, quantum es dispositus. Similiter considera illud sacramentum, in quantum est sacrificium, quia faciēs dicere Missas cum deuotione, non solum illud sacramentum, seu sacrificium habet purgare culpam, sed etiam pœnas, non solum illi, qui facit dicere & facere illud sacrificium Missarum, sed etiam illis pro quibus in commemoratione animarum suarum dicitur, & fit, faciendū illud sacrificium fieri, & illas Missas dici per personas timentes Deū, vt faciendū celebrare personis non timentibus Deum adiūgitur iniquitas super iniquitatem, & faciendū celebrari digne, Deus dimittit tibi pœnas, quas debebas propter

tua peccata, & mitigatur pœna. Similiter tu sumendo corpus Christi, potes leuare pœnas animarum existentium in purgatorio, ac si faceres celebrare Missas.

Septimus est inimicorum defensiuus. Et nota, quod habemus tres inimicos. Vnus est mundus, secundus est diabolus, tertius est fragilitas carnis, contra illos, qui dicunt, ego nolo accipere corpus Christi, quia non sum dignus, nec mereor, & dico, quod est defensio animæ, & corporis. Primo contra dæmones, quia non poterunt te tentare in ira, superbia, luxuria, auaritia, & custodieris ab omni peccato contra diabolū. vnde Dauid: Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me. s. dæmones. & eris sic armatus, plus securus quam si esses inermis aduersus inimicos. Nec valet dicere, ego non sum dignus, & nolo armari de armis huius sacramenti: quia sic operando tu esses fatuus, quemadmodum si deberes ire ad bellum, & diceres, ego nolo portare arma, quia possem cadere cum armis. Similiter si tu es cum Deo associatus, tu itas magis securus quam sine Deo, & melius facis cum Deo, quam sine Deo, iuxta dictum Iob, Pone me iuxta te, & veniat dæmon, & cōtradicat mihi. Item habes carnem inimicam & contrariam tibi; & accipiendū corpus Christi expelles à te omnem tentationem carnalis desiderij, iuxta illud, Super aquas refectionis educasti me. q. d. sicut aqua extinguit ignem, ita sacramentum corporis Christi extinguit peccatum. Nam si ambulauero per mediū vmbrae mortis non timebo.

Octauus casus est ruinae releuatiuus, ad instar aliquorum, quos vidiisti, qui hodie, q. est dies Iouis sancto, sumūt corpus Christi, vt habeant maiorem libertatem in die Paschæ, vt se dent magis vanitatibus: & multi sunt volentes hodie sumere corpus Christi propter tenere illud per duos, aut tres dies in corpore: & postea, vt euomant illud in fece. Nā si tu haberes corpus Christi in vno vase, certe tu custodires illud: ergo multo magis debes illud custodire in tuo corpore. Sed ego volo respondere illis, qui dicūt, ego nolo recipere illud, quia non sum dignus, vel quia postea ego cadere iterum. Ad primum vbi dicis, quod tu non mereris, nec es dignus, respōdeo, quid intelligis promereri, & quomodo potes promereri illud sacramentum? credis tu, quod ad sumendum illud requiratur quod sis sacratus, sicut fuit Sāctus Petrus, & Sāctus

A ctus Paulus, aut si quis alius Sāctus? quia audeo dicere, q. si tu excederes in sanctitate omnes Sāctos, & Beatissimam Virginem, tu nunquam posses promereri illud capere. Sed duo sufficiunt ad hoc vt possis illud capere digne. Vnum est, quod sis sine peccato mortali, & sis bene confessus. Aliud est, quod sis dispositus nolle peccare, & ista sufficiunt. Ad secundum respondeo, quod si ieiunares semper, & nunquam comederes, & ires peregre omni die, & faceres omnia opera misericordie, non sufficit. Item si faceres in seruitio Dei, quæ nullus homo vnquam fecit, non sufficit. Vnde

B illud, Quod nos ex nostra fragilitate facere non possumus, ipse omnipotens Deus facit, & sufficit, q. mandatis paremus, quia quæ defunt nobis, ipse cognitor defectuū nostrorū supplet, exemplo infantuli tui, qui vellet tibi salire in vlnis, & non potest propter eius imbecillitatem, & tu inclinas te, & apertis brachijs expectas donec paulatim venit, & capis amplexando eum, & accipis in tuo sinu ipsum osculando. Ita facit Deus, quia ex quo fecit te hominem fragilem, Deus vult te iuuare in tua fragilitate, & supplere tuos defectus. Sed tu debes etiam ex tui parte facere tuum posse in te iuuando, quia sic Deus per suam gratiam tibi insulam facit te dignum. & si dicis, postquam recepero corpus Domini, ego iterum cadam: & itas propter hoc quo minus sumas illud, certè sic faciendū tu es obstinatus, & efficiaris diabolus, qui est obstinatus, nec potest poenitere, sicut sumendo ipsum digne efficiaris Deus, quia transmurtaris in Deum. Exemplum, sunt duæ domine bene vestite, quæ ambo cadunt in fimo, vna eleuat se tota imbrattata, & vadit domum, & lauat se, & mundat sibi vestem. Alia non vult surgere, timens si surgit iterum cadere, quæ istarum dominarum erit sapientior? certè illa, quæ si milies cadit, surgit semper, & se tergit, quam illa, quæ semper stat in stercore, & fimo. Vnde ita facito tu, quia si cadis, eleua, & vade ad confessionem, & terge te, quia etiam iustus septies in die cadit, & surgit: & noli effici obstinatus, quia est peccatum obstinationis, sicut fecit Lucifer obstinatus, qui nunquam surrexit. Sed Adam fragilis homo cecidit, & surrexit poenitentiam agendo. Vnde isti obstinati propter vitare peccatum fragilitatis incurrunt in peccato obstinationis, & propriæ malitiæ. Vnde tu ò proditor animæ tuæ, redde te, & humilia

te Deo, quia accipiendū corpus Christi, tu eris fortior ad te leuandum si cadis, ad instar vnus cespitantis in lapide, quia si est agilis & fortis, sicut cespit, subito salit, & si inclinat se versus terram, subito salit in pede: & si est debilis immediate sicut cespit, ta cadit, & non potest ita se iuuare propter eius debilitatem. Igitur sæpe sume ipsum, & fortificeris, & salueris.

Nonus fructus est meritum augmentatiuus ad tria, quia primo augetur deuotio ad Deum, secundo augetur amor diuinus in te, tertio augetur charitas in proximo, quia ipse Deus est fons charitatis. & ideo vos ò matres inducite filias vestras, & filios vestros adultæ ætatis ad confitendū, & ad sumendum corpus Christi, alioquin non speretis, quod vnquam sint boni.

Decimus fructus est bonorum conseruatiuus. Nam qui sciret lucrari, & non conseruare, nihil faceret. vnde cum sumis corpus Christi, dic, Domine gratiam quam mihi dedisti, custodi mihi illam, tu Domine.

Tolle vndecimum fructum, qui est infirmitatum liberatiuus. vnde Apost. Paulus in epistolis dicit, quod multi infirmantur, quia non accipiunt corpus Christi, vel quia illud sumunt indigne.

Duodecimus fructus est vite eterne apertiuus, quia accipiens illud, potest esse ita contritus, & ipsum capere cum tanta deuotione, quod purgat ipsum ita, & taliter, q. recto tramite vadit in paradysum, sicut demonstratur in Elia, qui iuit cum illo cibo spiritali, quem sumpsit ad montem Oreb, quem nobis sumere dignetur ille, qui suo proprio ore constituit, & ordinauit hoc sacratissimum sacramentum sacramentorum pro salute animarū nostrarum nunc, & in hora mortis per suam misericordiam, Amen.

FERIA SEXTA H

In die Veneris Sancto.

De Amore angustioso.

Sermo XLV.



Lignum vita in medio paradisi.

Gen. 2. In quibus verbis loquimur de amore fructuoso, quia lignum vitæ, quia affert fructum vitæ. Et etiā in hoc sermone loquimur de sexta Ala. amore angustioso.

A angustioso. Et quia vita non potest haberi sine gratia, ideo oportet ipsam gratiam implorare, & ipsam gratiam non possumus hodie à consueta Virgine implorare, nec ad eam recurrere. primo, quia nobis non adest audacia recurrendi ad eam, considerato, quod eius unigenitus filius hodie est pro nobis vituperatus, flagellatus, & mortuus in crucis patibulo, unde propter hoc perdimus audaciam. Item quia etiam nobis deficit potentia, qui si volumus eam salutare dicendo, Ave Maria, quia ave significat sine ve, ab a, quod est sine, & ve. ipsa Virgo plena dolore ex passione sui geniti, potest respondere, quod hodie est magis plena ve. i. tristitia, & dolore, quam fuerit aliqua creatura mundi. Nam si vocabimus ipsam Mariam, quæ dicitur illuminata, quid poterit respondere, nisi quod ipsa est omni lumine priuata? & si volumus ei dicere, Maria. i. amarum mare, ei multiplicabitur dolor. & si dicemus, Gratia plena, ipsa merito poterit respondere, imo plena poena, & dolore, & omni tristitia. Nec possumus dicere, Dominus tecum: quia respondebit, quomodo est Dominus mecum, imo prædilectus filius non tanquam Dominus, sed tanquam seruus vilissimus est mihi cruce appensus, & cum iniquis deputatus, & à me est proditoriè derobatus. Sed si dicimus, Benedicta tu in mulieribus: ipsa respondebit, imo videor hodie mundo cæco maledicta. Et si dixerimus, Benedictus fructus ventris tui: erit sibi memorare, & accrescere doloré, & poterit dicere, quod imo apparet perfidis Iudæis eius fructus magis maledictus quam vnquam fuerit aliquis. Si dicemus, Sancta Maria ora pro nobis: ipsa dicet, Ego non possum pro me orando redimere filium meum, & multo minus hodie poterò pro vobis orare. deficit etiam scire & velle, quod est ita absconsum in mente diuina, quod ipsum alibi habere non possumus. unde non habemus hodie recursum, nisi ad crucem, quæ substituit talem fructum. unde orando ipsam salutabimus lachrimabili voce dicentes, Ave crux passiva. In proposito. n. rhemate demonstratur amor fructuosus, de quo loquitur Ioan. 2. 2. c. dicens: Ostendit mihi fluium aquæ viuæ splendidum tanquam crystallum procedentem de sede Dei, & agni in medio plateæ eius, & ex vtraque parte fluminis lignum vitæ afferens fructus duodecim per menses singulos reddens fructum suum, & folia ligni ad sanitatem gentium, & omne maledictum non erit am-

plius, & sedes Dei, & agni in illa erunt, & serui eius seruiant illi, & videbunt faciem eius, & nomen eius in frontibus eorum, & nox ultra non erit, & non egebunt lumine lucerne, neque lumine solis, sed Dominus Deus illuminat illos, & regnabunt in secula seculorum. Unde eleuando mentem nostram in isto eloquio sancto, quia sunt quamplures intelligentes, & omnibus debitor factus sum, diuidam in tres amores contemplandos. Primus est amor radicans, qui consistit in radice huius arboris ligni vitæ. Secundus est amor fructificans, in quo videbitis duodecim fructus huius arboris vitæ, & hoc erit pro intelligentibus, quia videbunt in his passionem Domini nostri Iesu Christi, in qua stupebunt. Tertius amor erit sanificans, quia folia eius ligni ad sanitatem gentium, & erit pro omnibus gentibus. Et notetis bene vos, qui scribitis, quia declarabo vobis res de passione animæ Christi in secunda parte, quod faciam, quod vos intelligentes videbimini in tantis smemorati, quia commemoratio passionis Christi non fit propter corpus, sed propter anima. Prima pars erit breuis, & sic habebitis istum arborem in cortice, & in medullis. s. in corpore, & anima Christi.

Prima pars principalis.

Venio igitur ad primam partem. s. ad fundamentum radices istius ligni: quia lignum vitæ in medio paradisi à quo anima capit cibum in medio paradisi. s. comedendo eius fructum in hoc mundo acquirit gratiam, & postea gloriam in medio paradisi à sancta catholica ecclesia, & habet tres radices, secundum tria tempora continuo visa per animam Christi cum diuino verbo vnitam: quia vt scias Christus verus Deus, & homo, per vnionem quam habebat cum verbo diuino, cui omnia tempora præterita, præsentia, & futura semper sunt præsentia sciebat, & habebat in præsentia omnia, quæ futura erant de sua passione. unde Ioan. 10. c. Videns omnia, quæ ventura erant super eum. quod videre illuminatum representabat sibi omnes iniurias ei factas, & omnes iniurias, & peccata, quæ vnquam facta fuerunt ab Adam, & descendentibus ab eo vsque ad eius incarnationem, & in vtero Virginis; & postquam natus fuit, & sic omnia peccata, quæ fiebant, & futura erant ipse præsentialiter semper habebat,

A bat, & sic nulla fuit operatio præterita, præsens, vel futura, quin fuerit semper à Christo præsentialiter visa. Et sic habes tres radices visionis Christi. s. trium temporum. s. præteriti, præsentis, & futuri, de quibus visionibus fundamentorum, siue istarum trium radices istius ligni David Propheta loquitur dicens, Fundamenta eius in montibus eius sanctis. montes sancti sunt suum videre ista tria tempora præterita, præsentia, & futura, de quo diuino videre ipse Dei filius erat illuminatus.

Secunda principalis pars.

Eleua modo mentem tuam, & considera secundam partem duodecim fructuum cuiuslibet mensis huius arboris, qui continent dolorem, & amorem. Nam cortex est amara. s. dolor, & fructus est dulcis & suavis. s. amor. Primus fructus dicitur priuationis, secundus fructus est obligationis, tertius fructus est incisionis, quartus fructus est fornicationis, quintus fructus est contritionis, sextus fructus est compassionis, septimus fructus est deformatio nis, octauus fructus est offensionis, nonus fructus est receptionis, decimus fructus est ignorantia, undecimus fructus est abbreviationis, duodecimus fructus est reuerberationis.

Capio igitur primo fructus, & omnis fructus nihil aliud est, quam amaritudo animæ Christi, & illa amaritudo animæ Christi erat cum contentamento, & gaudio dolendi, quia secundum Aug. Nemo inuitus bene agit. unde anima Christi tantum gaudebat, quantum dolebat.

Primus igitur fructus, siue pomum primum dicitur fructus priuationis, quia Christus benedictus considerabat tria tempora priuationis æterni regni. s. præteritum tempus, præsens, & futurum, quia videbat omnes tam natos ab initio mundi, & qui erant nati, & nascituros fore priuatos, atque priuandos gloria paradisi. hinc est, quod considerans, quod propter eius passionem omnes credentes debebant saluari, dolendo de eius passione, gaudebat, quod dolebat propter istum fructum priuationis dolendæ, & redemptionis mediante eius morte fiendæ. Et omnem fructum diuidam in duas partes, & sic erunt xxiii. horæ diei naturalis, & sequemur Solem huius diei: quia est illa dies, de quo loquitur Proph. Ecce nox solum sibi nota. quia solus Deus nouit illam

diem. unde ipse Christus intelligebat quot animæ debebant priuari vita æterna, & dolebat, & contentabatur, quod dolebat, & tantum dolebat, & gaudebat de illo suo dolore, quantum erat bonum, quo bono priuari debebant. Secundo propter longum tempus, quo priuabantur. Primo. n. quantum erat illud bonum, quo priuabantur? certè erat infinitum, & per consequens ipse habebat infinitum dolorem: quia si crearentur plures creature, quæ vnquam fuerunt, sunt, & erunt, non possent comprehendere illum ineffabilem dolorem passionis Christi. Unde est infinitè conque rebantur de tanto tempore istius priuationis: quia illud bonum, quod exinde sequebatur, erat infinitum, ideo erat infinitus ille suus dolor. Ex alio latere tantum dolebat, quanto tempore videbat aias illo summo bono priuari: & illud tempus illius priuationis durare. Si ergo gustas saporem huius considerationis, tu videbis, quod tantum dolebat, quantum erat magni boni, quod aia perdebantur, & quantum erat tempus immensum, quo tanto bono debebant priuari: Exemplo vnus Regine matris plurius filiorum expulsoꝝ de suo regno, quantum credis, quod ipsa doleat de expulsiõne suorum filiorum, & priuatione illius regni? certè tantum ipsa doleat, quantum esset valor illius regni, & sem illud tempus per quod consideraret illos suos filios debere stare priuatos illo regno, & tanto plus doleat, quantum plus sciret, & cognosceret magnitudinè illius regni, & quanto tempore videret illos debere esse exules à regno suo, vt dixi. Sic fecit Dominus & redemptor noster Iesus Christus, quia sem valore priuationis, & perditæ paradisi, & prolixitate temporis, quo illa priuatio durare debebat, habuit passionem doloris. Fuit ergo sua cum ratione voluntas, quia gaudebat de suo dolore, per quem humanum genus à priuatione tanti boni, & tam longa redimeret. unde Hier. Tristis erat, & tristis apparebat non solum pro propria passione, sed pro nostra dispersione, non quod essemus danati gaudebat, quia tunc possemus saluari tantam poenam offerebat se portaturum pro nostra saluatione, tantus erat eius amor.

Secundus fructus est obligationis, quia Christus gloriosus intelligebat omnes, qui erant obligati in inferno, & dolebat, quod incurrerent tantum malum infinitè, sicut infinitam esse intelligebat poenam inferni, & tantum quantum erat tempus illorum, qui erant in inferno deputati. Ergo quanta est poena damnatorum, & futuram intelligebat, tantam poenam portauit Christi aia benedicta, & quan-

A & quanta erat ira Dei aduersus damnatos implacabilis, quia in inferno nulla est redemptio. & sic erat dolor ille infernalis in anima Dei, & totum illum dolorem ferebat in eius mente ex compassione. Exemplum si esset vna mater, habens filium, quæ videret ipsum capi, & in atro carcere trudi, & ad proprium carcerem condemnari, & nunquam speraret amplius videre ipsum, quantum doleret illa mater. certè ipsa tantum doleret, quantum intelligeret penas filij sui fore magnas, & quantum intelligeret iram illius damnationis, quæ condemnasset eum fore implacabilem versus ipsum. Ita erat

B in Christo, videndo pœnas infinitas inferni, & iram Dei infinitam, & implacabilem aduersus damnatos. Erat igitur tanta pœna in anima Christi, quanta datur, aut dabitur in perpetuum omnibus damnatis. vnde Hier. Collocavit me in obscuris sicut mortuos seculi, & anxius est spiritus meus super me. Ecce vna pars huius pomi, siue fructus huius. sibi, sicut mortuos. Ecce alia pars huius pomi, in obscuris. s. in inferno, vbi nullus est ordo, sed sempiternus horror, & priuatio lucis, & omnis boni, vnde eius pœna poterat dici infernalis.

C Tertius est fructus, seu pomum incisionis, quia Christus tantum dolebat, & tot dolores habebat, quot intelligebat fore corpora damnatorum, quæ diuidi debebāt ab eo, & quanta erat infirmitas illorum, qui debebant diuidi ab eo. Vis bene intelligere hoc? pone, quod sit vnus, cui incidatur omnis iunctura membrorum, quot dolores sentiet ille? certè tot dolores sentiet, quot iuncturas abscissas habebit: sic erat in Christo, cuius sumus mēbra, à quo separamur propter peccata nostra, quia tot dolores habebat, quot animas intelligebat separari propter peccata ab eo. Et quando vnus prælatus diuiditur à Christo, tunc euellitur vnus oculus Christo. Et si est vnus prædicator diuisus ab eo, tunc abscinditur ipsi lingua. Si est vnus peregrinus, tunc abscinditur sibi pes. Si est elemosinarius, abscinditur ei manus; & sic de alijs: & iste erat sibi vnus dolor immensus. Adiunge modo supradictis doloribus pœnas infinitas, quas habebat, quæ est caput omnium. Nam habuit tot pœnas, quot intellexit fore infirmitates in membris suis. s. in nobis, qui sumus mēbra eius, quæ infirmitates inducunt nos propter peccata, per quæ peccata membra abscinduntur, & separantur ab eo, vnde renouatus est ei infinitus dolor abscissionis tot illorum

D

dolorum. vnde Thren. i. foris interficit gladius, & intus est mors similis, foris est incisionis hominis, & animæ Christi dolor intrinsecus, quia intus est anima, & foris est corpus. vnde quando homo per peccatum est abscissus intus in anima Christi est dolor peccati similis morti propter separationem hominis à se, qui mittitur in profundum propter peccatum.

E Quartus fructus est pomum fornicationis, quia valde dolebat, quia intelligebat animas amare cum totis visceribus mentis plus mundum, & res caducas, quam Deum, & ita postponendo amorem diuinum mundanis rebus animæ taliter fornicarentur, vnde ex hoc valde dolebat, quemadmodum si esset Imperator mundi nobilis, qui acciperet per suam vnicam & legitimam uxorem vnam pauperulam villicam, quam vestiret purpuras vestes, & eam intronizaret, & ipsam amaret vltra alias creaturas, & ipsa submitteret se vni ribaldo: quantum credes, quod deberet dolere Imperator eius maritus? certè tantum dolorem haberet in eius mente, quantum est amor ille, quem sibi portabat, & quanta esset gratia quam sibi fecisset. Ita facit Christus, qui de stercore erigit pauperem animam, & tantum dolebat, quanta erat fornicatio animæ, & quantum erat amor, quem portabat animæ; sed quot fuerunt, sunt, & erunt animæ fornicatrices? certè innumerabiles, & certè tot dolores ipse Christus in eius anima habuit. Itè tot dolores portauit, quot animas amauit, quæ fornicatrices fuerunt, & erant, & fornicarias futuras esse intelligebat, quarum numerus est infinitus. vnde Hier. de humana generatione loquens inquit: Tot autem passus est dolores, quot animas amauit, & quot animæ fornicariæ fuerunt, erant, & esse futuras intellexit, qui omnia palam habebat.

F Quintus fructus, siue pomum est contritionis, quia Christus tantum dolebat, quantum videbat multitudinem peccatorum, & eorum magnitudinem, & horribilitatem, intelligendo, quod omne peccatum mortale priuat animam gratia Dei, quia omnia peccata mundi præsentia, præterita, & quæ futura erunt, ipse Dei filius ita habebat præsentia, sicut tu habes istud pulpitem, quia tanto plus videt te, quantum visio creationis exuberat visionem tuam, & omnes creaturæ sine aliqua comparatione: & vos peccatores nunquam faciatis peccatum, quin viderit ante quando fuistis in rerum natura.

ra.

A ra. & tu ò femina, nunquam fornicaris, quin te videat. cauet ergo. vnde Ioan. in Apoc. Videbit te omnis oculus, & qui eum compugerunt. Et sic istud pomum est diuisum in duas partes, quia videbit multitudinem peccatorum, & eorum magnitudinem. Exemplum, tolle quendam patrem habentem filium, qui pater timeat Deum, & diligat filium, sed maxime eius animam. Ille pater videt hunc filium suum committere homicidium, certè tantum dolet de illo homicidio, quantum ipse pater amat Deum, & ipsum timet, & quantum amat animam filij sui; & sic propter duas causas dolet, quæ

B prima deseruit Deo: & de hoc tantum dolet quantum amat Deum. Secunda, quia dolet propter amorem, quem portat filio tantum quantum est amor filij. Ita occurrebat Christo considerata magnitudine, & altitudine peccatorum, & eorum multitudinem ex eius anima Christi exibat infinitus dolor, quia & ipse est infinitus, & peccata sunt infinita. tu vides, quod vnum peccatum mortale est infinitum malum, & tam grande, & infinitè offendit Deum, & est causa tanti doloris ei: propterea caue quantum potes, ne pecces. vnde Hier. 4. c. Magna sicut mare est contritio tua: quia sicut innumerabiles sunt grand. maris, & innumerabilia sunt peccata, & quam grande est mare, ita innumerabiles fuerunt dolores Christi, & tam magni.

C Sextus fructus, siue pomum est compassionis, quia tot dolores habebat Christus, quot erant sui martires, qui debebant sufferre passionem pro eo, & quot erant iusti, qui debebant affligi propter eius nomen. Tolle ergo modo labores, & pœnas omnium suorum martirum, & confessorum, & iustorum, ipse Christus sentiebat omnes pœnas, quas ipsi senserunt, & similiter sensit omnes pœnas quas tulerunt viri sancti, & Prophete pro eo, sicut habes in testamento veteri; & etiam pœnas aliorum martirum futurorum vsque ad finem mundi, & sic sentiebat pœnam S. Laurentij, & habebat maiorem pœnam quam postea habuit S. Laurentius; & sic de Stephano, & sic de alijs, quia in præsentia videbat futura, præsentia, & præterita, & oibus istis ipse compatiebatur valde. Ita compatiebatur confessoribus, prædicatoribus, & alijs quibuscunq; se affligentibus in alijs bonis operationibus propter eum: & tu nunquam dixisti vnum Pater noster, cum labore, quin Christus senserit illum laborè, & sic de ieiunio,

D

E quod facitis, & de alijs bonis operibus, quæ facitis pro eo. similiter si vides aliquem offendere Deum, & tu doles de illa offensa tantum dolet Deus quantum fuit tuus dolor, & plus, & compatitur ad instar matris habentis filium, quem videbit suspendi, membrari, lacerari, & cruciari: quantum dolorem credis quod habebit illa mater dolens? certè tantum dolorem habebit quantum dolorem & pœnam videbit suum filium pati. Similiter Iesus Christus videns pœnas omnium suorum martirum, quas pro suo nomine portare debebant, portauerat, & portauit, tot pœnas patiebatur, quot pœnas passi fuerant, & passuri erant. Similiter si tu vides tuum filium vnicum ieiunare, & valde infirmari, vel valde pressum, quantum dolorem haberes? certè multum, & magnum. sic fecit Christus confessoribus, prædicatoribus, & alijs suis seruis. vnde Dauid, Sicut aqua effusus sum, diuide in duas partes, & dispersa sunt omnia ossa mea. Ossa Christi fuerunt sancti martires, qui fuerunt tormentati, sicut aqua significat confessorum fatigatos.

Septimum pomum est deformationis, quia tantum dolebat Christus, quod anima esset deturpata, quantum ipsa anima est grandis, & pulchra, & eius imago, & similitudo. nam imago Dei est infinita, similiter & similitudo. vnde Christus videns imaginem suam fore ita deturpatam in nobis, & eius similitudinem, quanta est magnitudo ipsius imaginis & similitudinis, quas habemus cum ipso Deo, tantum dolebat: & quia est eius imago infinita, ideo infinitè dolebat de turpitudine ipsius anime, quam videbat ad instar matris, quæ haberet vnam pulcherrimam filiam, circa quam poneret totum suum studium, vt appareret pulchra, vt bene nuberet, & eius facies efficeretur tota leprosa, & capilli splendidi sibi caderent, & efficeretur tineosa, & tota deformaretur. certè ista mater tantum doleret quantum esset amor, quem sibi portaret, & quanta erat sua pulchritudo deperdita, & spes quam habebat in bene maritudo eam. Ita fecit Christus de anima nostra deturpata in lepra peccatorum. vnde Hier. 4. c. Denigrata est super carbones facies earum. vnde ergo Christus habebat infinitum dolorem, sicut eius imaginis pulchritudo est infinita, & quanta est infinitas culpæ à peccatoribus perpetrata.

H Octauum pomum est offensionis, & diuide istud pomum, quia Christus infinitè dole-

A dolebat quantum amabat Patrem æternū offensum, & quantum amabat creaturas ipsū offendentes, & sicut infinite amabat Patrem, & creaturas, ita infinite dolebat, ad instar patris habentis vnum bonum filium, & tres filios malos, qui pater esset bonus, sapiens, & gratiofus Deo & mundo, & tres sui filij nequissimi veniunt ad tãtam iniquitatem quod verberarent patrem, & percuterent cum lapidibus, & blasphemarent eum, & sequirent in eū, certè bonus filius tantum doleat quantum amaret patrem suum & fratres suos. Ita facit Christus videns Patrem æternum esse tantum offensum, qui est infinitus, infinite doluit, & quantum ipsū amabat, quia infinite, & quantum habebat peccatores ipsū offendentes. vnde David, Fiant filij eius orfani, & vxor eius vidua. quia anima faciens vnū peccatum mortale, occidit Deum, & sufficit tua malitia, quamuis ipse non sit mortalis. vnde si velis occidere Papam, vel Regē, licet non existas feruens in tuum malū propositum, quia tu ipsū non occidisti tantū ex parte tua, perinde est ac si ipsū occidisses. sic est in peccatore, quia peccatum mortale vult dicere, quia aufert vitam, vbi est, sicut dicitur, Qui concupiscit mulierem ad mechādum eam, meçatus est: licet non venerit ad actum. Vnde peccatum mortale nihil aliud est quam occidere te, & Deum, & priuare te Deo, quia priuatur omnium vita, & infinito bono, quia est infinita mors, & tollit vitam, vbi est. Nam anima habet vitam ab illo, qui est vita, iuxta illud: Ego sum via, veritas, & vita. vnde quælibet res, quæ habet vitā, sicut arbores, plantæ, herbæ; vermes, bestia quadrupedes, pisces, aues, omnes dæmones, & Angeli, & quæque cætera habentia vitam, illam habent à Deo, qui est vita; & non essent elementa, nisi esset ille Deus, in quo consistit vita, & est vita viuentium. vnde cum sint quatuor naturæ. s. natura creata corporalis, & natura creata rationalis, & natura creata spiritalis, & natura naturans diuinalis: & cum tu peccas mortaliter quantum in te est, tu occidisti Deum, qui est vita, quia negando in te infinita mors, deficit infinita vita in te, quantum est ex parte tui, & sic tu tollis esse vitale corpori tuo, & similiter animæ, ex quo tollis vitam animæ, tu tollis gloriam Angelis, & sic deficiunt gloriæ Beatæ Mariæ Virginis, & omnibus alijs Sanctis paradisi, quia non potest esse gloria paradisi sine sanctis; tu ergo peccas mortaliter, occidis animam tuam, & tuum corpus, Beatam Virginem, Sãctos, & Angelos, &c. & quia si esses beatus augetur gloria paradisi per te, quæ consistit in Sanctis, & sic augetur gloria Sanctorum omnium, & Angelorum, ac Beatæ Virginis. vnde occidendo animam tuam per peccatum, occidis in te Deum cum omnibus dependentibus ab eo. vnde solet dici, Remanserunt orfani, quia filius occidit patrem, & vxor eius vidua. Considera ergo quantum dolorem habuerit Christus filius Dei, qui videns occidere patrem, & matrem, Beatam Virginem, Angelos, & omnes Sanctos, totiens quotiens peccatores peccant mortaliter, quia tãtam doluit quantum amabat patrem, matrem, angelicam naturam, sanctos, & ipsos peccatores.

B Nonus est dolor recisionis, vult dicere, quod Christus videbat quanto tempore debebat viuere, & tempus quo debebat mori, & recedere de hoc mundo. & sic duo videbat. s. dolorem, quem portare debebat in eius mortem, & passionem, & amorem, quem portabat illi, qui erat mors. s. sibi ipsi; & tantus erat eius dolor, quantum erat ille dolor, quem ipse portare debebat in patibulo duræ mortis, qui dolor erat infinitus, & ideo infinite dolebat ex illa parte pomi, quia se infinite amabat, infinite etiã ex hoc capite dolebat: amabat enim se propter se, & secundario, quia videbat eius mortem fore salutiferam animabus. vnde diuidendo illud pomum Christus tantum dolebat quantum amabat, quia infinite. & sic consideranda, quod in eius anima fuit infinitus dolor, exemplo sapientissimi ciuis, qui esset Capitaneus sui populi, & videret se comburendum, vel moriturum, & non posset euadere, & intelligeret poenam illius suæ datæ mortis, & ab alio latere consideraret iacturam sui populi propter suam mortem, quia videret se esse valde vitile populo, certè multum doleat propter ista duo, & tantum quantum plus saperet, & intelligeret illa. Ita Christus, qui infinite intelligebat, & se infinite amabat, ita infinitum habuit dolorem in mente sua. vnde Ioan. Videns omnia, quæ ventura erant super eum orans in horto inquit: Tristis est anima mea vsq; ad mortem, quia licet non habeam illum dolorem per experientiam, tamen illum habeo per intelligentiam. & vide si erat magnus dolor ille, quia factus in agonia guttæ sanguinis emanauerūt vsq; in terram, &c.

C Decimum pomū est ignoratiæ cecitatis humani

A humani generis: quia primo cognoscēbat, quod eius incarnatio non debebat intelligi à natura humana. Secundo, quia cognoscēbat infinitum beneficium suæ incarnationis, & tantū dolebat, quantum erat illud beneficium suæ incarnationis, non intellectū, & quantum erat amor, qui fecerat ipsū incarnari, & ista duo misteria ipse intelligebat & infinite dolebat, quod non erant intellecta ab anima. & quantum amorem ipse ostenderat in tali sua incarnatione, quia virtus tota venit in Maria Virgine: & sic Deus dilexit mundum. ecce primum, vt filium suum daret mundo. ecce secundum.

B Exemplum si esset vnus pater habens filios & causa ditandi ipsos laborasset diu, ponendo se in multis periculis maris, & senex factus videret filios non cognoscere hoc, & fore ingratos versus patrem, & male se tractare, quantum doleat senex patre certe tantum, quantum fuisset beneficium illud, & quantum amorē sibi ferret. sed beneficiū, quod nobis donauit Deus se incarnando, est infinitum & non est apreciātū in mundo cæco, neque cognitum, quia fecit nos filios Dei participatione & gloriosos, & videns nostram ingratitudinem contemplare anima, quantum dolebat & quantum dilexit nos, & labores suos quos portauit pro nostra salute vsque ad mortem crucis. vnde si in hoc non lachrimaris, bene est induratum cor tuum, & illud dedisti morti. vnde Ambrosi. Tristis erat, quia paruulos nos relinquebat, quasi dando tibi vnū aliud exemplum magis grossum, quia si moriendo videres relinquere post te plures filios tuos paruulos cum vna mala matre & prauis affinibus, & coniunctis, redderes te certum, quod te mortuo omnes spoliabunt ipsos & male tractabuntur, quantum dolores? & si videres filios tuos ludere in conspectu tuo, quid diceres in corde tuo? certe si tu intelligeres hoc, tu feres mecum. sic fuit in Christo nostro redemptore, qui infinite dolebat de nostra cecitate, & beneficio nobis dato nō cognito, & nostra perditione, quā non intelligamus.

C Vndecimum pomū fuit abbreviationis, in quo præuidebat Christus breuitatē temporis, in quo debebat stare in præfenti mundo & dolebat secundum humanitatem de sua morte futura: & diuide pomū, quia primo considerabat meritum, quod acquirerebat mundo in sua conuersatione, quæ erat infinitæ utilitatis & infiniti meriti: quia omnis actus Christi erat infiniti meriti, quod infinitum meritum breuitas temporis quo debebat stare in præfenti vita auferebat humano generi. ex alia parte videbat se in breui passurum & moriturum, pp quæ duo præmeditamenta Christus tm̄ dolore habebat quantum erat illud infinitum meritum, quod promeretur stando in mundo, & quanta futura erat pena suæ diræ mortis ad instar vnus valentissimi viri, qui faceret vnū pulcrum opus quod foret factum in mundo, & esset sapientior homo mundi & iuuenis, quātum doleat mori considerādo utilitatem & meritū, quod deberet sequi, qui dolebat infinite de merito & sua conuersatione sequebatur, & illud perdebat, & de sua morte cito futura. vnde Isaias. Vere dolores nros ipse portauit, & languores nros ipse tulit. Duodecimum pomum fuit reuerberationis, quia Christus videbat matrem suam, dum penderet in cruce totam transformata, & esse ita crucifixam, sicut erat ipse Christus, quia erat vnita cum Christo, & econtra, adeo quod totus dolor Virginis Mariæ reuerberabat in Christo, & econtra, iuxta illud, Ipsius animam pertransibit gladius. vnde ipsius Virginis dolor erat maior & plusquā omnes creaturæ mundi possent portare in tãtum, quod si ille dolor foret partitus & diuisus inter omnes creaturas mundi vitales, caderent mortuæ, quia quanto plus amabat Christū virgo beata, tãto plus dolebat, & amor suus, quem ipsa portabat Christo eius vnigenito filio, erat infinitus. ergo eius dolor erat infinitus. Et fac duas partes de isto pomo. Prima est, quia ipse Dei filius Christus gloriosissimus tantum dolorem portabat, quantum erat amor, quem sibi portabat virgo benedicta, & econtra, & quantum Christus de ipsa cōdolebat. & exinde ipse Deus infinitū dolorē sentiebat coniungendo vtrunq; hinc inde. exemplo mris sapientissimæ vidētis publicè affligi filium suum magni intellectus & prudētissimi: quia filius habebat dolorem suum & tm̄ maiorē dolorem ex afflictione matris, quātus erat amor immensus, quem habebat ad eam, & quātum afflictā videbat eā: ita erat in Xpo & plus sine comparatione, iuxta illud Iere. O uos qui transitis per viā, attendite & videte si est dolor, per reuerberationē, sicut est meus. quia oēs dolores mudi, & alij scripti, si essent simul cōiuncti, nō essent tot & tanti, quātus fuit dolor gloriôsæ Virginis Mariæ reuerberati & recepti cum illa crudelissima passione Christi, & iste est magnus sensus animæ eleuatæ in Christo.

- A** Ego volo formare tria dubia. Primū est, quare dolebat ita Christus de damnatione peccatorum, vt supra dictum est, ex quo ipse videbat cām damnationis ipsorum qui nō dolebant de passione ipsius Christi. Secundum dubium est, cum voluntas Christi est vniformis cum voluntate Dei, & ipse Deus nō dolebat de damnatione ipsorum damnatorum, quare ergo debebat ipse filius Dei qui in oībus debet concordare se cum mente diuina, cum nec sancti dolent de impiorum damnatione, qui sunt conformes cum mente diuina. multo magis debebat gaudere, & non dolere Christus ipso existente in peregrinatione. Ad quorum duorum dubiorum declarationem, nota q̄ anima Christi habebat duo obiecta. vnum obiectum diuinitatis, in quantum erat Deus, & aliud obiectum humanitatis in quantum erat verus homo. vnde in quātum habebat obiectum diuinitatis ipse Dei filius nō dolebat quemadmodum nec Angeli, neque beati dolent de damnatione ipsorum, imo gaudent etiam si viderent animas parētum & filiorum damnari, quia eorū animæ sunt conformes voluntati diuinæ. sed Christus in quantum homo & viator, habebat omnes dolores, quos tibi supra dixi, & plures, imo plus, quia de^o volebat, quod ipse eius filius sic vellet, iuxta illud, voluntarie facis tibi, &c. Sed si diceret, quare ergo Christus in quantum homo non moriebatur in ipso instanti, ex quo habuit tot infinitos dolores, sicut superius demonstratum est: quia si illi dolores, quos ipse passus fuit fuissent partiti & communicati inter omnes creaturas mūdi, omnes subito mortuæ prænimio dolore fuissent: Ego respondeo tibi secundum naturales, nullus potest mori in hac vita ex dolore aliquo, nisi dolor ille communicaretur cum sensualitate, & cū anima sensitua. vnde licet Christus perciperet tot dolores in anima sensitua, tamen donū fortitudinis diuinæ tenebat illum dolorē reclusum ita, quod veniret ad partem animæ sensitue, & nō communicaret cum sensualitate Christi, donec peruenit ad illum punctum, vbi ipse dixit: Deus meus, Deus meus, vt cur me dereliquisti. Tertium dubium est, quare erat necesse q̄ Christus pateretur tantam poenam & tot dolores: Respondeo, quod fuerunt quinque causæ, quæ conduxerunt Christum ad tantum dolorem & poenas sustinendum. & facio differentiam inter dolorem in corde & poenam in corpore. & ipse Dei filius
- voluit portare vtrunque quandoq; rationi **E** bus contradicentib. Prima cā fuit propter honorare patrem ex sua sanctissima vita & virtuosa, quæ fuit tanti honoris patri, quod omnes alij Sancti nō potuissent honorare tantum ipsum Deum patrem & creatorem omnium, quantum fecit Christus cum illo suo dolore qui excessit omnes dolores omnium creaturarum in infinitum. Secunda causa fuit propter satisfacere aeterno patri mediante eius vnigeniti filij immenso dolore de offensis & iniurijs sibi illatis a nobis. Tertia causa, quia voluit tantum dolorem sustinere propter ostendere viam cœlorum nobis, ad quos cœlos tu ascendere non poteris sine poena, & nisi efficiatur tua anima humilis, quia via quæ ducit nos ad vitam est arcta, & vos o cæci & smemorati vos non poteritis intrare regnum cœlorum, nisi per viam Christi, quia ipse Christus est ostium, per quod oportet ingredi, qui vult intrare regnum cœlorū, aliter autem qui vult aliunde intrare quā per ostiū, fur est & latro. Itaque si vultis intrare cœlū intrare per viā crucis Christi. Nā, vt ait Lucas vlt. c. oportuit Christū pati, & sic intrares gloriam suam. & alibi, primogenitus mortuorum & Princeps regum. & alibi **G** non est discipulus super magistrum. & ipse Dei filius ostendit, & fecit nobis viam intrandi paradysum cum poenis & doloribus crucis. & vos fatui creditis cum vestris gaudijs & mundanis delectationibus intrare vitam aeternam. discite ergo a magistro vestro Christo. exemplum etiam dedit nobis, vt quemadmodum ipse fecit, & nos faciamus, &c. Quarta causa, quare voluit portare tot & tantos dolores fuit, vt satis faceret Deo pro nobis, quod habere debebat, & sic liberaret nos soluendo debitum nostræ culpæ cum culpa sua, quam portauit pro nobis a vinculis inferni & a potentia diaboli, quia iustitia Dei volebat quod tantum restitueretur Deo quantum erat sibi ablatum. vnde nullus mortalis propter peccatum primi parentis poterat intrare regnum cœlorum, nisi solueretur illud debitum, quod persoluere nullus erat sufficiens, nisi Christus. vnde Christus propter eius meritum soluit vinculum nostræ obligationis eum multiplici & infinita eius poena, quia oportuit ipsum pati, & sic intrare gloriam & facere nobis viam, ad significandum q̄ similiter & nos facere debemus, ita q̄ Christus voluit sustinere tantum dolorem propter restituere Deo illud, quod ipse habere

- A** bere debebat, quia infinita culpa erat ei facta per creaturam, vt supra dictum est. Quinta causa fuit, vt demonstraret perfectionem vitæ perfectæ, quæ consistit in laboribus & poenis, & omnes, qui perfectionem huius vitæ fugiunt, non poterunt saluari: quia si tu consideras. beata Virgo, Apostoli & omnes sancti intrauerunt in regnū cœlorum per istam viam perfectionis vitæ æternæ & tu credis cum tuis vanitatibus & bene gaudento attingere huius vitæ perfectionem. & certe tibi ipsi sic alludēdo diabolus tibi illudit.
- B** Tertia pars principalis.
- S** Equitur tertia pars principalis nostræ prædicationis, quæ tangit omnes gētes magis communes, & in ista parte est significatio contemplatiua. & postquam diximus de fructibus istius arboris, in hac parte dicemus de folijs, quæ sunt ad saluationem gentium. Et diuidemus passionē Christi in 12. folia duplicata, & sic erunt 24. folia. videlicet duo folia in quolibet superscriptorum pomorum. Ita q̄ cuilibet pomo attribuimus duo folia, quæ consistunt in 24. amores, de quibus infra patebit. Prima duo folia vocantur Amor orans deuotus, amor sanguinatus: Secunda folia amor totus inflammatus, amor captus & ligatus: Tertia folia, amor circumcirca intendens, amor re negatus: Quarta folia amor se demonstrans, amor sententiatus: Quinta folia amor crucis portans, amor angustiat. Sexta folia amor Mariam inspiciens, amor debilitatus. Septima folia amor totus inflammatus, amor crucificatus. Octaua folia amor sanguiferans, amor tribulatus. Nona amor cridans, amor vita priuatus. Decima amor mundo vociferans, amor mundo mostratus. Vndecima amor percutiens, amor impallidatus. Duodecima amor cor feruens, amor intumescens.
- Primum itaque folium habet duos amores, scilicet amor deuotus orans, amor sanguinatus, vbi est contemplandum, quod sicut Christus contemplantur vltimam eius coenam: sciens quia debebat tradita Iuda postquam prædixerat dicens, vnus vestrum me traditurus est cum mansuetudine, & charitate, vt desiderauit cum discipulis suis iuit in hortū & cœpit orare. & primo admonuit discipulos dicens, vigilate & orate, ne intretis in tentationem, ne me abne-
- getis & hortabatur Petrū, cui prædixerat **E** antequam Gallus cantet, ter abnegaret eū dicens, spiritus quidem promptus est, caro vero infirma. & tunc cœpit orare patrē, & leuans oculos in Deum, & videbat Iudam, qui iuerat ad prodendum. & iram Iudæorum & scribarum & pharisæorum parantium se ad præhendendū ipsum, & videns omnes poenas, quas passurus erat, & sic orando versabatur dolor ex eius anima sensitua, & secundum sensualitatē, & præangustia petijt dicens, Pater, si possibile est transeat a me calix iste, secundum sensualitatem: quia tanto magis habebat mortem in orare, quanto plus erant nobiliores & excellentiores naturæ & cognitiones. & est imaginandum, quod ipse etiam dixerit, Pater tu vteris tanta clementia & charitatis alijs & in sustinendo tanto tēpore peccata, quod oro te pater mi, vt parcas eis sine tot & tantis poenis, flagellis & doloribus istius meæ sensualitatis. vnde vtere etiā tua charitate & clementia versus meā sensualitatem, vt calix iste transeat a me. Et pater respondebat. fili mi, tu debes esse contentus mori, quia iustitia poscit quod propter infinita & grādia peccata humana generatio sit tota perdita & deleta de libro viuentium, nisi redimatur per mortem huius tuæ sensualitatis, ita quod hoc modo oportet, quod tu persoluas debitum culpæ generis humani, & erat magna controversia inter rationem & sensualitatem Christi: quia ratio dicebat, pater mi, non tamē sicut volo, sed fiat voluntas tua: & venit ad discipulos suos, qui per agoniam melencolice non poterant orare & sic ocium soporis obduxerat eos, & inuenit eos dormientes, & dixit Petro: & tu Petre, qui volebas facere tanta, & vos alij, non potuistis vna hora vigilare mecum? fortificate vos in oratione & vigilate & orate, ne intretis in tentationem: spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Iterumq; secūdo abiit & orauit similem orationem dicens, pater mi, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua. Et pater respondit dicens, fili mi, non nunc vides, quia propter tuam salutiferam mortem tu illuminabis vniuersum orbem radijs meæ dilectionis, & propagabitur mea gloria, quia propter eandem tuam mortem tot qui sanctificabant diabolo, sanctificabunt nomē meum. vnde subiundo mortem, tu amplabis meum honorem magnum, quā amplabis

Alio modo. Et ita faciendo ego dabo tibi potentiam infinitam & exaltabo te in gloria, si te humiliaueris vsque ad mortem: quia qui se humiliabit, & exaltabitur, & volo videre te mori in cruce. gaude ergo moriendo, & morieris afflictus cum infinitis doloribus gaudendo. & Christus iterum dixit, pater fiat sicut vis, sed oro pro salute mea dulcissima & charissima genitricis & pro conseruatione istorum meorum discipulorum, quos mihi dedisti, quos digneris conseruare in mea fide & charitate. est credendum, quod pater respondit Christo in illa oratione: licet ego dimittam tuos discipulos conquassari & multa flagella pati, tamen non deseram ipsos & tenebo tuam matrem in firma fide, nec dimittam eam in aliquod opprobrium cadere, saluo quod veniet opprobrium cadere, saluo quod veniet portare & participare poenam pariter tecum, sed ipsam tuam matrem & sponsam meam semper iuuabo. Tunc venit ad discipulos suos, & dixit illis, dormite iam & requiescite, & rediens ad orandum, factus est sudor eius sicut gutta sanguinis decurrentis in terram. & ratio est, quia concurrerunt ad inuicem timor, & amor, scilicet timor poenae, quam passurum se intelligebat & videbat, qui timor poenae fecit currere totum sanguinem ad cor. Et amor humani generis, pro quo passurus erat, similiter concurrat ad cor, & tunc amor ita impleuit cor, quod cum subito & magno impetu expulit de corde sanguinem dicens, exi foras sanguis, quia amor vincit timorem, quia volo quod Christus moriatur pro populo suo Christiano, & cum tanto impetu sensit cor Christi, quod omnes pori corporis aperti sunt, & exiuit sanguis pallidus per omnes poros & pilos corporis Christi vsque in terram. Et sic totus tremens & pallidus dicebat.

D Amor de caritate, perche m'ha si ferito, lo cor tutto partito, & arde per amore. Arde & incende, nullo troua loco, non po fugire perche l'è ligato, si se consuma como la cera al foco, viuendo more languisce stemperato, domanda poter fugire vn poco, & in fornace troua se locato, oime eo o fun menato, a si forte languire, viuendo cu si morire, tanto monta l'ardore.

Inanzi ch'io prouasse domandaua, amor Christo pensando pur dolzura, in pace de dolcezza star p'faua, for d'ogni pena & poi sede in altura, prouo tormento qual nō cogitaua, chel cor me se fende per calu-

ra, non posso dar figura, de que sostegno E
semblanza, ch'io moro in dolcetanza, e uiuo senza core.

Ho perduto core e senno tutto, voglia e piacere & tutto sentimento, ogni bellezza me par fango brutto, delicie e ricchezze pdimento, vn arbore d'amore cū gran frutto, in cor plantato si me de passamento, che se tal mutamento, in mi senza demora, zettando tutto fora, voglia senno e vigore.

Per comparar l'amore tutto ho dato, lo modo e mi tutto ho per barattato, se tutto fosse mio quel che creato, darauil per amore senza ogni patto, e trouome damore quasi ingannato, ch'è tutto ho dato, & non so o io sun tratto, per amor son desfatto, pazo si sun creduto, ma perch'io sun venduto, de mi non ho valore.

Credeuame la gente reuocare, amici che sono for de questa via, ma chi e dato plu non se po dare, ne seruo fare che fuga signoria, inanzi la pietra porraue se mollare, che l'amore che me ten in soa balia, tutta la voglia mia, d'amor si è infocata, vnita transformata, chi gli torra l'amore.

Foco ne ferro non la po patire, non se po diuidere cosa tanto vnita, pena ne morte iam non po salire, a quella altezza o la sta rapita, foto se vede tutte cose zire, & ella sopra tutte sta grandita, anima com ei salita, a possedere tal bene, Christo da cui te venne, abbrazal cum dolzore.

Io non posso veder creatura, al Creatore crida tutta mente, celo ne terra non me da dolzura, per Christo amore tutto m'è fetente, luce de Sole si me par obscura, vegendo quella fazza resplendente, cherubin son niente belli per resguardare, Serafin per amare, chi vede lo Signore.

Nulla donca mai me repretenda, se tal amore me fa pazo zire, iam non e core che plu se defenda, se d'amor preso che possa fugire, pensi zascuno como cor nō se fenda, cotal fornace como possa soffrire, s'eo potesse inuenire anima che me intendesse, de mi pietade hauesse, che me se struze l'core.

Che celo e terra crida & sempre clama, & tutte cose ch'io dibbia amare, zascuna dice cū tutto core ama, l'amore che n'ha fatto briga d'abbrazare, che quel amore perzò ch'el te brama, idest creaturas, tutte nui ha fatte per ti a si trare, vego tanto abundare, bontate & cortesia, de quella luce pia, che se spande de fore.

Amar

A Amor voglio plu se plu podesse, ma como plu ami lo cor, iam nō troua plu ca mi dare cum zo chio voleffe, non posso quest'e certo s'èza proua tutto lo dato, perchio pos sedesse quel amatore, che si me renoua, bellezza antiqua & noua, da poi che to trouata, o luce smesurata, de si dolce splendore.

Vegando tal beleza si sun tratto for de mi non so o son portato, lo cor se struge, & como cera e desfatto, de Christo se retroua ua figurato, iam non se trouo mai tal barato, per vestir se Christo tutto se spoliato, lo cor si transformato, amor crida che sente, anegata e la mente, tanto sente dolzore.

B Ligata e la mente cum dolceze, tutta se desente ad abbrazare, e quanto plu resguarda ale beleze, tanto for de si plu fa zettare, in Christo tutta passa cum ricchezze, de si memoria nulla po feruare, oi mai ad si plu dare, altra cosa non cura, ne po perdere valura, de si omne sentore.

In Christo trasformata e quali Christo, cum Dio vnita tutta sta diuina, sopra ogn'al tura e si grande acquisto, de Christo e tutto lo sta regina, or dunca con poraue star plu tristo, de colpa domadò medicina, nulla ce plu sentina, o tu troui peccato, lo vecchio ne mozzato, purgato omne fetore.

C In Christo nata noua creatura, spogliata homo vecchio e fato nouello, ma tanto lamore monta cum ardua, lo cor par che se fenda cum coltello, mente cum senno tolle tal calura, Christo se me tra tutto tanto bello, abrazome cum ello, e per amor si clamo, amor che tanto bramo, fame morir d'amore.

Per ti amor me consumo languedo, e vo stridendo per ti abrazare, quando te parti si moro viuendo, sospiro e plango, per ti ritrouare, e retornando cor se va stendendo, che in ti posa tutto transformare, dōca plu non tardare, amor or me soueni, ligato si me teni, consuma se lo core.

D Resguarda dolce amore la pena mia, tanto calore non posso soffrire, l'amor m'a preso non so o io me sia, que faza o dica, non posso sentire, como smarito si vo per la via, spesso strango sso per forte languire, non so como sostegnere possa plu tal tormento, lo qual cum passameto, da mi fura lo core.

Cor me furato non posso vedere, que di ba fare e que spesso faza, e chi me vede dice vol sapere, se amor senza acto a ti Christo plaza, se non te place que posso volere, de tal misura la mente ma laza, lamor che si m'abrazza, tolme l'operare, voler & opera-

re, perdo tuto sentore.

Sappi parlare or sun fatto muto, vedena e mo son ceco douentato, si grande abisso non fu mai veduto, tacendo parlo, fugo e son ligato, scedendo fallo, tegno e sun te-gnuto, defora sun d'etro, cazo & so cazato, amor smesurato, pche me fai impazire, & in fornace morire, de si forte calore. Ch'fus

Ordene questo amore, tu che m'ami, non e virtu senza ordene trouata, poi che trouare tanto ma brami, sia la mente cum virtu renouata, ad mi amare voglio che chiami, la caritate che sia ordenata, labore o prouata, per l'ordene del frutto, lo qual dimostra tutto, doni cosa valore.

Tutte le cose che aio create, sun fatte cū numero de misura, & al so fin son tutte ordinate, conseruase per ordene tal valura, e molto plu ancora cantate, e ordenatna in la soa natura, donca com per calura, anima tu ei impazita, fora dordene ei enfita, non te infreni in feruore. Anima.

Christo lo cor tu mai furato, & dici che ad amare ordin la mente, como da poi che in ti sun mutato, de mi po esser roma so cōuenete, si come ferro che tutto è infocato, & aere dal sol fatto relucente, de lor forma perdente, so per altra figura, così la mente pura, de ti è vestita amore.

E dache perde soa pod qualitate, non po la cosa da si operare, como è formata si ha podestate, opera cum frutto poder fare, dōca se trasformato in veritate, in ti sun Christo si dolce amare, a ti si po imputare, non ami quel chio fazo, per zo seo non te plazo, tu non te placi amore.

Io so ben questo che seo sum impazito, tu summa sapietia me lai fatto, e questo fo da chio fui ferito, e quando cum l'amor feci baratto, che mi spogliando fui de ti vestito, a noua vita non so como fui tratto, de mi tutto disfatto, or sun per amor forte, rotte son le porte, e iazo teco amore.

A tal fornace, perche me menaui, se tu volui cauesse temperanza, quando si smesurato me te dauai, tolliui da mi tutta smesuranza, perzo che picolello tu me bastauai, tenerte grande non aggio possanza, onde sel ce fallanza, amor le tua non mia, perzo che questa via, tu la facisti amore.

Tu dall'amore non te dafendisti, de celo in terra el te se venire, amore a tal basseza descendisti com homo despetto per lo modo zire, ne casa ne terra nō ce volisti, tal po-uertate per nui arricchire, in vita & in morte mostrasti per certanza, amor desmesu-

A ranza, che ardeua in lo to core.

Com ebrio per lo mundo spesso andau, amor te menaua com homo venduto, in tutte cose amor sempre mostrau, de ti qua si niente perceputo, che stando in lo templo si cridau, a beuer vegna chi ha sostenu to, sete damor auuto, chel gli ferà donato.

Amore smesurato che pasce cò dolzore, cò sapientia nò te continesti, che el to amore spesso non versasti. D'amor nò de carne tu nascesti humanato Amor che ne saluasti p abbracciarne con croce si corristi. Io crezo che però tu non parlasti. Ne ti amor scusasti dananti a Pilato per compir tal mercato in croce de l'amore, la sapientia vego, che se celaua, & solo l'amor se po dea vidire, la potentia non se mostraua che l'era la virtua in dispiacere. Grande era quell'amore che se versaua, altro ch'amor nò possando hauri re. nel viso, ne il volire, amor sempre lassando e in croce abbracciando lomo cum tanto amore.

Donca Iesu seo fonte innamorato inebriato per si gran dolcezza, che me resplende slo vo impazato, e i mi perdo senno & ogni fortezza, che l'amore ta si legato, quasi priuato de ogni toa grandezza.

C Or come saria mai fortezza in mi de cò tradire, che io non volgio impacire per abbracciare amore.

E quel amor che me fa impazir, pari che a ti tolessi sapientia, e quel amor che me fa languire a te per me tolse la potentia non volgio o mai nò posso sofferrere. d'amor son preso non fazzo retinentia, data me la sententia, che d'amor io sia morto.

Tam non volgo còforto, se no morir d'amore, Amor amore, che se mai ferito, altro che amor non posso cridare, amor amore si forte mai rapito lo core sempre se spande per amore per te volgio spafemar. amor che co-reconoscera. amor per cortesia fame morir da amor. amor amore Iesu son zonto a porto, amor amor Iesu dami conforto.

D amor amor Iesu si ma infiammato, amor amor Iesu io son morto, fami star amor sempre abbrazzato cum teco trasformato in caritate, & in summa verità de detransformato, amor amor amor, ogni cosa clama, amor, amor tanto ei profundo, che piu t'abbraccia sempre piu te brama: amor, amor tu ei ciechio rotondo con tutto el core, che tencia sempre tama, che tu sei strame & trama per vestire, e cosi dolce, che sempre crida amore, amor amor, quanto tu mi fai amor nol posso fare, amor amor tanto a

me de ti, amor amor ben credo morire, amore tanto preso mai, amor amor fami in ti transire. amor dolze languir, morir si de lettofo, amor medecaroso, anegami in amor, amor amor lo cor mio se spargia, amor amor tal sente ferita, amor Iesu trami, a to belignam, amor amor per te sono rapita, amor amor viua, ce despregia, amor amor lanima teco vnita, amor tu sei sua vita, ia non se po partire, perche la fai languire tanto strugiendo amor, amore amor de Iesu desideroso, amor voglio morire te abbrazando, amor amor dolze Iesu meo sposo, amor amor la morte te domando, amor amor Iesu si pietoso tu me te dai in te trasformato, pensa che eo vo spafemando non so o eo me sia, Iesu speranza vna, ormai va dormi in amore.

Vnde imaginor, quod Christus ex ingenti amore inflammatus vsus fuit in oratione vsus patrem similibus verbis, & sic habes duo folia: vnum, amore deuota orationis. Secundum: more sanguinato, &c. Et dominus noster Iesus Christus existens ex sudore sanguinis, ita madidus pensa, quod cum sua veste sibi tergebatur vultum suum. tamen aliqui contemplantes imaginantur, quod in Torrente se lauaret: & vtinam, quis posset habere modicum de illo amore, vt sanguis similiter p nimio amore pulso timore per tempora emanaret, certe esset filius Dei.

Sequuntur alia duo folia, videlicet amor totus inflammatus, amor captus & ligatus, quia finita oratione praedicta Christus venit ad discipulos dicens, venit hora, vt preparare me pugnare flagellorum. Ecce tradetur filius hominis in manu peccatorum: Surgite eamus cito, qui tradet, prope est. Contemplare anima, fm aliquos docet quod mos erat inter discipulos, quod quando aliqui discipuli recedebant a Christo & confortio aliorum condiscipulorum Christus dabat ei suam benedictionem, & redeuntes in signum pacis, amplexabantur Christum eorum magistrum, & osculabatur eum. vnde Iudas proditor dederat Iudeis hoc signum dicens, quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenete eum, & ducite eum caute, & secundum consuetudinem ia dictam Iudas admones Iudeos, qui venerant ad locum illum vbi erat Christus cum multitudine armorum venientium cum magno strepitu, cum gladijs & fustibus & lanternis, sumus Sacerdotibus & scribis & senioribus, vt caperent Iesum, volens ostendere, quod

non

A non veniebat ca tradendi eum, sed vt auisaret eum festinanter appropinquauit ei dicens, aue Rabi & osculatus est eum, & Christus tunc dixit, Iuda filium hominis osculo tradis? & credo q putredo illius osculi fuit de horribilibus foetoribus quos vnqua senserit Christus: sed credo q Deus permisit illud os fetidum dare signu suae capturae, demonstrando desiderium suae mortis, per q foetores peccatoru debebat delere. & hoc pp illum diuinum amorem immensa charitatis, qua habebat humano generi, & tunc Christus inquit, quem quaeritis? Si ergo me quaeritis, sinite hos abire. Ecce charitas immensa Christi gloriosa, quasi se inuitando attribuit culpam sibi, & alios excusauit defendendo. Quod tñ videntes hi discipuli qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerunt, si percutimus in gladio, & Petrus in illo fragore percussit ex illis seruū nomine Malcum principis sacerdotum, & amputauit auriculam eius dextram. Et Christus se voluens vestis Petrum, ipsum reprehendit dicens: Petre, Petre gladium tuum in vagina conuerte, quia qui gladio scribit, gladio peribit: & dixit, Ducite huc vsque, & cum tetigisset auriculam eius, sanauit eum. & propterea illi perdidit Iudaei videntes hoc miraculum non dimiserunt eum. imo credo quod ille Malcus liberatus fuit primus, qui ligauit Christum, & de magis iniquis.

B Cum ergo Christus dixit, quem quaeritis? ego sum: omnes retrorsum ceciderunt, quia Christus voluit ostendere suam immensam potentiam. Et quod si voluisset, non potuisset comprehendere eum nisi voluisset consentire, quia necesse erat ipsum mori pro salute nostra. Et verum dixit, quem quaeritis, &c. Illi autem dixerunt, Iesum Nazarenum. Respondit Iesus: dixi vobis, quia ego sum, &c. Tunc vero cohors & tribunus, & ministri Iudaeorum comprehenderunt Iesum & ligauerunt eum, & quantum crudelitatem fecerunt tunc ei: contemplare Bernardum, quia aliqui depilabant eum, aliqui percutiebant ipsum in vultu, aliqui vno modo, & aliqui alio modo, & ducebatur cum tanto impetu, & quia nox erat in monte, & discalciati & trahebant per scopulos & lapillos percutiendo cum pedibus in illis scopulis quod se vlcerando sanguis emanabat, & oem derisionem iam sua charitas sustinebat, & sic adduxerunt eum ad Annam primum, erat autem focer Caesae, qui erat Pontifex anni illius. erat autem Caesae, qui consilium dederat Iudaeis, quia

expedit vnum hominem mori pro populo. & ductus coram pontificibus inceperunt Iudaei inferre sibi grauissimas iniurias dicentes, nunc videbimus si tu es filius Dei, cum illis verbis acerbis & opprobriosis percussionibus, & sputis, quia ille se reputabat beatum, qui magis sibi iniuriabatur, & vt dicunt aliqui Doctores, posuerunt eum in quodam loco vili domus illius & Sacerdotes & Potifices iuerunt dormitum dimisso Iesu in manibus illorum militu & perfidoru Iudaeorum & Pharisaoru legato ad illam columnam, quemadmodum si oem comisisset culpam percutiendo ipsum, aliqui vno modo, aliqui alio modo colaphizando ipsum cum pugnis perfectis, & ita cum pedibus per personam spuendo ei in sua diuinam faciem, depilando sibi barbam & velando ei capillos, &c. Et Christus benedictus tota illa nocte fuit modo praedicto angarizatus, & cum sua profundissima humanitate oia fufferebat in pace, & ipsi perfidiores & crudeliores magis efficiebantur aduersus eum. Gloriosa autem Virgo Maria mfr Xpi, vt credo, erat in domo Mariae Magdalenae: Ioan. vero adolescens relicta, sine dote nudus per fugiens venit annunciatu B. Virgini totus anxius & plenus tristitia dicens, o mfr gloria, mala noua, quia Iudaei ceperunt magistrum meum cum tanto furore, & cum tot durissimis verberibus & iniurijs adduxerunt eum, q neq; ore proferre poterat. & tunc Virgo gloriosa cum maximo dolore leuatis oculis ad coelum petijt misericordiam, Deo dicens, p si misereris peccatorum, misere re redemptoris filij tui. & Virgo quaesuit, vbi est Petrus & alij discipuli eius, & Ioannes rñdit q ipsi confugerat. & tunc Magdalena accensa dolore cum maximis querelis volebat exire domum & ire mori cum suo magistro increpans discipulos q aufugissent & non associassent ipsum in vita & in morte, & Ioan. timuit & nò permisit eam exire illa nocte de domo. Sequitur videre de tertijs folijs, quae sunt amor interno audante, amor renegato circum vadens, quia illa nocte nunquam dimiserunt eum quietescere & interim vsque ad crucem Christus Dei filius nunquam quieuit. & leuando ipsum a columna ligauerunt sibi manus & posuerunt sibi ad collum vnum capillum, & vincula sic conduxerunt ipsum ad domum Pilati totum verberatum & vituperatum. Pilatus vero examinato Xpo. videns q per inuidiam tradidissent eum, & audiens q Galileus esset, se exonerando misit eum ad Herodem qui Iero

Q + Iolimus

A solimus erat illis diebus. Herodes autem viso Iesu gauisus est valde: erat enim ex multo tempore cupiens videre eum, eo quod audiuerat multa de illo, & sperabat signum aliquod videre, & hoc faciebat propter vanitatem, & Iesus multis sermonibus interrogatus nihil respondebat ei. Spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo, & illuc induendo velle alba, & remisit ad Pilatum in modum vnius fatui. & facti sunt amici Herodes, & Pilatus ex illa die: nam antea inimici erant ad inuicem, & Pilatus examinatu Iesu dixit, ego nullam causam inuenio in homine isto ex his, in quibus eum acculatis. sed neque Herodes & Pilatus considerauit si flagellaret Christum quod Iudaei mitigarentur, & iussit eum ligari ad vnam columnam, & sic denodatus fuit totus caesus & flagellatus. & in nulla sui corporis parte remansit intactus. Ita quod vndique pluebat sanguinem. & tunc iussit Iesum duci & dixit turbis, ecce correxi eum. emendatum ergo illum dimittam, & videns Pilatus, quod nihil prodesset, imaginatus fuit aliam viam relaxandi eum. necesse autem habebat dimittere eis per die festum vnum vincitum, & dixit turbis, quem vultis dimittam Iesum, an Barabam. & illi crudelissimi clamauerunt volentes Barabam, qui propter seditionem quandam factam in ciuitate, & homicidium fecerat missus in carcere, & tenuerunt Christum in otento imo Salvatore omnium credentium. Iterum autem Pilatus experiendo si posset euadere Iesum, locusus est ad illos, volens dimittere Iesum. At illi clamabant dicentes, crucifige. Considera autem tuum Redemptorem & castigatorem passum se castigari a Pilato, qui considerauit facere tantum verberando ipsum quod compassione ducti plecterentur & inclinarentur ad parcendum ei vitam. Sed imaginare quod diabolus intrauerat in illos, & erant ita indurati, quod licet viderent eum totum implagatum super faciem & per totam personam, & similiter describit eum Isaias propheta dicens, vidimus eum, & in eo non apparebat vlla spes, neque color: nullatenus fuerunt mitigati. Petrus vero qui viderat Iesum deludi & cruciari in domo Pontificis, dum secutus fuisset Iesum & staret ad prunas, sicut praedixerat Christus, ter negauit eum prius quam Gallus cantaret, & sic abnegato, & periurando quod non noverat hominem, Christus respexit eum, & tunc Petrus recordatus est

verbi Domini, & quod ipse sustinebat illas derisiones propter suam culpam, ut redimeret a manibus diaboli. & quod ipse Petrus non seruauerat sibi promissa, quia dixerat, & si oportuerit me mori tecum, non te negabo, exiuit foras & fleuit amare agens penitentiam. Considera etiam anima, cum quanto furore Pharisaei adduxerunt Iesum ad Pilatum dicentes, quod fecerat se regem, & induerunt eum vnam vestem purpuream, non ad decorem, & honorem, sed frustam & totam imbrodicatam & ad vituperium, & coronauerunt eum corona spinea, & cum vna binda caligauerunt sibi oculos, sicut quando aliquis ducitur ad iustitiam. Et secundum Bernardum, spine illius coronae fuerunt ita acutae quod pertransierunt vsque ad cerebrum: & tu o foemina vana vis facere de capillis alienis coronam diabolo: quia omnis capillus alienus, quem portas, est vna spina Christo, & tantum versabat sanguis ex capite, quod obturabat oculos, quod non poterat videre, nec poterat tergere illos sanctos oculos, quia habebat manus ligatas. dic ergo, tu o mulier, cum aptas tibi caput habere in reuerentiam ad illam coronam spineam Iesu Christi.

G Quarta alia duplicata folia sunt amor se demonstrans, & amor sententiatus: quia non erat membrum, neque pars membri à summo capite vsque ad plantas pedis, quae non foret laesa & cruciata, & ita percussus sputis delusus & coronatus fuit populo demolltratus per Pilatum, ut superius dictum est. Et virgo benedicta tota anxiosa iam venerat. & cum Pilatus ostenderet ipsum populo dixit, Ecce homo. & tunc benedicta virgo super omni eius membro faciebat vnam lamentationem dicens, o fili mi coronate in caelo, tu es in mundo ita vituperatus, o oculi vni geniti filij mei, qui illuminant totum mundum, qualiter estis caligine sanguinis tenebrati. Et credo quod oculi Christi reuerberati erant cum oculis beatissimae eius genitricis, qui vix poterant eum videre propter sanguinem discurrentem ex Torrente capitis sui. sed audiebat pias voces Virginis proclamantis, o manus salutiferae, quae plasmatis hominem, quem permisistis nos creaturas ligari, & credo quod pessimi illi canes Iudaei expellebant eam dicentes sibi multa opprobria & contumelias. Et credo quod Maria Magdalena, quae associauerat misem Domini videns eius magistru ita deludi, & verberatum, cepit magna voce clamare, o os gloriosissimum, quod tam sanctam doctrinam praedicasti, &

A sti & me à manibus diaboli liberaisti, quo perfidi Pharisaei potuerunt pati tam decoram speciem vituperare? nam tu me peccatricem ab omni culpa liberaisti. & credo quod inter lamentandum & dolendum ipsa defecerit, adeo quod exanimata in terram ceciderit. Tunc vero duras voces Pharisaeorum ceperunt clamare magis, crucifige, crucifige eum. Et tunc Virgo beata eleuans oculos ad sidera dicebat, Pater non finas filium meum mori sine me. Pilatus vero volens populo satisfacere, lotis manibus dimisit eis Barabam. & tunc lata fuit crudelis sententia per Pilatum & tradidit eis Iesum flagellis cefum, ut crucifigeret. & Virgo mater Dei clamabat dicens, o fili mi, oro te quatenus velis me trahere ad te, ut tecum pariter crucifigatur in patibulo crucis. Sequitur aliud quantum duplicatum folium. Videlicet amor crucem portans. Amor angustiat. Nam posuerunt super sanctis humeris suis ingentem crucem sine aliqua compassione propter eius maiorem derisionem. Et beata eius genitrix hoc videns alta voce clamabat, fili mi, vita mea, qui das vitam habentibus vitam, misereere tuae miserrimae matris, ut patiaris ipsam tecum pariter crucifigi, ne ita sola orbataque remaneat. Et illi perfidi ducebant ipsum per ciuitatem & per viam longiorem, ut maiorem afflictionem adhaereret passio. Et Virgo dolorosa iuit currendo per medium & breuiorem viam, ut videret filium suum penosum. & Iudaei ipsum cum fune ad collum tanquam publicum latronem ducebant per ciuitatem semper cum illa ponderosa cruce super humeris suis. & hanc iniuriam magis sibi quam alijs duobus latronibus faciebant, & Christus ibat valde incuruatus & anxius non poterat ultra crucem portare, & tunc angariauerunt, & Symonem ceperunt, & dederunt illi crucem. s. Symoni Cyrenaeo, ut citius expediret suum malum propositum, ne forte interim Pilatus posset penitere facere ipsum mori. Sextum folium duplicatum, videlicet amor Mariae inspicis, Amor debilitatus. Vnde B. Virgo Maria posuit se super vno angulo & videns eius dilectissimum filium liuidum, & totum disfiguratum occurrit sibi. & dolor matris reuerberatus in corde filij ita scidit eius cor, quod cecidit in terram. & similiter econtra dolor filij reuerberatus in corde matris ita penetrauit eius intima, quod prolapsa fuit in terram, & Magdalena, & Maria Iacobi minoris, & Ioseph matris, & Solomae, quae sequebantur eum, dolentes acriter flebant. & sic existente in terra mortificata credendum est, quod illi perfidi Iudaei

calcabant eas cum pedibus, & aliqui faciebant eis vnam iniuriam, & aliqui alia, & tandem violenter & sinistri releuantes eum duxerunt ipsum cum multis iniurijs & blasphemis vsque ad montem Caluarii. Sequitur septimum folium duplex, quod dicitur amor totus inflamans, Amor crucificatus. imaginare quod cum fuerit in loco, qui dicitur Golgota, quod est interpretatum Caluarie locus, super vno scopulo aliqui foderunt lapidem, ubi posuerunt crucem: & cum furia & clamore posuerunt crucem in illa petra, quae est altare nostrae redemptionis. & credo quod posuerunt tres scalas ad crucem: videlicet vnam ad pedes, & fecerunt Christum ire retro super illa scala, sicut fures, qui suspendedur, nudatum vestibus suis sicut exiuit ex vtero matris. & tunc postquam ascendit scalam illam apertis brachijs ostentauit se mundo. O munde excecate eleua mentales oculos, & vide solé qui incipit apparere & appropinquare tuo redemptori. & credo quod aperiendo brachia clamabat dicens, o vos omnes, qui sititis, venite ad me, quia reficiam vos. quia volo hominibus credentibus parcere. Venite ergo, venite ad me, qui onerati estis, & reficiam vos dicens, Pater mi, volo subire mortem pro salute totius humani generis. Configite ergo me, & petijt gratiam à Deo quod inscriberetur in suis brachijs quinque litterae, quae dicant, amor, amor, amor. & posuerunt illas duas scalas retro crucem singulo brachio, vna ad brachium dextrum, & aliam ad sinistram. & comprehensis brachijs, & extensis super ligno transuerso crucem acceptis clauis, & martello inceperunt conclauiare dignissimas eius manus durissimis ictibus, & mater gloriosa audiens illos impios ictus alta voce clamabat, configite me, o Iudaei pariter cum meo filio innocente: & ille clamor percussioem penetrabat sibi cor: & voluens se conquerebatur versus discipulos, qui ibi aderant. deinde clauata prima manu conclauiauerunt aliam manum. & confixis manibus eleuauerunt scalam de subtus pedibus Christi. & dimiserunt sic eum pendulum, & traxerunt eum ita confixum. & ille sic inuolvens se pendens in cruce figurabat serpentem, qui fuit appensus in deserto, quem morsus in ferentibus aspicientes liberabantur. Vnde tu o anima, quae es tribulata, respice hunc serpentem, qui pro te voluit ita viliter pendere & mori in ista cruce, & conforta te in eius passione, quia liberabit te. & deinde confixerunt etiam pedes, & sic fuit adimpleta illa prophetia Dauid, qui dicit, Foderunt manus

A nus meas, & pedes meos & dinumerauerunt omnia ossa mea. Sequitur octauum folium geminatum, quod dicitur amor sanguine versans: amor tricoloratus. Ecce confecto Christo sanguis versabatur per manus & pedes, & tamen Magdalena vadit ad lignum salutiferæ Crucis ad pedes Christi, & leuatis manibus non poterat eius pedem iungere. ecce primus color medicina rubeus. pone iungere monitis: ecce secundus, quia triumphus & tunc possidens. sic clamatur ad omnes existentes in mundo. scilicet pueros, iuvenes & senes, dicens: Christiani cum exaltatus fuero, omnes traham ad me. nunc ergo exaltatus sum in Cruce, ut omnes contemplantur in me. cōtemplare ergo aia Deum tuum creatorem & redemptorem: & considera, quia pro tua salute in cruce confixus fuit. & ideo sequere eius doctrinam, ut te trahat ad se. & crucifixerunt alios duos latrones: unum a dextra, & alium a sinistra. & tunc Iudæi, & Pharisæi trussabantur de eo dicentes, yah qui destruis templum Dei, & in tribus diebus ædificas illud, saluum fac remetipsum, descende de cruce. Similiter summi Sacerdotis illudentes ad alterum cum Scribis dicebant, alios saluos facit, se ipsum non potest saluum facere, Christus rex Israel descendat nunc de cruce, ut videamus & credamus, & diuiserunt vestimenta eius, & mater Domini cum Ioanne adhererunt cruce, & ibi cōtemplabant Iesum. Sequitur nonum folium geminatum. scilicet amor alte credans, amor vita priuatus. Et ut possis hoc folium amoris bene contemplari: Nota quod Christus clamauit septem clamores. Et omne verbum illorum septem verborum quæ protulit fuit vna flamma ardentis amoris. Prima flamma fuit parcens. Secunda flamma fuit contemplans. Tertia flamma fuit transformans. Quarta flamma declarans. Quinta amor sciens. Sexta amor desiciens. Septima flamma amor recommittens. Dico, quod prima flamma fuit parcens. Dices tu, o peccator qui non vis parcere alijs de iniurijs tibi illatis, intellige suum primum verbum amoris inflammatum, quia primo Christus efficitur excusator & defensor persequentium se & orauit pro te peccatore, qui ipsum videns cruce affixum cum mente, & effectus fuit tunc non aduocatus dicens, Pater ignosce ijs, quia nesciunt quid faciunt. Vadit tamen quam ad patrem, non tanquam ad iudicem excusando & petendo vindictam & punitionem: sed tanquam excusator & aduocatus & simplex filius, quia volebat pro-

pter maiorem, & dicit, dimitte, & non dicit, considera culpam illorum, qui me crucifixerunt. & facit tria. Quia primo ipse petit, secundo excusat eos, tertio orat patrem pro eis. quasi dicat, licet eorum iniquitates requirant iustitiam seueram contra eos, tua misericordia sit tanta, quod ad ea non aduertat, sed quasi currentibus oculis pertransfeat, & dicit illos omnibus peccatoribus, quia me non cognoscunt, & nesciunt quid faciunt, iuxta illud Pauli, Si cognouissent eum, non interfecissent. & allegat eorum ignorantiam. Vult dicere, sunt homines. & adhuc potest eis parcere, iuxta illud affectio domino vos filii Dei super aquas. Secundus sermo, seu secundum verbum Christi in cruce fuit amor condonans. & considera mirabilem amorem, quem Christus ostendit versus latronem, qui erat ad dexteram Christi, dum dixit, memento mei Domine, cum fueris in regno tuo. Et Christus volens se versus latronem dixit, amē dico tibi, hodie eris mecum in paradiso. O vos Sodomite, o usurarij, & tu o scemina vana, aperite oculos vestri intellectus, & considerate quod datur in hoc instanti regnum celorum latroni, qui toto tempore vite sue mala operatus fuerat. & primo datur latroni, & peccatori quam alteri personæ, ad significandum quod Christus subibat mortem pro salute peccatorum, & quod ipse erat ostium, per quod oportet ingredi paradisi. Et primo aperuit illud ostium latroni per medium fidei, quia credidit dicens, Domine memento mei, &c. & nota septem verba. Primum fuit, Amē. hoc est in veritate, quia iurauit Dominus, & non penitebit eum. Dico. ego Deus verbum pietatis. Tibi. scilicet peccatori, cui parco cum tanto dolore, & charitate. Hodie. est tempus breuitatis. Mecum. est quantum verbum dulcissime societatis, quia maiestas diuina passa est associari ab vno latrone, tantus erat amor, quem portabat humano generi. & ipse latro non poterat habere meliorem societatem. Eris. est verbum firmæ certitudinis. In paradiso. est verbum vtile iocunditatis, & beatitudinis. Et nota bene, quia non videbis in tota scriptura septem verba tantæ dulcedinis, & efficacitæ. Et non est mirandum si Deus dedit tantam gratiam huic latroni, quia est de maioribus sanctis paradisi, excepta Virgine gloriosa, eo quia ipse solus habuit plus fidei quam omnes alij Apostoli, & quam aliqua alia creatura, excepta beata matre Dei, quia Petrus negat Christum in terra, & latro

Christum

A Christum confitetur in cruce, & sanctissima Virgo reseruaui fidem in mente. Vnde fides remansit postea in sola Virgine, quia in omnibus alijs perdita fuit ita, quod post Virginem sola fides erat in latrone, quia ipse solus credidit Christum filium Dei. Similiter spes post Virginem sola remansit in latrone: nam Petrus ex se fuisset desperatus, nisi postea audiuisset Christum resurgere, &c. Similiter in latrone superuenit feruida charitas, quia quando audiuit quod Christus promisit sibi vitam æternam, & intelligens poenas inferni quas intrare debebat, & perpetuo inhabitare & contemplatur paradysum, ubi est summa beatitudo indeficiens, fuit accensus ardore tantæ charitatis, quod cum corde ipsum amabat & in cruce defendebat eum cum lingua credendo firmiter Christum filium esse Dei: dicendo versus alium latronem eius consocium; nos quidem digna patimur: hic autem, quid mali fecit? Nam primo confitetur se esse peccatorem dicens, digna se pati & reddit se in culpa. Secundo defendit eum super cruce confitendo ipsum esse iustum, & innocentem. Tertio ad proximum se voluens eum corripit dicens: nec tu times Deum. Quarto se voluens contra Christum dixit, memento mei Domine, cum veneris in regnum tuum: petens quod eius spiritus esset sibi commissus in eius regno. Vnde nota bene ista verba latronis, quia in tota sacra pagina tu non reperies peccatorem cum talibus, & tam efficacibus, & substantialibus verbis: petere gratiam a Deo post Virginem Mariam, quia in illo verbo latronis includuntur Fides, Spes, & Charitas; amor sui, Dei & proximi, & virtutes Cardinales. nonne apparet fides in latrone, quia solum in ipso & beata Virgine remansit, & nulli alij crediderunt. Tunc apparuit etiam spes in ipso, quia videns Christum ab omnibus spreum, delusum, in cruce pendente, morti damnatum, summa cum spe se eidem recommissit dicens, memento mei Domine. Charitas etiam apparuit in hoc, quia dixit, memento mei Domine, propter amorem, quem cognouit Christum portare sibi & alijs peccatoribus, quia pro eis moriebatur: quasi dicat, tu tantum amas me, quod sufficit quod tu habeas memoriã mei, quia hic non petit potentiam, neque diuitias, neque aliquid aliud, nisi quod recorderetur sui. In illis verbulis latronis etiam virtutes quatuor Cardinales comprehenduntur. & primo prudentia, quia non quæsiuit vitam tēpo-

rale, sed solum memoriã sui. Itē fortitudo, considera quia latro ipse pendens in cruce in tormentis obliuiscitur suorum peccatorum, & adheret tantum Deo, & voluntati diuinæ qui non petit se liberari ab alijs poenis in presenti vita: sed faciens se conformem voluntati diuinæ dicit sufficere sibi quod recorderetur sui in suo futuro regno. Itē temperantia, quia non dicit, fac me beatum, sed petit illud, quod placet ipsi Deo, cum dicit, memento mei. Item iustitia deroratur in hoc, quod dicit, nos quidem digna patimur, quia iustitia requiritur propter nostra scelera digna patimur, dicendo de se & eius proximo, se inculpando. & etiam in eo quod defendit Christum cum iustitia ipsum excusando, hic enim nihil mali fecit. Propter quæ Christus ei donauit quinque priuilegia, quæ alijs non donauit. Primum priuilegium fuit, quia foret mortuus simili morte, & in eo loco & eo modo, quibus Christus mortuus fuit. sed si tu diceres: Ille latro mortuus fuit propter sua peccata, & dignus, & non ita Christus. respondeo tibi, quod amor fecit conuere eius latronis animam in tantum, quia prius fuerat nequam & perversa in ratum, quod omnia eius peccata conuersa fuerunt in maximum feruore charitatis, quod sicut fuerat prius sanguis, prauus & subtilis in surando res inuidanas, ita fuit feruidus in capiendo res diuinas. Secundum priuilegium, quia ipse latro solus plus compassus fuit Virgini gloriosæ quam alij alij, quia alij associauerunt Christum: tanquam hominē: ipse latro, tanquam verum Deum, & hominē, & ideo compassus fuit ei tanquam matri Dei & veri hominis. Tertium priuilegium, quia nullus repertus est in passione Christi, qui publice predicaret nomen Christi, propter furem, & excusaret eum: at inculparet Pharisæos, nisi ipsum solū, secundum aliquos Doctores, quia ipse increpabat eos profitendo, & predicando Christum esse verum Dei filium & innocentem. Quartum priuilegium, quia latro fuit primus, qui tempore vindemie gratiarum Christi, peteret gratiam Christo. Quintum priuilegium fuit, quia nunquam fuit aliqua creatura, quæ magis significet animas peccatorum redemptas, & saluatas per gratiam, quam ipse latro. Tertium verbum, quod fuit ex ore Christi prolatum in cruce, est amor transformatus, quia videns eius beatissimam genitricem totam penosam, & transformatam inquit humili voce sua, Mulier ecce filius tuus: & discipulo, ecce mater tua. Considera anima, quantus fuit ille dolor Virginitatis gloriosa considerando, qualem per mutationem

A tionem faceret in capiendo creaturam pro filio loco creatoris, seruum pro domino. Sed ipsum pro suo filio acceptauit, ex quo vidit ita esse eius uoluntatem, cui semper erat conformis. & ista fuit vox Dei intercedentis flamma ad plandum cor Virginis, quia Iesus interpretatur fons gratiae, quod significat quod omnis anima deuota tunc effecta fuit filia B. Virginis Mariae, & sic exinde Virgo accepit eum in suum & ipse eam in suam matrem. Quartum uerbum fuit amor declarans cum dixit, Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me. ac si diceret, tu permittis, & vis me mori propter saluare humanam naturam, in quo declaratur spalagatus amor, quem nobis demonstrauit, iuxta illud, ueni in altitudine maris, & tempestas demersit me. Quintum uerbum, quod in cruce protulit Christus, est amor sciens, cum dixit, sitio. quasi dicat, o animae meae redemptrix propter meam exaltationem, uenite ad me, & incorporem in de me, quia adimpletur quod scriptum est de me, cum exaltatus fuero, omnia traham ad me. Unde sitio, ac si diceret, tanta est sitio mihi trahere ad me humanum genus propter amorem & feruentem charitatem quam sibi gero, quod quasi oportet me subire infinitas mortes, scilicet pro omni peccatore unam mortem, & pro omni premio peccatoris, ut saluaretur, ego uelle facere: quia sicut ceruus sitiens ad fontes aquarum, &c. Unde tu, o anima sitiens, sequere istum amorem tui creatoris, sicut ipse secutus est uersus te, quia sponte subiit mortem pro tua salute. Sextum uerbum est amor consummatus, dum dixit, consummatum est. Nam omnis actus Christi indicabat unum actum infiniti meriti animarum electis secundum illos, qui debent saluari. o felix illa anima, quae includit in hoc uerbo, consummatum est. & bene consummatum est, scilicet in persona Christi, scilicet scripturae & prophetiae iam consummatae sunt in Christo. sanguis meus iam consummatus est. miracula & signa amoris iam consummata sunt in me. Iniuriam mihi factam iam consummatae sunt in me, quia omnino sum oblitus iniuriarum, uerborum, & lamentationum, & opprobriorum in mea persona illatarum, & factarum, quia vox Domini confringens cedros, id est superbos. Septimum uerbum Christi est amor recommendatus. tamen omnes consummationis uidit finem Domini nostri. Iesus Christus ardens in spalagato amore uoluit caput suum, sanctissimum uersus partem dextram cum eius facie uersus eius uirginem genitricem. & sic uoluit caput uersus peccatores clamando ipsos, & oculos uersus matrem cum lachrymis, & uoce magna clamando, in manus tuas Domine commendo spiritum meum, inclinato capite emisit spiritum. Decimum folium duplicatum est amor alta uoce clamans, Amor mundo monstratus. quia beatissima Virgo uidens hoc fuit transfixa gladio, & cogitauit quod tunc foret adimpleta propheta Symeonis, dum dixit in templo, quod Christus esset unus gladius penetrans cor eius. & tunc totus mundus cepit uociferare, & signa ostendere de isto immenso amore summi creatoris, quae portauit humano generi, quia omnia creata ad utilitatem humani generis clamando ostendit clare istum immensum amorem uniuerso orbi terrarum. nam coelum incepit eridare de hoc amore, quia Sol se obscurauit & tenebrae factae sunt super terram. Infernus eridando obturatur & clauditur. lapides cum magno strepitu scinduntur & confringuntur. Unde beata Virgo una cum Sole, durissimis lapidibus, & tota machina mundi eridabat de isto spalagato amore indagantes signa dolorum ex passione Christi: quia cum esset iustissimus, portabat lagores nostros & dolores, quos nos pati debeamus pro peccatis propriis nostris, exceptis crudelissimis animabus, quae non planxerunt, neque compatiuntur de morte Iesu Christi, neque eridauerunt, de tanto diuino amore. Inde uenit undecimum folium duplicatum. Amor cor feriens. Amor impallidatus, quia postquam Christus emisit spiritum, eius corpus remansit pallidatum, et ita Sol fuit obscuratus, et terra tremuit, et uelum templi scissum est. et B. Virgo contemplando filium, et uidentem ipsum mortuum crepabat praenimio dolore, et tunc eius cor pertransiit gladius. Duodecimum folium duplicatum. Amor cor fruens, Amor tumulatus. Tunc uenit turba ad rumpendum gambas latronibus, et Virgo gloriosa putans quod uellent etiam rumpere tibias Christo genuflectens se coram eis incepit facere uouos plantas orandi ipsos, ne frangeretur sibi crura. Tunc miles unus Longinus nomine cum una lancea aperuit latus Christo, et exinde exiit sanguis, et aqua, et tunc beata mater Dei fuit transfixa, et nouus dolor ex illa fractione iterum penetravit cor et animam matris gloriose attrito gladio, et sic mater Domini, Ioannes, et Magdalena cum his, qui secum erant ince-

A inceperunt uoces querulas, & nobis plantatus facere. Quibus peractis turba inde recessit dimisso Christo in cruce affixo, relicta uirgine gloriosa, & tunc dolorosa cum Ioanne, Magdalena, & paucis alijs secum. Considera anima deuota, quantos, quales uel clamores, & querelas, anxietates, lachrymas & dolores ibi faceret B. Virgo, & Magdalena, cum alijs, &c. Et inde mater Dei aspiciens filium benedictum querula uoce clamabat, fili mi, qualiter potero te euellere de illa cruce, ut possem te tantillum tangere fili mi, &c. Aspiciens uidit uenire Ioseph, & Nicodemum, & illico renouando, & recapitulando lacrimas, & dolores asperissimos adinuicem deposuerunt ipsum de cruce adorando prius ipsum tanquam filium Dei uiui, & deponendo ipsum erant tres scalae ad euellendum illos grossos clauos, duae scalae erant retro ab utroque latere, & una a pedibus. & Ioseph ascendit ad unam scalam & euulsiit clauum unius manus, & illum dat secreto Ioanni, ne Virgo illum uideret, quia beata Virgo contemplabatur aspiciendo eius beatam faciem tota discolorata, & manus Christi pendentes in latus eius tangebant. deinde euulsiit secundum clauum alterius manus, & similiter ipsum porrexit discipulo, & corpus Christi praedicti brachijs Ioannis Apostoli, qui erat de substitus, & ascendit scalam pedibus positam extraxit illum clauum, & tunc ipsum deposuerunt. beatissima eius mater cepit eum, osculando eius caput, uultum, manus, & omnes plagas dicendo cum duris lachrymis, & lamentationibus inspiciendo oculos eius: quis uos priuauit lumine, qui mundum totum illuminasti, iuxta illud, ego sum lux mundi. similiter dicebat, o sacratissimos, quod alios docuistis, quomodo estis priuati eloquio uestrorum sacrorum dogmatum? o manus sempiterni regis quae omnia plasmasisti, quia permisisti creaturam ita feruire in suum creatorem. o caput coronatum corona gloriae, qualiter permisisti uos tam crudeliter cum istis pungentibus spinis coronari usque ad cerebrum penetrantibus, & sic de membro ad singulum membrum discurrendo, & flendo conquerebatur simpliciter postulando, quod Deus faceret eam mori cum Christo Iesu filio suo, ex quo secum uiuere non poterat, &c. Et Maria Magdalena profrauit se ad pedes Domini, ipsos osculando, & suis solitis lachrymis balneando & clamando dicens, o sanctissimi pedes mei filij, qui me purgauit, & mundauit ab omni peccato: uos docuistis me quo pacto debeam aufergere, & exire de manibus diaboli, & sic discurrendo cum multis lamentationibus, & placentis, super quibus membris corporis Christi faciebat unum plantatum pariter cum Ioanne, & alijs ibi astantibus, & sic contemplando passionem Domini su peruenit hora tarda. bonum est amodo, ut sepeliamus eum. & Ioseph, & Nicodemus dixerunt, matri Dei, quid uolumus facere, hora est tarda, ne recludamus extra ciuitatem: & uolebant eum sepelire, ut uirgo Maria posset requiescere, quia illa nocte precedente nunquam quieuerat usque in illa nocte, nec illa die comederat, neque biberat. ita quod erat ita lassata quod uix poterat stare. & portauerunt ipsum ad sepulchrum, tenendo semper uirgo Maria, ipsum per caput, & Magdalena per pedes, & tandem uix posuerunt eum in sepulchro, quia uirgo uolebat sepeliri secum. Et deposito corpore Christi in sepulchro & reuoluto lapide ad ostium monumenti: tunc uirgo anxiosa se uoluit ad lapidem dicens: o lapis, qui tenes meum unigenitum filium, utinam me secum pariter retineres. sed ex quo me tibi rapiunt isti Ioseph, & Nicodemus amplectens lapidem illum inquit: tu anima mea remaneas hic: & tu intelligentia mea remaneas hic: & omnis memoria mea non hinc recedat, sed omnis sensus corporis, & anima mea remaneat cum socijs hic in sepulchro, & solus dolor gemitus, lachrymarum fons, & anxietas commitetur corpus meum, & inde iuxta eandem recedens multi dicebant uersus uirginem gloriosam eius, quanta iniuquitas, & iniustitia est hodie tibi facta contra sanctissimum tuum filium, qui tot & tanta miracula fecit: qui tam bonam doctrinam praedicabat: qui mortuos resuscitauit: qui surdos audire fecit: quod caecos illuminauit, &c. & Nicodemus & Ioseph uolebant ipsam ducere ad domum suam, & cum grandissimis placentis recedens ab eis deliberauit ire, & inuit cum Ioanne, & Maria Magdalena ad montem Syon semper querelando, & uelata sicut uidua. & dum applicuissent in montem Syon, intrauit domum & incepit alta uoce eridare, o mi Ioannes, ubi est tuus magister & dulciter atque pie commemorabat oes alios discipulos dicendo, fili mi, hic heri de sero cenastis cum discipulis tuis nouam institutionem tui sacratissimi corporis docedo, donasti, & te sibi commedendum dedisti, o popule nequa: hoc est meritum quod dedisti meo dulcissimo filio de praedi-

A dictionibus, & doctrinis tibi datis. & de maximis miraculis per eum tibi ostensis. & tu popule tam crudelis tormentis ipsum crucifixisti. o Maria Magdalena, ubi est tuus dilectissimus magister, qui te à tuis peccatis voluit liberare. o tu Petre, qui eras ita feruidus in amando filium meum. & ad verba vnus vilissimæ ancillæ te remouisti ab eo, ipsum tam viliter abnegando. o Ioanes fili mi: vbi est tuus magister, qui te tantum amabat. o Ioannes, & Magdalena cum totis conatibus suis hortabatur & quærebant consolari eam: & ipsa mater Dei habens fidem & plenam certitudinem de resurrectione sui sanctissimi filij cepit aequaliter uigere laudando, & benedicendo Deo dices. o humana natura, pro qua meus prædilectissimus filius recepit mortem, recepit mortem pro redemptione tua, contemplare hanc sanctissimam passionem, quam filius meus purissimus substituit pro tuo peccato, & sic faciendo non incurres peccatum, & peruenies ad eius gloriam, ad quam ipse Dei filius nos perducere dignetur, qui est vita, mors & resurrectio & peperit latroni, Amen.

CIN DIE PASCHAE.

De Amore victorioso.

Sermo XLVII.



Vicit leo de tribu Iuda, aperire librū & soluere septē signacula. Ioan. in Apoc. 5. c. Operante diuina grā nos peruenimus ad desideratum diem Paschæ resurrectio nis Domini nostri Iesu Christi per eius victoriam. in generali pro humana generatione & in particulari verba proposita faciunt ad propositum vnuscuusque vestrum, dicente sancto Ioanne, vicit Leo, &c. Quod sanctum eloquium ad tres contemplationes subleuat mētes nostras ad amorem victoriæ. Prima contemplatio est triumphalis victoriæ. Ibi, vicit Leo. Secunda est cordialis lætitiæ. ibi, de tribu Iuda. Tertia est spiritualis intelligētiæ ibi, aperire librū & soluere septem signacula.

Prima pars principalis.

Dico quodd primum contemplari est triumphalis victoriæ. Vnde subleuamus mentes nras. quia vicit Leo

de tribu Iuda. Vnde nota quodd habuit quatuor victorias dominus noster Iesus Christus. Prima victoria fuit peccati, quodd praua generatio Iudaica toto conamine facere procurabat. Secunda victoria fuit dæmonis, quia vicit dæmonem. Tertia victoria fuit inferni. Quarta victoria fuit paradisi. Vnde oportuit quodd Christus haberet istas quatuor victorias, vt aperiret nobis portas paradisi.

Prima ergo victoria fuit peccati. quia istis tribus diebus post mortem Christi nil aliud fuit nisi victoriam acquirere. Vnde primo vicit Leo peccatum, cui victoriæ diabolica astutia Iudæorum, dum Christus esset in cruce, obuiabat loquentium per os diaboli, & dicentium, si filius Dei es, descende de cruce & credimus tibi. Et dæmon faciebat eos loqui illa verba ad hoc, vt non haberet victoriam peccati. quia generatio praua & adultera signum quærit, & non dabitur ei nisi Ionæ prophetæ, quia oportuit Christum pati & mori, & sepeliri & post tertia die resurgere à mortuis, sicut Iona qui reputabatur mortuus, non tamen erat mortuus morte naturali, quando Cete deglutiuit ipsum, & stetit sepultus tribus diebus in eius vtero, & post triduum piscis euomit eum super littorē maris ad similitudinem resurrectionis Christi. sed illis, qui vltra aliud signum datum est signum resurrectionis Iesu Christi, & eius ascensionis in eius signum datur intel ligere, quodd ipse habuit victoriam ex eo, quia noluit descendere de cruce, ad significandum quodd ibi pendebat propter nostra peccata, & voluit sepeliri in alieno monumento.

Secunda victoria fuit contra dæmonem aduersarium animarum nostrarum. Quia Angeli boni vidētes guerram futuram inter nos & dæmones, quando propter superbiam proiecti fuerunt de cælo in terram dicebant, veh mundo, veh mari & terræ, quia diabolus venit ad nos. sed fortis pugil & fortis Leo vicit. de quo sanctus Lucas 12. c. loquitur dicens, Cum fortis armatus custodit atrium suum in pace ponit omnia quæ possidet: sed cum fortior eo superuenit, expellit eum. nā fortis armatus erat diabolus, in pace possidebat atrium suum, quia spoliabat animas generis humani, sine contradictione. sed cum fortior eo venit, scilicet Christus, tunc princeps huius mundi eiectus fuit foras, & accepit arma dæmonis, scilicet tentationes, idolatrias & culmen

A pas, quibus mediātibus sanctificabatur nomen dæmonis, in eius signum ipse fortis Leo voluit descendere ad limbum postquā ignorauerat mundo fuit per eius mortem clarificata lumine veræ fidei; & conculcauit draconem, & eiecit potestatem diaboli principis huius mundi foras. Vnde cum aia & spūs Christi descendit ad limbū, sancti patres sumpserunt vigorem, & sanguinem & dulcedinem sui: & videntes splendorem tantæ suæ claritatis, & perpendentes prophetias iam factas, & adimpletas, & tempus instare suæ desideratæ liberationis cœperunt clamare, Attollite portas principes vestras, & introibit rex gloriæ. Et inimici humanæ naturæ responderunt, quis est iste rex gloriæ. & videntes propius appropinquare suam mirabilem lucē, quomodo omnes tenebras ortu illuminabat, iterum clamantes dixerunt, Attollite portas principes vestras, & introibit rex gloriæ. & iterum dixerunt dæmones, quis est iste rex gloriæ? & reiterauerunt patres sancti, Dominus fortis, & potens, Dominus potens in prælio, ipse est rex gloriæ. & dicto hoc verbo confestim portæ infernales arææ vltimo apertæ sunt in modum quodd non potuerunt resistere, nec ipsas clausas tenere, quæ sicut in primo tenebant infernum, vbi est limbus, in quo stabant sancti patres. Et tunc Christus gloriosus cū eius socio latrone, qui secum erat de societate dedit eis visionem suæ gloriæ donec resurrexit à mortuis, & liberavit felices animas beatorum patrum à limbo, & sic habuit duas victorias.

Videamus tertiam victoriam, quæ fuit inferni, ex eo quia fecit quodd vbi primo ante eius mortem animæ saluari non poterant, neque intrare paradysum bellādo deuicit, & viam aperuit paradisi iuxta canticum Ecclesiæ, Qui mortem nostram moriendo destruxit, & vitam resurgendo reparauit. Vnde propheta, O mors, scilicet inferne, ego ero mors tua, quia ego dabo tibi unum morsum, quod fuit, quē extraxit quatuor partes existentium in inferno, siue prophetam. & cum peruenit ad limina inferni exeundo fontes tenebrarum cum triumpho, & spolijs beatorum spirituum habitum victoriæ tertia abeundo dicit dæmonibus, iam victi inferni sunt.

Quarta victoria fuit paradisi, in quem nulla anima poterat intrare sine violentia. Vnde ipse dixit, quodd à sancto Ioanne ci-

tra auctore baptismatis facta est violentia paradiso. Et ideo uos omnes qui in hac sancta Quadragesima effecti estis boni armigeri, & estis armati clypeo corporis Christi, venietis de Dominica proxime futura bene armati sagittis, machinis, & bombardis, quia volo quodd sagittemus illa die paradysum, & audiemus Angelos violentiam pati, & omnes replebimur diuinis diuitijs. & sic in meo recessu volo vos omnes diuites relinquere in gratia Dei, & erit in illo sacramento vna medulla suauissimi odoris, & qui non habet arma, veniat ad me, quia eis dabo arma fortissima ad illud prælium, & ostendam vobis vnā viam, quando Iesus ibat ad paradysum terrestre totus armatus cum suo vexillo victorioso crucis, & cum tota illa sanctissima comitūna sanctorum Patrū, quos secum duxit de limbo reperit ibi ante fores vnum Chrubin ibi positum pro custodia ad ianuam bonitate tempore, quo Adam peccauit, & non permittebat intrare aliquam personam, nisi intraret violenter & erat bonus dimicator, & tenebat in manu ensē uersatilem. Iste quidem Seraphinus significat tria. Primo significat plenitudinem scientiæ. Secundo ille suus ensis erat igneus. Tertio semper ipsum uersabat menando hinc inde ad portam, quæ tria sunt, primum scire, secundum uelle, tertium posse, ad denotandum quodd paradysus erat talis conditionis quodd nisi ueniret vnus, qui sciret, uellet & posset, nullus posset intrare, quia humana facultas non habebat potentiam, neque uoluntatem amoris diuini signati per ensē igneū, neque scire significatum per Cherubin, nisi ueniret vnus, qui suppleret istis tribus pro genere humano, quæ tria fuerunt in Christo, quod significat quodd per te nunquam intrares paradysum, nisi Christus det tibi scire, uelle & posse, quia tunc tu potes uolentare cœlum, iuxta illud, regnum cœlorum uim patitur. & Christus intrando paradysum remouit illud obstaculum, propter quod non poterimus intrare, neque possumus nisi mediante victoriā, et gratia Christi. et ad significandum istas quatuor uictorias homini cantata fuit Misfa, quam cantare debuimus hodie, et eleuatum fuit heri uexillum sanctæ crucis, cum qua habitæ fuerunt istæ quatuor uictoriæ, scilicet contra peccatum, dæmonem, infernum, et contra paradysum.

et po-

A & ponuntur in cruce quatuor lapides preciosi. vnus in quolibet cornu. nam gemma cornu sinistri crucis significat patientiam Christi, per quam vincit peccatum. gemma dextri cornu significat obedientiam, per quam vincit dæmonem. Tertia gema, quæ est in parte crucis inferiori, significat victoriam inferni. Quarta, quæ est in parte superiori crucis, significat victoriam paradisi, iuxta illud Dauidicum: Confregit potentia arcum, scutum, gladium, & bellum confregit. In qua potetia diaboli, iuxta illud Iob, non est potentia super eum. & in cruce fuit confictus & debellatus dæmon, quando impositus fuit titulus super cruce. & tunc Christus propter obedientiam vicit dæmonem factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Itē magna erat potentia inferni, vt primo Apoc. Primogenitus mortuorum, & princeps regni terræ arcus est victoria inferni. nam arcus æquiparatur inferno: quia quādo extrahitur contra aliquem, qui esset ligatus, & sagittatur, ille ligatus qui sagittatur videt eū ante quā sagitta applicet ad eum, & percutiat cum expectatione suscipere illud lethalem lethum: ita damnati vident cōtinuo sibi præparari noua genera tormentorum animæ quam experiuntur illi. Vnde Iob fiet arma ferrea, & irruet in arcum ferreū, loquendo de damnatis. arma ferrea. quia damnati in inferno vident, & sentiūt per experientiam diuersa genera tormentorum de præsentī arcum grēū, id est de expectatione poenarum sibi futurarum, quas à longe vident, & sciunt se tanto tempore passuros, quanto tempore durabit infernus, quia nunquā habebunt finem. Scutum est peccatum. Scutum habet tres cantus, duos superiores, et vnum angulum inferiorem, quod significat animam, quæ habet tres potentias, scilicet memoriam per angulum dextrum, per sinistrum intelligentiam, et per tertium inferiorem significatur voluntas, quæ descendit à duobus superioribus. Nam intelligentia defendit nos à peccatis, & voluntas procedit à memoria, et intelligentia. vult dicere quod peccatum est bona memoria obscurissima damnatis, intelligentia est ignorans, et hebetata uoluntas est semper maligna damnatis: quia ruptum fuit illud scutum, et gladius, quia fractus fuit ille ens illius Seraphin custodientis portas paradisi, & loco Seraphin positus est S. Petrus custos, qui tenet

net clauis aperiendi, et claudendi paradisi, et custodit illum, et nobis data est potestas, sciētia, et uoluntas acquirere paradisi. bellū est dæmonis, qui semper est grauis animabus. Considera mō & inspicere melius in resurrectione animæ quæ habuit victoriam secundum Christum primo peccati, iuxta illud, sic cum surrexeritis cū Christo qui sursum est quærite. et habuit uictoriam aduersus diabolū, et contra infernum, et acquisiuit paradisi. Vnde merito potest mihi dici regnum coelorum. potestas intra uos est qui accepistis corpus Christi, caute ne corpus Christi intret per os mēdax, et pergrans, quia esset periculosum animæ. et quod sit ita peccatū in sensu conscientiarum uestrarum, si uos reperitis vos bene dispositos, et qui accepistis corpus Domini, et disposuistis de cetero bene uiuere magis cōtētos quā quādo male uiuebatis, sum certus quod respondebitis quod sic. Vnde si bene cōsideras, quantam consolationem, et dulcedinem spiritualem accepistis in cōsistendo, et communicando uos procedetis faciēdo de bono in melius. et scite pro certo, quod si bene confitebitur, et accipietis corpus Domini, vos cōsequemini gratiam Iesu Christi, et de bono nūquā uos penitebit, sed de malo sic. & illi qui negligunt, et recusant capere corpus Christi, non possunt perdere gratiam Dei, quia iam amiserunt illam.

Secunda pars principalis.

Sequitur secunda contemplatio cordialis lætitiæ. & nota, quod quatuor sunt hodie lætitiæ. Prima lætitia fuit materialis. Secunda lætitia fuit victorialis. Tertia lætitia fuit cordialis. Quarta fuit generalis. Dico quod prima lætitia fuit materialis. & nota discere modicū contemplari, & qualiter consolatus ē matrem. Vnde cum vidit tempus, resurrexit. de hora resurrectionis varietate sunt opiniones Doctorum. Bonauentura dicit quod Christus resurrexit inter auroram, & matutinum: aliqui tenēt mediam noctem. Virgo gloriosa stans in contemplatione portabat in sua mente illud secretum resurrectionis, & Maria Magdalena cū alijs dñabus ignorātes resurrectionis Christi emerūt arotata, & iuerūt ad sepulchrū Christi, vt ungerent corpus Iesu, quia adhuc erant plena sensualitatis. Et nota quod oēs actus, qui interuenerunt de Christo in illa

A illa via Magdalena recapitulabat cum maximo planctu, quia iuit per illam viam, per quam ductus fuit ad crucifigendum, & ibat respiciens per terram si videbat guttulas sanguinis prolabantis de capite, & toto corpore sui Magistri, & in omni loco ubi Dominus noster Iesus Christus ductus fuit, adhæsit, & stetit per totam viam, Magdalena per totam illam viam querulis lacrimis & anxio corde dicebat: Hic hic Magister meus dixit tale verbum, hic deposuit crucem, hic voluit se versus flentes dominas, dicens, flete super vos, & filios vestros. ibi beata eius genitrix sincopizabat, &c. Et beata mater Dei remansit domi, contemplando Christum, & eius resurrectionem; & certè apparuit sibi eius vnigenitus filius gloriosus, licet Euangelista nihil dicat de hoc. & quod apparuerit sibi, plures rationes & suasiones assignari possunt.

C Prima rō, quia considerato quod illi qui scripserunt, & testificati fuerunt de resurrectione Christi, erant & sunt verissimi & idonei testes: & considerato textu Marci, non ita traderentur ab ignorantibus & superstitiosis & maleuolis Iudæis, & propter fragilitatem humanam, quia possent dicere omnes infideles, mater propria testificatur hoc, & ideo testimonium eius est suspectum, & non credendum. vnde Deus non permisit, quod Euangelistæ aliquid scriberent, quod Christus apparuerit matri.

D Secunda ratio est, quia considerato ineffabili & inexhausto intellectu Dñi nostri Iesu Christi, & Virginis beatificæ, fuisset necesse, quod in eius apparitione interuenissent aliqua verba inter eos, quæ fuissent incomprehensibilia humano generi, neque potuissent dici, neque scribi, neque intelligi secundum nostrum corruptibile, & fragilitatem nostram, quia pauca verba reperitū intercessisse inter Christum, & Beatam Virginem; & econtra illi sermones apparerent noui, & extranei nobis, & tunc non intelligebantur, primo, quando Christus dixit, Quid me quærebatis, nesciebatis, quia in his quæ patris mei sunt oportet me esse. & alibi, quando fecit de aqua vinum, dixit Christus, Quid mihi & tibi mulier? quia tales sermones erant inter eos ita mentales & occulti in secreto suæ diuinitatis reuerberantes in mente & anima Virginis, quia licet inter se intelligatur, non poterant percipi ab alijs. q. d. caro tua

est mea, & econtra caro mea est tua, quia est tantum ligamen dulcedinis charitatis inter nos, quod si non esset aliud, oporteret, quod facerem voluntatem tuam, quod esset inextimabile apud externos, ad instar fluminis velociter currentis, & valde murmurantis, quod renui pertransire, & tandem erit parum vnda, & sine timore, & periculo poteris pertransire: sed similiter per contrarium erit flumen placidum, & suauis, quod non videbatur discurrere, neque moueri, & tamen erit profundissimum & periculosum, & erit cauendum ab eius vndis. Ita erat in verbis Christi, quæ erant plena & magna dulcedine, & magna suauitate, & erat certissima & profundissima, quod eorum profunditatē homo fragilis, & mortalis attingere non poterat. & propterea Euangelista hoc reliquit discutendum, & contemplandum à mentibus deuotis.

G Tertia causa, quia si bene consideres apparitiones quas fecit Christus, nunquā apparuerunt vno modo, sed diuersimodè: quia quandoque nomine vnus hortulani, quandoque noie vnus peregrini, oia sē diuersitates mentiū illorū, quibus apparebat diuersimodè se demonstrabat, quia Mariæ Magdalene apparuit in forma hortulani, quia Maria Magdalena plātauerat suos affectus in Deo, & suam voluntatem in mente diuina cum suis lacrimis, & ideo apparuit ei sicut hortulanus. Alij discipuli fundauerunt suam voluntatem in Christo, vt peregrini, & ideo eis apparuit in forma peregrini. sed Virgini apparuit mirabili splendore coruscans, & mirabili quā apparuerit in monte Tabor Petro & discipulis in eius transfiguratione, & tanto splendore, & mirabilior quantum interest inter cōtemplari, & perfectionē ipsius matris Dei, & inter Apostolos, & alios, quibus apparuit, quia nō possent scribi, nec humano ore exprimi.

H Quarta ratio, quia tu debes considerare ista fundamenta, videlicet, primum, conceptionis, quia erat mater Christi. Secundum, quia erat virgo, & sine aliqua macula & peccato. Tertium, quia in die passionis eius ipsa Virgo benedicta habuit tantum dolorem propter eius mortē, quod nemo posset illum imaginari, quia fuit infinitus, & si ille suus dolor fuisset communicatus inter omnes, certè omnes subito fuissent mortui, sicut dixi in die Veneris sancto. Vnde conueniens fuit, quod sicut passa fuerat infinitū dolorē, & infinitā afflictionē,

A ita ipsa debet habere immensam gloriam, & consolationem infinitam ex apparitione vnigeniti eius filij gloriosi: nam si consolatus est Petrum, qui abnegauerat & anathematizauerat Christum, & alios discipulos, qui perdididerant fidem, multo infinite plus debebat consolari matrem suam, & tanto plus, quanto maiorem passionem & dolorem passa fuerat, iuxta illud: Sicut fuisti socij passiois, ita & consolationis. & certe consolatio sua fuit inexhausta & infinita, ne pena exuberaret talem letitiam. Et credo, quod ipsa Dei mater habuit in vnum gradum plures consolationes quam alij, donec ipsa ascendit celum. & si diceret, quare Euangelista posuit, quod apparuerit primo Mariæ Magdalene, secundo Petro, quod Euangelistæ illud posuerunt, vt doceret exemplum bonæ spei peccatoribus conuersis, vt speret in Domino postquam conuersi sunt, & disposuerint rectè viuere secundum Deum, sicut fecerat Magdalena, quæ prius peccauerat; deinde apparuit Petro, qui abnegauerat ipsum: sed postea recordatus verbi ipsius Domini, poenitentia ductus fleuit amare, & ideo Christus voluit sibi parcere, vt daret sibi consolationem, tam de eius resurrectione, quam etiam vt intelligeret, quod remiserat eius peccatum, vt peccatores confortentur si post peccatum emendauerint se in eorum vita, quia similiter possunt sperare remissionem suorum peccatorum, & visionem Domini in vita futura, & sic hoc ideo est propter confortare peccatores, quibus prius apparuisse legitur, quam propriæ matri. Et insuper adde etiam, quod ipse Dei filius suæ dilectissimæ matri apparuit dupliciter. scilicet spiritualiter, & intellectualiter: & alio modo corporaliter. & sic nota, quod duplex est visio. scilicet spiritualis, & corporalis. visio potest leuiter decipi. vnde sunt aliqui ponentes de pinguedine serpentum in lucerna, & faciunt cum lumine illius lucernæ apparere totam cameram, solares, & muros, & omnia plena serpentibus; & sic visio corporalis illuditur & decipitur. Similiter faciunt isti incantatores apparitionem illusionem diabolicam, quod in veritate non est. Sed visio spiritualis non potest decipi, quia spiritus est, qui visitat, & tunc interest inter visum corporalem & spirituale, quantum interest inter carnem, & spiritum. Sed Beata mater Domini habebat intellectum ita illuminatum & reflexum in mente diuina, quod dum contempleret eius vnigenitum filium, semper videbat omnem actum, quem ipse

eius filius pretiosus faciebat in limbo, & extra limbum, & in ipsa resurrectione. Vnde Dauid hodie in introitu ecclesie cantat, Resurrexi, & adhuc sum tecum; posuisti super me manum tuam. Vult dicere primo de dilecta mater, ego resurrexi, & sum tecum, alleluia. i. Deus sit laudatus. Secundo, posuisti super me manum tuam. scilicet tuum cor, quod habuisti firmum in fide purissima de me, & de mea resurrectione, quæ solum remansit in te sola in mea passione, quia omnes alij dereliquerunt fidem meam de me, alleluia. i. laudetur Deus. mirabilis facta est, scilicet tua ex me, de qua regratiatur Deo dicemus alleluia. Et sic habes tres apparitiones, vna est corporalis, secunda spiritualis, tertia est mixta. scilicet temporalis, & spiritualis.

Sequitur secunda latitia victorialis, quæ apparuit Magdalene, quæ dixit, Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Monumentum non est sicut communiter pingitur, sed est in vna spelunca, ad instar vnus cavernæ ex lapide concauato, & in illa caverna est monumentum Christi, & ante ostium illius cavernæ positus fuit vnus magnus lapis rectus versus Oriens: & respiciens Magdalena versus ostium illius sepulture vidit Angelum candidum, qui eis dixit, Iesum queritis Nazarenum, surrexit sicut dixit, non est hic. & Maria non aduertens ad verba Angeli, licet audierat eum, processit ad lapidem excisum, in quo posuerant eum, & introspectit credens reperire corpus suum. Et nota mirabilis naturam amoris, quia quamuis audiisset & vidisset Angelum illa sibi dicentem, tantus erat ardor amoris sui magistri, & videndi suum sacratissimum corpus, quod vbi auris non applaudit, non audit, sed oculus eius processit ad locum, vbi est, quem amat, & vbi cor habebat: & non inueniens eum, reuersa ad discipulos anxia dixit, quod fuerat subtractus furto. vnde discipuli omnes territi, & dolentes volebant arripere inde fugam. Et tunc ipsa Magdalena præ nimio amore iterum cum sociabus redit ad monumentum, & querit hinc inde diligenter per monumentum inspiciens pluries & pluries, & aspiciendo modo hinc, modo illinc, sursum, & deorsum per omnem partem, & ipsum non videndo semper flebat amare, replicando eius passionem, & magis eius motio nem, dicens: Magister mi saltem te semel, te semel viderem antequam moriar: nam amore languero, nisi videam te. & iterum introspectans, tunc duo Angeli apparuerunt ei

A ei dicentes, Quem queritis, Iesum Nazarenum? non est hic, resurrexit. & sic loquedo: Ecce Christus retro venit in forma vnus hortulani, & Angeli inclinantur Christo. & tunc Maria reuoluit se, & Christus dixit sibi, Quid queritis? & ipsa non respondit ad propositum, non aduertens ad ea, quæ dixit, sed tanquam amans, quæ credit, quod oes sciât flamas sui amoris, dixit, Si tu substulisti eum dicito mihi, & ego eum tollam. Dic mihi Maria, si tuus Magister esset positus in domo Caifæ, vel Pilati, tolleris eum? certe sic. & sum tuus, quod tu contempleres eius caput, faciem, manus, & totum corpus, & tu osculareris sibi plagas, costarum, & totum suum corpus lingers pro amore & nimia charitate, & tunc ipsa stans in illo rancore animi, & cogitatione, vbi positus fuerat Christus, dixit, Maria, & sic audiuit vocem sui Magistri soliti eo modo vocare eam, subito cognouit eum, & voluit eum capere, & prosternens se voluit osculari eius solitos pedes. & Christus dixit, sta retro, noli me tangere, quia nondum ascendi ad meum patrem æternum, sed tuam mentem, quæ defererat me propter modicam fidem, quia non considerabas, quod a tuis peccatis te liberaueram, & quia fuisti infidelis, & non credidisti meam resurrectionem: ideo sta retro. & disparuit subito. & tunc Maria dolens, & mesta remansit, quia non potuit eum tangere. inde læta, & gaudens de eius visione, & resurrectione redit ad sorores dicens, Vidi Dñm, & apparuit mihi in tali modo, &c. & redeuntes domum lætè annuntiauerunt Beatæ Virgini, & Apostolis.

Tertia apparitio fuit cordialis facta in medio omnium. Et tunc Maria videns eum proiecit se ad eius pedes, & cepit eum per pedes lacrimando, & stetit tunc firmus. & credo, quod illi fuerunt dulciores lacrimæ, quas vnquam emisit & lacrimata fuerit. Et tunc Iesus dixit, Ite ad discipulos meos, & dicite eis, quia surrexi, & habeatis firmam fidem. Et credo, quod Christus fecerit sibi crucem dicens, Dicite Petro, quod veniat, & videbit me. Tunc vero Maria Magdalena iuit ad discipulos suos, & referens dixit Petro, quod iussu Domini iret ad eum. & Petrus Apostolus, audito verbo immediate iuit, vt memoratus, licet scriptura non dicat de loco, tamen credo, quod iuit ad locum, quem sibi dixit Maria, vbi repererat Christum: & reperto eum cum multis lacrimis de suo peccato, credo quod Christus confortauit eum, & firmavit eum in fide, absoluendo eum de suo pecca-

to. & credo, quod dixerit, permisi te cadere, & te absolui, quia volui, quod sis vicarius meus in terra, quando dixit, tu es Petrus & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Et quemadmodum parco tibi, & tu non sis durus ad indulgendum alijs, quia postquam crediderunt resurgere, & volunt redire ad gregem tuum, & ad gremium sacrosanctæ ecclesie per me institutæ.

Quarta apparitio, generalis dici potest, de qua Paulus inquit, quod visus est hodie à Iacobo minore. Aliqui dicunt, quod visus fuit à Ioseph, secundum euangelium Nicodemum. Alia fuit visio habita à discipulis euntibus in Emaus distantem à Hierusalem per spatium octo miliarium, qui non credebant resurrectionem, quia non audierant nisi à Maria Magdalena de eius resurrectione. Alia apparitio fuit vndecim discipulis clausis ianuis absente Thoma, qui audiens de eius apparitione dixit, Nisi posuero manum meam in fixura clauorum, non credam, &c. hodie ad octo dies apparuit omnibus discipulis, & etiam Thomæ dicens, Infer digitum tuum huc, & pone digitum in plagam subito confessus fuit diuinitatem dicens: Dñs meus, & Deus meus. quantum dulcoris sentit. vnde respectu diuinitatis dixit, Deus meus. quantum ad humanitatem dixit, Dominus meus. Alia vice apparuit sicut dixit. Sanctus Paulus recitat etiam, quod visus fuit à quingentis in die Ascensionis mirabiliter in omni apparitione, & generali visione apparenti, & volando ad celos prouocauit omnes ad maiorem fidem, iuxta illud, Sicut aquila prouocat filios suos ad volandum. Et illud fecit, vt firmiores forent tempore Ascensionis, & Pentecostes, & vt annuntiarentur discipuli, & infocarentur amore diuino, & resisterent persecutionibus firma fide, & pducentur ad gaudia vitæ, ad quam nos perducere dignetur, qui sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis, Amen.

Dimisi tertiam partem breuitatis causa, quia esset nimis prolixa.

A IN DIE LVNÆ
post Pascha.

De Amore misericordioso.

Sermo XLVIII.



Misericordia Domini plena est terra.

Nota ad euidenciam dicendum, quod tres sunt misericordiarum. Prima diuinalis, peccatorem amplexans propter desideria: secunda infernalis, peccatorem desperans propter affligere: tertia proximalis suo fratri parcens de offensis sibi factis.

Prima pars principalis.

Cape primam misericordiam diuinalem peccatorem amplexantem. Et in hac prima me dilatabo magis quam in alijs, & potest ista misericordia Dei distinguere in tres gradus, seu considerationes.

Dico, quod prima est misericordia Dei preueniens. & hoc est quando Deus praeuenit in anima absque eo, quod anima mereatur illam.

Secunda est misericordia Dei consequens, quando inspiratur a Deo in tua anima, & tu non illa petas.

C Tertia est misericordia Dei subsequens, & non est apta sine illa petitione, iuxta illud Pauli, Non sumus sufficientes cogitare quicquam a nobis, tanquam ex nobis, sed sufficientia nostra a Deo est. Et Dauid, Cito accipiet nos misericordia tua. Secundus status est misericordiae consequentis, & hoc est quando anima vult illam misericordiam acceptare, & consentit, & associatur cum ipsa misericordia humiliter implorando illam, quia primo Deus ostendit tibi misericordiam suam, secundo succedit tua voluntas, quia secundum Augustinum. Si queris & vis, iam habes ipsam. de quo secundo statu misericordia mea cum ipso est, dicit Propheta in persona Dei. Tertia misericordia dei subsequens, quae facit operari, & producit operationes bonas ipsius misericordiae subsequens, & facit operari illud, quod primo cognouit, & in secunda est voluntas, quae oportet, quod sequatur operationem, & quod non facit operationes bonas, nisi quod non velit illam misericordiam consequi, quia primo infundit, secundo consumitur, tertio operatur, ad istam mercatoris, qui vult vendere pannum suum, & dicit, nemini dabo, nisi disburse pecunias proptas, & tu dices, da mihi de panno tuo; & ille mercator dicit, vi-

des, quod non tradis pecuniam, ego bene video, quod tu non vis de meo panno, quia non facis opas haberi de eo, hoc est, quod non disburse tuas pecunias tuas, & sic videris nolle de meo panno. Ita facit Deus, quia non faciendo opera, nisi, quod non vult consequi misericordiam suam, iuxta illud, Non quod dixerit, Domine, Domine, intrabit regnum caelorum, sed qui fecerit voluntatem patris mei. & alibi, Misericordia eius subsequitur me omnibus diebus vitae meae. Quia intendo ornare oem nostrum aedificium, quod aedificauimus in ista Quadragesima volo dare vnam gentilem particulam istis praedicationibus intelligentibus. unde istos tres status misericordiae Dei videas in 12. c. Apoc. Signum magnum apparuit in caelo: Mulier amicta sole, & luna sub eius pedibus, & in capite eius corona stellarum 12. & in vtero huius, & clamabat parturienti. Clamabat ut parturiret, & peperit filium mare. Unde venio d sapiens, quia haec in parte tibi loquar, & oportet quod quod stultizare cum stultis, & cum sapientibus sapientizare. unde ista verba si bene intelligerent, possunt appropriari vni aetate, quae sit bene confessio, & acceperit corpus Christi, & sit in gratia Dei, quia illa anima erit ista mulier, quae habebit istos tres status misericordiae Dei superscriptos. primus. scilicet. misericordiae penitens, quia Deus tribus modis praeuenit in anima, secundum tres potentias ipsius aetate: scilicet. praeuenit in voluntate ipsam inflammando diuina clementia. praeuenit intellectum replendo ipsam fonte diuinae sapientiae, & inspirat memoriam timorando ipsam diuina potentia. Et sic in sole sunt tria. scilicet. color, vigor, & splendor, quia calefacit, illuminat, & vigorat. Ita Deus quando infundit gratiam suae misericordiae habet colorem ad inflammandum animam, & informando voluntatem nostram in desiderio caloris diuinae charitatis proximi sui infundit: scire in ipsa anima, quae illuminat intellectum: nam Deus est lux mundi, & vigorat ipsam animam inducendo sibi memoriam timorofam cum sua potentia infinita. unde si tu sentis in tua anima ista tria, in te est trinitas, & si bene intelligis, sicut in Deo sunt ista tria. scilicet. clementia, summa scientia, & potentia infinita, ita Deus infundit in nobis praedicta tria, reformando animam, sicut erat quando ipsam creauit. Et hoc est, quod dicit, Signum magnum apparuit in caelo. signum. scilicet. gratia inspirata in voluntate. Nam signum non est illud quod significat. certe tu vides nomen Iesu est vnam signum representans tibi omnia, quaecumque; Deus vndique fecit propter saluare humanam naturam, & die Mercurij tibi dicam, Deo dante, magnum misterium, quod est

A est in singula litera huius sancti nominis Iesu. nam & miles, qui habet signum auri, quia fert aurum, significat quod debet esse defensor Reipublicae. & sicut domina non potest ingrauidari sine viro: ita anima nostra non potest aliquid velle, vel operari, diuina inspiratio non ingrauidat ipsam, iuxta illud: Non elegistis me, sed ego vos. Ita est intelligentia nostra, quia peruenit dando sibi lumen, quia intellectus illuminatur a Deo veritatis ad cognoscendum veritatem nihil valeret, si parum prodest, & valet habere oculos in obscuro, & tenebris sine lumine, quia nihil videtur. Ita est intellectus noster, quia licet sit aptus natus videre, tamen nisi illuminetur diuino lumine inspirato, non potest per se eum videre. unde Deus dat lumen tibi, ut tu cognoscas veritatem. & hoc vult dicere illud verbum, In caelum, quia caelum. i. caelatus, hoc est in intellectu, qui est caelatus, quia nullus potest eum videre, nisi Deus, qui est sol scrutator cordium, apparet lumen intelligentiae a Deo infuse. unde Gen. 1. Creauit Deus caelum, & terram. Augustinus exponit caelum. i. animam intellectiuam, & terram. i. corpus & sensualitatem. Similiter memoria est praeparata, & facit animam timorofam considerando Deum esse immensum, & incomprehensibilem, & considerando suam praenitatem, & imbecillitatem fragilem, & caducam, ac momentaneam, ad instar vnius fanuli videntis currere versus se vnum maximum & fortissimum equum, quia fugiendo valde timet. Ita facit memoria nostra praeparata inspiratione diuina, quia memorando ex se nihil esse sine Deo, & considerando eius infinitam potentiam facit animam timere Deum, & offensiones Dei vitare, & viuere secundum Deum, quia magnus est Dominus & laudabilis nimis. Et hoc est, quod dicit, Signum magnum in caelo. Vide secundum statum misericordiae Dei, quod est consequens. Nam si anima consentit volendo, & intellectus aperuit consentiendo, & memoria timendo, tunc verificatur illud, quod scribitur in Matt. 3. c. Ego sto ad ostium & pulso, & si quis audierit. ecce voluntas. & aperuerit mihi. ecce intellectus consentiens. ego intrabo & cenabo cum eo. ecce charitas cum timore. Exemplum, quia sicut solis radij nunquam intrant tuam cameram circumdatam muris, tenendo fenestram bene clausam, sed cum aperis fenestram subito sol intrat & spargit radios suos per totam cameram, & efficit illam fulgentem & luminosam, ita quod ubi primo nihil poteris videre de his, quae habuit in illa camera sine eius turpitudine, & per consequens non poteris, neque sciebas ubi & qualiter debes eam scopare, & mundare ante quam irradiaretur: sed postquam est modo luminosa, mediantibus radijs solis, tu vides clare ubi ipsa est infestata, & telas araneas, & oes spurcitas, ita quod poteris & scis ubi & qualiter debes ipsam scopare, & facere pulchram, & tunc tu delectaris habitare in illa. Unde ita facit Deus, quia postquam illuminauit animam vera cognitione veritatis efficit clara, & videt se esse puluerem, nihil de per se sine gratia Dei. Exinde videt se plenam spurcitijs peccatorum, & videt immensam potentiam & iustitiam Dei, & efficitur timorosa, & voluntas vadit ad confortem & bene se purgat. intellectus non consentit, & dolet de male gestis penitendo, & si potest satisfaciendo. & memoria facta timorosa viuit deinceps secundum praecepta Dei, & consistitur conformis voluntatis Dei, & consequitur eius gratiam, & sic Deus facit tres effectus produci exinde, quia primo voluntas efficitur inamorata a mundo spiccata, quia nil curat de mundo & desiderijs carnis, sed rapitur charitate & amore diuino. Tertio intellectus fit illuminatus radijs intelligentiae & sapientiae Dei. unde quoniam tu sentis in te bonam voluntatem, & tua anima est accensa amore diuino, tunc illa tua bona voluntas est illa mulier amicta sole, si recepit corpus Christi in hoc Pascha, quia Christus est sol iustitiae. unde considera, quod sicut non est res in hoc mundo pulchrior sole, ita non est pulchrior res in mundo, quam bona voluntas, de qua loquens Deus dicit, Regnum caelorum intra vos est, qui habetis bonam voluntatem. & Paulus, Gloria mea haec est, testimonium conscientiae nostrae. & de hac conscientia loquendo dicit Christus, Simile est regnum caelorum, thesauro in agro abscondito, &c. Nam tunc est gloria & continua laetitia, dum adest bona voluntas. similiter ager est corpus nostrum, in quo consistit iste thesaurus absconditus. scilicet. bona voluntas, in stricto cordis nostri, quem qui inuenit, quoniam Deus praeuenit illuminando nostrum radijs veri luminis cognitionis, & intellectus consentiendo bonae voluntati, aperit fenestram, & sine medio illuminatur, & memoria redditur timorosa, tunc vidit omnia quae habet spernando mundum, diuitias, concupiscentias, & omnia desideria abijciendo, ut emiant agrum illum, in quo est thesaurus ille, quia qui habet voluntatem bonam, habet in charitate, & consequitur thesaurum supradictum, qui in caelis est.

A Secundum signum est memoria à mundo leuata, & spirata. s. quod non velis offendere Deum propter delectationes & placita mundi, & vanitates caducas, quæ significant lunam, quæ est lucida, volubilis, & frigida, & nunquam est stabilis, nec habet firmitatem, & lumen quod habet, dependet non ex se, sed ab alio, quia à sole; quia sic est mundus, & eius vanitates, & desideria, quæ videntur in apparentia pulchra, & tamen nullam habent stabilitatem, sed omnia sunt transitoria & caduca, quia tu vides si es iuuenis, cito sentis, si erat in iuuentute delectabilis, & placabilis, tu efficiaris hebes, & displicibilis. Si acquiris diuitias cum magno labore, tu illas perdis cum nimio dolore, vel illis non potes uti, cum iuuantur. s. quando es infirmus, & senex; & sic mundus iste ad instar lunæ crescit, & decrescit, & in eodem sistere nescit, ad instar rotæ Fortunæ cōtinuè rotatis, & qui est in summitate labitur ad infima, & qui est infimus ascendit ad summa: & qui est in summitate rotæ pingitur asinus, quia iste mundus facit homines sensuales, cupientes, & amplectentes eum effici asinos, & bestiales, quia sequuntur tantum quæ mundi sunt, & non cognoscunt Deum, quia deficiunt in eius lumen. Similiter, qui ascendunt ad desideria conducto ris mundi amplexando mundum, & bona fortunæ, habent caput asini, & personam hominis, quia mouentur paulatim à cognitione rationis, & efficiunt bestiales, & asini, sequendo plus mundum quam Deum. Ille verò, qui est collapsus ad ima, qui perdidit statum, diuina bona temporalia, amicos, sanitatē, filios, & huiusmodi, tunc ubi prius erant asini in prosperis efficiuntur retro homines rationales, & incipiunt destruere, & intelligere istum mundum fore volubilem, caducum, & nil prosperitatis, & stabilitatis manentis in eo, & quod omnia prætereunt præter amare Deum, & ideo non pinguntur asini, & bestia, sed homines rationales. Ideo ista domina bona voluntas cum intellectu illuminato tenet lunam sub pedibus. i. vanitates mundi. Nā luna est frigida, & sic delectatio vanitatum mundi in frigidat hominem, & facit perdere Deum, & facit hominem fieri asinum, iuxta illud, Transit mundus & concupiscentia eius. Sed bona voluntas, secundum sententiam Fratris Iacobi: Et ella sopra tutto sta gradita, Alma como sagitta à possedere, Tal bene Iesu sapel tenere, &c. Et vis cognoscere vnam animam quādo amat Deū,

respice quando ipsa non curat de mundo, & spernit illum, & pompas eius, quem admodum maius lumen offuscat minorem splendorem, & maior amor exuberat minorem. Ita dulcor inestimabilis charitatis & amoris Dei spernit, & offuscat delectationes transitorias mundi.

Tertium signum, quādo tu potes cognoscere quando tu habes misericordiam Dei consequentem. s. quando tuus intellectus est illuminatus cognitione Dei, & hoc est, quando dicit, Et in capite eius corona stella rum duodecim. Corona est circularis, & rotunda, & non habet finem, quæ significat potentiam Dei infinitam. Duodecim stellæ sunt duodecim signa, & splendores duodecim, cum quibus anima efficitur luminosa, & irradiens, quibus mediantibus homo efficitur sapiens, & cognoscens Deum, quæ duodecim stellæ hic sequuntur. Prima stella est in Deo confidentiam habere, secunda stella est mundum spernere, tertia stella est carnem castigare & refrenare, quarta stella est prudentia spiritualis, quinta stella est experientia suæ fragilitatis, sexta stella est reuerentia diuinorum, septima stella est attentio diuinorum testimoniorum, octaua stella est cognoscere malū, quod propter Deū debes vitare, ne eum offendas; nona stella est bonū cognoscere, & illud operari propter Deū; decima stella est firmam constantiam in mente habere; vndecima stella est, quia quāto plures gratias reperis, tāto plus te humilites; duodecima stella est cum discretionē stare inter bonum, & malum.

Dico, quod prima stella est solum confidere in Domino, iuxta illud: In te Domine speraui, non confundar in æternum. quia non est sapientia confidere in barca rupta. nā puppis firma non timet procellas. Psalmi mundi, & ducens nos ad portum salutis est ipse Deus, in quo solum est confidendum, quia maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnes in brachium suum. & benedictus homo, qui confidit in Domino, secundum Hier. Vos ergo dō patres & matres, qui ponitis totam vestram spem in filiis, discite non confidere in eis, quia vana est spes vestra, quia aut moriuntur, vel spe efficiunt ita indiabolati, quod verberant & expellunt parentes. Et certè si tu confidis in vno, qui semper decipit illos, qui confidunt in eo: nōne peius credit tibi, quā si confidis in vno, qui non potest te decipere? certè peius est, sed si confidis in isto mundo proditore, qui deludit, & decipit omnes, qui confidunt in eo,

nonne

A nonne decipiet etiam te: nam ostendit tibi facere bonum, & alludit tibi ridenti facie, & postea facit tibi malum, & mutabit faciem in turbine procellarum, sicut dictum docet & experientia mundi. Simile si tu confidis plus de amicis quā de Deo, reperies te deceptū, & sic de alijs, quod promittit tibi mundus iste caducus & fragilis.

Secunda stella est spernere mundum, quia sp te prodit, & decipit, & ipsum spernendo nō appreciabis illū plus, quā Deū. Exemplū, si esset vnus valens Doctor, qui hñet vnū librū in sua facultate, quē bene sciret intelligere, & bene operaret ex illo, cōsequeret magnum honorē & vtilitatē, sine quo non posset bene exercere artē, suā, nōne iudicaret illū fatuū si daret ipsum pro vno ducato, pl⁹ appreciādo vnū ducatū, quā illū librū, sine quo nihil facere posset? certè sic. Similiter si hñes rē paruē vtilitatis, & nociuā, & dares illā pro magno thesauro, nōne cense reris sapiēs? certe sic. Similiter est de illo, qui spernit thesaurū reconditū in celis, pro caducis huius fallacis mundi, & talis est fatuus. Ita sapiens est, qui ipsum mundū nociuū fugit, & spernit, & alienat pro illo magno thesauro diuino. Ergo thesaurizate vobis thesauros in celis, &c. quia qui vitur isto mundo plus quā viget necessitas, relinquet oīa in fine, & sic spernit Deū pro isto mūdo, ita meret spē à Deo in futuro seculo.

Tertia stella est carnē castigare rebellem, quæ efficit massā vermium, quare ergo cum tanta diligentia & delitijs nutris eam, & ipsam apprecias plus quā aiām, quia propter carnatiā mortālē, & putrescibilē, tu dānas tuā aiām perpetuo duraturā, & tanto splendore decoram ad imaginē Dei factā. Ideo plus dilige aiām, & nutrias eā in delitijs Dei, quā corpus in desiderijs mūdi. Nam si hñes vnū tm cordialē & fidum amicū, & vnus vagabundus faceret aliquē cōtractum cum illo tuo amico, & sic cōtrahendo secum cautē quæreret decipere tuū amicū, qui non perenderet de illo dolo, & tu perenderes quod ille quæreret infrascare eum, nōne faceres cautum tuum amicū de illo dolo viatoris, & plus defenderes eum, ne decipiatur, qui sp dī stare, & perseuerare in charitate, & fraterno amore tecū, quā illum viatorē, quē nūquam vidisti, nec speras vnquā amplius eum videre, nec ab eo quicquam consequi? certè sic. & esses fatuus facere oppositum. Sic est in proposito, quia quā tu vides, quod ista transitoria caro quærīt aduersus spiritū, tua voluntas, & intelligentia, & memoria ti-

morosa, debet adiuuare animā, & non consentire, quod ipsa anima, quæ semper debet viuere tecum, decipiatur, & infrascetur, & inficiatur à carnatiā, & subiugetur in broda, quia non habemus hic mansionem manentem, sed futuram inquirimus. Item qui diligit iniquitatem, odit animam suam. & quia caro concupiscit aduersus spiritū, ideo carnem ipsam castiga macerando vigilijs, ieiunijs cum disciplina, & esto contrarius sensibus istius mundi, qui sunt cōsidere de mundo, onerare se diuitijs multis cum malitijs, dolositatib⁹, fraudibus, vsuris, & multis rapinis, concupiscentijs carnis, aut oculorum, vel superbia vitæ. vnde si vis vitare ista contra cupiditatem mundi, sperne mundum, & sic de alijs rebus, & vitijs, si tentaris ab aliquo vitio, resiste cum armis contrarijs illi vitio, videlicet contra superbiā accipe arma humilitatis, cōtra irā accipe clipeū patientiæ, contra luxuriam sit tibi comes castitas sancta, & de alijs. nam mundus & fastus eius, & desideria sua sunt cōtraria Deo. & ideo Christus incarnatus volens docere sapientiā Dei, dedit tria vota religioni. primum fuit humilitatis & obediētia, & fuit in mane, iuxta illud, Qui vult venire post me abneget semetipsum, & sequatur me. Secundū votum fuit castitas, & fuit in meridie, iuxta illud: Sunt amici, qui se castrauerunt pro me. Tertium votū fuit paupertas, & fuit in sero, iuxta illud: Si vis perfectus esse, vende oīa, quæ hñes, & da pauperibus. Et quā vnus seruus Dei ista tria mandata tenet, hñet intellectum, & sapientiā Dei infusam, quod seruat. sibi in mente illa tria mandata. s. castitatē, obediētiam, & paupertatē. & oīs vera religio est vna scala sapientiæ Dei. et oīs spiritualis quāto plus est sapiens, minus cōfidat de seipso, sed ponat se sub obediētia, quia quāto plus erit humilis, tanto magis cōsideret in Deo. Similiter, si religiosus credat castigare carnē vincat in tāta dulcedine castitatis, quod vix eius aīa sentiat illā tentationē carnis, cōtra illos, qui nō possunt credere, quod aliquis religiosus possit seruare castitatē. nā talis mereretur igne cremari, quæ quales sunt, et quales oculos hñt, taliter vident, et talia iudicia faciunt in alijs, quæ subsistent in membris suis propter eorum malum vsū viuendi.

Et ex ista secunda stella sequit quarta. s. prudentia spiritualis, quia aīa repletur spiritu sapientiæ, et prudētiæ spiritualis, quia qui nō addiscit, et studet, nō potest effici sapiēs. vnde vidi multos cōuersos spirituales illiteratos,

A tos, qui nesciunt legere, nec scribere, qui propter studia tantum votorum superscriptorum. I. obedientie, castitatis, & paupertatis, venerunt ad perfectionem tanti luminis sapientie Dei, & prudentie spiritualis, quod videbat unum miraculum, & stupor omnibus, ut hies de S. Francisco pauperulo, qui paucas sciebat literas, & ad tantam perfectionem venit ob illa tria vota seruata, quod videbat corda hominum, quae loquebantur cum Deo, & tandem Christi stigmata meruit victoriosè portare. Inde venit, quod melius est multotiens ire ad consistendum se cum uno habente vitam bonam sine scientia, quam ab uno habente solum scientiam sine vita bona: sed optimum est habere bonam vitam, & scientiam, tamen cum experientia istorum trium votorum. v. g. erunt duo homines, quorum unus ibit ad audiendum de gestis magnorum virorum, qui fecerunt magna facta in gestis armorum, & fuerunt probissimi viri, sicut sunt de gestis magni Caroli, Orladi, Oliueri, & ceterorum, & Aeneas, & aliorum fortium virorum, & per hoc solum audiendo de gestis ipsorum sine aliqua experientia vult effici probissimus armiger, certe nunquam per solum auditum de magnis gestis efficietur probus. Alius vero, qui vult effici probus, verè ibit in armata militia, ubi habebit experientiam in dando & accipiendo, sic efficietur valens armiger. Similiter non tantum addiscitur in libris sapientia Dei, sed melius addiscitur, quam seruus Dei habet experientiam seruandi Deo, seruando illa tria vota supradicta, quia tunc consequitur experientiam Dei per prudentiam experientialem.

Quinta stella est experientia suae fragilitatis: nam Deus ante quam caperet carnem humanam, sciebat, quod oportebat copari humano generi propter fragilitatem suae putrescibilis carnis: sed post eius incarnationem, & postquam habuit experientiam carnis humanae viuens, & per experientiam palpans miserias, & fragilitates carnis, & in quot miseris est supposita in passionibus, & tentationibus mundi, diaboli, & cupidini tot manerierum desideriorum exinde citra semper fuit magis misericors & miserator nostrum. hinc est, quod providentia diuina permisit cadere Petrum, ut simili exemplo esset misericors alijs, sicut Deus fuit misericors eius ex eo, quia futurus erat Princeps ecclesiae scilicet fidei, & cephas Christianorum. Et modicum est, quod unus homo Dei dum visitasset alium seruum Dei, qui ex reputatione, quam faciebat de seipso, erat continens ultra conueniens, dixit socio suo in recessu ab eo: iste amicus Dei habet necesse habere unam formationem, vel aliquam vituperationem. **E**

& ita fuit, quia pauco tempore post hoc, ille amicus Dei cecidit in vnam fornicationem, taliter quod publice secum fuit, & fuit valde mortificatus, & tunc se magis humiliavit quam unquam fuerit, reputans se esse miserum peccatorem, ubi prius se reputabat veneratione dignum, & portare coronam aliorum seruorum Dei, & hoc proueniebat solum propter spem, quam ille habebat, quia melius addiscit sumptibus suis, quam alienis, ad instar ragatorum, qui multoties cadunt, & frangunt sibi caputante quam efficiantur boni caualcatores, & habent de magnis bastonatis, & feritis, ac necessitatibus antequam efficiantur armigeri, & tandem efficiuntur magni Capitanei, & Magistri. Similiter vidi, & sunt aliqui studentes pauperissimi, qui stabunt sub pedibus alienis male induti, & patiuntur magnas necessitates, multotiens efficiuntur valentiores, quam illi, qui faciunt eis expensas, & habent modum facultatem, & tempus studendi. Similiter talis fuit Dauid, qui non fuit sapiens, nec bene cognouit Deum, neque se, neque mundum, nisi postquam cecidit. vnde Iude loquens ad hoc propositum dicit, Auertisti faciem tuam a me, & ego sum conturbatus. Item ego dixi in abundantia mea, non mouebor in aeternum. **G**

Inde venit sexta stella, quae est, rebus diuinis reuerentiam habere, reuereri Deum. Et hoc tangit nobilibus, qui quandoque dedignantur reuereri Deum, & res diuinas. Nam & ipsi Pagani quanto erant sapientiores, tanto plus colebant Deos. vnde quando unus non veretur, neque reueretur Deum, & res sacras, ac diuinas, est deterior quam sit vna bestia. & quando quis magis timet Deum, tanto est sapientior, & plus reueretur res diuinas. scilicet corpus Christi, Beatam Virginem, Sanctos, templa, res sacras, & sacerdotes, non considerando, quod sint peccatores, **H**

sed gradum sacerdotij. vnde S. Franciscus dicebat, quod volebat honorare sacerdotem tanquam vicarium Christi, secundum eius gradum, contra illos, qui dicunt, quod sacerdotes, Fratres, Praelati, & Papa, sunt prauis, & malae conditionis, &c. vnde quid sint, tu debes reuereri eos tanquam habentes gradum sacerdotij, & dignitatis, & non tanquam peccatores, & in quantum delinquant; & ideo male faciunt dicendo, quid presbyter, quid Prior, quid Abbas, quid Episcopus, quid Cardinalis, & Papa? quia considerato gradu eorum, peccat valde spernentes eos. Exemplum, si esset

A esset unum vas plenum denarijs in stercore proiecitur: credis tu quod auarus non caperet illud vas, non obitare quod esset foetidum? certe sic. Sed illud non faceret propter vas, sed propter thesaurum inclusum. vnde sapiens imperator Constantinus, coram quo praelati & sacerdotes litigabant considerauit ipsos in quantum homines essent fragiles & peccatores. Considerauit exinde eorum gradum, quia simili liter eorum gradus representant creatorem, & ideo cum magna reuerentia, & bonis verbis induxit eos ad se compromittendum in ipsum, & facto compromisso audita eorum causa prudentissime fecit sibi dari omnes scripturas, & capitula partium, & cum bonis verbis, & modis reduxit eos ad concordiam & igne cremavit omnes scripturas hinc inde productas, & noluit ipsas legere, neque legi, ne aliquid couitij in eis foret descriptum in vituperium eius, quod pateret alijs, ne exinde oriretur aliquod scandalum. Vnde sanctus Franciscus docuit predicari in genere, & non in specie. Similiter Christus, quoniam reliquit beatam eius genitricem iuxta cum pharisaeis & repertis dixit virgo ei, fili quid fecisti nobis, &c. Qui respondit, nesciebatis quia in his, quae patris mei sunt, oportet me esse, & magis appreciauit pharisaeos, qui habebant gradum quam beatam Virginem, ex qua ceperat carnem. non respexit Deus quod essent maligni & magni peccatores, sed quod erant in gradu sacerdotij. vnde propositum eos carni Virginis Mariae: quia si essent mille virgines Mariae, non possent consecrare Corpus Christi, unus sacerdos peccator poterit consecrare illud. Vnde quantum ad hoc ostendit dignitas & auctoritas sacerdotij: quia sunt vicarij Christi praefereudi carni beatissimae Virginis Mariae.

Septima stella diuinorum testimoniorum, quia omne verbum est testimonium Dei, quia Sol est testimonium. si est pulchrum tempus, est testimonium Dei. si pluit, est testimonium Dei: & quocumque creata reddunt testimonium Dei diuinorum operum, quia quocumque Deus facit, cum misterio facit: unum quantum magis homo est sapiens tanto magis contemplando de omnibus fingit sensum referendo omnia quocumque vidit summo opifici, & in omnibus uidet Deum esse trinum & unum. et quanto plus habes de intellectu, tanto plus habes testimonia de Deo. vnde sapiens extrahit de stultitia sapientiam, & testimonium Dei.

Octaua stella est cognitio mali, a quo tu debes praecauere. Attendite nos o domine, quae dimittitis filias vestras domi, & non ducitis eas vobiscum ad praedicationem, ubi addiscunt scire praecauere a malo & sequi bonum, dicite mihi

quae ueritatem, a quot malis praecauistis uobis in ista Quadagesima propter praedicationes, quas audiuitis? & hoc non fuit, nisi quia uos didicistis eligere viam bonorum operum, & vitare mala, iuxta illud, ignorans ignorabitur. et iuuenes sunt sicut cera, quae capit formam, quae sibi imprimitur. vnde caueas homo, quod ducatis eas, quando senes venient, quia sunt magis aptae ad diuina monita, quia non sunt induratae.

Nona stella est cognitio boni propter operari bonum propter Deum. & ut scias praecauere tibi a malo: nam audiendo bonum & praedicationes, tu addisces cognoscere malum & vitare illud, & sciendo & cognoscendo illud, quod est malum, tu vitabis illud & sequeris bonum. quot mala uitarentur, si homines cognoscerent prauitatem illius mali esse tanti praedicij, & periculi animarum, sicut est ignorantia, quae est maior amica, quam habeat diabolus, & tamen non excusat peccatum.

Decima stella est mens constans & firma, quia sapientis est esse constans in perseuerando in bono, & mutare propositum de bono in melius, & de meliori in optimum. Nam fatui qui incipiunt facere bonum, licet habeant tunc bonum propositum, non perseuerabunt, sed ibunt ad festa peccando. & portare incipient caudam, quam deponere nunc proposuerunt. & similiter taxillatores incipient facere taxillos. & macellatores vendunt eis ossa, ut possint facere taxillos. similiter frappatores, qui continent artem frappandi panos, omnes huiusmodi, & similes facientes istas artes damnatas, licet incipient habere bonum propositum, si non perseuerabunt sunt fatui & instabiles, & diabolus eos expectat. & caueat sibi uxores talium frappatorum & similibus, qui in talibus artibus perseuerabunt, quando sunt implicati. sis ergo constans, & in bono proposito perseuerans, quia sic faciendo consequeris gratiam Dei & firmaberis in bono proposito.

Vndecima stella est, quod quanto plus gratias tibi sentis, tanto plus te humilias, quam differentiam facimus nos inter praedari res spirituales, & praedari res temporales, & praedari Christum vel diuitias mundi, aut diuitias Dei. certe maior timor quam habeam in hoc mundo, est ne efficiar praedo, & vadam praedatum stracas, hoc est quod omnis gratia, quam Deus concedit nobis, illam attribuam sibi, & non attribuamus

A mus nobis . quia si attribuimus nobis gratias, quas habemus a Deo, nos prædabimur illas gratias Deo, quia si habeo aliquam bonam voluntatem, illam non ex me habeo, nec de Deo illam ex me perseverare habere, sed a Deo considerando, quod ex me nihil sum . Vnde quanto homo ascendit in diuitijs hominibus & fama, tanto magis incurrit periculum, quod non efficiatur prædo . hinc est, quod lucifer fuit præcipitatus de summo ad infima, quia noluit se humiliari Deo : sed voluit furari gloriam Dei creatoris sui . & ideo perdidit gratias infinitas, & fuit humiliatus vsq; in profundum abyssi .

B quanto ergo plures gratias habeas diuitias & honores, tanto magis fac te humilior rem & cognoscas te, siue sint gratiæ temporales, siue spirituales .

C Duodecima stella est discretio inter bonum & malum significata per Benjamin, qui interpretatur discretio boni & mali, qui de xij. fratribus fuit vltimus scire quid potest habere : quia antequam possit reperiri medium, nam discretio inter bonum & malum est vltima & præcipua virtus, & vltimum istius discretionis multum laboratur, quia quando itur nimis sursum, quando nimis deorsum, quando nimis late, quando nimis stricte, quia virtus cõsistit in medio, quæ cum difficultate potest quæri & quæ sita seruari eodem calle . & multotiens rumpitur caput animæ reputantis fore indiscretionem illud, quod foret melius discretionis, & foret discretio discretionis. probo p scripturam. Vide librum Iudicum: vbi vult, quod sint duodecim iudices ad tollendū populū de manibus alienigenarum & paganorum. vult dicere, quod significat istas xij. stellas, scilicet virtutes suprascriptas, quæ cõsistunt in vera cognitione Dei, quæ cognitiones Dei sunt xij. & producent infra scriptos effectus in anima .

D Primus, quia adducit te ad poenitentiam & cognoscas quod Deus uocat te per poenitentiam .

Secundus, quia uocat te ad gratiam per eius misericordiam .

Tertius, quia ostendit te non videre .

Quartus, quia cauet te de periculo, per eius manum .

Quintus, quia cognoscas quod tibi augmentat gratiam per gratiam, per eius misericordiam .

Sextus, quia cognoscas, quia te releuat a peccato per suam misericordiam .

Septimus te acceptat p suā misericordiā

E Octauus, quia tibi parcit per eius misericordiam .

Nonus, quia obliuiscitur tuorum peccatorum per suam misericordiam .

Decimus, quia gratiam tibi datam conseruat per suam misericordiam .

Vndecimus, quia tuam animam per Dei misericordiam tibi seruet .

Duodecimus & vltimus tibi dat gaudia paradisi, & frui se ipso Deo per eius misericordiam .

Secunda pars principalis.

C Ape gratiam Dei subsequenter . Et sanctus Iohannes scribit, quod gratia Dei tria facit operari .

Primum affectum gratiosum .

Secundum affectum laboriosum .

Tertium affectum gaudiosum .

Primum significat habes in utero, vult dicere quod significat mentem grauidantē amorem Dei propter cognitionem, quam hēt de Deo. vnde cognitio charitatis Dei, est maritus, & uoluntas amans charitatem Dei, est vxor. Et quandoq; maritus est melior, quam sit vxor, quandoque vxor est melior marito: quia quandoque erit uoluntas bona, sed non erit intelligentia, quia deficiet intelligentia. et qui non intelligit, non potest amare, quod non intelligit. quādoq; erit intelligentia, sed deficiet uoluntas . sed quādo coniungitur bona uoluntas cum intelligentia, tunc anima ingrauidatur lumine ueritatis, & tunc incipit facere operationes bonas & parit filium masculum . vnde expedit quod interfit gratia .

Secundo, quod addit affectus laboriosus a principio, licet ex post facto sit tibi lumē . et hoc est, quod dicit, & clamabat parturiēs & cruciabat ut pariat .

Tertio expedit, quod sit gaudiosus, & hic est fructus, quem parit, iuxta illud, mulier cum parit, tristitiam habet. s. etiam cum peperit. sequitur gaudium, quia natus est puer in mundo. vnde in bene operando a principio sit fatigosum, sicut in dando eleemosinas videtur durum & fatigosum in principio, sed postea parit fructum gaudiosum, & sic in consistendo, & sumendo Corpus Christi: quia quādo non es solutus, videtur fatigosum: sed cum feceris, tunc efficieris totus gaudiosus .

Sequitur secunda misericordia, quæ dicit infernalis, & est proximum desperans . & do tibi tria signa de istis desperatis . Primū est in

A est in illo, qui male uiuit & sperat in Deo, & putat quod Deus det sibi contritionem in eius morte. vnde Eccles. 4. c. Noli dicere o peccator, quod misericordia magna est, quia non minor est iustitia. sed si bene uiuis & uirtuose, in fine Deus dabit tibi gratiam contritionis . vñ sanctus Paulus dicit, nihil mihi cõsciū sū. Et Dauid, ab occultis meis munda me, & ab alienis parce seruo tuo . Nam & seruus Dei recte uiuens, semper timet & dubitat de hora transitus . et tu o peccator, vis condere male operando in Deo, & speras saluari ita de leuid conuertere ergo & de cetero auerte a malo cum proposito bene uiuendi, & sic Deus miserebitur tibi, & dabit tibi gratiam ueræ contritionis, sed finaliter vitam æternam. Secundum signum, quia sunt aliqui detractores qui non solum nolunt bona facere, sed interrumpunt alios volentes facere bonum, sicut si aliqua domina uellet deponere vanitates & caudas, vna alia indibolata reprehenderet eam, & conabatur remouere ipsam a bono proposito : tales possunt dici desperati. & si esset aliquis uolens detrahere verbo diuino, quod nobis prædicauit p Dei gratiam, iste talis esset in isto gradu desperationis. & nolite sibi credere, maxime quia

B si tibi uideatur in me in aliquo maledixisse, ueniat ad me & dicat mihi charitatiuē, quia si male dixero, uolo publice me emendare aliquantulum. Sed postquā recessero si maledixerint mihi censeatur detractores potiusquam ueridici. si aliquis prædicaret contrarium eius, quod prædicauit nobis, subito audientes recedant a talium prædicationibus. & si mihi scribitur quod aliquis prædicet contrarium eius quod uobis prædicauit, subito huc accedam, ubicunq; fuero, ad defendendum uerbū Dei, & si male loquutus fuero, me ipsum coram omnibus emendabo, & prædicabo contrarium eius quod male dixerim . Sed uolo uobis dicere unū, qd nunquam fui in aliqua ciuitate, ubi prædicauerim tot subtilitates & ueritates sicut in hac uestra ciuitate, quia alibi nō fuisset ausus illas prædicare. & hoc quia fui intellectus a probissimis Doctoribus, & ualentibus uiris, in omni facultate, & alibi non fuisset ita intellectus. & uidentes credidissent me dixisse multas hæreses doct. & indoct. me tenere . Et credo quod sanctus Antonius ptector uester impetrauit a Deo quod ego uenirem ad uos, quia quod locutus sum, non ex me, sed ex Deo est. et si quis contradicret, non audiatis eum, quia pro-

C prierunt spiritus diabolici, maxime offendendo me ad supradicta .

D Tertia generatio est signum, quia uolo dicere omnibus indebite tenentibus aliena bona, uel per usurariam prauitatem, uel per symoniam, aut prædariam &c. & non uult reddere, certe ille talis induratus perseuerando & tenendo est desperatus. Et ideo ecclesia prohibet usurarios, & alios taliter morientes sepeliri in loco sacro, sed faciat eos proijci ad alium locum, ubi bruta animalia proijciuntur tanquam desperatos. de usu. c. 2. li. 6. Sed ad exhortationem talium desperatorū usurariarum & prædatorū, & symoniacorum, & tenentium aliena indebite, uolo dare unum exemplum, & similitudinem ipsi. Erunt quinque in una barca & uolunt ire ad ciuitatem Venetiarum, & barca submergitur in flumine. vnus scit natate, exit flumine totus balneatus & terrificatus. Secundus cõlabitur infra aquā, & capit se vni ligno. Terti⁹ magis labitur modo supinus, modo resupinus & tandem apprehendit unum ramunculum ualde debilem. Quart⁹ uero magis ruit per aquam bibendo plusq; uelit & pur apprehendit se vni spino subtili. Quintus autem petit fundum & suffocatur . & sic sunt quinque differentiæ inter eos, qui tenent bona aliena indebite & iniuste quæsitā, quia aliqui restituum aliena subito, & isti euadunt periculū fluminis infernalis. Aliqui uolunt saluare animam suā & tamen non restituum illud, quod possent, sed de mille denarijs quos reddere debent restituum in diuersis temporibus & nō omnes simul, & subito isti tales non sunt abfoluti, & moriuntur in peccato mortali, nisi restituant: & sacerdos non debet tales absolueri, nisi restituum & admoneant de restituendo, & isti sunt similes illis, qui se tenēt, & stat suspensus ramiculo, quia stant in periculo mortis æternæ. sed adhuc possunt saluari. Quartus est similis illi, qui stat apprehensus spino, qui disponit restituere in 50. annis, adhuc est minus malum, quā uolle reddere quicquam, quia interim posset sibi uenire vna uoluntas de restituendo oīa simul & semel, & hic etiam potest saluari. Quintus est totaliter desperatus, quia submersus necatur, quia est induratus ad fenendum toto tēpore suæ uitæ usque ad mortem, & nunquam restituit etiam moriendo, & sic submergitur in flumine ignis infernalis .

A *Tertia pars principalis.*

Tertia misericordia est proximi parcere. Est ne aliquis viuens, qui habeat inimicitias auscultat peccator dicta, q̄ dicā cordialiter. et considera in hoc tria.

Primum est, cui debet parci.

Secundum, quid debet parci & remitti.

Tertium, quare debet parci.

Dico, quod primum est, cui debet parci.

Et respōdeo quod generaliter tu debes parcere omnibus, qui te offenderunt per omnem iniuriam tibi factam.

B Secundum est, quid debet parci. & super hoc nota tria damna, quæ dantur proximo. quia aut est damnum spirituale, aut corporale, seu personale, aut reale, scilicet uel per tinet animæ, uel corpori, aut rebus. Primū spirituale, uerbi gr̄a, si tu defamasti aliquā personam, ille debet tibi parcere, si tu quæris ab eo veniam, quia tu teneris petere sibi veniam, si ille sit quod tu defamaueris ipsum. sed si ille ignorat, quod defamaueris eum, tu non teneris petere sibi veniam propter scandalum sibi euitandum, saluo si aliquis esset inculpatus de eo, quia tu qui defamasti, teneris accipere culpam illam super te, & disculpare infantes. sed si defamasti

C aliquem, uadās ad eum & quære sibi veniā. Corporale damnum, quia si occidit tibi patrem, fratrem uel filios, parce sibi. damnum uero naturale, seu in rebus, & in bonis illatum est, quia tu debes habere ab alio, qui nō potest soluere, tu teneris sibi remittere & ei parcere. sed si facit tibi iniuriam extorquendo a te contra ius bona tua, uel per rapinam, uel per uisuram, aut furtum, tu teneris sibi parcere iniuriam, si non teneris sibi dimittere tua bona, nisi ille non esset soluendo, quod est contra illos, qui tenent homines pauperulos incarceratos non habiles unde soluant.

D Tertium est, quare tu teneris parcere, multis rationibus. Prima ratio est, iustitia quæ poscit: quia sicut tu uis tibi parci, ita teneris, iuxta illud dictū, lance laude iustitiæ requirente etiā alijs parcere. quia eadē mēfura, qua metimini alijs, metietur & uobis. quia quanto plus distribues de charitate in hoc mundo, tanto plus recipies in alio, iuxta illud, Centuplum accipietis & vitam æternam possidebitis. & si non parcis alijs Deus adimplebit contra te, quod in Euangelio dixit de seruo nolente parcere cōseruo suo, cui dixit: uade serue nequam, &c.

Secunda ratio, quia nos sumus membra ad

inuicem, & sicut membrum adiuuat mēbrū.

E Ita nos debemus adinuicem nos iuuare, & parcere vnus alteri. & sic accidit quandoq; quod homo signando se percutit cum manu sua in oculo & offendit oculum, & nihilominus oculus non cupit manū illam abscindi, imo parci sibi, nec uolet ipsam manū pati, licet oculus perderetur. Ita licet tu offenderis ab aliquo tu debes sibi parcere tāquam membro tuo: quia ut dixi, omnes nos sumus membra Christi ad inuicem. Tertia ratio, quia parcere alijs, non procedit a pusillanimitate, sicut aliqui uetosi, & fatui dicunt, imo procedit a magnanimitate, & nobilitate animi. Nam tu nunquam uidisti **F** aquilam capere muscas, neque leonem capere murem. quod uult dicere, quod animus magnanimus, & realis, non curat de istis murmurationibus, quæ cunctis solent dici de his qui remittunt iniurias dicentes, quod est magna uerecundia dicere pro tantis. quia tales bubulæ, & murmuraciones non sunt appreciandæ a magnanimo. Nam si in hac ciuitate esset vna muliercula murmurans, & spernens Imperatorem, aut Regem Franciæ, & propterea Rex Franciæ, uel Imperator moueretur cum suo exercitu, & uisceretur de ista muliercula: nonne omnes merito trāssarentur de eo? sed quia magnanimi est, spernere ista talia, & parcere, ideo de talibus non est curandum, iuxta illud, Parcere subiectis uelle iuuare piū ē.

G Quarta ratio est, quia parcere & iniurias remittere, est opus pium & misericordiæ, quia melius est parcere, quam ire ad funera & sine magno dispēdio tu potes parcendo alijs acquirere vitam æternam: quia oratio, quā dominus noster Iesus Christus docuit discipulos dicit, & dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitorib⁹ nostris. & sic dicendo Pater noster, & nō parcendo, tu peccas. & non dicendo Pater noster, etiam tu peccas. et ideo dimittite, & dimittetur nobis. **H** Diligite inimicos uestros pro persequentibus, & odientibus uos, dicit dominus. et ipse dominus noster pendens in cruce orauit pro crucifigētibus eū dicens, Pater ignosce eis, quia nesciunt qd faciūt. Exemplum enim dedit nobis, ut quæ admodum ipse fecit, multo magis & nos facere debemus. unde dum vnus Castellanus in Hispania interfecisset filium vnus Baronis, & foret obsessus cum multis gentibus ab illo barone, cuius filius fuerat percipus ita & taliter quod defectu uictualium non poterat amplius se tenere. ipse se nudum

spoliavit

A spoliavit & posuit sibi ad collum unum capistrum, & vnā crucē de ligno super humeris, & solus extra suum castrum exiuit: & isto modo recto tramite iuit ad tentoriū Baronis offensi, & coram eo se genuflexit misericordiam postulando, et dicens, dñe mereor oē malum, & me reddo tuæ misericordiæ magnanimitate. ergo princeps misere mei per illum crucifixum, qui pependit sup ligno istius crucis. At ille Baro magnanimus hoc audiens inquit, ex quo perdidisti filium meum, & ita humiliter misericordiā petit, pro Deo non perdam animā, & liberaliter parciuit sibi et magno exercitu suo relicto offensore in castro suo repatruuit. &

B intrans coram Barone crucifixus lugens in cruce affixus inclinauit illi Baroni omnibus astantibus ad uidendum reddere sibi gratias, quod eius amore pepercit illi, qui offenderat eum. simili exemplo, dum quidā interfecisset vnū, tunc relicta eius vxore pregnante, quæ peperit filium Mariæ: quidam creuisset & homicida, qui fuerat banitus propter mutationem status illius ciuitatis repatriasset & conuersaretur cum illo iuuenē filio quondam occisi: Quidam dixit illi iuueni, o stulte si tu esses sapiens, tu non appropinquare illi, quia ipse suis manibus occidit patrem tuum. Et ille iuuenis mox

C ueniens domum dixit genitrici suæ: Mater ego admiror ualde, quod nunquam dixistis mihi, quis fuit ille qui interfecit patrē meū. Ego omnino uolo quod dicatis mihi, quis eum interfecit: & mater plorans dixit, o fili mihi, rogo te noli curare scire. & tādē uidēs pur filium dispositum scire dixit: fili mi, fuit talis: sed rogo te dimitte uindictā Deo, qui est iustus ultor. unde iuuenis iste quæsiuit opportunitatem uindicandi mortem paternam, & una die Veneris sancta ca ptis armis insultauit eius inimicum inermem, & euaginato ense dū uellet illū percutere, suus inimicus dixit, ego nō possum euadere mortē, sed rogo te amore illius, qui hodie pependit in cruce, ut mihi vitam largiaris. et iuuenis ille dixit, tu taliter me ligasti, quod non possum dicere contrariū. uade ergo in pace, quia amore Christi tibi vitā dono. et depositis armis & rancore in trauit ecclesiam, & dum diceretur officium & ostensa cruce & posita in terra, ut mos est, quam omnes uadunt ex deuotione osculatū, Iesus Christus spiccat⁹ a cruce apparuit magn⁹ in forma humana, sicut erat, quando fuit crucifixus cum plagis sanguinolentis, apertis manibus iuit omnibus vi-

E dentibus ad locum ubi erat ille iuuenis, & amplexatus fuit eum, & conuersus fuit in cruce in materia ærea, sicut prius erat. inde notandum est, quod nullum opus uere potest fieri magis quam parcere suis inimicis, nec aliquid est, quod tantum placeat Deo sicut exercere opus tantæ charitatis contra suos inimicos amore Iesu Christi. Simile fuit in comitatu Florentiæ, dum vnus obuiaffet cuidam suo inimico soli, & inermi in quadam via, unde nullo modo poterat euadere, ille nobilis exempto ense irruit super eum, dicens, modo non potes euadere, modo faciam uindictam meam de te, proditor nequam. & ille uidens se male paratum prostrauit se in terra dicens, **F** o amore Iesu Christi, qui pependit in cruce pro te, & tua salute, dimitte mihi offensam tibi illatam. & ille subsistens inquit, surge quia adiurasti me per illum, qui me creauit, eius amore tibi parco, & duxit illum secum ad uillam, ad eius palatium, & dedit sibi cœnam, & hospitium in bona charitate, & pepercit sibi. & facto mane, dum intraret ecclesiam crucifixus inclinauit se illi. & ita usque in hodiernum diem apparet, propter quod nobilis ille sumpsit monasticum habitum, & factō prelato monasterij Deo seruiuit, & est **G** sanctus. Disce ergo parcere alijs, ut misericordiam ualeas, consequi a Deo, quæ nobis concedatur, amen.

INDIE MARTIS
post Pascha.

De amore glorioso.

Sermo XLIX.



Hec quam bonum, & quam iucundum fratres habere in unum. psal. cap. 11. Ad euidenciam dicendorum nota tres glorias, quas habet anima glorificata in paradiso.

Prima est gloria substantialis. ibi, ecce quam bonum. & ista datur in prēmium aīe.

Secunda est gloria consubstantialis. ibi, & quam iocundum. & ista datur in prēmium corpori.

Tertia est gloria accidentalis. ibi, fratres habitare in unum. Et ista datur utrique, corpori & animæ.

Prima

A Prima pars principalis.

Capio primam gloriā animæ, quæ est substantialis. i. de substantia animæ. vnde nota, quod anima habet tres potentias. scilicet intellectum, voluntatem, & memoriam. et anima beata habet gloriam secundum capacitatem meritorum, cuiuslibet istarum trium potentiarum. Nam intellectus cognoscit bonum a malo, iustum ab iniusto, &c. Et iste intellectus idem est, quod ratio, & vivit per medium fidei, quæ fides conformat ipsum intellectum. Item habemus voluntatem, quæ delectatur in amando id, in quo ponit desiderium suum, & suum amorem. et ista voluntas conformatur per charitatem in amando Deum, proximum, & se ipsum.

Item habemus memoriam, quæ consistit in essentia animæ, & ista memoria conformatur per spem, & delectatur sperando possidere Deum. Et sic habemus tres virtutes Theologicas. scilicet fidem, charitatem, & spem. Ex quibus anima glorificata formatur, secundum ipsius animæ tres potentia suprascriptas. quia intellectus meretur per fidem, voluntas meretur per charitatem, & memoria meretur per spem. quæ tres potentie animæ, consistunt in scire, velle, & posse. hæc æquiparantur tribus personis divinis: patri, filio & spiritui sancto. Et prædictæ tres virtutes Theologicæ coniungunt nos cum Deo. & fides est medium inter voluntatem & memoriam, & inter charitatem & spem: quia qui habet fidem indubitam, necesse est ut habeat spem futuræ beatitudinis, quia fides est sperandarum rerum, &c. & ubi charitas est, ibi amor est: & ubi est charitas & amor, ibi Deus est. quicumque ergo credit in hoc mundo, cum fide, spe, & charitate, in alio mundo gaudebit Deo per meritum fidei cum intellectu, videndo Deum facie ad faciem.

Consistunt in scire, velle, & posse. hæc æquiparantur tribus personis divinis: patri, filio & spiritui sancto. Et prædictæ tres virtutes Theologicæ coniungunt nos cum Deo. & fides est medium inter voluntatem & memoriam, & inter charitatem & spem: quia qui habet fidem indubitam, necesse est ut habeat spem futuræ beatitudinis, quia fides est sperandarum rerum, &c. & ubi charitas est, ibi amor est: & ubi est charitas & amor, ibi Deus est. quicumque ergo credit in hoc mundo, cum fide, spe, & charitate, in alio mundo gaudebit Deo per meritum fidei cum intellectu, videndo Deum facie ad faciem.

D Item fruatur Deo per meritum charitatis uolendo quod ipse Deus vult, amando quod ipse Deus amat, & nil aliud, adeo quod si pater tuus esset damnatus, tua voluntas esset ita conformis bonitati diuinæ, quod tu esses valde lætus, nec velles ipsum saluum fore. Item contempletur Deum per meritum, spei speculari in sempiterna diuinitate memorando, quod Deus est infinitus, & ipsius animæ foelicitas est circularis, & sine fine, ex quo memoria recipit ex hoc summam foelicitatē in recolendo, quod sibi dabitur possidere Deum per secula infinita.

E Deus ergo omnipotens, ita ordinavit quod in paradiso ista premia darentur in paradiso animæ felici. scilicet præmiū intellectus in videndo Deum facie ad faciem. voluntatis in possidendo ipsum cum charitate infinita. & præmiū memoriæ in gaudento, & videndo ipso Deo. vnde nos habemus tres scalas ad eundem visum faciem Dei, & id quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec ascendit in cor hominis.

Prima scala est natura corporalis, quæ est valde longa: nam incipit in profundo, & ascendit usque ad rationalem.

Secunda est rationalis, quæ etiam est longa, & ista ascendit vsque ad spirituales.

Tertia scala est spiritualis. & ista est de natura Angelica. et quot sunt Hierarchiæ & ordines Angelorum, & quales & quot, & de eorum officijs. &c. Vbi contemplando applicatur ad visionem omnipotentis Dei.

Dico, quod prima scala est de natura corporali, quæ est una scala, per quam tu potes ascendere per gradus ad contemplandum Deum, & sunt infiniti gradus. Vnde tu o anima, quæ vis habere notitiam Dei, disce ascendere scalones huius pulcherrimæ contemplationis diuinæ. & primo considera ista naturalia & grossa, quæ tu vides, palpas, comedis atque tangis.

G Primus ergo gradus supradictæ scalæ naturæ corporalis, & rudis, est terra, quæ est ita opaca, & de sui natura obscurissima, ascende eius gradum, & considera lapidem primo qui est res insensibilis & inanimata. Considera ergo, quot genera lapidum sunt in orbe, & quot gemas producit terra diuersorum colorum, visu delectabilem, cum diuersis & mirandis virtutibus. Considera aurum, argentum & diuersorum metallorum genera, & tot aromata, quotq; organa lauti, simphonix, citharæ. & genera infinita producentia, tam dulcem, & canoram armoniam. & tamen nil aliud sunt quam terra.

H Ascende ad considerandum animata; & primo considera quot diuersitates plantarum, herbarum & arborum, quæ habent animam vegetatiuam. Considera varietates florum, rosarum, fructuum, & odorum & mirabilem virtutum in eis insitarum, atque sanctorum diuersorum, secundum diuersitatē naturarum suarum. & nihil aliud sunt quā terra. Ascende etiam ad bruta animalia, quæ habent animam sensitivam, & vegetatiuam. & vide quot sunt diuersitates specierum & generum istorum animalium, & naturarum suarum, & qualiter viuunt, & de quibus viuunt.

& quod

A & quod vnum est in gradu perfectius alio, & pur in consideratione istorum, quæ dicta sunt, intellectus humanus non sufficeret cuncta rimari, quæ in his essent consideranda: & tamen nihil aliud sunt quam terra, & de terra. Et vides quod ista terra est vilis elementum quod fit: & producit tot & tā pulchra, & grandia & admiranda.

Ascende secundum gradum istius scalæ corporalis & naturalis, & contemplare naturam elementorum. scilicet filius terræ, & quæ generantur & producuntur ex ea, aqua, & quot quanta & qualia, & quot diuersitates generum, specierum, et maneriorum piscium, &

B animalium generantur, et viuunt in ea. et modus viuendi, quia est unus stupor imaginatu. Considera etiā quod aqua est decies subtilius & nobilius elementum, quam sit terra: et aer est decies subtilius, & nobilius elementum quam aqua. Et ignis similiter est decies rari⁹ & nobilius aere. et sunt inter se diuisa ista elementa, quia terra grauis & sicca et frigida est: Aqua est frigida, grauis et humida: Aer & ignis se habent per oppositum ad prædicta. et vides quod ex istis contrarietatibus omnia corpora animata & inanimata, quæ continentur sub sideribus, sunt composita. et licet sint contraria, sunt in tā

C pace, charitate & confederatione nexus naturæ incorporata, quod semper quærunt simul stare, neque quærunt, imo abhorrent dissolui.

Ascende altioem gradum spheræ Lunæ, Solis & aliorum planetarum, & contempla re anima eorum pulchritudinē, & splendores et diuersas influentias, & eorum varietates & cursus circulares, cum quanto ordine positi sunt. & nunquam cessent rotare. et nulla in parte turbetur cursus eorum. Et solum unus minimus eorum assis uel rota, seu quid aliud egeat reparatione a tot circulis annorum citra, quo creata fuerunt illa corpora planetarum. certè ille summus opifex, qui creauit ea, debet esse magnus magister, & fecisse ea de perfecta materia, quæ nunquam deficit. Considera celos, qui etiā sunt corpora in ista scala comprehensa, & celum stellatum, & stellas fixas, et errantes, quam sint pulchra & decorata, ut nullus unquam fuerit philosophus, qui potuerit scire, de qua materia sit minima stella mundi & celum. Considera etiam celum crystallinum, quod est valde pulchrius celo stellato. eleua mentem altius et contemplare anima gentilis, quid, quale ve et quantum debet esse celum empireum, ubi est habitatio beatorum

E spirituum, quia est adeo pulchrum, & decorum, quod ingenium humanum non sufficit exprimere. Considera ergo, si debet esse pulchrum, quia si unus imperator vellet facere vnum palatium conueniens suæ maiestati & imperatrici, & filijs suis & suis aulicis, certè faceret ipsum pulchrius quā palatium mundi. Multo magis sine comparatione debet esse pulchrius celum empireum, quam alij coeli, et quam Sol et cuncta corpora supercoelestia lucentia sine aliqua comparatione, in qua est habitaculum imperatoris & domini, ac creatoris totius vniuersi, ac suæ reginæ genitricis virginis, & sponsæ gloriose et angelorum apostolorum ceterorumque spirituum bonorum. quia si esset possibile, quod oculus corporis humani posset videre vnum modicum illius coeli crystallini, non posset imaginari quod nedum anima, sed nec angeli, nec ipse Deus posset esse pulchrior.

Sed anima, volo quod ascendas secundā scalam naturæ rationalis, & considera animam rationalem, quia vna minima anima rationalis beata, est decies pulchrior quam sit Sol, quam sint stellæ, quam sit celum stellatum, et crystallinum, et aliquid quoduis corpus naturæ corporalis. Considera, quantum debet esse pulchra, cum sit creata ad imaginem & similitudinem Dei creatoris sui.

G Considera etiā, quia vna sola anima est tantæ magnitudinis, quod implet vniuersum orbem: & hinc est, quod anima rationalis non contentatur, si esset domina totius terræ, totius aquæ, aeris & ignis. Item non contentaretur, si esset domina Solis, Lunæ & omnium planetarum, et omnium coelorum & stellati & crystallini, nec satiaretur, si possideret omnes angelos: et nunquam quiescit, donec possidet et fruatur ipso Deo. In quo solo reperit suam quietem, et foelicitatem. et ideo ambit totum mundum, quia Deus vbique est, & oportet, quod ipsa anima ad hoc ut quiescat contenta transubstantietur ideo & efficiatur Deus participatio-

H ne. Et sic si tu ascendis ista contemplando sursum, valde approximas Deo. Si ergo vides mirabilem huius animæ pulchritudinem & magnanimitatem & eius conformitatem, quam ipsa habet cum ipso Deo, ipsa anima est sine comparatione infinitius pulchrior quam sint aliqua corpora naturæ corporeæ. et considera modo, quot sunt illæ animæ quæ fuerunt creatæ ab Adam citra, & quæ modo viuunt in hoc seculo, & quot futuræ sunt usque ad finem mundi, quæ saluabuntur quantum

A quantum sunt & erunt pulchræ, vt dixi. et vna est pulchrior alia in vno gradu, alia in duobus, altera in tribus, aliqua in quatuor, secundum eorum merita & bona opera rutilat magis una anima, quam alia coaduna quæ omnes istas animas beatas simul in paradiso quantum splendorem credis emittunt, quia vna minima anima beata relucet septies plus quam Sol. si ergo tot soles septies pro singulo lucerent plusquam Sol luceat: quot sunt illæ animæ lucentes septies plusquam Sol. quis posset enarrare gloriam tuam domine, mens hebes & intellectus deficit comprehendere inoprehensibilia tua

B domine, & memoria offuscatur.

Sed ostende altius contemplando tertiam scalam naturæ spiritualis. scilicet angelorum vitæ æternæ, quia cum tu attingis ascendendo unam scalam, tu vides Deum facie ad faciem. Vnde nota in hac tertia scala tres veritates.

Prima est de pulchritudine angelorum.

Secunda veritas est de multitudine angelorum.

Tertia est de distinctione ipsorum angelorum, qualiter inter se differunt ipsi angeli.

Dico primo, quod primus gradus istius tertie scalæ est de pulchritudine angelorum. Et dico, quod minimus angelus existens in

C vita æterna est decies pulchrior, quæ sit pulchrior anima, quam vnquam fecerit Deus, & quam anima sancti Iohannis Baptistæ, excepta anima Christi, & virginis gloriosæ, & licet dicatur Mat. 11. Quod inter natos mulierum non surrexit maior Iohanne Baptista: tamen, qui minor est inter angelos in vita est minor, eo valde. Et nota illud dicere, quod inter natos mulierum non surrexit maior Iohanne Baptista. Vult dicere quod Iohannis Baptistæ anima est maior omnibus animabus natis ex muliere: et Christus cauet se extraet, Virginem gloriosam occulte si bene aduertis suum eloquiū, quia dixit, non surrexit, quia nullus dicitur leuare seu surgere, qui non cecidit, sed quia Christus non cecidit in aliquo peccato conceptionis, nec actualis, & similiter beata Virgo: ideo non sunt in illa regula, quia non ceciderunt modo iam dicto. ideo non dicuntur surgere, sicut omnes ceteri homines qui ceciderunt, & cadunt ab Adam citra per peccatum originale. Tamen utrum beata Virgo fuerit concepta in peccato originali, ecclesia non dānat: Sed magis pium est credere, quod non fuerit in peccato concepta, quæ credere quod sic. Et dum pridie essem in monasterio carceris diocesis Paduanæ in illo eloquio cum

D quodam approbata religionis viro, dno fra- tre Bartholomæo de Sicilia ibi professo, reddidit mihi vnam pulchram rationem, quare non erat credendum, beatam Virginem fore conceptam ex peccato originali. dixit. n. mihi Danieli de Purgilijs, si bene perceperit: certum est quod Deus creauit Adā sine peccato originali ex limo terræ, deinde ex costâ eius creauit Euā, & sine peccato. Et certum est quod Christus incarnatus fuerit Deus & homo, & fuit maior quam Adam & Eva & maioris dignitatis. Et tantum interest inter eos quantum inter creatorem & creaturam. modo non est credendum, quod ipse filius Dei voluerit nasci ex virgine, & sumere eius carnem, quæ esset maculata, ex aliquo peccato originali. Imo credendum est, quod voluit sumere carnem ex carne purissima. et quod eius mater fuerit plusquam Eva & Adam, qui creati fuerunt sine peccato originali. quæ ratio mihi valde applausit. etiam quæsiui, si repererit in scriptis. Respondit quod non, sed sic meditando sibi in mente occurrit.

E Secunda contemplatio est ipsorum angelorum multitudo. Nam Dionysius in suo libro Hierarchie dicit, quod solum Angeli in paradiso existentes sunt plures quam sint stellas, quæ sunt arena maris, & terræ. quæ sunt folia & herbæ, & quam sint omnia quæcunque creata. vnde Mat. 19. dicitur: Angelis datis ad custodiam animarum loquendo dicit, quod angeli eorum in celis semper vident faciem patris, ad dādum intelligere, quod quilibet anima habet duos angelos: vnum Dei & spiritus: alium carnis, qui semper sunt contrarij. quia caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus vero aduersus carnem. Considera quot angeli debent esse, si infinitas est numerus animarum, & cuilibet animæ datur vnus angelus bonus, & vnus malus. Et cum fuerint ab Adā citra tot animæ cuius numerus est infinitus, & sint in præsentiarum in toto orbe, & futuræ sunt vsque ad finem orbis, quibus singulis dati sunt & dābuntur duo angeli, vnus bonus & vnus malus. Contemplare tibi ipsi suadendo, quot debet esse numerus angelorum. Et quidem cum anima consentit delectationibus carnis & peccat, angelus malus ridet & plaudet, & angelus pacis, & bonus mœret & dolet lugendo, videndo animam dānari. & quando videt angelus bonus animam resistere carni & adherere virtutibus, & Deo & saluari: tunc videt & iubilat, & malus angelus contristatur. Et non solum hominibus dantur angeli ad custodiā, sed Damascenus

in sua

A in sua prima parte. 10. c. dicit quod muscæ & pulices & formicæ, & omnes creaturæ, & omnia creata habent unum angelum, secundum species suas. Secundum Origenem, Augustinum, Thomam, & Damascenum, similiter et quælibet species pomorum & fructuum, plantarum & herbarum habet angelum suum, quia omnia per ipsum facta sunt. & est tanta sapientia in contemplantando essentiam vnus minimi pulicis & pediculi, quod humanus intellectus capere & intelligere non sufficit, neque potest qualiter ergo capies naturam angelicam & eius numerum incōprehensibilem. nec mireris de his, quæ tibi dico, quia tu vides in una curia vnus domini temporalis, quod quælibet res habet vnum superstitem & custodem. Nam vnus accipiter habebit vnus aucupatorē ad sui custodiam & gubernationem. Itē canes habebunt canarios suos sibi cum magna cura & diligentia attendentes. Itē qui habebit superstitē, & scutiferos & ragatios. Itē similiter habebunt magistrū & familiarē sibi attendentes ad custodiā deputatā. Itē erunt camparij sup vino, pistores ad panem deputati, coqui & scotti ad coquinam: pincernæ, domicelli, & sic de alijs quibuscunque rebus. & inter istos vnus erit reputatus maior quæ alius sicut varia & diuersa officia & honorabilia, ad quæ erunt deputati. et quilibet totis viribus conatur diligenter exercere officium suum, & regere & gubernare misteria, ad quæ sunt deputati gra sui domini. Multo ergo magis, & cum maiori cura & diligentia angeli ad nfarum aiarum custodiam deputati exercent officia sua, quantum interest inter ipsas aias rationales, & alia creata, quia omnia in sapientia fecisti bone Deus, & ut intelligas, sunt nouē ordines angelorum. scilicet Angeli, Archangeli, Virtutes, Principatus, Throni, & Dominationes, Potestates, Cherubim, & Seraphim. Et quilibet ordo angelorum est decies pulchrior altero, quia minimus Archangelus est decies pulchrior quæ vnus angelus. et vnus angelus virtutis est decies pulchrior, quæ sit archangelus: ordinis principatus est decies pulchrior virtute. & sic de alijs multiplicando pulchritudinē angelorum decies de ordine in ordinem. Item archangeli decies sunt plures quæ angeli. et virtutes decies plures quam archangeli, & throni decies plures quam sint virtutes, & sic multiplicando de ordine in ordinē sunt decies plures alijs. Considera modo, quis geometra sciret facere computum: quia si esset vnus vsurarius, qui mutaret vnus ducatū in rone quatuor solidorum in mēse, & cōtinua-

E ret istud lucrū, & lucrum lucrorū semper accumulando vsque; ad quinquaginta annos tenēdo semper firmū capitale cum ipsis lucris; ego audeo dicere quod non sūt tot ducati in tribus bonis ciuitatibus, quot eēt illi multiplicati ex illo vnico ducato illi vsurarij. et vos o vsurarij, dicitis quod usura non est peccatum. Mō videmus istā multiplicationē in ordine angelorum. & cape ordinē angelorum, & pone quod sint puri x. angeli in illo ordine, et cape sicut ordinē. scilicet archangelorum, qui sunt decies plures, & sic erūt centū. Cape tertium ordinē, quod sunt decies plures quæ archangeli, & sic erūt mille. Cape quartū ordinē, qui sunt decies plures tertio ordine, et sic erūt decē millia. Cape quintū ordinē, qui sunt decies plures quarto, & sic erunt vnus millionum. vnde sic multiplicatio tuus intellectus pur in hoc numero non sufficeret.

Tertia consideratio est contemplari eorum differentiam & distinctionē, quia sicut Doctores isti ordines angelorum sunt differētes specie: quæ sicut bos differt ab asino, ita vnus ordo specificē differt ab alio. Præterea in quolibet ordine angelorum, vnus angelus est decies pulchrior alio, verbi gratia: Secundus angelus est decies pulchrior primo, et tertius est decies pulchrior secundo, et quartus est decies pulchrior tertio. et si de alijs illi ordinis se per multiplicando decies de pulchritudine vnus respū alterius vsque; ad ultimū. Mō ordo sanctus archangelorum, se hēt ad primū isto modo, quia turpior archangelus, est decies pulchrior quæ vltimus pulchrior angelus: et sicut archangelus est decies pulchrior primo, & sic de alijs semper multiplicando vsque; ad ultimū archangelū. Et primus angelus tertij ordinis est decies pulchrior, quæ sit vltimū pulchrior archangelus, qui est decies pulchrior alijs, & sic multiplicando per singulos ordines angelorum, vsque; ad vltimū Seraphim. Considera aia primo pulchritudinē terræ, & creaturarū de terra, sicut lapides preciosos, aurū, argētū, colores, sapores, &c. Considera aq̄, quæ est decies pulchrior terra, & aerē decies pulchriorē aq̄, & ignē decies pulchriorē aere. Considera stellas & planetas, quæ vnus est decies pulchrior altero, sicut celos, quorum vnus est decies pulchrior altero. Considera animas, quantum sint pulchiores ceteris illis corporeis, et vna pulchrior altera. Considera etiam pulchritudinē angelorum, & quantum vnus angelus in ordine, & specie sua sit pulchrior altero, & quantum vnus ordo sit pulchrior altero. et sic discurre de vno in alium, & de ordine in ordinē, & videbis mirabiles pulchritudines

A & incapaces nostro humano intellectu. Sed quid dicendum de pulchritudine Dei & creatoris omnium creaturarum & angelorum, in cuius pulchritudine respectu predictorum comparatio nulla cadit, nec cadere potest comparatio, quia ipse Deus est tantae pulchritudinis, quae mens humana stupet & deficit imaginari et memoria timet ne deficiat in recordando, quae finitum non potest comprehendere infinitum. Vnde fratrem Iacobonum dicere possumus: O infigurabile luce, qui te potest figurare, &c. Contemplare anima, quantus splendor rutilantis decoris debet esse in aula illius summi imperatoris, & quanta beatitudo. & tu anima per unum modicum fidei poteris videre ipsum Deum facie ad faciem, sicut est, & frui ipso Deo. & sic per medium fidei habebitur premium visionis maiestatis divinae, & istud est primum premium substantiale datum animae. scilicet videre Deum. Tu ergo anima contemplantur cum Paulo dic, nostra conversatio in caelis est: et similiter per istas scalas contemplantur ascendis ad videndum Deum, quem debes possidere per medium spei. Vnde Paulus, sic currite, ut Christum comprehendatis, per spiritum faciendo sicut fecit Magdalena, quia primo vidit Christum. & secundo ipsum apprehendit, & tenuit eum. vnde fuge dilecte mi, ut anima sequatur te & teneat te. Tertium premium datur animae per voluntatem, ut gaudeat in amore diuino, quia sicut in hoc mundo habuit charitatem & amoris Dei, in huius premium in patria pereniter gaudebit in ardore charitatis Dei. & in ista premia nunquam deficient animae, secundum suas tres potentias. & sic potest ascendere alias tres scalas ascendendo per istas tres potentias animae, & earum premia iam dicta. Ascende primam scalam. Et oportet quod intelligat ista spiritualia per grossa exempla corporalia. Vnde de unum rude exemplum. si tu haberes in vita praesenti unum ducatum talis conditionis & naturae, quod tu possides eum expendere pro omnibus tuis necessariis milies in die & semper reperires illum in tua bursa, & cesses certus quod nunquam tibi deficeret, & quod nullus possit ipsum tibi auferre, quantum haberes ipsum carum. certe credo quod valde. Sed si tu haberes decem milia huiusmodi. certe credo quod multo plus caripederes. Sed si efficeris dominus totius Libanidarum cum pacto & certitudine quod nullus possit tibi rebellare, habendo illos ducatos cum conditionibus superscriptis: certe adhuc esses magis contentus, sed plus si tibi daretur imperium uniuersi orbis cum hac certitudine, quod nullus unquam possit te repellere, & ha-

beres thesauros totius mundi & cessanter cum hoc quod tu nunquam deficeres, neque moreris & nunquam senesceres, neque sentire aliquod incommodum, neque dolere. certe tu recusares alium velle paradisum. Sed si ultra praedicta tibi adijceretur imperium quatuor elementorum cum omnibus quae intra se continent, & solis, stellarum & planetarum, ita ut facerent cursum suum pro tuo libito voluntatis, & faceres dies & noctes longas & breues, secundum tuam bonam voluntatem, & quod plus est, si haberes dominium caelorum, & stellati & crystallini, & caeli empirei, & omnium corporaliu. certe tu secundum omnium reputationem esses magnus dominus. Sed ascende secundam scalam spiritualium. Sed si adhuc retinendo dominium superscriptorum & totius naturae corporeae dominari, & possidere angelos, & archangelos, Corpus Christi, et beatam Virginem: certe tu reputareris quasi ab omnibus alter Deus. Sed dico tibi, quod certe tu es bene gaudens. Sed si a Corpore Christi infra omnia possideres, tu non haberes felicitatem nisi possideres ipsum Deum. vnde Paulus dicit, currite, ut comprehendatis Deum. o Mundantie o Mundantie cecissime, tu es bene bassus & depressus in fetore stercoreis tui desiderij, auaritia, luxuria, & superbia, ut pro vna vilissima re & cupidine denariorum, carnalia, & elationis uelis perdere tota premia tibi promissa & dominium omnium creaturarum & possessionem & fructum ipsum Dei. et tu o, o, o mulier imbrotata & caudata cum tuis capillis posticijs & machagonis, ac caducis vanitatibus, surge, eleua mentem tuam, & considera, quanta cecitas te comprehendat, & emenda vitam tuam, & adhaere uirtutibus ut possis ascendere istas scalas visionis diuinae bonitatis. Considera premium animae, quod consistit in eius uoluntate ardētis charitatis Dei. Et certe tu poteris comprehendere quanta debet esse eius animae felicitas in paradiso, dum est submersa in puteo ardentis charitatis diuinae per ista exempla grossa naturae corporalis, quia tu uides quantum gaudeat & affectent ista corporalia stare simul & appetere semper durare & perseverare naturaliter in suo esse, in tempore, quod etiam uidetur quod insensata corpora habeant istud desiderium. quia si tu rumpis unum lapidem, uel unum lignum, uel aliud edificium compositum, & colligatum adeo amant stare, & sic in suo esse perseverare & durare cum suo principio, quod frangendo uel illa ab inuicem separando, uidetur murmurare & clamare, & faciunt magnum strepitum, ac si fletent & dolerent, pro eorum separationem

A rationem & dissolutionem, & iste amor stardi, & perseverandi est in serpentibus & scorpionibus venenosis, & cuiuslibet rei, quumcumque; pessime & venenose. Si qugeres aquam, quae est tua delectatio, dicet, mea delectatio, & impius est mare & stare in unione. Si quæris aerem, ubi est delectatio tua. Rudebit, stare unum in sphaera mea. hic est quod ignis semper ascendit usque ad sphaeram suam, & ibi contentus quiescit & non vadit ultra, quia ibi reperit desiderium sui centri, in quo delectatur. ite cuncta aialia gignunt, & capiunt delectationem in generando & multiplicando, ut augeant & conferuent species suas in genere suo, & totum suum studium est in bibendo, comedendo, generando: & in omnibus gaudijs suis pro amore & desiderio conseruandi se, et spes suas. Sed si tu haberes omnes delectationes omnium aialium simul conglutinatas in te, quas sentiunt in se in bibendo, comedendo, gignendo, gaudento, catando, tripudiando, & omnes delectationes quas faciunt & facere possunt, in effectu quod esset respectu gaudiorum super caelestium. Sed ascende altius: volo quod tu habeas aiarum delectationes, et omnium angelorum: non dico quas habent in Deo, sed in se et inter ipsos sunt certe magna. Sed quid credis, quod sunt omnia ista gaudia omnium creaturarum, et aiarum beatarum & spirituum electorum, quae inter se habent respectu delectationis coicae in Deo, & cum ipso Deo. & certe nihil sunt. et consideram bene, quia tempore interest inter ista gaudia creaturarum & creatoris, quantum interest inter ipsas creaturas, et ipsum creatorem. et tu, o pessime usurarie & auare, si tu haberes miliones mundorum cum omnibus quae intra se continerent, tu nihil haberes cum omnibus delectationibus tuis, respectu delectationis amoris charitatis diuinae. & pro modico lucro perdis tempore gaudium & tantam possessionem, quantum est Deus omnipotens. Tu ergo anima inamorata amore diuino ascende cantando, et iubilando dicens, Anima peregrina che d' amor senti el zelo, tendi le ale al cielo, e de volare non finar su l' alto monte. Ascende doue l' amor t' aspetta. Como facto ta cende. E uerso de lui in fretta tosto sposa diletta. Et dulce sposo abraza. E co lacrimosa facia dinanti a lui t'inchina.

Secunda pars principalis.

Videamus modo premium & gloriae corporis, quae est consubstantialis, quae notatur in secunda parte nostri the-matis ibi, et quam iocundum est et secunda pars principalis praedicationis nostrae. In qua

secunda parte notatur tres contemplationes.

Prima est, qualiter est ornatum corpus glorificatum. Secunda est, quare est ita premiata.

Tertia est, in quo est ita exercitatum.

Primum contemplari est, qualiter corpus beatum est ornatum. et de hoc nota tres veritates.

Prima est sui corporis ornatus.

Secunda est suae pulchritudinis fundam.

Tertia est suorum sensuum corporeorum dotes.

Dico quod prima ueritas est de corporis ornamento. ad quod nota, quod corpus sanctum habet quatuor ornamenta.

Primum ornamentum est, quia est splendidum.

Secundum ornamentum, quia est totum impassibile omnis infirmitatis.

Tertium ornamentum, quia est agile, & in nullo fatigabile & ualde leue.

Quartum, quia est penetrabile sine alicuius rei resistentia.

Dico quod corpus beatum primo est splendidum & lucidum septies plusquam Sol. vnde Mat. 10. c. Fulgebunt iusti tanquam Sol in regno patris eorum, & non dicit ultra. et equi parat Soli, quia non est dare rem visibilem, pulchriorem et lucidiorē Sole in hoc mundo.

Secundus eius ornatus est, quia corpus glorificatum est totum impassibile, ab omni infirmitate et alteratione liberum, et in nullo te fatigabit. Ideo in hoc mundo bene labora & ipsum fatiga. Et in sudore vultus tui uesceris pane tuo. si in futuro in nullo te fatiget. Vnde Paulus oportet corruptibile hoc ut efficiatur impassibile, & immortale.

Tertius ornatus corporis est, quia erit in patria agile, et erit ita leue, quod in uno momento profiliet de vna parte paradisi ad aliam partem, et de vna parte mundi ad aliam, & de caelo in terram. vnde Sap. 3. c. tanquam scintilla in arundinetis transcurret. Ita corpora glorificata discurrunt ita leuiter & agiler, sicut scintilla ignis. Quartus ornatus est subtilitas, quia erit ita subtile, quod penetrabit murum si cut Christus intrauit ianuis clausis cenaculum, in quo erant apostoli clausi propter metum Iudaeorum, sicut est tuus spiritus et tua anima, quia stans hic poteris cum spiritu intrare turrim clausam, et vna captam per imaginationem, sed tunc tu corporaliter intrabis sine fractura muri, uel capse. vnde Paulus 1. ad Corin. c. Seminatur nunc corpus animale, sed in alio mundo corpus spirituale. Nota modo secundam ueritatem, quare corpus beatum est ita premiatum.

Prima causa est, quia intellectus est lumine diuino & habebit in patria lucem incomprehensibilem. et quanto plus intelligit de Deo, plus illuminabit. et quanto plus erit lu-

A cidum splendore illo diuino, tato plus illuminabit corpus, quia coicabit de illo splendore infuso in aia specularando in diuinitate cum corpore & fiet totum lucidum & luminosum ad instar lanternæ, quæ tato plus lucet, quanto maius lumen intromittitur.

Scda causa est, quia memoria pp coicacionem, quã habebit cū Deo adeo solidabit, q̄ faciet aiam impassibilem & incōmutabilem.

Tertia rō, quia voluntas contemplando saliet in Deo, & reflectetur in corpore cum tanta charitate diuini amoris, q̄ efficietur ipsum corpus subtile: quia sicut voluntas pertransit per suã subtilitatem pertransiunt, ideo ita illa subtilitas reuerberata coicabitur corpori, propter quod subtiliabit ipsum corpus factum sibi cōsimile. et quia corpus erit totum spiritale & suppositū solo spiritui, efficietur sibi cōformis propter cōionē & cōformitatē cōicatā ipsi corpori per spiritū, pp qd̄ efficiet leue, sicut spūs est leuis.

Capiamus tertiam veritatē, quæ est de dote sensuū corporis glorificati. vnde nota q̄ corpus beatū habebit oēs suos quinque; sensus. scilicet visum, auditū, odoratū, gustum, & tactum, & in his quinque sensibus corp⁹ habebit magnā felicitatē. Capiō visum, & nota, q̄ visus corporis beati habebat nouē dotes valde nobiles. Prima, quia oīa erunt ita aperta visui, q̄ videbit oēs res inferiores, sicut superiores, & omnes damnatos sine aliquo obstaculo oculi damnatorum.

Scda dos, quia videbunt res intrinsecas, sicut extrinsecas, quia oīa erunt sibi nuda.

Tertia dos, quia videbunt ita clare a longe, sicut de ppe. Quarta dos, quia ita videbunt retro nō se voluēdo, sicut a parte anteriori.

Quinta, quia respiciendo leuatis oculis sursum, ita videbunt infra, sicut supra: et ecōtra procliuos oculos tenēdo versus terram videbunt ita hñ supra, ac si respicerēt sursū.

Et sic habes per hanc sextam, quæ est vidēdo infra, vides quæ sursum est.

D Septima, quia ita videbitur de nocte, sicut de die, quia in paradiso nō est dare noctem.

Octaua, quia omnia corpora beata relucēt in paradiso & angeli, &c. Corpus beatum videbit radios omnium simul.

Nona dos, quia similiter videbunt oīum radios rutilantes separatim, & cognoscent radios sancti Iohannis, & radios sancti Petri & Pauli, &c. quia non erit sicut est in visione pñtis vitæ: verbi gratia: Si tu esses in vno prato florido floribus alibi: tñ bene videres oīa alba, & esse flores albos ī genere. sed nō posses particulariter discernere vnū

ab alio, qualis & cuiusmodi herbæ forent. Sed in paradiso, tu videbis oēs ī genere, & cognosces distincte radios oīū ī particulari.

Capiō modo sensum auditus. & iste sensus auditus habebit tres dotes.

Prima, quia audies omnes sonos, & tam sonitus spirituales quam corporales ita a lōge, sicut prope. Secunda dos, quia audies simul oēs cantus & infra oīa, sicut unū sonum, distincte, & differenter & discernes vnus cuiusq; melodias ita distincte & bene, sine aliqua deformitate, & sine aliqua cōfusione, quæ admodum vnā solam melodiam, quia tu dices, talis cantus est sancti Frãcis, & talis sancti Antonij, & talis cithara est talis angeli, & sic per singulos.

Tertia, quia oēs audientur pariter, & sonus vel cantus vnus nō impedit alium distincte. Capiō odoratum, & corpus gloriosum habebit tres dotes in odoratu.

Prima est, quia ita odorabit a lōge, sicut prope. Secunda, quia sentiet odores omnium aliorum simul, & sciet discernere, & discrete cognoscere, cuius erūt illi odores. Tertia, quia poterit oēs illos odores simul sentire discernēdo differenter unū ab alio.

Capiō tactum & gustū, quia corpora glorificata poterunt tāgere unum aliud cū maxima & vnanimi charitate. Et nota, q̄ isti duo sensus, tactus, & gustus, sunt aliter p̄miati q̄ alij sensus corpori. & si quis sentit aliquid de Deo, poterit hoc iudicare & intelligere. Nota ergo tu, qui communicasti corpus Christi, deuotē, & sensisti aliquā delectationem spirituales. Nam illa delectatio processit a corpore Christi coicato cum aia, quæ aia fuit coicata cū corpore illā dulcedinem, quia illa cōio vult ipsam aiam cū Christo, ex quo sentit illam spūalem delectationem. sic erit in paradiso, quia aia beata in patria intelligendo, amando & memorando Deū, sentiet tantam dulcedinē in delectatione amoris diuini, q̄ ardor illius dulcedinis coicatus corpori segregabitur de anima in ipsum corpus. & ipsum dulcorem incomprehensibilis suauitatis diuinæ infusum in aia ipsa aia mediante coicabitur corpori, ita q̄ corpus sentiet & gustabit immensam delectationē illi⁹ inextimabilis suauitatis & dulcoris diuini, adeo q̄ nō est, nec p̄t imaginari gaudiū sup̄ illo, & q̄ sensit aliquid de Deo, potest hoc iudicare & non alius.

Et oē corpus beatum radiabit in patria, et oīa corpora glorificata habebunt sup̄scriptas dotes, sed aliter & diuersimode, quia oīa erūt lucida impassibilia, leuia & penetrabile.

sed

A sed diuersimode, & nō eodem modo: quia quanto magis aia per sua bona opera facta in hoc mundo promerere debet magis uidere, gustare & intelligere Deum, tanto magis patietur & fruatur ipso Deo, adeo q̄ erit magis radians, & splendens, & magis impassibile, & magis leue, & plus penetrabile corpus illius aie, quam alterius animæ, quæ non fecit tot bona, nec tanta, non propterea, q̄ sit dare obscuritatem, passibilitatem, grauitatem, seu penetrabilitatem aliquam alicuius grossitiei in corporibus glorificatis quibuscunq; plus in vno, quam in alio, sed spiritualiter intellige.

B Tertio similiter ī oibus corporib⁹ beatis erit odor admirandæ suauitatis, offuscās oīa aromata simul cōgregata, sed vn⁹ odor vn⁹ nō erit sicut alter, sed aliter & alio modo.

Quarto nota, q̄ ī p̄tia nulla aia cū corpore, q̄n cāct & iubilet cār diuinæ suauitatis, & nulla faciet eundē versum, sed oēs cantabunt varios versus, & varias melodias.

Quintum notabile est, q̄ quilibet simul & semel audiet omnes versus & melodias, & discernet vnā ab alia, & sic de alijs, &c.

Sequit̄ mō videre, qualiter in p̄tia saluati erūt ita p̄miati. & nota hñ, quare dabuntur istæ quatuor dotes corpib⁹ felicib⁹. & r̄ deo tibi, q̄ hoc erit pp quatuor virtutes Cardinales, quibus hoies in hoc mūdo vsi fuerunt. Nam tu vides, q̄ in hoc seculo est datum homini exercere iustitiam, fortitudinem, temperantiam, & prudentiam in hac vita actiua. Et per consequens in horum quatuor virtutum p̄mium in vita æterna dantur quatuor dotes, secundum istas quatuor virtutes: quia iustitiæ datur dilectio Dei, & proximi, & tibi odium de peccatis, quæ si fecisti in hoc mundo, quia dilexisti Deum, & portasti charitatem proximo, & habuisti odio peccata: ideo in alio mundo tu radiabis radio virtutis iustitiæ, & sicut fuisti leuis p̄cauendo tibi à mole peccatorum in hoc mūdo, ita tu eris leuis in vita, & tuum corpus erit leuissimum: & sicut fuisti fortis patienter ferendo labores, anfractus, & tribulationes huius mundi, per hoc mereris p̄miari p̄mio impassibilitatis in patria: & sicut tibi p̄dominata fuit prudentia in hoc mundo, disponendo virtuosè presentiam, recollendo praterita, & prouidendo futura, & sic penitens de peccatis prateritis, disponēs bene viuere pro presenti, & prouides in futuro augendo penitentiam de perpetratis malis, & sic subtilis corpus propter vitæ asperitatem, & mentem con-

siderando vitam beatam. Inde datur in p̄mium corpora subtilitas. & sicut temperantia est virtus temperans virum & mulierem, qui in prosperis tenent humilitatē, & non superbiunt, sed sunt temperati & moderati in gestis, vestimentis non caudatis, & alijs suis operationibus. & per hanc virtutem datur eis luciditas in vita æterna.

Tertium contemplari est scire, quid fiet in vita æterna, & quale exercitium exercebunt saluati. & quidem in vita æterna nil fit nisi cantare, sonare, tripudiare, gaudere, iubilare, & esse in continuo ardore amoris diuini, & frui ipso Deo, & esse inamorat⁹ de ipso Deo, adeo quod ibi nulla erit passio corporalis vel spiritualis, sed gaudium, lætitia, & felicitas summa, & summum bonum atque perpetuum & inextimabile. Et nota, quod qui ballat, cantat, & est inamoratus in carnatiã huius mundi, & in hac vita: & non trufferis, quia dico, quod veritas est, quod ibi citharizatur, iubilatur, & cantatur in Christo Iesu. Et nota, quod in bene cantando requiruntur quatuor. Primum, quod vox sit pulchra: secundum, quod sit bona: tertium, quod sit alta: & quartum, quod sit flexibilis. vnde in vita æterna non erit catarus impediens vocem, ita quod vox secundum subiectam

melodiam poterit esse altissima in excelsis laudando Deum, & erit flexibilis & bassa, prout placebit. Secundum exercitium erit sonare, in quo bene sonare quatuor requiruntur. Primum, bonum instrumentū: secundum, q̄ sit bene concordatum: tertium, q̄ manus sit ita fortis, q̄ ex labore pulsandi non efficiatur fessā & lassā: quartum, q̄ manus sit leuis. vnde omnia ista quatuor erunt in perfectione in paradiso. Primum enim instrumentum erit perfectum, quia Deus illud faciet, a quo cuncta perfecta procedunt, & temperabit, ac concordabit illud. tertio manus erit fortis, quia impassibilis. & quarto erit leuis, quia totum corpus erit leue: ita quod omnia requisita ad bene pulsandum interuenient. Item dico, q̄ in cęlesti curia tripudietur, & Christus etiam tripudiat. sed ad bene tripudiandū, & ballandum quatuor requiruntur. Primum, q̄ corpus sit pulchrū: secundum, q̄ sit bene ornatum, tertium, q̄ sit leue: quartum, q̄ sit forte, quia non recedat à tripudio, quia sit fessum. Et q̄ ista sint vera, quæ tibi dico, p̄bo tibi oīa per auctoritatē sanctę scripturę. Et primo tu hēs ī testō veteri: Et exultabunt Sancti in gloria. ecce tripudietur.

leta-

A letabuntur in cubilibus suis. cubile erit corpus sanctificatum animæ, vel sedes ipsorum sanctorum, & ipsum corpus glorificatum erit instrumentum: nam exultationes Dei in gutture eorum. ecce cantus præcedens de gutture sanctorum. Et Io. 14. c. in Apoc. Et audiui vocem de cælo tanquam vocem aquarum multarum, & tanquam vocem tonitruum magni, & vox, quam audiui, sicut citharædorū citarizantium in citharis suis, & cantabant quasi canticum nouum ante sedem, & ante quatuor animalia, & seniores, & nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadragintaquatuor milia, qui empti sunt de terra, &c. & 15. c. ibi, Et vidi tāquam mare vitreum mixtum igne, & eos, qui vicerunt bestiam, & imaginem eius, & numerum nominis eius stantē super mare vitreum habentes citharas Dei, & cantantes canticum Moyfi serui Dei, & canticum Agni, dicentes, Magna & mirabilia opera tua, Domine Deus omnipotens, iustę cunctę vitę tuę, Rex seculorum, quis non timebit te Domine, & magnificabit nomē tuū, quia solus pius es, quoniam omnes gentes venient, & adorabunt in conspectu tuo, quoniam iudicia tua manifesta sunt, &c. Vnde ego volo isto mane cantare vobiscū:

C cantemus ergo in regione viuorum, & dico, q̄ Sācti in gloria chorizāt, in chorizādo cantant, & mare est latitudo glorię æternę, quia latum est mandatum tuum nimis: tu vides, q̄ mare est splendidum, quia significat splendorem Dei, & erat solidum sicut vitrum, quia vitreum, quod significat solidationem animarum, & ceterorum beatorum solidatorum in spē, fide, & charitate. & vidi super hoc mare tres generationes beatorum, qui vicerunt bestiam. s. mundum bestialem: & virginum, qui vicerunt carnē: & Doctorū, qui vicerunt, & confuderunt diabolū, & hæreses suas declarando fidē Christi, & vituperando & discooperiendo numerum eius bestię. s. malitias, fraudes, & astutias diaboli, qui erant numerosi decipientes vniuersum orbem. Vnde isti beati stantes super isto mare vitreo. i. super latitudine misericordię Dei, citharizāt, cantāt, iubilant, & choreas diffusas ducūt, laudantes & benedicētes Deum de victorijs, quas habuerunt contra mundum, carnem, & diabolū, & psallunt in citharis bene sonantibus. Nam cithara est vacua, vnde per reuerberationem chordarum ingeneratur melodia: & ista cithara sunt corpora beata vacua omni malitia & peccato, & omne cor-

pus beatum habet tres chordas. Prima est anima, quæ est bitantus; corpus est tenor; virtutes, quibus mediantibus adepti sunt vitam æternam est contratenor, & ad bene pulsandum bonum instrumentum oportet, q̄ illud tale instrumentum sit factum de ligno ad illud tale instrumentum. Nam legitur Reg. 10. c. q̄ Regina Saba misit Salomoni certa ligna per mare apta ad faciendum instrumentum ad pulsandū in templo Dei per Sacerdotes, quia Regina Saba est ecclesia, quæ mittit ligna. s. homines aptos, mediante sancto Baptismate, & ordinibus institutis ab ipsa ecclesia ad sanctificandum corpora sua per fidem, spem, charitatem, ceterasque virtutes, quæ corpora sanctificata sunt apta ad faciendum instrumenta canora coram throno Dei, & mittit ipsa ligna, hoc est corpora beata, per mare. i. per misericordiam Dei, quæ mediante peruenitur ad portum salutis, & vitę æternę, vbi peruenitur per humilitatem, ceterasque virtutes, quas sancta mater docet ecclesia, quibus virtutibus mediantibus corpora ista beata efficiuntur instrumenta vitę æternę. & dicit Io. vbi sup. q̄ cantabant faciendo duos cātus. s. legis antiquę. s. timoris, & legis nouę. s. amoris, q̄ significat gaudium beatorū iubilantium ex eo, quia vident se per Dei gratiam aufugisse à timore inferni. Agnus verò est cantus amoris in benefaciēdo proximo: nā parcere de offensis illatis tibi, proximo tuo, & reddere bonum pro malo, & ipsum amare sicut teipsum in hoc mundo, istud est cantare Deo in paradiso.

Et nota, q̄ Christus Imperator noster, ducit choreā, & ē caput, & antecedit alios, post quem sequitur Virgo gloriosa eius genitrix, Regina coronata, sole amicta, cū fulgenti corona stellarum duodecim: deinde sequitur Seraphin, deinde Cherubin, ceteriq; chori Angelorum, secundum dignitates Hierarchiarum, & ordinum suorum. dein de sequitur S. Ioan. Baptista, demum sancti Patriarchę, & Prophetę, S. Petrus, & S. Paulus, ceteriq; discipuli: deinde in chorea sequuntur martires, inde confessores, postea Doctores, & Eremitę, postea virgines, viduę, & postremo sancti coniugati, & turba magna ex omnibus gentibus beatis, quæ numerare nemo posset, & omnes cantant dulcibus melodijs: & quanto sunt beatiore, tanto melius cantant amicti stolis albis dicentes, Magna, & mirabilia sunt opera tua, Deus omnipotens, & faciunt vnā pulchram cantilenam, in qua sunt xxiiij. stantia, quæ

A quæ sequuntur, & retornellus est, Magna, & mirabilia sunt opera tua, Deus omnipotens, & ois stantia est vna laus Deo, quia omnis anima eleuatur ad magnificandum & laudandum Deum, gratias sibi agens. & finita vna stantia, omnes cantant dictum retornellum. s. Magna & mirabilia sunt opera tua, Deus omnipotens.

Prima stantia huius cantilenę est, Benedictus & laudabilis Deus in æternum, quia fuisti creator meus, & me formasti ad imaginem tuam Domine.

Secunda stantia, Benedictus & laudabilis Deus meus, quia tu procurasti meam saluationem.

B Tertius versus, O magne & bone Deus, benedictus sis, & laudabilis, quia me defendisti, ne periclitarer.

Quartus versus, O magne & bone Deus laudabilis & gloriosus, quia fuisti meus prædicator, & docuisti me saluare.

Quintus versus, O magne & bone Deus, sis laudabilis, & benedictus, quia me exercuisti, & fecisti me in vita actiua fugere mala, & adherere virtutibus, & bene operari.

C Sextus versus, O pater de cælis Deus, sis benedictus, & laudabilis, quia fuisti meus illuminator per fidem, & clemētiā tuam, per cuius fidēi lumen secutus sum virtutes, & abhorruī vitia.

Septima stantia, O mitissime & pie Deus, sis laudabilis in æternum, quia fuisti meus transformator.

Nona stantia, Benedictus sis tu Domine Deus, quia fuisti meus redemptor cum tuo sanguine pretioso.

Decima stantia, Domine Deus virtutum tibi laus & gloria, quia tu es meus glorificator, & continuē experior tuam gloriam transformando me in te, & totus ardeo amore diuino.

D Vndecima, O Deus bone, qui ab æterno cuncta nouisti, sis laudabilis & benedictus, quia te humiliasti, & per infusionem tuę gratiæ me supra trahendo ad te fecisti tuę glorię possessorem.

Duodecima, Misericors Deus & benigne, tibi soli est laus & gloria infinita: quia cum in tanta pulchritudine fores, descendisti à cælesti patria in mundum propter meam subleuationem, summę nobilitatis speculum, sancte Deus, tu sis per secula benedictus, quia propter me carnem induere voluisti, vt tua immensa charitas, atque gloria à me cognosceretur.

Tertiadecima, O pietissime Domine, do-

E minans toti mūdo, vniuersa laus tibi redatur & gloria per seculorum secula, quia tu Domine reliquisti diuitias paradisi, venistiq; in extrema paupertate huius mundi, vt me traheres ad inexhaustas diuitias paradisi.

Quartadecima stantia, siue versus, O gloriosissime Domine Deus, qui cuncta cōspicis ab æterno, tibi honor & reuerentia in sit semper, quia cum gloriosus exiltens super cælos venisti in hac lachrimarum valle, & miseria huius mundi, vt de stercore traheres me ad regnum cælorum, in quo nunc gaudeo, fruendo te Deo altissimo.

F Quintadecima, Domine Deus deliciarū benedictus & laudabilis sis, tu Pater misericordiæ, quia cum existeres in tot gaudiorum iubilo, recedere voluisti & descendere in mundum tribulationum, motus tuæ propria bonitate charitatis, vt me perditum subleuares.

Sextadecima, Dulcis Domine & benigne Deus, benedicta sit tua sancta essentia diuinitatis: quia dum esses meus iudex in me merito condemnando, fuisti meus aduocatus in crucis patibulo in saluando dicens, Pater ignosce eis, quia nesciunt quid faciunt. quia dum tibi mortem inferrent patres mei, benigne Deus non ipsos inculpasti, sed pro ipsis aduocando eos excusasti, pro cuius morte me saluum fecisti, vnde sint tibi gratię & laudes infinitæ.

Decimasextima, Deus vita & consolatio beatorum, benedictum sit tuum nomē gloriosum, quia dum essem tuus perfidus inimic⁹, tu Domine fleuisti & genuisti, & effecisti te Deum fratrem meū, vt me mediantibus tuis passionibus recreares.

G Decima octaua, O Domine Deus, qui per vnigenitum filium tuum humanā speciem recreasti, tibi omnis laus, honor, & benedictio tribuatur: quia dum esses creator omnium, & Dominus dominantium, effectus es seru⁹ propter me, vt me faceres participem imperio regni cœlestis, in quo nūc tecum cum gloria iubilo chorizando.

Decimanona stantia illius cantilenę est, Singularis Domine Deus mitissime & benigne, benedictus sis & laudabilis tu pater misericordiæ, quia dum meus pater & creator existeres, per assumptionem humanę carnis voluisti effici filius meus. s. hominis.

H Vigesima, Deus, qui per incarnationem tuam me à morte perpetua liberaisti, sit tibi laus & gloria, quia inuenisti tua mediante diuina prælectione meliorem, ac puriorem

A rem, honestiorēq; Virginē, quæ foret in toto orbe, in cuius utero posses assumere carnem, quam per gratiam Sancti Spiritus concipere voluisti, ut mea humanitas à potestate diaboli redempta tecum fieret conformis.

Vigesima prima; O admirabilis bonitatis Deus omnipotens, benedictus semper sis, & laudabilis Deus meus, quia existens gloriosus, & omnia replens, ac incapax, voluisti in utero Virginis comprehendere & incarcerari, ut me per tuam charitatem, & misericordiam eximeres à carcere infernali, & transformarer in te, & efficerer tecum Deus, sit tua incarnatio benedicta, quia fuit causa exaltationis generis humani, quæ per peccatum perierat primi parentis.

Vigesima secunda, Deus, cui inest virtutum omnium plenitudo, sit laus tuæ indiuiduæ trinitatis, quia dū velles de hoc seculo ad cælestem patriam remeare, voluisti mihi ostendere charitatem, quam humano generi portabas. In hoc etiam, quia voluisti in sacramento altaris te mihi tradere manducandum, ut tui fieret commemoratio quotidiana, & comedendo te ipsum in te transubstantiare.

Vigesima tertia, Deus, qui per mortem unigeniti filij tui humanæ misericordiæ succurristi, sis semper laudabilis, & in omnibus tuis dignitatibus, & proprietatibus benedictus, quia fecisti legem, ut te semper feruenti animo amem, sicut tu me in tuæ

charitatis gremio recepisti. Nam quicumque cupit amorem, qui est inter tuam deitatem, & humanitatem, cōtemplari oportet cum corde feruenti significationes tuarum diuinarum virtutum, & humanarum qualitatem recipere diligenter, ita quod a parte tuæ diuinitatis tres virtutes comprehendat, quæ sunt potestas, sapientia, & voluntas humanitatis tuæ, quæ sunt memoria, voluntas, & intellectus, quæ simul coniuncta, mea anima in cognitione amoris, qui est inter diuinam naturam & humanam mei naturam, facit totis viribus contemplari, & tecum misericors Deus in omni charitate vinculo inseparabiliter alligari.

Vigesima quarta est, Deus cui fieri competit omnis actio gratiarum tuæ infinitæ sapientiæ, & summæ bonitati, laus omnis & gloria tribuatur, quia fuisti ita benignus, misericors, & miserator Dominus, quod tu tantum amasti me, quod omnis amor omnium creaturarum simul vnitus nihil est respectu illius charitatis, quæ te mouit nostram carnem ex purissima Virgine capere, ut me traheres ad te, ut possim tecum cum Sanctis tuis in tua beata gloria pfallendo, cantando, & citharizando, summa cum felicitate tripudiare: & possim iubilando dicere cum beatis spiritibus, O quam bonū, & quam iucundum est fratres habitare in vnum. Cuius iucunditatis participes nos facere dignetur æternitas summi Dei, qui semper sit laudabilis, & gloriosus, Amen.

F I N I S.



SERMONES

DIVI BERNARDINI

EXTRAORDINARII.



De Regno Dei.

Sermo I.



L vidi, & ecce Agnus stabat super montem Syon, & cum illo centum quadraginta quatuor millia habentes nomen eius, scriptum in frontibus suis. Ioānes in Apocalyp. 14.

B Et loquitur de regno Dei, & omnium volentium fieri beatos, & phylloptos amore diuino. In quo quidem sacro eloquio notantur quatuor magnæ contemplationes, quæ hic infra dicuntur. Prima, scilicet de loco, ubi erunt beati, quia super montem Syon, scilicet in paradiso. Secunda de numero eorum, qui erunt beati, quia centum quadraginta quatuor millia. Tertia de signo, quod apparebit beatis, quia habebunt nomen Iesus scriptum in frontibus.

Prima principalis.

C ET prima contemplatio est de loco, de quo in præcedenti prædicatione factis dixi heri; & tantum quod non curo multum me extendere: sed tamen modicum dicam. Nota, quod Syon interpretatur speculatio, quia in speculatione vidi agnum immaculatam Iesum, stantem super montem Syon, scilicet in paradiso. Et per hoc sanctificatur gloria æternalis, ad dandum intelligere, quod caueatis à miseria præsentis vi-

ta. Nam quis ascendit in montem Syon? certe innocens manibus in non faciendo mala opera: & mundo corde in non consentiendo cum volūtate malis operationibus. & qui non accepit in vanum animam suam. i. non volendo mala facere, & sic habes tria, quæ sunt vitanda, si vis ascendere in montem sanctum Syon, scilicet velle operari; & consensus si ista exercitantur in bono: secus vero si exercitantur in malo. Et nota, quod beati erunt cētum quadraginta quatuor millia, & non plures, nec pauciores. Et non intelligas numerum ad literam, sed interpretatiue & mystice; quia omnes numeri sanctæ scripturæ sunt mystici; & si bene intelliges isto mane, tu videbis numeros scripturæ: quia vel analogice, vel moraliter, vel interpretatiue sumpti sunt; & nota, quod sunt tres numeri principales, secundum quos, & inter quos omnes alij numeri includuntur; quia est vnus numerus decenarius, alius centenarius, alius est numerus millenarius, & vocatur alba Spiritus sancti. Numerus decenarius semper significat, & interpretatur operatio bona vel mala. Numerus centenarius significat delectationem bonam, aut malam. Numerus vero millenarius significat cognitionem bonam, vel malam. Vnde vnus numerus, scilicet decenarius vocatur longus. Centenarius dicitur latus; Millenarius

Sermo. Diui Bernardini extraord. T. 4.

T vocatur

A vocatur profundus, & est cognitionis, & protenditur sursum. Cape numerum decenarium, qui significat operationem, quæ est duplex, quia quædam est actiua, quæ competit corpori: quædam est contemplatiua, quæ conuenit animæ; operatio actiua est sexcuplex, in quibus sex cõsistit omnis operatio corporis, siue bona, siue mala. Operatio animæ est quadruplex, in quibus consistit omnis operatio animæ, siue bona, siue mala. Sume istos ambos numeros simul, & sic habebis numerum decenarium, quia sex & quatuor consistunt decem. Ad quorum declarationem nota, quod Deus formauit hominem cum decem gratijs, quarum sex consistunt in vita actiua, & competunt corpori, & quatuor vitæ contemplatiuæ, & conueniunt animæ, cum libero arbitrio poscendi operari in bono, & in malo, quæ decem gratiæ sequuntur. Prima gratia fuit scire bonum; secunda gratia fuit scire velle bonum; tertia gratia fuit scire posse bonum; quarta gratia fuit discernere bonum a malo; quinta gratia fuit præmeditari bonum a malo; sexta gratia fuit operari bonum, & non malum; & istæ attribuuntur corpori: nam & ipse Deus similiter sex diebus fuit operatus actiue. Iunge modo alias quatuor gratias congruentes animæ nostræ; septima, quia dedit vt homo vinceret, & esse ipso nihil posset facere sine Deo, nisi solum peccatum; octaua est timere Deum, non faciendo malum, & faciendo bonum; nona est amare Deum ex toto corde, qui iuuabit facere bonum; decima est, quia tota sua bona operatio faciet propter Deum. Quas quatuor operationes contemplatiuas & spirituales animæ homo exercet in quatuor virtutibus; quarum prima est prudentia, quæ est principalior: secunda est iustitia; tertia est temperantia; quarta est fortitudo. Prima est prudentia, cuius officium est cognoscere bonum a malo. Sequitur iustitia, quæ ponit bonum in exercitio, ita quod illud operatur. Inde venit fortitudo, cuius virtutis officium est, esse fortis, & constantis, & perseverantis animi, inferendo omnem grauitatem, & in nulla aduersitate declinare a bono, & dimittere se cadere in faciendo aliquod malum: & sicut ista virtus fortitudinis cognoscitur in aduersis, quando liber & confians animus non flectitur ad malum: Ita eius contrarium, scilicet inconstantia cognoscitur in prosperitate mundana; quia prospere

ritas facit hominem præcipitare, & flecti ad quæque mala, & desideria caduca, nisi temperetur freno temperantiæ. Inde ergo sequitur ista quarta virtus animi, scilicet temperantia, quæ est frenum in abundantia prosperitatis in cognoscendo se esse puluerem, & vermem, & se humiliando, & quis quid habet cognoscere se habere a Deo, & nisi isto freno regaris, tu præcipitaris, & sicut Adam peccauit ipse perdidit omnes suprascriptas gratias: quia perdidit velle scire, & posse facere bonum, & cæteras gratias prædictas tam corporales, quàm spirituales: quia perdidit gratiam Dei, & ipsum Deum, qui est amor vitæ, & generalis; & ita amor proprius est amor vitæ propriæ, & specialis: vnde Augustinus de ciuitate Dei ponit Ierusalem interpretando pro visione pacis, & Babyloniam pro amore proprio, & carnem nostram, vbi est plantatus noster amor proprius specialis, qui est contrarius amoris Dei, qui generalis: quia amor proprius a diuino, & generali sunt ita contrarij, & diuersi, sicut est mors contraria vitæ, & econtra: vnde iungendo sex operationes corporis suprascriptas, cum quatuor operationibus animæ, faciunt numerum decennarium, vt supradictum est; sicut etiam in quatuor Euangelistis appropriatis quatuor virtutibus suprascriptis: quilibet eorum interpretatur habere sex alas, figuratas operationibus corporeis, plenas oculis: quia bona operatio non fit sine oculis claritatis cognitionis, & prudentiæ, sed in cæcitate, & ignorantia vitiorum. Videamus modo de centenarij numero; & sunt decem operationes, quæ multiplicatæ, & applicatæ modo infra scripto conducunt mentem ad notitiam, & delectationem damni. Primum est audire testimonia Dei, & omnia, per quæ peruenimus ad notitiam Dei, sicut est scriptura sancta, & omnis scientia in sui natura, & omnia creata: secundum est præponere bonum malo: tertium inuocare diuinum auxilium: quartum poenitere de defectibus suis, & abstinere a malo; & ista quinque pertinet ad innocentiam in abstinere a malo. Et nota, quod homo nunquam potest delectari in bono, diligendo malum: & econtra nunquam delectatur in malo, nisi dimitit bonum, quod est eius oppositum: quia contrariorum eadem est disciplina: Ecce qualiter dimitendo

A do malum, & abstinere ab iplo malo, est innocentia, & facere bonum est iustitia; & sunt quinque operationes pertinentes ad iustitiam: quia prima est operari bonum: secunda perseverare in eo: tertia negligere malum: quarta zelare bonum: quinta delectari, & quiescere in bono; & de istis testimonijs Dei dicit Propheta: Mirabilia sunt testimonia tua Domine, & cætera. Sed si testimonia Dei sunt mirabilia, quid & quàm admirabilis debet esse creator omnium Deus? vnde nos non possumus habere delectationem, nisi per intelligentiam corporalem, aut spiritualement, scilicet per auditum spiritualement, scilicet legendo; potest etiã ista delectatio haberi per fidem: sed vt ait Apostolus Paulus; Fides autem ex auditu venit: quia audiendo prædicationes, & verba diuina, est testimonium Dei; & sic primo tu audis, & postquam tu audiisti, tu proponis facere illud quod audiisti, & sic peruenis ad secundum gradum: tertio tu non potes facere bonum, nisi inuoces Deum, & recommittas te sibi: quarto si tu vis quod Deus te adiuuet, fac ex latere tuo, quod tu poeniteas de omnimalo, quod tu fecisti, & satisfacias poenitentiam agendo; quinto, quia non sufficit, quod te poeniteat præteriti mali, nisi cum proposito firmo abstineas a malo pro tempore futuro; & sic habes prædicta quinque pertinentia ad innocentiam; & sunt etiam alia quinque pertinentia ad iustitiam: primum est operari bonum: secundum, quia non sufficit, quod facias bonum, nisi perseueres in inceptis bonis, quod recommittas te Deo, quod te iuuat facere bonum: quanto nec hoc sufficit, nisi venias in eo gradu, quod tu trufferis de malo, tibi ipsi dicendo, ð smemorare Daniel, quid feci, quia iam perdidit quadraginta annos in vanitatibus, & carnalibus desiderijs, & in miseria, & cupiditate huius mundi; & sic dolendo in te trufferis de alijs, qui amant vanitates, & carnalia desideria, & cupidines, atque miseras huius caduci, & miserabilis mundi: quia vbi primo tibi placebant prædicta, & non tibi displicebant: quia sic faciẽdo est zelare bonum; vnde Dauid: Zelauit super iniquos, videlicet quod quando aliquis facit tale malum, adeo debeas, quod videatur tibi euellit cor, & quod cor tibi crepet, & est quod in corde tuo sentias dulcedinem de eo,

quod tu zelas bonum, & facis suprascripta; volue modo manum, & videas qualiter anima ducitur ad habendum semper displicentiam, & cape contrarium; quia sicut primum operari erat facere bonum; ita modo sit audire malum; quia colloquia mala corrumpunt bonos mores; & sicut audiisti, tu consentis, & vadis tunc per malam viam proponendo facere malum; tertio, quia confidendo de te ipso, relinquit Deum, & recommittis te diabolo; quarto, quia tu non debes, quod in præteritum feceris malum, immo gloriaris te iactando versus alios, & doles de bono si quod fecisti; quinto est abstinere a bono, & facere malum. Cape alia quinque; Primum est facere malum; secundum est perseverare in malo; tertium, quod confidas de te ipso, postponendo Deum; quartum est negligere bonum, & truffare de his, qui faciunt bona; quintum, quia veniunt tibi in odium facere bonum. Vltimo sequitur delectatio in male operando, sicut in Sodoma, & in Gomorra; & sic habetis numerum delectationum bonarum, scilicet decem, & numerum malarum operationum decem. Si vis numerum centenarium, cape decem præcepta, & ex ipsis decem præceptis cape vnum, & appende ipsi vno præcepto omnia alia nouem præcepta, & sic multiplicata, erunt centum: verbi gratia; Capiamus primum præceptum, quod est, Vnum cole Deum, & cape istas decem operationes suprascriptas, appende ipsas illi præcepto, videlicet tu non potes credere vnum Deum, nisi illud audias; quia a fides per verbum Dei ex auditu venit; secundum cum tu audis, tu proponis credere, & vnum Deum tantum colere, & tenere istam fidem indubitatam; tertium, quia non potes bene credere, nisi recommittas te Deo, quod tibi det gratiam, vt inde credas; quartum, quia tu vides, quod est forte credere, & tunc tu cum multa poenitentia, & fide teneas istam fidem solidam, & firmam; quintum est abstinere a peccatis, & malis operibus, faciendo quod docet fides, & vitando, quæ prohibita sunt a fide, & quæ ipsam fidem corrumpunt; & sic eris innocens in fide. Modo oportet, quod tu habeas opera fidei, quæ sunt quinque pertinentia ad iustitiam; primum est operari, quæ præcipit fides; secundum est perseverare in ipsa fide; tertium est negligere omnem perfidiam,

A diam, & superstitionem infidelem, & fac tibi truffas de omni incantatore, precantulis, & breuibus prohibitis, & de omni malia; quia si mille millium videres illusionum, aurispicum, arilorum, & incantatorum, & huiusmodi cum oculis corporeis, non credas, nisi in sola fide Iesu Christi, & eius nomine glorioso: quia omnia alia sunt truffæ, & buffæ; quartum est zelare fidem in tantum, quod tu non possis habere patientiam in his, quæ sunt contra fidem; quintum est, quod in ipsa fide cum delectatione tu pauesces, & delectaberis, & si habes vnum præceptum continens in se decem operationes.

B Cape secundum præceptum, quod vult, quod tu ames proximum, sicut te ipsum. Prima operatio est audire, qualiter proximus debet amari; quia cum hoc audies, non poteris amare proximum. Vnde bonum est audire prædicationes; quia sic audiendo primo tu audistis, qualiter te debes regere, & quæ debes facere, & quæ vitare, licet aliqui dicant: Ille Frater Bernardinus minus reprehendit usurarios; aliqui dicunt, quod nimis grauat ferre caudas; aliqui dicunt quandoque dicit iocosa, & facit ridere; Et tamen in fine postquam bene audierint; Isti, qui primo murmurabant, tanquam excacati in vitijs, quæ reprehendebantur, modo illuminati speculo veritatis amant: quia veritas odium parit, gratia vero amicos. Nam veritas est magis exosa, & magis amata, quam aliqua alia res mundi. or a casa; secundum est, quia postquam audisti, quod debes amare proximum, sicut te ipsum, tu proponis ipsum amare; tertio tu dicis, Domine ex quo proposui amare proximum, da mihi gratiam, vt ipsum amem, sicut me ipsum; quarto est, quia ex quo recommisisti te Deo, quod tu doleas, quod tu non amasti in præterito; quinto, quia omnia reliquis, quæ sunt contra proximum: quia vbi primo non loquebaris sibi, & tu modo reconciliatus loqueris sibi decem, & ipsum amas, delectando in amore suo. Cape modo alias quinque, quæ pertinent ad iustitiam, operando cum factis.

Primum, quia sibi subuenis in suis necessitatibus; secundum est persequere in faciendo bonum proximo; tertium est, quia si tibi sit iniuria, remittis sibi;

quartum est operari quicquid potes in iuando ipsum proximum in desiderio operum misericordiarum circa ipsum proximum; quintum est gaudere, quod ponis in desiderio tuo habere charitatem de proximo tuo, & delectando repausas in illo ardente tuo desiderio; & sicut dixi de prædictis præceptis, Ita distare per singula alia præcepta. Modo volue prædicta in malo; & primo, vnde nascitur, quod odis proximum tuum; & certè primum est audire diabolum, seminantem zizaniam: quia præceptum ipsius diaboli est odire se ad inuicem; secundum est proponere se odire ad inuicem; tertium est recommittere se ipsi diabolo, postponendo Deum; quartum, quod poeniteat te, quod non nocuisti sibi: quintum est, quod non prosis sibi, cum possis, & non abstineas a faciendo sibi iniurias: Immo delectaris in nocendo sibi: & hæc quinque pertinent ad nocentiam animæ; & alia quinque sunt ad nocentiam corporis, quæ consistunt in operando. Primum est nocere proximo; Secundum est perseuerare in nocendo sibi, quantum poenit, & in illo malo proposito: Tertium, quia videtur tibi quod brachia tibi cadant in faciendo sibi aliquid boni, & subito cum tibi dicit dissonum aliquid auribus; tu curris ad arma, & percutis proximum; Quartum est zelus odij, & rancor cordis, erga proximum; & velles ipsum esse potius de niue, quam de carne, & loqueris secum cum magno odio; quintum, quia cum fecisti sibi malum, vel damnum aliquod, tu gaudes, & delectaris, quod gaudes, & sic de alijs contrarijs præceptis: vnde si bene aduertis, ex singulo præcepto tu facis decem operationes bonas; sex pertinentes corpori, & quatuor pertinentes animæ; accumulando omnes istas decem singulo præcepto, quæ sunt decem; & sic habes decem decas in delectatione boni, quæ consistunt simul iuncta vnum numerum centenarium, qui dicitur numerus latus: & similiter tu habes decem decas in delectatione mali contrario modo procedendo ad diuina præcepta, vt supra dictum est, quæ faciunt numerum centenarium. Videamus modo tertium numerum millenum, applicabile sursum: vnde ad huius intelligentiam cape decem intelligentias spirituales, & applica ipsas insimul modo

A do in frascripto, & constituent numerum millenum: vnde in istis decem intelligentijs spiritualibus cum mens est certa, venit in cognitionem boni, & mali; & capiamus primo cognitionem boni, & capiamus numerum decem intelligentiarum. Prima est audire sapientiam; secunda est sedaria passionibus mentalibus; tertia est eleuare se a sensibilibus ad insensibilia; quarta est de spiritualibus meditari; quinta cognitio boni, & mali. Et ista quinque pertinent ad discretionem boni, & mali; & alia quinque pertinent ad visionem veri. Quorum primum est delectari in vero: secundum est fulciri mentem luminibus veritatis; tertium congaudere in complacentia veritatis, quartum est admirari veritatem, quintum credere veritatem. Dico quod primum est audire sensum, & sapientiam; quia audiendo prædicationes, & operationes, miracula, vitas Sanctorum Patrum, & verbum Dei, homines efficiuntur sapientes de Deo: secundum est fugare omnes passiones mentales, & deponere omnia alia opera in prædicationibus, & audire, & intelligere cum tota mente, & cum omnibus sensibus verba diuina: nam sicut quando aqua est turbida, non bene videtur intus: sic est in mente turbida, quia verba Dei non bene possunt speculari a turbine mentis, quando mens in prædicatione vadit vacillando, discurrendo per mercantias, & alia opera: quia vbi est thesaurus tuus, ibi est cor tuum: sicut est domina vana zucha, quæ obaudit, quando audit prædicare de vanitatibus, de caudis, de capillis posticij, & mortuorum; & de suis fucationibus, & cætera. Vide Bonauenturam primum Magistrum Theologiæ in 4. & etiam Sanctum Augustinum in 4. de doctrina Christiana; & Cyprianum, qui dicunt, quod domina fucans, seu imbrattans, & imbellettans sibi vultum, non potest sumere corpus Christi, nisi poenitendo proponat deinceps non se fucare; Ita quod mens quieta in audiendo verbum Dei proficiscitur: & scholaris attendens tota mente suis lectionibus, efficitur valens. Similiter seruus Dei debet audire cum mente quieta operibus, & in cella stet cum mente tranquilla: tertium est, quod debet leuare mentem suam, a sensibilibus ad insensibilia, scilicet a carnalitatibus, intrando cameram,

vel cellam suam, & leuando manum suam versus coelum, & vultum similiter cum mente attenda orando: quia dato, quod fortiter plueret, & tu stares subtus pluuiam, & tu teneres os clausum, & plicatum versus terram, tu nunquam cuperes aquam in ore tuo: ita accidit in mente oppressa, & procliuia in terrenis desiderijs: nam oportet subleuare mentem ab istis sensibilibus ad insensibilia, sicut accidit Magistro subtili, scilicet Scoto, qui ita fuit extractus de sensibilibus ad insensibilia, & ita fuit eleuatus, quod fratres, qui ignorabant hunc eius solitum morem, credentes ipsum fore mortuum, subtraherunt eum viuum. Et postea venientes eius discipuli, scientes id sibi saepe accidere, quid foret de eius modo interrogantes, repperunt eum viuum subterratum fore, est suffocatum: quartum est de spiritualibus meditari: quia cum mente eleuata stare, & in coelis habitare: quia, vt ait Apostolus, Nostra conuersatio in coelis est: quia quanto plus homo considerat coelestia, & spiritualia, tanto magis ascendit, & releuatur ad spiritualia: quintum est discernere verum a falso, bonum a malo, veritatem a falsitate: quia stando super turri, discernit domum magnam a parua. Vnde credis tu, quod Doctores habuerint tantam cognitionem iudicandi bonum a malo, nisi per subleuationem mentium ipsorum, per frequentem contemplationem, & orationem? & sic tu habes quinque quæ pertinent ad discretionem boni, & mali. Cape modo alia quinque, quæ pertinent ad visionem boni, & mali. Primum est delectatio boni; secundum est replere mentem lumine veritatis, cognoscendo bonum a malo, peccatum mortale a veniali: quia qui delectatur de studio alicuius scientiæ, replebitur ea, sicut quando te delectat comedere de aliquo cibo, & habes ipsius abundantiam, replebis illo. Ita accidit in proposito huiusmodi studij; tertium est, quando tu delectaris in illa cognitione veritatis, & repausas te in illa: quartum est admirari de illa veritate, quam intellexisti, sicut est admirari de magnitudine, & pulchritudine Dei: sicut Petrus, & Apostoli videntes Christum transfiguratum, ceciderunt in facies suas: quia sicut vestis est pura, & sancta; ita magna, & admirabilis est sapientia Dei; quantum est credere cognoscendo Deum, & sic

A habes decem cognitiones Dei, & pono illas sic multiplicando per singulas, Iuxta superscriptum numerum centenarium, & habebis numerum millenum. Volue modo per contrarium, & vis tu cognoscere ignorantiam, cape decem cōtraria superscripta: Primum est nunquam audire de Deo, sed semp audire de luxuria, de contractibus illicitis, & vsuris, & de alijs huiusmodi pertinentibus ad mūdāna, & ad damnationē animæ; & certē tene pro cōclusionē, q̄ tu adiscas illam scientiam, quę legitur in scola, in qua practicas. Secundum est habere mentem totam inuolutam in mundanis, & postponendo omne studium, & cognitionē virtutum, tu solum studeas in malitijs. Tertium est; amouere tuam mentē ab omni cogitatione supercōlestium, & bonarum virtutum, & tenere mētem affixam tantum in terram, & terrenis desiderijs; quia bruta animalia tenēt oculos versus terrā, & Angeli stant subleuati sursum, & homines habēt oculos medios inter vrrunque, quia habēt partem corpoream, & sic respectu corporis habent oculos proclius versus terram; & partem animæ, & sic habent oculos conformes Angelis; modo si tenēt mētem procliuem, & affixam terræ, & carnalibus, atque terrenis desiderijs efficiuntur similes brutis animalibus; si vero tenent mentem subleuatam, & oculos affixos versus cōlū, efficiuntur angelici, & diuini. Quartum est meditare de sensualibus, de carnalia, & broda, & de fumo, & vanitatibus huius trāstitorij mundi, sicut sunt istæ dominæ cerefiæ, & domina vana zucha, quę vadunt sturpiando, & turbando illas bonas dominas conuersas ad benefaciendum. Quintum est habere mentē ad cameram falsitatum, sicut sunt peruertentes veritatem in falsitate, & laudantes malos, & vituperantes bonos.

D Vnde vā vobis, qui dicitis bonum malum, & malum bonum; & prima quinque pertinent ad discretionem boni a malo, per quā potest iudicare bonum bonum, & malū esse malum: Ita alia sequentia quinque pertinent ad constantiam falsitatis. Primum est delectatio de falso, quia nunquam credunt verū. Secundum est replere mētem erroribus, & falsitatibus, quia si audiunt de fide, cōtradiciunt. Tertium repaufare se cum delectatione in erroribus suis, & cęcitate. Quartum est admirari de sua ignorantia, dando sibi ipsis intelligere, & sibi suadere, quodd sint magistri sapientes, & per hęc intel-

ligi valentes, quando videtur eis se nihil scire, quia quanto plus scit, tanto magis videt profunditatem scientiæ, & plus dubitat: sed ignorans ignorabitur. Quintum, & vltimum est esse ignorantem, & credere sibi soli, & nolle consulere peritiores; & sic habes mille intelligentias boni, & mille intelligentias mali, quia illud quod stultum est Deo, sapientia est hominibus; quia scriptum est, Sapientia hominum est stultitia apud Deum; & sic habes numerum beatorum cētum quadragintaquatuor milia signati: Nam omnes qui bona facient, erunt de illo numero beatorum; nam numerus decennarius significat operationem bonam, vel malam, qui numerus multiplicatus decies facit centum, & sic habes numerum centenarium. Numerus verō centenarius significat delectationem bonam, vel malam, quę consistit in quatuor operationibus animę, quę sunt quatuor virtutes cardinales, scilicet Iustitia, Prudentia, Temperantia, & Fortitudo; & per hęc quatuor habes quadragintaquatuor, qui numeri centenarius decies multiplicatus constituit numerum millenum, qui significat cognitionem bonam, vel malam; & sic mille per fidem, centum per Charitatē, & decem per Spem, & omnes per has virtutes saluabuntur, & erunt de illis numeris.

Tertia pars.

Videamus modo tertiam contemplationem, scilicet de signo, quod apparebit beatis; quia nomen Iesu est illud, alias sequitur signum beatorum, qui erunt signati in fronte de nomine Iesu. Et nota, quodd Christus elegit Sāctum Paulum Apostolum bollatarium, qui facit bullas in frontibus beatorum de hoc nomine glorioso Iesu, & nullus intrabit paradysum, nisi habeat istud bolletinum in corde insignitum, & foris super ostio suæ domus, intra domum in omni opere suo; fac ergo vt ipso semper vtaris in omni operatione tua, vt cum eo intres in vitam æternam: & scito, quodd Sāctus Petrus est portenarius, & nullum dimittit intrare, nisi habeat istud bolletinum insignitum in fronte, & in corde; dum ergo es in hac vita, vencia tibi huius nominis bolletinum, vt cum eo intrare valeas paradysum; alias tu ibis a casa calda; & de isto nomine dabimus quatuor intellectus istius nominis Iesu. Primus lateralis;

A teralis; secundus analogicus; id est, super-nus sermo, tertius allegoricus, quia de sancta ecclesia; quartus theologicus, id est, moralis. Et capio primo intellectum literalem, de quo nota tres considerationes; Prima literarum; secunda loci; tertia formę. Dico, quodd prima consideratio est, cum quibus, & quot literis debet scribi; & dico, quodd debet scribi cum tribus, hoc modo, quia primo fit y. secundo h. tertio s. & postea dicitur vnus titulus super h; ad instar Crucis: verbi gratia, yhs, vel debet, & potest etiam scribi cum quinque literis, hoc modo, Iesus; secunda consideratio est loci, scilicet, in quo loco debet poni, & scribi; & quia est nomen super omne nomen, & ceteris gloriosius, ad cuius nomen omne genu cōlestium, terrestrium, & infernorum flectitur: Dico quodd debet poni in magis glorioso loco mundi, & quia nihil in hoc mundo videtur pulchrius Sole: Ideoque ipsum ponemus in Sole ad instar lapidis valde pretiosi, qui ligatur in auro, tanquam in pretiosiori metallo mundi, quodd sanē intelligens Dauid, non immerito dixit, In Sole posuit tabernaculum suum, & cetera. Et sic in Sole ponemus gloriosum eius nomen cum duodecim radijs magnis rutilantibus vndique. & inter alterutrum dictorum duodecim magnorum radiorum debent esse octo parui radij, & radiolus medius inter vnum radium, & alterum radium; magnus debet esse breuior alijs; secundus longior; tertius magis longus; quartus magis longus. & similiter ab alio latere alterius radij magni, debet esse vnus radiolus maior altero, ad instar organi; & intra illos radios debet esse vnus campus de azuro cęlesti; & intra illos radios in dicto campo debet esse nomen Iesu inscriptum literis aureis, & illi radij circū circa nomen Iesu, debent esse rotundi ad instar vnus circuli circū dantis literas nominis Iesu, & rotundus orbicularis circuli circū dantis radios illos, in quo sunt inscriptæ circū circa istæ literæ in nomine Iesu omne genu flectatur cōlestium, terrestrium, & infernorum, debet distare bis tantum, quantum est bis vnus ex illis maioribus radijs: vnde prima cōsideratio huius nominis gloriosi Iesu, est de literis, s; ex quibus, & quot literis scribitur, & dicitur intellectus literalis: secunda consideratio est formę, quia campus in quo inscribuntur literæ, & pin-

guntur radij, debent esse de azuro; tertia consideratio, quia color in quo ponitur iste circulus, in quo est nomen Iesu, cum omnibus radijs, & literis superscriptis debent esse virides: sed tamen non curo; & potest fieri tripliciter, vel rotundo modo, vel in modum scuti, vel quadratē, & in his non est vis. Videamus modo secundum intellectum, qui dicitur analogicus, id est, sermo supernus, & diuinus, in quo notantur tria, secundum quodd tres sunt literæ, cum quibus scribuntur: nam y, significat Patrem, h, significat Filium, s, significat Spiritum sanctum: quia in illis tribus literis Trinitas adoratur: nam habet tria significatā: primum, quia I, est in medio quinque vocalium; secundum quia I, est minor litera alphabeti; tertium, quia non debet esse I, sed Y. Et est prima litera Iesu. Esse in medio vocalium significat Filium, qui est medius inter Patrem, & Spiritum sanctum, & I, minor litera alphabeti significat, quodd iste Filius Dei Iesus, factus est paruulus: quia incarnatus, & humilis, factus obediens vsque ad mortem, mortem verō Crucis: & adeo humilis, quodd vere nostros dolores, & languores ipse tulit. Et dico tibi, quodd quando Virgo consensit in saluatione Angeli, cum dixit; Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum; immediate Christus sanctus cepit tantum de sanguine Virginis, quantum stare vix posset super acie, seu puncta vnus paruulæ acus, & ibi erat integer, licet esset ita paruus, quodd vix vidisses eum. hinc est quodd dicit Sāctus Paulus: Verbum abbreviatum fecit Dominus super terram: sed dices y, non est minor litera; & quare ponitur y, dico quodd ideo est, quia y, est litera Græca, & breuior, quæ sit, & proferendo more Græco, est breuius proferre, quàm Latine; & quia in prolotione est breuissima, & significat in Græco Filium Dei, ideo scribitur per y, quæ gerit vices, I, quæ est litera Latina nostri alphabeti. Cape modo, h, quæ non est litera, sed aspiratio: In qua notantur tria, primum, quodd non est litera, vt dixi: sed aspiratio: secundum, quia ponitur in medio alphabeti: tertium, quia habet corpus tumidum ad instar pgnantis, quodd significat tria, primum filium Dei conceptum ex Spiritu sancto, & est aspiratio Dei, in cuius signum Deus aspirauit Spiritum sanctum in discipulos: secundum, quia est

A octava litera in ordine, in alphabeto, ad significandum octavam resurrectionis, & gloriam beatorum; quia ipse Dei filius surgendo a mortuis, est gloria beatorum: tertium, quia h. habet corpus prægnans ad significandum, quod Virgo gloriosa ante partum, in partu, & post partum fuit ingrauidata, & concepit Iesum Redemptorem nostrum de Spiritu sancto. Cape modo tertiam literam, scilicet, S, quæ voluit caput. T. flectendo ipsum, quod significat diuinam gratiam, quæ post peccatum Adæ vsque ad Natiuitatem Christi voluebat, & voluit spatulas humano generi; & voluebat se ad R, quando dixit, Vbi es Adam? & cætera; quia R, significat errorem ipsius Adæ; quia postquam peccauit se excusans, inculpabat sociam, & Deum, dicens: Socia, quam mihi dedisti, fecit me peccare, ac si diceret, si non dedisses mihi ipsam; ego non peccassem; & sic tu fuisti causa mei peccati, dando mihi talem; & modo a tempore incarnationis contra reuoluit se ad nos, ostendendo humano generi misericordiam suam, & salutare suum dedit nobis; & inclinavit faciem suam, & caput suum ad T: nam Tau significat maiestatem diuinam, & se breuiavit in voluendo isto modo; S, quando fuit incarnatus, & inuolutus, atque sepultus in illo paruo utero Beatissimæ Virginis Mariæ. Nam Græci scribunt S, isto modo: Ad significandum, quod diuina iustitia est inclinata cum misericordia, & oscularæ sunt faciendo pacem, quando Christus pro nobis moriendo soluit debitum peccati nostri primi parentis Adæ; & sic habes tres considerationes in qualibet istarum trium literarum, ex quibus scribitur nomen Iesus. Cape modo considerationem tituli, sit per transversum h, in modum Crucis, quod significat, quod in eius nomine nos sumus redempti, in quo est Trinitas, scilicet, Pater in mittendo, Filius in incarnando, Spiritum sanctum in concipiendo; & transversum tituli in modum h significat labores Christi, quos pro nobis portauit, & nostram consolationem; quia redempti fuimus propter eius mortem a seruitute diaboli. Cape modo secundam considerationem literalis intellectus huius nominis gloriosi Iesus, S, locum, vbi ponimus eum; quia in Sole: vnde nota, quod Christus dicitur Sol, iuxta illud, quia ortus Sol iustitiæ Christus

Deus noster, & significat duo, quia in Christo est diuinitas, & humanitas; quia in quantum Deus, est Sol paradisi, & significat tria, scilicet visionem, fruitionem, & possessionem Dei; & ita apparet in Deo in Trinitate; sicut Sol habet tria, scilicet vigorem, splendorem, & calorem; Ita & in Christo sunt ista tria; quia primo ipse est splendor; Ego sum lux mundi, illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum: duodecim radij significant duodecim articulos fidei, per quos anima illustratur: vnde Paulus; Lucem habitant inaccessibilem, Ecce abundantia; quia nulla creatura potest comprehendere splendorem, quem Deus habet in se; Octo sunt radij parui in modum organi existentes inter alterutrum duodecim radiorum supradictorum, qui significant beatitudinem spirituum glorificatorum: nam omnes spiritus beati significantur per illum numerum; quia in domo patris mei multæ mansiones sunt propter veritatem gloriæ beatorum; & debent isti radij pingi rotundi in orbe circulari, ad denotandum quod gloria animarum beatorum in paradiso nunquam habebit finem, sed incessanter manebit. Campus in quo sunt isti radij, & nomen Iesus debet esse de azuro, quia azurum celestinum significat fidem, quia sine fide non possumus habere gloriam. Et nota, quod tres sunt cœli appropriati tribus virtutibus theologicalibus. Primum est cœlum, quod dicitur firmamentum, & hoc fidem significat: quia ad habendum cor firmum, & sincerum sola fides sufficit; secundum est cœlum cristallinum, quod significat spem; tertium est igneum; quod significat charitatem: quia virtutes producant animas ad vitam æternam. Capiamus modo tertium intellectum allegoricum, scilicet Sanctæ Ecclesiæ, videlicet Christi cum suis membris, cum tribus alijs notabilibus: Nam tres istæ literæ, Iesus significat in Ecclesia tres personas, Patris, Filij, & Spiritus sancti; y, Pater, h, Filius, S, Spiritus sanctus: Vnde in Cantica vocat Spiritum sanctum in se, qui habetur per gratiam, dicens; Veni dilecte mi; quia dilectus meus in me, & ego in eo; dilectus Sanctæ Ecclesiæ est Christus Iesus. Sponsa Christi est Ecclesia, & in ipsa amplexata est cum Iesu, dicens; Amplexata sum, & cætera: Anima purgata peccatis est sponsa Iesu, & amplexatur ipsum transformando

A do se in ipsum, quando sumit corpus Christi, & Christus tunc dicit, quàm pulchra es amica mea, quàm pulchra es & decora; oculi tui sunt columbarum absq; eo, quod intrinsecus amat. Et sic anima in hoc mundo debet latere Iesum per fidem amplam de ipso, donec soluta accurrere huius putridi corporis libera videbit ipsum facie ad faciem in gloria paradisi. Item possumus combinare nomen gloriosum Iesus, per quinque literas, quæ quinque literæ representant nobis quinque plagas, vel sic. I, significat filium Dei, E, significat vitam dolentis, S, notas modum proferendi, he: quia videtur sonare offensiones filij Dei. Vnde in ecclesia continuo fit lamentatio de offensa facta Iesu Christo, vnde delebo hominem, quem formauit; quia quotidie homines offendunt eum adhuc dando sibi de puncta, & blasphemando eum, & peccando. Vnde oportet, quod gemendo pro peccatis, & offensis, quæ facimus, dicat, he. Sequitur S, Ista litera S, media in isto nomine Iesus debet scribi longa, quæ significat diuinam seueritatem, & vltima litera S, debet scribi curuata, & breuis reflexa, & significat iustitiam conculcatam, & altitudinem maiestatis diuinæ in ventre Virginis incarceratam, V, quæ est penultima litera istius nominis Iesus, & vltima vocalium, & in eius prolatione videtur sonare vocem querulam Iesu Christi cõquerentis, & clamantis in cruore dicente in vltima voce. V, I, Domine in manus tuas commendo spiritum meum, & inclinato capite emisit spiritum: quia omnis cõsummationis vidi finem, V, etiam significat magnam charitatem, quam habuit nobis: & ideo lamentabatur, quia videbat tot animas a diabolo deuorari, ideo ex maxima charitate voluit subire mortem, vt liberaret nos; & clausit infernum, & aperuit paradysum, V, si nos cõsideraremus ista immentia beneficia, semper portaremus hoc gloriosum, & victoriosum nomen insignitum in corde, in fronte, in domo, & in quocunque loco, & in omni nostro verbo, & opere; & habendo ipsum pro nostro obiecto nunquam peccaremus.

Si tu vis considerare analogice, istud nomen Iesus, potes considerare triplex. Primo quod significat honorem beatissimæ virginis Mariæ, in quantum æquiparatur soli, quia mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim, & in vtero habens, &c.

Ioan. in Apocalip. duodecimo capitu. Secundo modo potest significare honorem Ecclesiæ. Vel tertio modo potest analogice significare sapientiam veræ fidei Christianæ, quæ in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Vnde si intelligis de sancta Maria matre Domini, significat duodecim stellas radiantes in ea, scilicet virtutes, scilicet de ecclesia significat duodecim articulos fidei. Si de sapientia ecclesiæ significat duodecim Apostolos, qui prædicauerunt fidem, irradiando totum mundum lumine fidei. Et per hoc tu habes duodecim radios circumdantes nomen Iesus. Item allegoricè de loco; & nota, quod potest fieri in scuto, quod significat Trinitatem, quia habet tres angulos, attribuendo vnique illorum trium angulorum vnã personam diuinam, scilicet Patrem vni, Filium alteri, & tertio Spiritum sanctum. Vnde Paulus. Sumite scutum fidei, scilicet Trinitatem, quæ defendit Ecclesiam.

Quartus intellectus est theologicus, scilicet animæ, & moralis cum tribus considerationibus. Prima literalis, quæ significat tres potentias animæ, in qua sunt formatae tres literæ, Iesus, in Trinitate, scilicet cognitio, amor, & timor. Ecce I, quando amat filium Dei. Ecce h, quando memoreratur de Deo. Ecce s, quando timet Deum, Ecce sigillum, quod cognoscat, amet, & timeat Deum. Inde sanctus Paulus dicit; signauit nos Deus, & dedit nobis pignus vitæ æternæ in dilectione nominis Iesu. Et si vis quæ literæ sint quinque distincte, Iesus, significat quinque plagas Christi in mente nostra retentas. Aliud notabile est, quia sol significat gratiã, & charitatem Dei in nobis occultã. Et illustratur sol, quia sicut sol habet tres proprietates, scilicet splendorem, calorem, & vigorem. Ita gratia Dei, & charitas infusa in nobis illuminat mentes nostras gratia fidei infusa in anima nostra, & calefacit eas ardore charitatis, & vigorat ipsas seu per spem vitæ futuræ in gloria, quæ consistunt in intuitu vultus Dei. Vnde David. Sumatum est super nos Deus nomen tuum. Duodecim radij magni significant abundantiam charitatis infusæ in nobis, vnde diffusa est in nobis gratia Dei. Octo radij parui, qui ponuntur inter alterutros radiorum magnorum, significant Doctores Ecclesiæ, aliquos maiores, aliquos minores, qui prærogatiue Virginis gloriosæ, & articuloꝝ fidei, & Apostolorum venerant

Anerant in Doctoribus, qui habuerunt nos, declarando ipsa. Item octonarius numerus significat gratias in nobis infusas, aliquibus magnas, aliquibus paruas; quia aliqui sunt sapientiores alijs, aliqui doctores. Vnde Paulus. Alij sic, alij sic, &c. vel octonarius numerus, & virtutes quatuor cardinales, & spirituales, in quibus est fundata tota vita moralis. Et hoc de nomine Iesu gloriosi dicta sufficiant; habeamus itaq; notam eius scriptam in frontibus nostris, vt possimus habitare cum eo super montem Syon, cum illa caterua sanctorum signatorum, de quibus in nostro themate fit mentio, quod nobis concedere dignetur ipse Iesus, Dei filius, Amen.

DE SCIENTIARVM STVDIIS.

Sermo II.

Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me, quia mandatis tuis credidi. Psalm. 118. Nota mirabile eloquium studiorum disciplinæ, & rationem infusionis disciplinæ, quia mandatis, &c. Ad cuius evidentiam, nota tria studia. Tu o studens, qui cupis studere, & effici valens. Primum studium est de scientia inspirata. ibi, bonitatem. Secundum studium est de scientia, & vita ornata. ibi, & disciplinam. Tertium studium est de scientia acquisita. ibi, & scientiam doce me, quia mandatis tuis credidi. Nam primum studium incipit a summitate scientiæ, quæ est scientia spirata, quæ est bonitas. Secundum ornat disciplinam. Tertium est scientia acquisita per feruentem continuationem, & frequentationem studiorum, quæ omnia procedunt a Deo: quia omne datum optimum, & omne donum perfectum, de sursum est, descendens a patre luminum, &c. Iaco. 1. c. quæ omnia in fide fundata sunt: & ideo subdit, quia mandatis tuis credidi.

Prima pars principalis.

Incipiamus ergo a primo ædificio, & incipiamus a summitate ædificij. Nā tanto plus scientia inspirata, vel ornata, seu acquisita adheret suo principio, quanto plus bonitatis & fidei est in illo, qui sciē

tiam ipsam cupit acquirere. Prima nanque scientia dicitur inspirata, quia bona, & nullus bonus, nisi solus Deus. Ideo sacra Theologia vocatur bonitas, qd̄ aduertens David clamabat, dicens, Bonitatem, &c. doce me. Et si cupis scire, qualiter studium scientiæ huius primæ bonitatis potest acquiri. lege in Apoc. 15. vbi tu recte habebis studium in modum acquirendi sapientiam. Nam dicit ipse. Et audiui vocem de coelo, iterum loquentem mecum, & dicentem; vade, accipe librum apertum de manu Angeli stantis super mare, & super terram, & abij ad Angelum, dicens ei, vt daret mihi librum: & dixit mihi, accipe & deuora illum, & faciet amaricare ventrem tuum. Sed in ore tuo erit dulce tanquàm mel, & accipi librum de manu Angeli, & deuorauit eum: & cum deuorasset eum, amaricatus est venter meus, & erat in ore meo tanquàm mel dulce, & dixit mihi, oportet te iterum prophetare populis, & gentibus, & linguis, & regibus multis, &c. In quo sacro, & mystico eloquio nota quatuor regulas, per quas anima potest in scientia proficisci. Prima regula est de diuina inspiratione. Secunda regula est de mentali acceptatione. Tertia regula est, de affectione, & affectuali saporatione. Quarta regula est, de fructuali exercitatione. Dico, q̄ prima regula est de diuina inspiratione: qui nisi inspiraretur a Deo, tu nullatenus poteris scientiam adipisci; & hoc est, qd̄ dicit, audiui vocem de celo dicentem mihi. Vade & accipe librum apertum, &c. quia nihil aliud est, nisi diuina infusio sapientiæ, quæ tacite infunditur in mente inspirante Deo, audiendo prædicationes, & Doctores legentes, & loquēdo de diuinis, disputādo, se exercitādo in diuinis scripturis, & legendo diuinam scripturam: sed potissimum consistit in audiendo scientiam, quam vis tibi in fundi, & inspirari, & hic dicit Psal. in oratione. Nō enim humanam voluntatem locuti sunt prophetae, sed inspirati Spiritu sancto locuti sunt homines, sicut Io. hic. & Hier. & alij Prophetae, qui aperiebant os, & Spiritus sanctus locutus est. Et hoc est, q̄ sanctus Io. dicit: vade ad Angelum, &c. Nā ire ad Angelum, nihil aliud est, q̄ adherere se Christo; quia quāto plus adhereris sibi, tanto magis efficieris sapientior. Quæ ad Christum est, cum desiderio amoris, & ardoris, & timoris appropinquare Christo, timendo, & amando, & eōtra, quia ipse Christus est magister veræ sapientiæ, cui est data omnis potestas, sicut in

A in coelo, & in terra, & ideo qui plus amplectitur Christum, plus adiscit, sicut sanctus Ioannes, qui recubuit super pectore Christi, & in tantum repletus scientia Dei fuit, q̄ nullus alius sanctus, tam lucidam, & altā scientiam acquisiuit, sicut ipse tam de scientia diuina, & cœlesti, quàm de scientia terrestri. Ecce scientiam, quam acquisiuit a potentia diuina in coelo. In principio erat verbum. Ecce potentiam vbi datam in terra. Et verbum caro factum est, vel sic, quia totum suum euangelium primum fuit cœli. Sed scilicet Apo. fuit terra, & sic qui plus adheret Christo, plus acquirit de scientia diuina. scilicet Theologia, & de scientia terrena; hinc est, q̄ dicit, sicut in celo & in terra. Secunda regula est, q̄ homo præparat mētem suam, & nolit ipsam scientiam a Deo infusam acceptare, quia licet, sol luceat, & tu clauderes oculos, tu nūquàm videres, quia dicit Dominus. Ego ito ad ostium & pulso, & qui aperiet, ego intrabo, &c. Et hoc est, q̄ dicit Io. & abij ad Angelum dicens, & vt daret mihi librum disponēdo mentem suā recipere infusionem spiritus scientiæ prophetiæ. vbi nota, q̄ volo docere vōs, o studentes, habere sensum perfectum, & consentire bono. Nam si tu vis esse in isto statu, oportet te habere quatuor conditiones. Prima est sperare in Christo Iesu. Secunda est in Christo cōfidere. Tertia est cum oratione humiliter petere. Quarta, quia tu cer nas, reputes, videas, & agnoscas te solum per gratiam, illam scientiam vel illud, quod vis consequi a Deo acquirere, & tibi infundi, & non aliunde. Alioquin nisi ista quatuor concurrant, tu nunquam eris acceptus Deo. Dico ergo primo, q̄ si vis esse gratus Deo, q̄ oportet, q̄ speres in eo. Et nota, si vis cognoscere inspirationem tibi in mentem occurrentem, vtrum procedat a Deo, vel a diabolo. Considera bene, quia si prouenit, a Deo cum tibi venit, & se præsentat ante tuam mentem, non te violentat: quia si aperis consentiendo, sola intrat, si nō aperis sibi, stat de foras, & non intrat, quia dimittit te in libero arbitrio. Sed diabolus facit contrarium, quia si venit, & præsentat ante fores tuæ mentis suam diabolicam inspirationē, vt non claudas sibi portas vluat, & sculpit cum pedibus ad fores, & cum dentibus rodit portas, & experitur in tantum, q̄ vel cum fastidio, vel violenter aperitur sibi, & est sicut rusticus fastidiosus. Sed Deus non intrat, nisi per liberam voluntatem. Vnde si anima aperit, intrat: & intran-

do, anima delectatur & illustratur; iuxta illud, aperit os tuum, & replebo illud: quia si nō aperis os, cibus nunquàm intrabit. Sed natura diaboli est cōtraria, quia pulsat hinc inde fastidiosè, & vndique rugit, donec cōsentias sibi. Si ergo vis bene adiscere scientiam in qua studere proposuisti, fac q̄ tu de speres illam adiscere. Non dico absolute desperes; sed desperes, q̄ ex te possis illam acquirere, & non reputes te esse dignum illam acquirere sine gratia Dei, & facito sicut ille, qui saltare vult vnam magnam foueam, quia incipit a longe currere, & sic currendo melius saltat vltra, quàm stando prope subito saltu saliret. Ita accidit in volendo captare sapientiam & scientiam; quia quanto plus longas te a tua spe, & curris cum spe Dei, tātō plus saltas, & proficisceris in illa scientia. Vnde Canti. 7. c. vmbiliculus tuus creatus tornatilis nunquàm indigens poculis; vmbiliculus est magis fragidus locus, & tener quàm habeamus in corpore, quia est sacculus stercorum, & interpretatur cognitio tuæ fragilitatis, & iniquitatis. Propterea David sentiens in se hoc dicit, ad nihilum redactus sum, & nihil ex me possum scire, & sicut vmbiliculus siue venter est plenus putredine, & fece. Ista est cognitio tuæ fragilis abominationis. Et iste vmbiliculus est rotundus, sicut creator tornatilis. Et nota q̄ magister, qui facit scutellas, vel crateres tornatiles habet vnam stāgam longam pendulam alligatam cum vna corda cum vno capite, & cum alio capite illa met corda est alligata vni ligno affixo in terra, super quo magister tenet pedem: postea magister illam met cordam, circa eius medium circumligat illud frustū ligni, ex quo vult facere craterem. Cum ergo laborat, calcatur cum pede lignum affixum terræ, cui alligata est illa corda, & stāga superior tirata, quia est ligata cum illa met corda stēctitur, & sic vadit deorsum, & magister eleuat pedē, lignum inferius eleuatur, & per consequens stāga superior ēt eleuatur, & sic vadit modo sursum, modo deorsum; & illud lignum, ex quo vult facere craterem voluitur, & rotatur. Et cum ferro, quod magister habet in manu sit rotundus, & cauatur. Item crater tornatilis stat inter duo ligna, inter duo ferra opposita affixa in singulorum duorum lignorum, & vnum ex dictis duobus lignis potest trahi ante, & retro & stringi, & laxari secundum magnitudinem, vel paruitatem crateris, vel scutellæ, seu catinæ. Vnde magister crateris facit

A facit quatuor, quia facit ire stāgam sursum, modo deorsum; & quandoque ducit ante, quandoque retro illud lignum, quod tenet craterem infixū: & quanto plus calcet stāgam, & inclinare facit, tanto plus eleuatur: sic est mens, quæ quanto plus se humiliat, tanto plus exaltatur, sicut fecit Beata Virgo Maria. Nam quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Ecce qualiter se humiliavit, quia respexit humilitatem ancillæ suæ; ecce qualiter exaltatur, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes, &c. Similiter habes in Publicano, qui stans foris de templo dixit: propitius esto mihi peccatori. Amen dico vobis, descendit hic iustificatus ab illo. s. Pharisæo, qui dicebat; gratias tibi ago Domine, quia non sum sicut cæteri homines peccatores: Ieiuno bis in sabbato, &c. & iste descendit. Ecce, qualiter tornus, quanto magis descendit, tanto magis ascendit, & quanto crater, & vas magis cauatur, & est magis vacuum, tanto plus tenet, ad signandum, quod quanto plus homo se humiliat, & est vacuus vitijs, & peccatis, tanto plus repletur gratia Dei; quia reputat se vacuum, & ex se nihil esse, sicut virgo Maria se humiliata fuit plena gratia, quia Dominus tecum: & quanto plus recedit a Deo, & plus confidit de se ipso, tanto minus participat de gratia Dei, & hoc est, quod dicit, abiit: quia quanto plus confidit Deo, tanto plus desinit de se; & hoc est, quod dicit, abiit ad Angelum, scilicet Christum Angelum magni cōsiliij, qui non solum venit mediator ad saluandum nos, sed fuit mediator de omni gratia. Vnde Danid vnxit eum Deus oleo præ confortibus suis, & idem, sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam Aaron: quia illa gratia Dei primo descendit in capite, sicut vita descendit a capite, & descendit in barbam, id est hominibus virilibus, sicut fuit Aaron duce populi Dei, & hoc descendit in montē Sion, quod interpretatur speculatio, quia debemus speculari in Deo, habendo ipsum pro nostro obiecto semper in omni nostro desiderio, & operatione. Tertio, quia volendo, quod gratia Dei infundatur in nobis, nos debemus seruenter orare, & petere ab eo: sed qualiter sequitur mens nostra, & os nostrum, Deo certè non, quia ipse Deus egeat nostris orationibus, sed ut mens nostra efficiatur feruida, & credens in acquirendo scientiam, quam cupimus mediante gratia Dei, & propter laborem

E mereamur gratiam: quia iustitia vult, quod laborando mereamur, quia omnis labor optat præmium, & merendo gratiam infunditur, sine qua gratia Dei nunquam habebimus scientiam, quia in maliuolam animam non introibit sapientia: requiritur ergo primo, quod cum intellectu oremus in spiritu, & veritate, implorando eius gratiam, & suffragium, quia nos egemus gratia Christi, & non ipse eget nobis. Secundo requiritur voluntas calens in appropinquando ipsi Christo cum affectu animi. Tertio requiritur, quod a parte nostra conamur, & laboremus cum assiduo studio, ut acquiramus scientiam. Vnde sanctus Lucas, cap. dicit, petite & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Cum triplici intellectu: quia dicit primo petite, scilicet orando verbo, quærite cum affectu, & desiderij feruidæ voluntatis, pulsate cum mente, & intellectu ardente in præparato recipere gratiam cum feruida charitate, & sic faciendo videtur, quod impossibile est, quod Deus non inclinetur secundum iustitiam ordinatam ad infundendum, & dandum tibi gratiam, quam cupis obtinere, & scientiam quam discere vis. Nam omnes sancti cum his tribus modis adepti sunt gratias, quas voluerunt; quia mediātibus orationibus cum voluntate pronā, & intellectu illuminato, & mente liquefacta, & præparata recipiunt gratias Dei magni. Quarto requirit, quod tu reputes te obtinere scientiam, vel gratiam, quam cupis a Deo, non propter tuum meritum, sed ex mera, & propria liberalitate gratiæ Dei: quia cum per orationes bene quæseris, & cum voluntate desideres, & cum mente disponas gratiam sumere, si credis gratiam obtinere propter tuum meritum, tu nihil fecisti, quia gratia dicitur gratis data: dic quæso, quid credis, quod Deus curet de te, & quid potes facere Deo, quo egeat, quod si mille millia mūdorum essent, Deus propter ea non esset maior, neque potentior, neque diutior, nec dignitates suæ essent magis auctæ in se, & ideo, ut ait Apost. Iaco. c. 1. Omne datum optimum, & omne bonum perfectum, desursum est, descendens a patre luminum, apud quem non est transmutatio, &c. & non ex nobis: & hoc est quod Ioannes in proposito themate dicit, ut daret mihi librum sapientiæ: quia quanto magis tu putabis te fore indignum, tanto magis gratiam obtinebis. Vnde tu habes in Apoc. quod quando Ioannes vidit Christum ita album, ceci-

A cecidit ad pedes eius tanquam mortuus. ideo dixit, surge. Idem habes in transfiguratione super montem Thabor, ubi Apoito li ceciderunt in faciem suam, & Christus tetigit eos, dicens: surgite, quod significat, quanto tu reputas te minus dignum, & te non mereri, & magis te humilias; tanto magis mereris gratiam Dei tibi infundi exemplo Virginis Gloriosæ, quæ reputabat se fore indignam fieri matrem Domini; & ideo promeruit gratiam Dei. Tolle modo tertiam regulam mentalis præparationis, quæ est de affectuali saporatione, qui postquam petijt librum, Angelus dixit: accipe, & deuora illum, & faciet amaricare ventrē tuū, sed in ore tuo erit dulce tanquam mel; & accepi librum de manu Angeli, & deuorauit eum: & cum deuorassem eum, amaricatus est venter meus, & erat in ore meo tanquam mel dulce. Vnde considera, quod duo sunt saporis; vnus dulcis, s. amoris, & alius est amarus. s. timoris; vel vnus charitatis, & amoris, alius humilitatis, quasi dicat, si tu non sentis amaritudinem, tu nescis retinere dulcedinē, sicut lucifer inexpertus amaritudinis iræ Dei. Et Petrus Apostolus, quia quasi sine labore acquiserit gratiam Christi, & sic de multis alijs. Ideo ille rebellado, et ille abnegando Christum, leuiter perdidit gratiam Dei. Ideo quod; Deus ordinauit istos duos saporis: quia si tu vis gustare dulcedinem de Deo, & ipsam scire conseruare, oportet quod tu gustes amaritudinem, sicut fuit in beata Virgine, quando quærebat Iesum disputantem in templo: ecce dulcedinem. sili mi, quid fecisti: ecce amaritudinē, quia dolentes quærebamus te. Similiter Christus in Cruce. Deus, Deus meus; ecce dulcedo: ut quid me dereliquisti: ecce amaritudo. Sic in studio, amaritudo est labor studij: dulcedo est, quando intelligitur, & postquam adepta est scientia, quia inde multa comoda spiritalia, & temporalia proueniunt ex gratia Dei. Cuius libri saporationem in ore, & amaritudinem in corpore sentiens frater Iacobonus vna dierum meditando in subitum clamorē prorupit tanquam s. memoratus clamādo, oyme, oyme, oyme: propter cecitatem hominum huius mundi, qui Deum non cognoscunt, quia ipse deuorauerat illum librū, & dolebat de damnatione infinitorum, quorum venter Deus est: & glutinatus est in terra eorum venter. Glutinare est cū sit panis, & miscetur aqua cum farina imbrodinata, & nondū bene cōposita, & impastata: sic homines huius mū-

E di in broda, & carnatia inuoluti dicuntur conglutinati, & vtraciq; in fece, & stercore repleti, quia tales non cognoscunt Deū, neque scientiam, & cognoscetes Deum, & eius gratiam immensam, quæ postponitur propter tam vilia, habentes notitiā, & scientiam huius libri, quem deuorauerunt, sentiunt dolorem in intimis corporis sui, ex cōpassione proximi sui tam cæci, & incorrigibilis: & hoc est, quod amaricauit ventrem Iesus; quia quanto plus quis sentit de Deo, tanto plus dolet de peccatis proximi sui, sicut veri prædicatores videntes peccata, quæ regnant non corrigi, meritō dicunt; zelus domus tuæ comedit me, & non potendo ferre; vociferant acclamando, & nota quod dicit, accipe & deuora, & nota, quod dicit, comedere: nā accipe est lumen intelligentiæ: quia licet liber intret os, tu nondum gustas: sed cum tu illum deuorasti, tunc tu gustas, & saporas, & saporando intelligis, & intelligendo errores, & peccata proximorum propter quem damnantur, tu doles, & amaricatur corpus tuum: quia multotiens quis gustat rem valde paruam, quæ videtur dulcis gustui, & cum deuorabit, intrinsecus habet aliquam amaritudinē, quā sentit postea, sicut in breuibus, & capillis postitijs & caudis: quia videtur esse inferendo talia quædam dulcedo apparenter. Sed si gustares offensiones Dei propter prædicta, tu doleres; dulcedo est, quod tu gaudes de offensione Dei: amaritudo vero est, quod gaudendo doleas de offensione Dei, & de peccatis: vnde. Ventrē meum doleo, sensus cordis mei turbati sunt: zelus domus tuæ comedit me. veh mundo, o corpatium, ad quot mala protrahis homines, & propter te video multas animas damnari; & ideo doleo, & sensus mei sunt turbati propter compassionē, quā habeo de te: & mel. i. sapiētia, quia spiritus meus super mel dulce, & veritas mea super mel, & fauum. In cuius exemplū Christus venit comedere mel, quod erat in fauo, seu in cera, quia mel erat cum cera mixtum: nā verbum est mel: cera est caro. Vnde Isaias 5. c. Butirum & mel comedit, ut sciat eligere bonum, et reprobare malum: butirum est humanitas, mel est diuinitas; et sic habes tres præparationes. Tolle quartam præparationē, quæ est de fructuali exercitatione. Vnde oportet prophetare. i. quod postquam vendicasti scientiam, oportet quod illa scientia sit excitata populis, et gentibus, &c. quia quādo domū sapiētiae magis cōmunicatur cum charitate pluribus, tanto Deus plus multi-

A multiplicat illam. Nam Deus facit sicut sol, qui oritur, et venit de Oriente, et venit in Meridiem, et vadit in Occidentem. Nā Deus pluit super iustos, et iniustos, ad dandū intelligere, q̄ habentes doctrinā, et sapiētiā, debent cōmunicare, et prædicare vniuersa liter omnibus, quia quanto plus attenditur scientiæ, et doctrinæ distribuendo vniuersaliter, tãto plus De⁹ illā multiplicat ī illo. Sed quãto plus q̄s docet, et participat doctrinā particulariter, tãto magis abbreviatur, & occultatur in illo. Itaque, o Frater Bernardine, considera bene hoc. Nam semel elegi viam confessoris, & audiebam homines, & mulieres: deinde habui curam fratrum, & eleuauī a me eloquium mulierum, & officium consistendi quenquam, & curam fratrum. Et video, q̄ hoc mihi non sufficit, quia adhuc venit tempus, q̄ non loquetur mihi homo: quia attendendo, & loquendo hominibus particularibus, omitto studium, propter qđ ex stimulo cōscientiæ oportet, q̄ de seram particularia bona, & adhæream vniuersalibus, & prædicationibus pro maiori bono. Vnde dixit Angelus, oportet te iterum prophetare populis & gentibus, &c. Istæ gentes, & populi sunt non habentes cultum Dei, & quæ non intelligunt Deum, & nō habent cognitionē, nisi de mundanis, & carnalitatibus, & qui sunt inuoluti, & polluti in spurcitijs, & peccatis, & linguis, idest intelligentibus, nunciādo vitia, & virtutes, infernum, & gloriam paradisi. Et quia ista tria sunt, quæ regunt animam, scilicet bonitas, scientia, & disciplina, quæ nobilitant ipsam animam, quæ studet in eis. Nota q̄ quatuor studia debēt habere nobiles, circa regimen ipsius animæ. Primum est, q̄ eorum vita sit immaculata; secundum, quod eorum vita sit regulata: tertium, q̄ eorum vita sit disciplinata: quartū, q̄ eorum vita sit exercitata. Dico, q̄ primum studiū est, q̄ vita sit immaculata: quia beati immaculati in vita præsentis; & beatus vir, qui non abiit in cōsilio impiorum: quia nobilitas animæ consistit in non scire facere vnum peccatum: & q̄ eius vita sit immaculata, & ideo vocantur nobiles: sed cum recedūt a Deo, efficiuntur maculati, & merentur in broda, & in carnata. Ad instar vnius nobilis, qui mortuus fuit, & habebat vnum suum catulum valde delicatum, quē nutruerat in magnis delicijs, qui capitauit in monte nostro. Et iste catulus nolebat comedere, nisi super vnam tabolettam, & carnes simul frustatim incisās, cum volebat se

purgare, pulsabat ad ostium donec aperiebatur sibi, & extra se purgabat. Et fratres ponebant ipsum ad comedendum cum gattis, & paulatim propter famem venit ad tantum, quōd vbi prius non comedisset, nisi modo supradictō carnes incisas, & submotenus ipse vorabat omnia data gattis, & submergebat totum os in scutella. Ita accidit in nobile spiritu, quia cum recedit a Deo, efficitur priuatus Deo, & incidit in manus diaboli, & merfus in labe peccatorum, efficitur vnus porcus. Nam Christus cepit suos discipulos piscatores, & per sonas pauperes, artifices, & fecit ipsos nobiles. Et dixit Petro. Ego volo te facere Capitaneum, & te Ioannem meum domicellum; & fecit duas cassatas: vnam duodecim Apostolorum, & aliam Euangelistarum, & erant ita innamorati de Deo, quōd non poterant separari ab eo; & Christus eis dixit: nisi recessero a vobis Spiritus paraclitus nunquā veniet in vos. Vult dicere, quōd Christus ita diligebat Apostolos, quōd dixit, quōd volebat, quōd postquam ponerēt ipsius Christi eius magnam humanitatem, & nobilitarentur in Spiritu sancto, relinquendo carnem. Ita debet facere nobilis spiritus, quia debet postponere mundum, & adhære spiritui. Et videmus, quōd plus amat carnes, accipitres, equos, mūdum, & carnatiā, quā ipsum Deum. Itaque si vis esse nobilis, ama Deū, & sic habebis vitam immaculatam.

Secunda est vita regulata: & nota, quōd vita non potest esse regulata, nisi sit immaculata, & vita non potest esse immaculata, nisi sit regulata bonis moribus, & virtutibus, alioquin cum vita nobilium est irregularata, efficiuntur lupi rapaces, & tyrannizant. Et regulati efficiuntur sicut agni immaculati. Nam quanto anima est nobilior, tanto est maior; & quanto est maior, tanto debet esse magis regulata, & cognoscere summum Deum.

Tertium regnum animæ est, quōd eius vita sit disciplinata, idest quōd refrenet appetitus suos, & sua desideria illicita; quia quãto ciuis est nobilior, & sublimior, tanto magis debet esse speculum, & consilium salubræ suæ patriæ, & econtra, quanto ciuis est innobilior, & indisciplinata vitæ, & paruorum morum, est destructio ciuitatū.

Quartum studium nobilis animæ est, q̄ eius vita sit exercitata in studio virtutum, & scientiarum: & mundus est hodie ita cæcus, quōd vbi olim scientiæ, & artes liberales

A rales fuerant introductæ, quia soli liberi homines, & nobiles illas adicerent, & se exercerent in illis, & in virtutibus, & regerent ciuitates cum exercitio legum, & scientiarum, atque virtutum: hodie ipsi verecundantur studere, & scire scientias, & facere mercantias: sed stant in plateis truffando bonos homines, & mulieres trāseantes per vias, & stando in ocis sub labijs ludendo, & taxillando, & perdendo tempus, aut eundo super bestijs, cum bestijs, post bestias, & siluetria animalia, & sic efficiuntur bestia, & tanquā bestia moriuntur. Vnde tu, diuuenis, qui vis esse verè nobilis, cape exercitium studij alicuius scientiæ, in qua tu possis exercere tuum animum, & ingenium: & sic mediante illa scientia tu efficiaris valens, & clari intellectus, & tunc tu cognosces Deum, & mundum, & cernes quantum interest inter tuam vitam, & istorum idiotarum, & perdentium tempus, cēsendo se fore nobiles, & non curando adiscere scientias, quia habent aliquas domos, & possessiones. Sed cape exemplum Regis Caroli, qui cum esset Rex, & fuit omnibus scientijs, & virtutibus illustratus, & Rex inter alios gloriosus. Similiter nobilis spiritus debet studere, vt exerceat suam vitam in virtutibus, & studio scientiarum; & sic vita talis nobilis efficitur delectabilis, & sibi & proficua toti ciuitati; quia siue rethoricus, vel philosophus moralis, vel legista, cum est in regimine ciuitatis super agendis consulendo eligit dicta maiorum sapientum ad suum propositum suadendo cum bonis rationibus, & exemplis, & tales applaudendo alliciunt animos aliorum ad obtinendum, quod cupiūt, & iudicandum rectum iudicium; quia habent solidum sensum, & illuminatum: ex quo vt taliter eius vita exercitata in moribus, & scientia semper sit gaudiosa, honorabilis, & amorosa toto populo: quia nullus intelligit delectationem studij, nisi qui experitur. Sed iuuenis, qui non est studiosus, est similis asino, qui non delectatur in ocio, & imparare vadit postquam dormiuit vsque ad tertias, de domo ad plateas, & ibi expendit tempus in buffis, & truffis: & inde reuertitur domum, & comedit, seu ordinat inde ire cum bestijs aucupatum, vel redit ad plateas cum sociis alios deridendi, vel dat ordinem de nocte ire ad domum alicuius pauperculæ mulieris ad vituperandum filiam, vel alium malum perpetrandum, vel

ad faciendum aliquam ribaldariam; & sic in vestibus, & studio gulositatum gaudet, & gaudento dissipat possessiones vendendo, quas pater magno cum sudore, & peccato acquisiuit: & sic dissipando efficitur pauper, & postea cum videt se in pauperiem trahi, cognoscens se non posse facere sicut soluit, immediate vendit aliquam possessionem, & danarios dat ad vsuras, prædatur, & omnia facit mala propter vendicare, quæ prodigus ipse dilapidauit, & sic moriendo consumpsit in omni vili studio vitiarum, suam vitam, & animam dissipauit, & ita recte vadit a casa calda. His ergo iuuenis, stude in virtutibus, & scientia. Vnde Gregor. Ama scientiam scripturarum, vel diuinarum, vel naturalium, ex quibus consequeris tria.

Primum, quia tu efficiaris utilis tibi.

Secundum tuis, & toti tuæ domui.

Tertium & ciuitati; quia vir valens, & studiosus scientiarum in vno suo consilio liberabit patriam suam. Si ergo habes ista, quōd sis immaculatus & integer, non duplex, non dolosus, non sanguinosus, & sis regulatus, honestus, virtuosus, & non procax, nec luxuriosus, & sis disciplinatus in scientijs, & tua vita sit exercitata in studio prædictarum virtutum: tunc tu es verus, & completus nobilis. Sed si vis reputari nobilis propter ocium, certè vnus porcus est nobilior te, quia est magis ociosus, & plus comedit, quā tu. Sed dico tibi, quōd tuus equus est etiam nobilior te, quia magis est fatigatus, & laborat, & magis utilis, quā sit porcus.

Sed tu studens, qui vis applicare animum tuum studio, & proficisci in scientia, quam scire desideras, oportet te septem regulas disciplinæ capescendæ seruare.

Prima est æstimationis. Secunda est separationis. Tertia est tranquillationis. Quarta regula est ordinationis. Quinta est reformationis. Sexta regula est delectationis. Septima regula est discretionis, seu mensurationis. Et nota, quōd in ijs facta magis requiruntur, quā uerbo.

Dico, quōd prima regula est æstimationis, hoc est quōd facias magnam æstimationem scientiæ, quam discere vis; quia si non facis magnam æstimationem: illius scientiæ, tu nunquam adisces.

Cum ergo vis studere, considera de qua scientia tu facis maiorem æstimationem, & prosequere studendo in illa; alioquin tu nunquam efficiaris valens; & tunc quære valen-

A valentior hominem, quem potes habere, & noli facere sicut aliqui faciunt, qui propter concurrentia, vel rixas, seu propter denarios quos habent, intrant sub ignorantibus, & sic perdunt tempus. *Æstimatione nanq; scientiæ facit animi præparatū.*
B Secunda regula est separationis, quia oportet, quod studens sit separatus ab omni impedimento, scilicet a mala conversatione discolorum, et a malis mulieribus, et a curis rei familiaris, et ab omni impedimento. Et nota, quod primum impedimentum studij est non timere Deum, quia in malivolam animā nō introibit sapientia. Vnde si vis adiscere, pone te in timore Dei, et nō facias sicut faciunt aliqui, qui sic inveniunt vñū dictū Auerrois, vel aliquod dictū hereticum, videntur impugnari, neq; tu volens adiscere, facias sicut faciūt aliqui, qui ī diebus Dñicis, et festiuis vadūt ad scholas ad discipulandum, anteq; vadant ad missam audientiam: et sicut aliqui, quod cōsumunt sua, viuēdo luxuriosè, et ludūt libros. Similiter sūt multi, qui vadunt cū vestibus sumptuosis. Nā volēs bene studere et indulgere studio, nō debet curare de mollibus vestibus, et priosis: quia quod plus vadit cū vestibus sobriè, et non curat de politie corporis, est magnū cōsiliū, quod talis studens habet totam mentem attentam studio, quia nunq; videbis valentes curare de vanitatibus, et certe valde admiratus sum in isto studio Paduano; quia vbiq; ī alijs studijs vidi studentes ferre statuta, et cappas, et vestes ad instar semireligiosi, excepto quod in hoc studio Paduano; et certe scolares, qui nō incedunt in habitu scolastico, nō deberent gaudere privilegio scolastico. Nā vbi deberent studere in sciētijs, adiscūt furari de nocte gallinas, et postea portabūt pēnas ad ignorantiam, et sumum domū indulgēdo laxiuis, baccanalijs, tripudijs carnis priuio, et quā sunt domi, vt videant docti et valētes, ipsi vadunt inflati, et continētur, et portāt mantellū, et capucciū suffictū vario, et vna bestia portat aliam, et postea, dāt mala cōsilia, et obliquas sūas pp eorū ignorantiam, quia magis indulserūt baurulis, et laxiuis, et fatuitatibus studio. Et nota quod faciētes lazuatas baurulas peccant mortaliter, quia est cā laxiuiarū. Leuate ergo causas malarū societarū, et meretriciū, et studete, si vultis effici valētes. Et vos, o femine indiabolata, quod consentitis scolaribus faciētibus multa mala. Primo vos obscuratis solē: quia scolaris factas valens est sol micans in patria sua. Et si pp te femina indiabolata m

efficitur ignorās, tu obscuras solē, et tenebris restituere dāna, quod inde proueniunt sibi, et patriæ suæ, in dānū datū patri suo: quia tu fuisti cā oīum illorū malorū. Tertia regula est tranquillitatis: quia studens debet disponere mentē suā in tranquillitate adeo, quod ad nihilum intendat, nisi ad sui propositū studij cum mente serena; atq; tranquilla, et tūc in media hora plus intelligunt, quā nō facit in vno mense, si est intricatus in amore alicuius mulieris, vel practicis Doctorū, et Rectorū, quod plerunq; solent fieri in studijs et in alijs ribaldarijs, quia cū debent studere, vel lectiones audire in scolis, diuertunt animos a lectionibus, et non possunt studere. Vos itaq; Doctores, quibus spectat huiusmodi cura, scribatis eorū patribus, quod eorū filii student in vaccis populi; et si qua mulier habet pro malo de hoc, dicatis quod ipsa est vna vaccha populi: eleuate et rancorē animorū et timorē lucri, quia sunt aliqui adeo auari, quod expēdunt in studio, et nihil lucrātur, semper cruciantur, et stando in huiusmodi continuo rancore, et timore perditionis suæ facultatis, impediūt studiū suū deponite ab animis vestris dolorē, ne pp malenconiā non possitis studere, sēpeq; fugate, quia sunt aliqui studētes boni ingenii, qui adeo cōfidūt de suo ingenio, quod negligunt studere, dicentes; in duobus annis explebo studiū meū. Et vidi aliquos rudis ingenii, dicentes. Veh mihi: ego vellem, et non possum adiscere, et semper student, et tandem datur eis gratia, quod pp frequēs studium acciūt ingeniū. Et isti, qui habent magnū ingeniū, vt plurimū efficiunt ignorantes, eo quia nō studēt, et sperant viuere longo tpe proficere, dicētes et. postq; expediūero me, ego studebo domi, sed valde errāt, quia quæ audit, intelligunt: et raro contingit, quod scolaris si exit de studio ignorans, efficiatur excellens domi, vbi immediate implicatur negotiis reipublicæ, et curæ familiaris. Ita quod nō potest indulgere tunc studio; et sic qui cōfidunt in suo ingenio, non studēdo, semper remanēt ignorantes. Similiter vt plurimū sunt pauperes isti tales, qui cōfidunt in suo scire, et ingenio: quia dicūt subito, habebō magnū cōcursum, et lucrabor quicquid voluero, et stando in hac spe, remanent delusi, ignorantes, et pauperes. Si igit vultis in studiis vestris profectū facere, habete mentē tranquillam, et non speretis in vestris ingenijs, et facite quod dicit Boetius.

Pelle timorem, gaudia pelle, spemq; fugato, &c.
 Et vide Bonauen. in lib. suarum passionum, vbi

A vbi docet studere. Quarta regula est ordinationis, quia volens studere debet ordinare vitam suam, & præponere præponenda in studio: & ante omnia debent vitam ordinatam tenere, quia debet seruare medium, in quo virtus consistit; quia non debet nimium comedere, neque bibere nimium, sed mediocriter: nam si plus comedit, & bibit, nō potest adiscere, quia stomachus grauatur, caput efficitur ponderosum, corpus pigrum, & somnus incitatur; & dū est in studio labefit, & omnes spiritus sunt somnolenti, ita quod literæ non possunt intrare, neq; ingenium exercere; quia si pascis ventrem, non potes pascere mentem: & si comedit modicum, continuando, virtus cerebri, & spiritū paulatim debilitatur, adeo quod efficitur stultus: ita quod inter vtrunq; volas, quia medium tenuerit beatū. Item ordinatam horam in comedendo, surgendo, & studendo, & dormiendo mediocriter, non multum, neq; parum: similiter in stando in domo, ne nimium vageris; & si focij veniūt pro te, vel deuiare volunt, noli ire; & proponas omni die videre & studere tuam lectionem, quam audisti, & illud serua: similiter serua in audiendo ordinem librorū, qui primus liber introductiuus cuiusq; scientiæ debet primo audiri, & in eo primo debes studere, & sic tenere ordinem in audiēdo; primo cunabula scientiarum, & capere lac; deinde panē mollem, deinde fortiora, &c. Quarta regula est reformatio, seu repetitio; quia tu debes audita, & didicita repetere, & facere sicut docet Greg. in libro Moralium, dicens, quod si homo reperit aliquem in via, & nescit vnde sit, vel bonus, aut malus: primo ad notitiam prædictorum expedit, quod loquatur secum, & intelligat, cuius est idiomatis; deinde interrogat de qua ciuitate est, & scit ciuitatem; deinde soluet hospitium pro te, & tu argues ipsum nobilē esse, loquendo amplius secum in itinere, ipse dicet facta sua, & intrinseca sui cordis: & ex eius eloquio, & moribus suis comprehendes clarē eius bonitatem, vel prauitatem. Ita accidit in studente, quia cum incipit studere, ignorat idioma scientiæ; quia in qua incipit studere, quia ignorat terminos, & audiendo adiscit. Item ignorat materias librorum, & studendo adiscit, & amplius studendo, & repetēdo intelligit omni die medullitus intima cordis, & fit ita domesticus illius scientiæ, quod intelligit clarē ipsam scientiam, & eius sententias. Et nota, quod scholaris, qui vult proficere; non debet confun-

dere mentem suam in pluribus libris, sed debet capere vnum librum, & bene studere illum, & eum discere prius quā diuertat ab eo ad alium, quia postea agrediendo alium melius intelliget: quia liber librū aperit, & sic efficietis in breui magister. Sexta regula est delectationis, & saporisationis, quia postea cum bene intelligis, tu incipis gustare, & delectaris in gustu illius scientiæ, & vitas deuiamina, & efficietis dominus verborum, & sententiarum, & discurrens materias, argumenta contraria, decisiones, rationes, & subtilitates illius scientiæ, & efficietis magister aliorum. Et caue ne facias sicut faciunt plerique primi prædicatores, sicut fuit vnus, qui ascendens pulpitem incēpit prædicare, & vna musca figit se super naso valde pungens eum, & præ verecundia, & timore perdendi se, non erat ausus expellere eam; quia sunt aliqui ita verecūdi, quod præ verecundia in actis publicis perdunt se, & maximè ignorantēs. Septima & vltima regula doctrinæ sapientiæ capescendæ est cōmensurationis, & discretionis: quia studens quando vult studere, debet cōmensurare se secundum suas facultates, & prosperitatem corporis, & animi: nam debet considerare suam ætatem. Item si sibi suppetunt facultates, quibus possit perficere studiū suū, sanitatem sui corporis; si est sanus, vel non; vel nimium debilis; & tunc cum bona discretionē debet aggredi studiū. Et si videret se annosum, vel nō posse effici ita excellens, ipse debet remanere contentus nolle plus sapere, quā oporteat sapere: vnde si non potes effici Procurator, sis contentus effici Notarius: non potes effici Doctor, sis contentus effici Procurator: & si non potes effici physicus, sis contentus effici bonus ciuicus, & placebis Deo: & seruando supra dicta Deus inspirabit studium bonitatis, & scientiæ, per quam tua vita erit in hoc mundo honorata, & disciplinata propter scientiam in fusam, & acquisitam, qua mediante tu prouenis in notitiam Dei, ad cuius honorem tu taliter tuā vitam gubernabis regendo te, tuam familiam, & consulendo reipublicæ radijs tuæ sapientiæ, semper habendo Deum pro obiecto, quod tu confiteris gratiam Dei in hoc mundo: qua mediante perducetis ad vitam beatam, quam nobis omnibus concedere dignetur ille, qui bonitatem, & scientiam, & doctrinam affluēt inspirat, Amen.

A DE TRIBVS STATIBVS
viduitatis.

Sermo III.



*H*onora viduas, quæ verè viduæ sunt. i. c. ad Timot. 5. c. In hoc sermone intèdo describere tres status viduitatis. Primus status est commendabilis ibi, Quæ verè viduæ sunt. Secundus est honorabilis ibi, Honora. Tertius status est vituperabilis ibi, Viduas.

B *Prima pars principalis.*

Tolle primum statum viduitatis, qui est commendabilis in illis dominabus, quæ verè viduæ sunt. Ad cuius euidentiā est sciendū, quòd ad hoc vt aliqua matrona sit verè vidua, oportet, quòd eius vita sit tribus virtutibus redimita. Prima, quòd sit Deo deuota: secunda, quòd sit operosa: tertia, quòd sit victoriosa resistentem peccato.

Tolle ergo primam virtutem, quia quantum ad Deum oportet ipsam esse deuotā: nam ex quo perdidit eius dilectum maritū, quem, post Deum, super omnia diligebat, cui Deo erat impedita liberaliter seruire, studens seruire viro; modo facta libera vinculo matrimoniali, ipsa debet vacare ipsi Deo cum toto studio, & in omnibus operibus suis. Vidua ergo dicitur, quæ est priuata marito, & quæ desolata remansit, & ista talis debet instare orationi, & deuotioni die, noctuq;. Exemplo illius viduæ, de qua legitur Lu. 21. c. quæ vacabat in ecclesia orationib⁹, & domi ieiunijs, quæ obtulit duo minuta ærea, & dixit Christus ipsam plus omnibus alijs offerentibus magnum thesaurum obtulisse. Nam vidua, quæ attendit deuotioni Dei, & castigationi corporis, siue carnis, impetrat a Deo omnem gratiā, quæ requirit, sicut Anna vidua, quæ nihil aliud desiderabat, nisi videre filium Dei incarnatum, vnde promeruit ipsum videre in spiritu, dum oraret in templo cum isto desiderio. Et quod sit verum, Eccl. .c. dicit: Non despiciet Deus vota pupilli, & preces lachrymosas viduæ. Non tamen dico, quòd tu vidua petas vindictam, vel illicita; sed quod tua vota sint iusta, & rationi supposita: vnde in Act. Apostolor. 9. c. tu habes, quòd

Petrus Apostolus, postquam sanauit in Lidaeuā ab annis octo iacentem in grabato paralyticus; cum autem esset Lida ab Ioppe, discipuli audientes, quia Petrus esset in ea, miserunt duos viros, vt Petrus veniret ad se; & procedens Petrus, introduxerunt eū in coenaculum, vbi erat Tobitas interpretata Dorchas, discipula Christi mortua, & circumsteterunt illum omnes viduæ stentes, & Petrus pietate, & lachrymis viduarum illarum deuotarum motus, conuersus ad corpus, facta oratione, dixit: Tobita surge: & apertis oculis, viso Petro, Tobita appellata Dorchas, resedit, & illam viam viduis assignauit: ad significandum, quod vidua debet esse deuota Deo, & seruis eius.

Secundo debet esse operosa in domo, & non stare ociosa; vnde Paulus ad Timot. 5. c. loquens de verè vidua, dicit, quòd vidua vera est non minus quadraginta annorum, quæ fuerit vnus viri vxor, in operibus bonis testimonium habens, si filios edocuit, si hospitio recepit, si Sanctorum pedes lauit, si tribulationem patientibus subministravit, si omne opus bonum subsecuta est. Adolescentiores autem viduas de vita, &c. Vnde vidua si filios, vel nepotes habet, discat prius domum suam ornare, non intelligas de ornatu extrinseco, scilicet, quòd domum scopatam teneat, & ornet bancalibus, & tapetis; sed quòd doceat ipsos orari moribus, virtutibus, & scientia, & sciat ipsos gubernare secundum Deum; & in gubernationem domus suæ sit magnanima, sicut docebat Hieronymus, viduam filios gubernare; quia oportet viduam supplere defectum mariti; vnde cum virga disciplinae corrigat filios adolescentes; mittat ipsis ad scholas, vt efficiantur docti, & virtuosī, & faciat ipsos disciplinare in grammatica, logica, & rhetorica: & tu vidua sis sollicita in faciendo filios tuos confiteri, & capere corpus Christi, cum sunt intra dies discretionis, videlicet, si esset foemina in duodecimo anno; si masculus in quartodecimo anno: & non cures facere tuis filijs vestes frabellatas, & frascarias: & si habes filiam, tu vidua, nunquā dimittas ipsam sine te; quia si vadis ad Missam, vel prædicationes, vel rus, vel quocunque vadas, semper ipsam ducas tecum; quia si dimittes ipsam domi, tu finaliter reperies ipsam prægnantem, secundum quòd communiter ritus, & stilus malè viuendi præsentis temporis portat, propter insidias indiabolatorum iuuenum, & senum recagnatarum, quæ con-

tinuò

Atinuò suis applausibus, & lenocinijs, puris, & maturlis virginibus insidiantur, quòd patet ipsas decipiant: & caue ipsam a conuersatione aliarum vanarum; quia quando sunt insimul, poliunt se, docent vna aliam se fucare, & bellettare, & ratiocinantur semper de frachis, & de suis innamoratis; & cum sentiunt aliquem equitatem, vel transeuntem per contratam, subito profiliunt ad fenestras cacchinādo, & motetos cantando, &c. Et annuntio vobis, quòd quotiens vos foemina non ducitis filias vestras ad Missas, & prædicationes in diebus Dominicis, & solemnibus, peccatis mortaliter: sed hoc procedit, quia si sunt turpes nolunt videri, vt decipiant aliquem. Et noli dimittere filiam tuam adiscere tales frascarias; sed fac, quòd adiscat scire filare, & legere, & tunc in diebus festis fac ipsas legere libros diuinæ scripturæ, & legendas virginum, & quòd non stent aliqua hora ociosæ, & custodi ipsas, & gressus suos; & sapissime quære quid habet in eius capsa, si reperis bursetas, manustergia, & huiusmodi, examina ipsam, & subtiliter quære vnde habuit: videas si reperis buffolettos, & ampullas belletorum, & quære subtus lectum vbi dormit si habet de huiusmodi ribaldarijs: o ribalda tu bene intelligis me.

C Nam quando dimittis tales ribaldellas domi, multotiens loquentur cum suis innamoratis, & infamiant se, & domos suas: facito etiam, quòd filia tua fugiat tripudia, & festa iocosa, & quòd semper timeat remanere sola, & quòd in domo sit sicut sclauetta, & pro omni minima re argue eam; quia filia carens patre minus timet, quàm si haberet. Sed si vidua non habet filios, vel nepotes ad gubernandum, tunc ipsa debet frequentare ecclesiam, & die, noctuque indulgere diuinis orationibus, & quòd superest temporis, debet laborare, & filare pro pauperulo, vt sibi faciat camillas; & debet visitare, bene associata, pauperulam vetulam infirmam, & seruire eius bonam famam cum omni pudicitia, & integritate, & sit semireligiosa.

Tertio requiritur, quòd vidua sit virtuosissima contra peccatum. Et nota, quòd a tribus partibus insurgit peccatum, vel a dæmonio tentante, & instigante, aut a carne instigante, & minante, vel a mundo instigante, & prosequente: dico ergo primo, vidua verè debet esse victoriosa contra diabolum; quia dum diabolus appresentat, & proponit tibi aliquam in-

spirationem malam, vel aliquam melancoliam, & tentationem, tu debes resistere, dicendo: ego fui in tanta tentatione, quòd non curo amplius de tuis malis cogitationibus diabole: nam multotiens diabolus ipse propter malas consuetudines præteriti temporis, facit te venire in prauas cogitationes, & stimulationes carnis: sed tu appone clypeum Iudith, & sicut ipsa, incide caput Oloferni, scilicet principio tentationis carnalis desiderij, & aliarum malarum tentationum, &

Principijs obsta, sero medicina paratur.

Postquam aperuisti diabolo pullanti ostium tuæ domus, quia tunc si consentis suis tentationibus, tu nunquam poteris sine tentatione esse.

Item est alia victoria viduæ contra carnem, quia si vidua erit iuuenis, & nutrita in delictijs, nisi sit sapiens, & sciat exire ignem, tunc comburetur domus illa, in qua habitat: vnde tu virgo iuuenis, cui bullit sanguis, fac in tuo regimine, si vis, quòd tuus sanguis non bulliat, & non vis vri, fac sicut facis, quando tu vis, quòd tuus lebes non bulliat: nam tripliciter obuiatur ne lebes bulliat; vel quia tu caues ligna ardentia subtus de igne, & subito cessat bullire, & tantum bullit, quātum ignem facis, & quot ligna imponis.

Ita regula te, subtrahendo cibaria, & vana delicata, ieiunando, vigilando, laborando, in paleis dormiendo, frigora sustinendo, aquam bibendo, & huiusmodi, & in continuis orationibus fortiter insistendo: certè sic faciendo, tu non recordaberis de luxuria, & vinces insidias diaboli, & stimulos carnis.

Secundo modo obuiatur remouendo causas, & fugiendo conuersationes malas: & tu o vidua, caue tibi ab omni homine; & in confessione reperias tibi fidum confessorem, & timentem Deum; quia homo est fragilis, & foemina fragilior; & ideo consulo, quòd quilibet domina deuota sibi reperiat fidum confessorem, & timorosum de Deo; & non cures multum conuersari cum tuo confessore præter actum tuæ confessionis.

Tertio modo obuiatur ponendo aquam in lebere, scilicet temperando, & subijciendo sensus corporeos rationi: vnde Paulus Apostolus dicit: Castigo corpus meum, & in seruitutem repono imperio rationis, vt prædicando alijs castitatem, non reperiar in delicto. Sed quid faciet iuuenula vi-

V 2 dua

A dua delicata, quia nisi sit sapiens, & regat se freno prudentiæ, & temperantiæ, & dimittat intrare inimicos suos, quos vndiq; habet in eius domum, scilicet carnes, bonum vinum, & calidos cibos, & delicatos, vincetur, & sine fallo cadet, & vadit postea ad se confitendum, & dicit; domine, ego affligor, & sum vndique tentata, &c. Et non est mirum, si tu tentaris, & vris, ponendo super igne tuæ iuuenilis caloris cibaria delicata, & bona vina, & dormis in mollibus plumis, & stas ociofa, & in malis curis. Sed aduerte, & fac sicut docet Euan gelista: Si oculus tuus scandalizat te, erue eum, &c. Hoc est diuertendo visum in aliquam partem, remoue causas, & castiga carnem, & non dormias in plumis: non tamen dico, quod tu dormias super scamnis, nec in terra, sed super paleis: & dico tibi, quod expertus loquor, quod non est suavius, & melius dormire quam super paleis: quia in æstate sunt recentes, & in hieme sunt calidæ, & homo non infirmabitur propterea; & sic faciendo tu habebis victoriam carnis. Et nota, quod contra istos tres inimicos, scilicet diaboli, carnis, & mundi, Deus præparat tres victorias, & exinde sequuntur tria præmia. Primo, quod si filios habet, De^o dabit eis bona temporalia, quia saturabit eos panibus, iuxta illud August. **C** Vidit iustum derelictum: quia licet iustus quandoque sentiat egestatem corporalis cibi, nunquam veniet in egestatem panis spiritualis, qui est melior cibo corporali, quia habendo cibum spiritualem, tu eris ita contentus, quod tu habebis patientiam, & non curabis. Secundo benedictio, quia Deus dat sibi gratiam suam. Tertio, quia ex gratia sequitur benedictio æternalis anime, & corpori.

Tertiam victoriam debet habere contra mundum, quia si ipsa est diues, sui parentes & affines sui mariti quærunt deprædari filios, & ipsam; si filias habet diuites, omnes quærunt habere filias suas propter bona; & si habet pinguem dotem, sit bene cauta, ne decipiatur a malis consilijs, & accipiet aliquem ribaldum, sicut quotidie accidit; quia secundum consilium Pauli, si potest continere, consulit, quod non nubat, si potest resistere carni: si verò non potest continere, nec resistere carni, tunc melius est nubere, quam vri. Et caute vobis, o viduæ, ab istis vetulis recagnatis maledictis, & execratis, quæ faciunt sicut beccharij, qui postquam vendiderunt suas carnes, vendunt

postea carnes alienas: nam istæ pessimæ vetulæ veniunt filando ad domum viduæ, fingentes se velle emere aliquam telam, vel aliqua alia; vel quando vadunt vendendo aliquas zanzarellas, & ponunt se ad sedendum, & sic stando, & confabulando respicient fixè vultum viduæ, & suspirant, dicentes: filia mea, heu quam magnum peccatum tu facis, perdere ita frustra tuum tempus; quæ compassio est ista, tu potes acquirere multas animas Deo, & acquirere tam pulchros filios, qualis tu es; quia in veritate tu es pulchrior iuuenis istius terre, Deus parcat illi, qui tale dedit consilium tibi, quod perdas isto anno tempus, quia facit tecum magnum peccatum: & sic dicendo intrant paulatim suadendo, donec suaferit viduæ taliter, quod faciliter, vel vno, vel alio modo decipiant eam. Sed tu, o vidua, fac istis talibus vetulis, sicut fecit vna Veronæ, quæ ita verberavit vnam rufianam, quod vix sibi: vnde caue, quia tales recagnatæ non quærunt nisi replere se de tua pelle: postquam ergo Deo placuit, quod sis vidua, cape Christum pro tuo sponso; quia vna de duodecim admonitionibus Christi est castitas; non tantum ipse mihi noster Christus dedit hoc consilium omnibus, sed hijs, quæ possunt attendere animæ, & castitati. Nam vidua non habet maritum, qui molester eam: & ideo ipsa potest facere poenitentiam, surgere in matutino ad orandum: potest facere disciplinam, ieiunare, frequentare ecclesias, & multa bona facere. Vnde Paulus ad Corinth. septimo capitulo. Mulier innupta, & virgo cogitat, quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo, vt sit sancta & corpore, & spiritu: quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro, &c. & sic faciendo verè vidua erit tripliciter victoriosa contra dæmonem, contra carnem, & contra mundum.

Secunda pars principalis.

Secundus status honorabilis est descriptus hic a Paulo Apostolo, dum dicit: Honora viduas, quæ verè viduæ sunt: vnde nota tres honores.

Primus honor status vidualis est, quia debent esse commendatæ.

Secundus, quia debent esse confortatæ.

Tertius, quia debent esse defensatæ.

Nam

A Nam primo debent commendari, quando faciunt bonum in suis prosperitatibus. Secundo debent confortari in earum aduersitatibus, & tribulationibus. Tertio debent defendari in suis necessitatibus. Vnde Christus distinguendo tres status. scilicet virginalis, vidualis, & matrimonialis, proposuit statum virginalem viduali, & proposuit statum viduaem statui matrimoniali; vnde Matt. c. dicit, quod virgo, quæ non probauit delectationem mundi, & actus carnales, magis experitur, & sentit de dulcedine Dei, quam alia, scilicet viduæ, & maritatæ. Et Ioannes Climacus dicit, quod inexpertæ vitio luxuriæ non tentatur, ita a spiritu luxuriæ, sicut expertæ sint in largo & in liberali homine, qui dando vnum ducatum minus videtur elargiri; & minus fatigofum, quam vni avaro, qui daret vnum solidum. Et nota, quod viduæ dantur quinquaginta pro præmio: & iste numerus de quinquaginta signat mediam delectationem, quia non est virgo: sed pur habet delectationem Dei per operam castitatis, per decem, & significat operationem: statui verò matrimoniali, seu nuptæ dantur pro præmio triginta, quia delectatio. Et isti statui dantur duodena pauciora, quæ statui viduali: & vnū decem est causæ aliud decem, & occasio: primum deca accipit occasionem castitatis sanctæ, vnde Christus voluit ex Virgine nasci, vt præponeret statum virginitalis ab Anna vidua, voluit recipi, vt laudaret secundum statum viduitatis. Tertio in nuptijs in statu matrimoniali fecit miraculum in triginta annis, vt etiam ipsum statum matrimonialem approbare, & laudaret, sed non tantum. Item lege in Biblia in libro Ruth, de iuvene pulcherrima vidua, quæ iuit peregre tempore mariti; & omni die se allongabat a Deo, quia attendendo marito, non posset attendere Deo: & cum remansit vidua, vidit se elongatam valde a Deo, quia fecit ipsam redire domum tempore quo colligebatur ordeum; quia ordeum habet de foris corticem asperam, quæ significat poenitentiam, quam vidua rediens peregre, faciendo poenitentiam recordatur de Deo, & redit ad Deum, &c. Secundo debet confortari, quia si mulier viduata vult viuere in illo statu viduali, conforta ipsam, & perseueret in eo; & adimple Canonem traditum a Sancto Iacobo, de religio munda, & immaculata apud Deum, hæc est, visitare pupillos, & viduas in earum tribulationi-

bus, & subuenire eis in eorum necessitatibus, & defendere eos: nec facias sicut aliqui, qui spoliant eos, & earum dotes occupant, vt vsurpant. Nec tu o iudex, aduocate, & procurator, noli facere sicut dicit Iob, Vacuas dimisisti viduas. scilicet debent habere suum debitum. Tu o attinens, & vos iudicantes dimittitis ire vacuas, non faciendo sibi ius, &c.

Tertio vidua debet defendari, quia licet fratres habeat, & attinentes, non propterea cesses defendere ipsam, quia perdendo maritum videtur omnia perdere, & quicunque debet ipsam iuuare, & non dimittere ipsam ire ad loca suspecta; quia si ibunt, de duobus eueniet alterum; aut redibunt vituperatæ, aut diffamatæ: o proditor, o dignissime cremari, qui talia facis. Vnde Isaias 1. c. Quærite iudicium, vt cito fiat ius viduæ: subuenite oppresso; quia si viduella est oppressa, & occupatur sibi debitum, facite sine strepitu, & figura iudicij sibi reddere, quod suum erit. Et tu o Aduocate, & procurator, nota quod dicitur Deuter. 22. c. Pupillo, & viduæ si nocueritis, clamabunt ad me, & exaudiam eos: quia orando proclamabunt vindictam; & dato quod non benefaciant, tamen Deus faciet ultionem; quia vox oppressorū, merces retæta laborū, &c.

Tertia pars principalis.

Sequitur tertius status viduæ vituperabilis, cum dicit, Viduas. Vnde nota, quæ tria sunt, quæ faciunt vituperare viduas. Prima, si est ociofa: secunda, si ipsa est curiosa: tertia, si est luxuriosa.

Dico, quod primum est ocium, quod facit vituperare viduam. Vnde nota bene, quod si vidua est iuuenis, & viuunt delicate, & in ocio, ita est possibile, quod ipsa sit casta; sicut est possibile, quod homo sit asinus; quia cum habebat maritum, erat sibi subiecta, & non audebat ita recalcitrare, quia habebat frenum continuo, quo gubernabatur, &c. sed quando est facta libera, tunc ipsa est sicut equus potens; & morbidus sine freno, & sine sella, qui vadit currendo, & saltando, & nescit quo vadit: ita est morbidus; sed dādo ei de ordeo, tunc stat firmus: nam ordeū significat poenitentiam, vt sup. dixi. Ita facit iuuenis in libertate posita, & nisi reperiat bene associata, oportet, quod efficiat imbrodiata. Oportet ergo, quod vidua iuuenis habeat sp̄ ante de ordeo, vt stet firma; sicut

Sermo. Dini Bernardini extraord. To 4. V 3 equus,

A equus, & refrigentur sui appetitus sensuales: surgat enim omni mane in matutino, & dicat horas canonicas, videlicet loco matutini, dicat xxv. Pater noster, & totidē Ave Maria: in sexta septem Pater noster: in tertijs totidem: in nonis tantundem: in vespers dicat xij. in completorio septem; & sic omni die dicent orationes, seu horas canonicas; & hæc faciant tam maritatē, quā viduē; quia non est magnū factum: & scientes legere, dicant officium Beatæ Virginis; quia illud cauat ipsas a curis: & si habent tempus in mane, cogitent de gratijs maximis paradisi, preparatis volentibus ipsas, faciendo opera bona: in secundo verò cogitent de penis inferni, & omnia quæcūq; fecerūt illa die; & de passione Christi, quā portavit pro nostra redemptione; & sic semper cogitent de passione Christi, vel alicuius Martyris, vel de vita alicuius Sanctę Virginis, vel alicuius Sanctę Viduę, cōmutando earum vitam filando, suendo, & cætera opera faciendo. In diebus verò Dominicis, & festis dibent de mane surgere bona hora, & præparare prandium ad ignem, & omnia præparare, & postea ire ad Missam, & audire diuina officia, & audire prædicationes, & suos filios castigare, & inducere, & vadant omnibus diebus festiuis ad Missas, & ad prædicationes. Sed si est diues vidua, tunc non debet restare quin fileat, & suat pauperibus pro Deo, & laboret, ne ocium ipsam deprehendat; quia sic faciendo, multum placebit Deo. Item vidua debet omnia quæ portat, & quæ portant sui filij tatiare, & suere suis manibus, sicut quædam valens domina, quæ bene sciebat gubernare domum, & familiam suam sapienter, & discretē, dixit, & proinde quando fuit prope mortem: Ego volo, quod faciatis mihi vnā gratiam, quod ponatis mihi, cum clausero oculos, camisiam, quam meis proprijs manibus filauī, & in meo labore quæsiui; quia nil aliud, nec alicuius portare volo: ad notandum, quod sicut portabat virtutes, & fuit virtuosa; ita fuerat laboriosa, & labores manuum suarum portare volebat in corpore suo; quia multum placet Deo, quod viduæ sint laboriosę; & multum placeret mihi, quod vos dominæ viduæ fueretis de corporalibus subtilibus istis ecclesijs derelictis; quia est deuota elemosyna, vbi supponitur corpus Christi; & est modici sumptus: sed si vidua est pigra, & similiter quæque alia mulier, & negligens, dormiens vsque ad medias tertias, non vadit ad eccle-

siam, & efficitur camera omnium vitiorum.

Secundum vituperat viduas. scilicet quando sunt curiosę, & verbosę, loquentes, quæ non decet; quia non licet, neque viduis, neque iuuenibus in amoratis complacere, viris iuuenibus, & esse loquaces, & curiosas; quia inde vituperium consequuntur: vnde Pau. ad Timot. 5. c. Simul autem & ociosę discunt circuire domos, non solum ociosę, sed & verbosę; & curiosę loquentes; contra istas fatuas mulieres, quæ mittunt filias suas capillatas, fucatas, & bene infuscatas, quia docent etiam filias esse audaces, &c. quibus non licet maritatē, debent ire ornata, tamen honesto modo, & non debent se bellettare, nec ire cum caudis, & machagnonis, & frascarijs: sed multo peius stat viduis, quod sint curiosę, & imbrattantes sibi vultus, & imponentes sibi aquas, vt videantur morbidę, & coloratę; quia talia faciendo est malum signum, & eius anima est bene sicca, si eius carnatia quærens imbrodiari est morbida; quia est esca vermium, & faccus stercoreum, & domus omnium vitiorum.

Tertium, quod maximè vituperat mulieres est, si est luxuriosa, quia est impudica, & sit secreta quantumcūq; velit, si non refrinat, extinguendo ignem sui iuuenilis caloris, remedijs superscriptis, necesse est, quod omnino sit vituperata. Et nota, quod sunt variæ dominæ luxuriosę, quæ quærunt varias causas luxuriandi: quædam quærunt maritari, vt liberius possit luxuriari; & istę quærunt iuuenes; quia multotiens sunt aliquę vetulæ recagnatę ita luxuriosę, quod non sufficit ipsas habuisse duos vel tres viros, quod accipient quartum, iuniorem primo, qui posset esse filius suus, & nepos, & possent filios propter earum senium procreare: o pessimæ mulieres, quia nil est deteriorius, quā senex luxuriosus. Quædam iuniores volentes luxuriari, reperiunt nouas causas ad se maritandū: nam dicunt, vā mihi miserę, ego sum de nobili & bona progenie, & sum diues, sed sum malè recta, & gubernata. Nota, quod sicut vidua dicit hæc, ipsa capit maritum: quandoq; dicunt. Bene est verū, quod melius esset mori pariter cum suo marito, quā remanere vidua; quia nullus curat de vidua, & malè tractatur, quia vsque ad sclauas, & famulos, & factores non timent me, immo dicunt mihi contumelias. Vel dicet, vā mihi miserę, quia non habeo pur qui mihi emat vnā libram

car-

A carnium. Et si habet filios, dicet, filij mei, ego bene video, quod nisi prouideatur vobis, vos efficiemini ribaldi: quia non habetis aliquem, qui vobis sit cordi, & qui castiget vos, & mittat vos ad scholas, nec qui defendat vos: & si pueri habent affines, tunc faciunt ipsos eis exosos, dicendo, bene nomen est consequens rei, & merito vocantur parentes a paro paras, quia vos quærūt spoliare, nisi aliter prouideatur vobis filij mei dulcissimi. Et tunc nota, quia quærunt sibi prouideri de marito, vt luxurientur. Consulo vnā cum Paulo, vobis, o viduę, quod sitis honestę, & non faciatis sicut aliquę, quæ volunt apparere honestę, & politę vadunt super ostijs suis ad ostendendum se; & si pur vultis maritum, quod melius est non beri, quā vri, cape patrem, vel matrem, vel tuos proximiores, ad quos talis cura merito spectari debet, & honesto modo dic, quod prouideant tibi de vno bono, & honesto viro, & legitimo marito. Sed aduerte, quod si capis maritum, de duobus erit alterum, aut tu capies vnum malum maritum, aut vnum bonum: si capies malum, & primus fuit bonus, tu nunquam habebis vnum bonum diem, & semper stabis in continuo bello, & continua afflictione, & omne verbum maledictum, penetrabit tibi cor respectu primi tui mariti, qui fuit bonus: si erit lufor, tibi ludet vestes, & omnia, & reducet te super paleis: si erit ebriosus, bibet in tabernis in vno die lucrum totius septimanæ, & veniens domum ebrius, te verberabit, & semper itabis in continua afflictione, & continuo bello. Sed si habuisti primum bonum, & reperies secundum bonū; adhuc tu nunquam habebis bonum tempus, timens istum mori, sicut primus mortuus fuit. Similiter si primus fuit malus, & secundus malus, duplicabitur tibi dolor, & poteris dicere, quod tu incepisti esse in inferno prius quā moriaris. Et si habes filios, vel filias ex primo, vel tuus secundus maritus habet filios, vel filias ex prima eius vxore; & tunc tu nunquam habebis pacem, quia si bene tractas filios tuos melius quā suos, tu eris inimica tui mariti, & filiorum suorum: si melius tractas suos quā tuos, tu efficietis inimica tuorum propriorum filiorū. Et econtra maritis. Et sic tu nunquam habebis pacem. Præterea si habes filios de tuo proprio marito, ad quid capere amplius maritum, ex quo habes prolem; & scis, quod tua proles non bene tractabitur, sicut experientia docet? Et si non habes filios, tu

es bene fatua, ponere te liberam in tanta seruitute habendi liberos: & si habes liberos ex primo, ille secundus non poterit pati videre comedere ipsos suum panem, & oportebit te furari panem, & alia pro subueniendo eis; & sic eris semper in continuo bello, & rancore. Et si ipse habebit filios ex prima, similiter semper tuus vir erit suspectus, quod non diligas eos. Et si infirmabuntur, infirmaberis, quia dicitur, quod ex tua culpa, quia desideras eorum mortem, & venenasti eos; & si das eis comedere, dicitur, quod es crudelis; & sic semper eris in continua guerra, & rancore. Et lege Hiero. in quadam sua epistola, de hoc, qui nullatenus consulit viduæ nubere. Sis ergo cauta bona vidua, & bene prospice qualiter agas, & cui nubas, & si potes remanere vidua, consulo tibi, quod serues vidualem vitam, & sis verè vidua, sicut prædixi, viuendo in castitate, & in seruitio Dei; quod si feceris, gratiam Dei consequeris, qua mediante, tu peruenies ad vitam æternam, quam nobis concedere dignetur Deus omnipotens per suam misericordiam, Amen.

DE SACCOMANDO Paradisi.

Sermo IIII.



*R*egnum caelorum vim patitur, & violenti rapiunt ipsum. Verba sunt magni Capitanei Domini nostri Iesu Christi, agni immaculati. Quæ sanctissima verba ad tres contemplationes extendimus.

Prima contemplatio est ad contemplandum mirabilem exercitum, a quo caelum vim patitur.

Secunda ad contemplandum sfortium violentum, quia violenti.

Tertia ad contemplandum

triumphū gloriosum,

& spolia ditissima,

& præ-

tiosas;

qui rapiunt

cælum.

V 4 Prima

A

Prima pars principalis.

Primum contemplari est exercitus mirabilis. Vnde omnes vos steteris in puncto, & sitis bene armati; quia Capitaneus, & tota militia est in ordine, quia volumus hodie saccomadare paradysum, & violentiam facere Deo, Angelis, & Sanctis paradisi, & rapere coelum. Ita quod oportet habere optima arma, ire contra tantam potentiam; & qui in ista Quadragesima vindicauerunt bona arma, erunt bene securi: alij vero ascendendo ita in altum, si non erunt bene armati, percutiuntur, & cadent in profundum. Et quia in vno tam grandi exercitu oportet habere plures Capitaneos sub principali, secundum diuersitatem plurium acierum, & officiorum armorum, que requirunt in isto futuro bello; oportet eligere officiales, & capitaneos, & facere monstram, ut oes reperiantur bene armati, & in puncto, cum ordinabuntur acies. Item oportet habere in tanto exercitu tubetas, & cancelarios, & alios officiales: de quibus & alij ad talia requisitis, tangitur per Io. in Apoc. 14. c. dicentem: Et vidi, & ecce agnus, qui est magnus, & principalis Capitaneus totius exercitus, stabat super montem Sion: & cum illo 144. millia signati, habentes nomen eius, & nomen patris eius scriptum in frontibus suis. Et iste magnus Capitaneus habet tredecim tubetas: sed principalis est Ioannes Baptista, qui cum sua tuba vadit concinendo: Ego sum vox clamantis in deserto, parate viam Domino; & omnes se ponant in puncto, & veniant super montem Sion cum armis suis; quia Capitaneus noster vult rapere coelum, & saccomadare paradysum. Alij magni tubeta sunt duodecim Apostoli; quia in omnem terram exiit sonus eorum, tubicinant, & clamantes, venite armati clypeo fidei. Et fuerunt etiam alij quadragintaduo Apostoli tubetae minores, qui similiter impleuerunt omnes contratas, maria, montes, & planities; quod omnes sequantur agnum immaculatum; & conueniant super montem Sion, vbi parantur acies ad expugnandum, & violentandum coelum, & paradysum: & Capitaneus iste sensit vnum futurum magnum tubicinatorem, qui volebat venire ad suum exercitum; & fecit illum vocare, & ad eum duci ligatum, & caligatum, & multum conuassatum; & quia volebat ire, & ibat ad stipendia

inimicorum suorum; qui vocabatur Saulus, qui promisit sibi fidelitatem; & fecit signare in eius fronte nomen suum, & nomen patris sui, & vocauit eum Paulum; & praecipit sibi, dicens; vade, & concina tua alta tuba per omnes regiones, quod nullus noceat alicui nostro amico; & Paulus bonus tubeta agni immaculati, ferens signum eius in fronte sua, & stigmata sua in corpore suo, factus fidelissimus, secundum praecipia magni Capitanei vadit. Et sicut habes in Apocalip. septimo cap. Concinit cum sua tuba, & clamauit voce magna quatuor Angelis, quibus erat datum nocere terrae, & mari, dicens; nolite nocere terrae, neque mari, neque arboribus, quousque signemus seruos, & armigeras nostri Capitanei, in frontibus eorum de nomine suo. Et isti quatuor Angeli erunt capitanei super guastatoribus, quibus data erat potestas nocendi terrae, mari, & arboribus, &c. Vnde fecit proclamare, quod nemini amico nostro noceret sub poena aeternalis exilij; neque mari, idest, existentibus in aduersis; neque terrae, idest, existentibus in prosperitatibus; neque arboribus, idest, spiritualibus; & contemplatiuis, donec omnes de exercitu erunt signati. Et factis cridis supra scriptis per ordinem, fuerunt electi quatuor protocancellarij. Primus notarius Ioannes Euangelista secretarius magni Capitanei: vnde, Beatus es, cui reuelatum est secretum. Et est signum, quod iste secretarius habebat vnum tractatum in paradiso, quem nullus sciebat, nisi Capitaneus, & ipse, cui reuelatum fuit illud secretum: & Ioannes seruabat in pectore suo omnia haec. Alius erat Marcus; tertius Lucas, quartus Mattheus; & isti protocancellarij habent sub se alios quatuor optimos subcancellarios, scilicet quatuor Doctores ecclesiae, & multos alios subscritas propter maximum exercitum. Et postquam omnes sunt vocati, & congregati, magnus Capitaneus, conuocato consilio suo, dixit; quis est dignus ferre vexillum exercitus? cui dabitur? oportet, quod eligatur de toto exercitu vnus valens, & audax in eundo contra tantam potentiam; & circuentes totum exercitum, viderunt vnum paruulum male indutum, sed magnanimum, qui propter suam magnanimitatem spreuerat totum mundum, & iuxerat oia, & dispererat, & dederat pauperibus quicquid habebat: vnde dixerat sibi, & volebat

Alebat seruire capitaneo magno: qui respondit, quod ipse erat paratus ponere vitam pro eo; & relatum fuit capitaneo, qui misit pro eo, & adoratus eum, dixit, Domine quid placet tibi, & dixit capitaneus, quo nomine vocaris. At ille dixit, Ego vocor Franciscus, bene, ex quo vocaris Franciscus, quasi Francus stans: Si vis venire mecum. Ego volo facere te meum vexilliferum, sed oportet te disponere mori pro me: qui respondit, quod erat valde contentus, & iam diu disposuerat sic facere. Et dato sibi in socium sancto Antonio confessore de Padua, cōsignauit eidem suum vexillum in eius proprijs manibus. Et hoc est, quod dicit idem Ioan. in Apoc. & vidi alium Angelum, scilicet sanctum Antonium angelice viuentem, confocium S. Francisci vexilliferi Iesu Christi, quibus datum fuit vexillum crucis Christi. Cuius signum factus Franciscus portauit in pectore, in pedibus, & manibus. Et ideo dixit, Ego sum, quod porto stigmata Christi. Et S. Antonius fuit magis fidus socius, quam habuerit S. Franciscus, & vocabat eum suum Episcopum. Quibus pactis magnus capitaneus vocauit suum tubetam secretarium altisonantem, & Paulum dicens, quod tubizarent, quod omnes capitanei sui exercitus, ex omnibus tribubus se cum suis armigeris praesentarent, ut signarentur, & facerent monstram. Et fecit primum suum bullerarium, & signatorem. Quibus appraesentatis omnes fuerunt signati in frontibus suis de signo nominis Iesu Dei viui. Quibus per ordinem signatis, & praestita fide legalitatis ipsi magno capitaneo, misit fieri monstram, & ordinatam sunt descripti per Ioannem secretarium, & protho scribam magni capitanei in suo libro in Apoc. Vnde omnes conductores gentium, & numerum armatorum omnium tribuum: Primus capitaneus fuit Iudas, qui interpretatur confessio, & est Princeps guastatorum. Ei iste Iudas habet quatuor capitaneos sub se, quibus est data potestas cum suis guastatoribus nocere terrae, & mari, & arboribus, & de ista comitiua possunt esse, & numerari omnes, qui confessi sunt in ista quadragesima; quia fuerunt, & sunt guastatores peccatorum. Inde venit, quod Iosue 22. c. dixit Deus. Ascendo in montem, & ut excidas, &c. deinde poteris procedere cum occideris Cananæum. Cananæus interpretatur domum zelans animam. Nam anima, quae amat Deum, & purgat conscientiam suam a peccatis, declinando a malo, & faciendo bonum, occidit cananæum, idest, dia-

bolium: vnde primo eleua pccm cum proposito bene viuendi; & viues in gra, & eris signatus in fronte nomine Iesu, & poteris esse de numero, huius comitiuae istorum guastatorum. Ecce ergo primus capitaneus, qui vocatur Iudas interpretatur confessio, & de comitiua sua fuerunt electi, & numerati de numero signatorum duodecim millia signati, omnes probissimi, & fortissimi viri bene armati, & in ordine, quibus nihil deficiebat. Secundus capitaneus fuit Ruben; qui interpretatur filius visionis, & de comitiua tribus istius capitanei sunt omnes valentes, & probissimi viri, verax cognitio-num magnarum veritatum fidei Iesu Christi, & est Princeps Balistrator, & omnes de eius comitiua sunt veri electissimi, & trahunt ita directe, quod nunquam errant: quia veri balistratores fidei; balistrant in brocca, & in medio veritatis; quia si oblique, vel coeterie traherent, immediate repellerentur de numero signatorum, & istius comitiue: vnde Dauid, vidi prauaricantes, & paucesebam, quia isti prauaricatores fidei, & peccatores intelligunt veritatem. Et nota, quod balistrator claudit vnum oculum, ut recte trahat, ad denotandum; quod scit bene, & directe trahere; oportet te claudere vnum oculum. s. vanitatum; & desiderij, cupiditatum huiusmodi, & postponere mundum, & habere vnum solum oculum apertum, tenedo ipsum recte fixum in Deum, & habere solum oibus obiecto, & nunquam errabis; quia semper trahes in brocca: vnde si tu vadis ad auarum; ipse non bene videbit, & dicet, quod vsura non est magnum pccm, & dare ro. pro centenario, est potius charitas, quam peccatum in subueniendo proximum in suis necessitatibus: sed dicunt verum, quod est magna charitas. Similiter si tu confiteris vni luxurioso, ipse non multum damnabit vitium luxuria, dicendo, quod est vitium naturale, &c. vnde in mostra istius recti capitanei Ruben, ex tribu suae comitiuae fuerunt electi viri, & optimi balistrarij de numero signatorum, duodecim millia signati.

Tertius Princeps fuit Gad, & iste est capitaneus Saccomandorum, & interpretatur accinctus latrunculus, idest acontius latrunculus. Isti Saccomandi sunt aliquae vetulae, & viduellae, ac personae simplices, & deuotae, quae sunt latrunculae; & fures vitae aeternae; quia cum earum conscientia bona, simplice, & pura furatur Iesum Christum; & similiter

A similiter sunt Saccomandi hmoi, aliqui boni viri, & bonæ mulieres existentes in statu mimonij, qui seruant 10. mandata, & fidem mimonij, & stant cõfessi, & dispositi honestè viuere: quia perseuerando isto modo sunt de comitiua Gad, & de ista tribu huius comitiuæ exeunt electi 42. Saccomandi probissimi viri, & bene in ordine signati nomine Iesu Christi, & Dei viui. Quartus Princeps fuit vocatus Asser, & iste est Princeps nobilium virorum, & foeminarum, & interpretatur beatitudo: vel nobilis diuitijs, qui nobiles spiritu spernentes omnia mundana, sunt diuites, quasi omnia habentes, & nihil possidentes. Et isti tales sunt Domini omnium, qui pedibus calcant, & calcitrant mundum, & nihil curant, siue bene, siue male habeant; prius sunt attentij, & talibus omnia comparatur in bonum, & omnes isti tales furantur arces Paradisi, & de yno eorum fuerunt electi probissimi viri nobiles, sexaginta superiores. Quintus Princeps fuit Neptalim, & iste interpretatur dilatatio: vnde Paulus dilatatum est cor meum, & iste est capitaneus seruorum Dei, & fratrum mendicantium, quorum religio est facta ad dilatandum, & augendum fidem Iesu, & de tribu comitiuæ istius capitanei fuerunt electi duodecim signati, armati summæ paupertatis, cum multa charitate, & humili obedientia. Sextus capitaneus fuit Manasse, qui interpretatur obliuio, & Princeps Sanctorum Monachorum, qui viuunt secreti, & incogniti, quasi mortui mundo, qui debent obliuisci de mundo, & dicitur monachus a monos, quod est solus, quia debet stare desolatus ab omnibus, & solus indulgere Deo. Et de istis fuerunt electi ex omnibus duodecim signatis fortes bellatores, qui semper fuerunt in omni militia ad militandum contra diabolum, carnem, & mundum. Ex tribu Simeon, qui interpretatur obedientia, vel auditor, fuerunt electi duodecim millia signati; ex sua militia, videlicet ex filiis bonis, qui fuerunt reuerentes, & obedientes suis parentibus, & ex suis maioribus. Audiã quid loquatur in me Dominus Deus, per medium patris mei: quia quando pater tuus præcipit tibi aliquid, tu debes opinari, quod dans tibi illud præamat, & iste Simon est capitaneus honorum filiorum, & obedientium patribus, & qui habent in honore parentes.

Octauus capitaneus vocatur Leui, & interpretatur assumptus, & est capitaneus bonorum parentum, quia bene est assumptus, & in magno gradu sumptus, qui habet bo-

nam diligentiam animarum filiorum suorum: & quilibet pater, qui non habebit curam animarum filiorum suorum, erit apostata, & expelletur de ista societate magni capitanei agni immaculati, & damnabitur in inferno; & de tribu militiæ istius Leui fuerunt electi elegantissimi viri signati 12.

Nonus princeps dicitur Isachar, qui interpretatur memorans Dominum, vel vir mercedis, & est capitaneus pauperum, qui laborant, & viuunt de sudore vultus sui, quia labores manuum tuarum manducabis; beatus es, & bene tibi erit, & sunt in isto numero, etiã boni viri facti custodientes, & qui uerantur licite in hoc mundo, quia tales habebunt vitam æternam in alia, quia fuerunt memores nominis tui Domine. Et ex istis electis fuerunt de tribu istius Principis Isachar, signati duodecim.

Decimus capitaneus fuit Zabulon, & interpretatur habitaculum fortitudinis. Et iste est Princeps, & magnus capitaneus, armipotentium virorum, potestatum, & officiorum, tam in genere, quam in particulari, & virilium animarum, qui ex nulla causa eleuant a iudicio veritatis, & sunt contra omnes præuaricantes leges, & statutum ciuitatum propter subuertere ius: vnde iustum iudicium iudicant, qui iudicant terram: Et de istis fuerunt etiam electi 12. signati.

Vndecimus capitaneus fuit Ioseph, qui interpretatur ampliatio seu augmentum, & dilatatio, & iste est capitaneus bonorum mercatorum, qui nolunt facere vfuras, nec vendere pro pluri pretio, vendendo inducias, & ad tempus, & non falsificant mercantias, & custodiunt festa, & volunt viuere secundum Deum, & potius volunt vendere recte, & iuste pro medio, quam extorquere maius pretium, tam mendacijs, & falsitatibus, & peccatis, & de minimo istorum ex tribu Ioseph fuerunt electi 12. signati: vnde melius est iusto parce viuere, quam obundare diuitijs. Dauid dicit, viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum in volendo bene viuere, & factus sum diues, mediantibus lucris animæ. Duodecimus Princeps fuit Benjamin, & interpretatur filius dextræ, & iste est capitaneus militum fortium fauētium reipublicæ bene viuentium, & de eius militia electi fuerunt 12. signati viri milites fortissimi, bellicosi. Et sic tu habes 12. capitaneos, & quilibet ipsorum habet sub se militem 12. electorum ex suis innumerabilibus populis, & gentibus, & ultra illos discrete electos adhuc habet sub se

A se aliàs cernitas infinitorum militantium. Et hoc est quod dicit Io. Iuxta hoc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, & tribubus; & populis, & linguis, stantes ante thronum; & in conspectu Agni, &c. Qui facti istis 12. aciebus, sequebantur ipsas, & implebant illum innumerabilem exercitum. Sed videamus modo, qualiter sunt armati, & certe arma etiam necessaria habent, elmettos pro capite, loricas cum coracibus, ad tergendum corpus, brachialia cum manibus ferreis ad tergendum brachia cum manibus, ingaberas pro gambis. Et sic quatuor genera armorum. Item possumus addere ballistas cum bombardis, & arcus, lanceas, enses, dagas, & scuta. Dico quod, p. tutela capitis elmettos relucentes bene terfos, & imbrunitos cum viserijs, quæ possunt eleuari sursum, cum foraminibus intus, vt melius possint videre. Item super elmettis habent chrisas siue penatios diuersimodè factos. Aliqui habent penatios tendentes rectè in sursum. Aliqui habent penatios in modum alarum, aliqui tendentes retro, aliqui habent penatios inframbellatos, vel varij coloris cum collario ornato lapidibus pretiosis, & argento, balteos relucētes. Nam bacinetus siue cimērus, qui est p. defensione capitis, significat timorem Domini, quia principium capitis, & animæ est timor Dei, & hoc est, quod dicit Paulus 6.c. assume galeam salutis, quæ timor Dei est, principium fidei, & salutis æternæ: vnde positus actibus magnus capitaneus, misit suum tuberum ante concinetum, ponite vobis elmettos, bacinetos, bacinetos, bacinetos, sursum corda, sursum, sursum, sursum; alto, alto, alto, hoc est timete Deum, & date illi honorem, quia venit hora iudicij eius, & adore eum, qui se erit coelum, & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt, & fontes aquarum, &c. Et subito omnes posuerunt suos bacinetos, qui omnes erant imbruniti, & mirabiliter relucētes, & in omni parte bene extersi, quæ significat timorem Domini, vt dixi, & habentes istam armaturam in capite, nõ possunt offendi ab aliqua mala cogitatione, vel ensis, vel lapidis, siue missilis: videlicet diaboli, carnis, vel mundi: quia sicut percutitur in tali bacinetto bene terfo relucēte, & imbrunito, immediate vias profilit sint illando, vel discurrunt sine læsione percussi, quia timor Domini repellit peccatum: viseria, significat intellectum illuminatum timoris Dei, & habet bufettos, vt melius videat

offendicula, vt sciat quia in parte debeat se tueri, & vitare pericula: quia qui habent intellectum illuminatum, & timorofum de Deo, semper stant in proposito in omni opere suo vitandi peccatum, & vident in cunctis si est peccatum, vel non, & intelligentes fore malum, armati nõ consentiunt illi, & licet percutiat ille primus impetus, primi motus in bacinetto, subito profilit inde, & non potest se firmare in illo, nec penetrare cõscientiam eius, vt perseueret in aliquo malo proposito; sed diuertunt, dimittendo, & videndo per viseria intellectus, & vera cognitionis ipsius timoris diuini: ne offendant Deum, cædunt, & evitant periculum peccati: & homo qui vadit ad bellum sine isto bacinetto, & sine ista tali viseria, immediate percutitur. Et vno, vel alio modo ab inimicis, qui interribiles sicut, non intelligendo, non videndo pericula offendiculorum peccati percussus moritur, sicut vna bestia, quia non videndo nescit vere pericula, & proprie est bestia diaboli, & iste est ille elmettus, de quo intelligendo bene Dauid dixit. Initium sapientiæ est timor Domini. Deinde loquendo de viseria bacineti, intellectus bonus oibus facientibus eum, &c. Item super elmetto ponitur etiã pennatius christatus pennarum quandoque protendentium in sursum rectè, quod significat rectitudinem fidei, & timoris Dei, & opera hominis recta tendentia sursum: quandoque in pennatio, seu christa super elmetto positæ sunt simul pennæ cõnexæ, & colligatæ, quæ significat memoriam cum pnia præteritorum, & illuminationem intellectus in dispendio bona presentia, & bonum positum perseuerandi in futurum: quandoque pennatiũ, siue christa vadit retro elmettum, & significat intentionem bonam in anima hominis dicentis post præteritum, tu fuisti malus, & magnus peccator, & non timuisti Deum: ego volo de cætero firmare me in timore Dei, quandoque pennatium est frambellatum, seu factum de penis varij arbitris, & appareat pulchrius, scilicet de zallo, rubeo, viridi, & albo: quibus quatuor coloribus possunt attribui quatuor virtutes cardinales, in quibus versari debet optimus miles militans Christo, & cum istis ornamentis anima efficitur, sicut columba ornata, & sic facta ornamentum iucunditas: cum istis armis bene tota intrat volando in Paradisum. Item habent isti proceres, siue pancerias, siue loricas. Nam panceria incipit cum quatuor annellets, ex quibus coglutinat, & in-

A & intexitur postea dilatado panceriã, & fit armatura aie, q̄ significat fidẽ: vnde Paulus, & lorica m fidei accipite, quã significat istas quattuor catenellas de azali, & omnis mallea est in claudata, & est vnum clauiculus, vt fit fortior: Et iste clauiculus est, ita reuerberatus, q̄ videtur simul innotus, & significat primo feruidam fidem, solidam, & con-clauata pars clauiculi iugentis malleã istius panceriã de subtus significat humanitatem Iesu Christi: pars ipsius clauiculi superioris magis eminens, significat ius diuinitatem, quia simul iuncta textitur fides. lorica Christi, quia verbum caro factum est: & ista armatura est fortis, & firma, & armatus de ista armatura potest audacter intrare istum exercitum, & debellare paradysum, & eius spolia portare: quia adiutorium nostrum in nomine Domini, mediante fide.

Secunda maietta, ex qua fit panceria ista, est quando clauatur tibi cor propter passionem Christi, & tunc est bene con-clauata, quando tu consideras, q̄ propter te Christus voluit mori. Et ista maietta est illa, cuius clauus perfudit cor Virginis Gloriosã, quia cor eius pertransiuit gladius, &c. Item habere fidem cum ardenti zelo, quando tu audis, vel vides aliquam minimam rem contra fidem Christi, non posse illud portare zelado ipsam. Tertia maietta significat spẽ sperandi summum bonum per medium fidei. Quarta maietta istius loricae est abnegatio omnis tristis imaginationis tibi representatẽ per diabolum in mente, vel per auditum, vel legẽdo contra fidem aliquid, vel per aliquem sensum corporeum nõ percipientem, & incapacem alicuius articuli fidei: sed solum ponere se in nauicula Petri, & simpliciter credere, q̄ credit Sancta mater Ecclesia, & pure confiteri Dominum nostrum Iesum Christum, verbũ incarnatum, & filiũ Dei viui, & in omnibus duodecim articulis fidei purissime. Tertia armatura istorum procerum est coratia, & ista coratia, siue coracinta: si ipsa est de ferro, nihil valet, quia respectu acuminũ, & stratiũ generum telorum, quibus vtitur aduersarij, parum prodesset talis coratia contra offendicula, & si est tota de calibe sine azali, non est multum bona, quia cum percutitur velo ci iaculo rumpitur, quia propter duritiem suam non ardit, sed scalpitiõ: oportet ergo quod ad hoc, vt sit bona, q̄ fiant duæ gemmæ sicut simul coniunctæ, & reuerberatae ignito malleæ vna calibe aperte extrinsecã, & alia ferrea aperte intrinsecã: quia si

prima plastra azalina ex forti ictu scalpiti, & rumpitur, emissum iaculum in illam perdidit, quasi vires, & reperit aliam ferreã, & non vadit vltra, & ista significat charitatem Dei, & proximi, plastra extrinsecã significat charitatem Dei, intrinsecã charitatem proximi: quia sicut mors nemini parcat, ita charitas plastræ Dei nemini parcat: quia propter amorem creatus facit amare omnes creaturas, & iniungere istas duas plastras amoris & charitatis Dei, cum plastra charitatis proximi cum martello laborum, & igne charitatis diuinæ, & proximi faciunt opus perfectum, & coratiam approbatam, quia nil iaculi poterit pterire: ecce plastra ferrea: diligite inimicos vestros, seruite, qui vos oderunt: nam fragilitati humanã hij sermones videntur valde duri: sed iuncta sibi plastra azalis, id est iuncto amore, & charitate Dei, qui pendens in cruce dixit, Pater ignosce crucifigentibus me, quia nesciunt quid faciunt, &c. fit optima armatura, quia nos debemus imitari magistrum nostrum Dominum nostrum Iesum Christum, vt quem admodum ipse fecit, & nos fandonus. Item habebant duas arnexas cum gamberijs, quare vna est dextera, alia sinistra: per dextram intelligas paciẽtiam inuincibilem: per sinistram intellige magnam constantiam, & magnanimitatem, qui non poteris saluari, nec tuto bellare sine istis duabus armaturis, quæ aperiunt vsque supra pedes, quod significat magnanimitatem, quæ abundat de ferre pro iuuando pere cum humilitate, & intrinsecus magnam affectionem Dei, & proximi. Item habebat scutum in brachio sinistro, quod significat propugnaculum fidei: vnde Paulus assumite scutum fidei, & scutu fidei circumdabit te: per brachiũ dextrum intelligitur operatio boni viri: declina a malo, quod est sinistrum, & fac bonum, q̄ interpretatur per dextrum. In quo dextro tenetur lancea, quæ est recta, quod significat operationem rectam, & bonam, & manus est armata manibus ferreis, quod significat bonam voluntatem armatam, dimittẽdo malum cũ proposito faciendi deinceps bonum, & perseuerãdi de bono in melius. Item quoniam lancea portatur super cossa, quod significat bonum exemplum: vnde Paulus prouidemus, enim bona non solum coram Deo, sed coram hominibus, sic luceat lux vestra, &c. fertur, quandoque lancea post Dominum, et sic retro, quã significat bonum exemplum vitæ præteritæ: lancea restata significat bonũ exemplum bonæ vitæ

A vitæ præsentis. Item habeant spatã, spata omnis portatur a latere sinistro, & est gladius spiritus, quod est verbum Dei, & est illa spata, cum qua Christus habuit victoriã contra diabolum, quando tentauit eum, cũ qua percussit eũ, dum dixit: non ex solo pane viuit homo, sed ex oĩ verbo, quod procedit ex ore Dei. Item dedit eidem diabolo de puncta, dum dixit, Deum tuũ adorabis: & tertio dedit sibi de daga, q̄ significat zelum, & feruorem Dei, & percutiendo eum fecit ipsum cadere in abissum, dũ dixit, non tentabis Dñm Deum tuum, &c. vnde ensis euaginatũ est verbũ prædicatum, guagina significat membrum. Et ecce classica vndiq; sonant, & instrumenta pulsantia cantant, ad equum, ad equum, ad equum: boni cõmittitones: to, to; tu tu, tu: & vt. Io. in Apoc. inquit, cantabant canticum nouum dicentes, dignus es Dñe magne capitaneæ, accipere librũ, & aperire signacula eius, quã occisus es, & redemisti nos Deo in sanguine tuo, & ex oĩ tribu, lingua, populo, natione, & fecisti nos Deo nõ regnũ, sacerdotes, & regnabim. super terrã, viui, & audiui vocẽ Angelorum multorum in circuitu throni, & aialium, & seniorũ, & erat numerus eorũ millia millium, dicentiũ, voce magna dignus est agnus qui occisus est, accipere virtutẽ, & diuinitatem, sapiẽtiam, fortitudinẽ, honorem, gloriam, benedictionem, & oẽm creaturam, quẽ in celo, & super terrã, & subtus terram, & quæ sunt in mari, & q̄ in eo sunt oẽs audiui, dicentes. Sedenti in throno, & agno. Benedictio, honor, gloria, & potestas in secula seculorum. Et quatuor animalia dicebant, amen. Et 24. seniores ceciderunt in facies suas: & adorauerunt. Et vidi, q̄ aperisset agnus vnum de 7. signaculis, & audiui vnum de 4. animalibus dicentem, tanquam vocem tonitruũ, veni, & vide equum album, & qui sedebat super illũ habebat arcum. Et data est ei corona, & exiit vincens, vt vinceret, &c. Vnde quã agnus aperuit primum secretum Dei, vidi primum animal. s. Leonem, qui significat Epum fortem, & vidi equũ totum album sellatum, & bene ornatũ, & qui ascendit, sedebat super illum equum: habebat arcum, & erat rex regum, & Dñs dominantium. Equus iste albus significat corpus illius Dñi dominantium, splendidissimum, lucidissimum, & ornatissimum, super quo, & in qua residebat diuinitas: vnde Dauid. ium etum factus sum: ecce diuinitas corona. s. dominium, & potestas significat, q̄ misericordia, & veritas ob

uiauerunt sibi, quia corda est misericordia, & quæ flectitur, & lignum est iustitiæ: vnde arcus significat diuinam iustitiã, & superior significat diuinum amorem. Et sic omnes isto modo sunt armati. Sequitur vniuersa turba, scilicet illorum de villa.

Secunda pars principalis.

Secunda contẽplatio est vigorosi, & violenti triumphi. Ideo dicit, violenti, &c. vnde sciẽdum, q̄ ante quã perueniat ad ciuitatem superni regni, quam volumus impugnare, & violentare ac saccomadare, oportet nos transire per tria fortissima regna, & suppeditare ipsa, & totaliter ipsa valitare, & delere. Primum est regnũ mundi. Secundum est regnũ diaboli infernalis. Et nisi vincamus ista tria regna, non possumus acquirere victoriã paradisi: & sicut sciũs, quã hĩ victoriã contra inimicos, victoriosi faciunt salodia magna: sed non sic apud vos dixit Christus, quia primo oportet salcediũ cum gaudio. Secundo cũ victoriã, & sensũ, & cũ magna discretione oportet ponere acies: vnde capitaneus nũ magnus cum summa paciẽtia volẽs transire per regnũ mundi, & ordinare acies suas, vocauit ludã capitaneũ gualtatorum, dicens: tu Indas, veni cito, quia oportet nos transire per tria regna fortissima, dura, & bellicosa. Et primo per regnum mundi: necesse est, ut sis valens, & des gualtum mundo cum tuis gentibus, & gualtatoribus. Secundo uocat Rubem, capitaneum balisteriorum, & ordinauit accie balisteriorum. Tertio ordinauit acciem saccomandorum. Quarto nobilium. Quinto feruorum Dei, & mendicantium ad hortandum, prædicandũ, & confitendũ alios qui suppeditent mundũ, carnem, & diabolum. Sexta acies est bonorũ monachorum. Septima acies est filiorũ obedientium patribus. Octaua acies fuit lumen patrum, qui habet curam animarum filiarum. Nona acies fuit pauperum ex suo sudore uiuentium recte. Decima acies fuit armipotentium uirorum potestatum, & officialium. Vndecima acies fuit rectorum, & iustorum mercatorum. Duodecima acies fuit militum fortissimorum electorum, qui fauent iustẽ rei publicæ uiduis, & pupillis: & iubent q̄ omnes sub pena æternalis perditionis sequantur ordinatẽ suos capitaneos. Et sic omnes iuxta ordinem sibi datum, inuadunt regnum mundi, clamantes, guerra, guerra, guerra: mors

A mors, & lätitiä exitiü mundo, & reperiüt tres militias in mundo. scilicet auaritia, luxuria, & superbia, quia quicquid est in müdo, aut est concupiscentia oculorum, vel auaritia, vel superbia. Et nisi ista tria vincas, non habebis victoriam in paradiso de regno vitæ. Et isti valentes capitanei incipiunt aggredi acies sibi oppositas müdi prædictas, & dare guastum, clamantes, a terra, a terra, a terra, mundus omni auaritia, luxuria, & superbia sua, in quo tamen præsuram vos boni cõmilitones habebitis, & in fine pacem: & sic conuocatis istis tribus aciebus müdi, omnes incipiunt iubilando, annuñtando alijs exclamare forti voce, cecidit, cecidit, cecidit, Babilõn magna, & facta est habitatio dæmoniorum, dicendo ter, cecidit, propter tria peccata conculcata, scilicet auaritiæ, luxuriæ, & superbiæ: quia cum viño suo potantes inebriauit omnes gentes amantes müdu, veh, veh, Ciuitas illa magna Babilon: Ciuitas illa fortis: quoniam vnã hora venit iudicium tuum, &c. & post victoriam müdi inquit magnus, & victoriosissimus capitaneus, o boni cõmilitones, & victoriosi ingrediamur audacter, secundum Regnum, quia suppeditabimus ipsum, & sic directis aciebus, & explicans vexillo aggressi sunt, secundum regnum intestinum, scilicet peccati: quia destruat peccatum mortale, & confortetur cor vestrum, & viriliter agite, & exhortatur dicens; prosequimini inimicos vestros, scilicet septem peccata mortalia cadunt coram vobis: vnum, scilicet cor contritum fugabit mille, & vnus est numerus intelligentiæ duæ, scilicet cor humilitatum tui corde contrito, fugabit decem millia peccata, id est si leuabitur a te peccatum, post humilitationem percutiendõ tibi peccus habebis victoriam contra secundum peccatum, & sic vnum peccatum trahit aliud: Ita distractio vnus, & delectio alterius, & sic faciendo confitendo, & se habendo cum proposito amplius, non peccandi: sed recte viuendi vincunt septem peccata, & regnum ipsorum. Et sumendo corpus Christi; digne iubilando clamant victoria, quia suppeditamur duo regna, scilicet müdi, & peccati. Aggrediamur modo audacter purissimum regnum diaboli, quod est peius alijs. Vnde colluctatio carnis nihil est respectu diaboli: quia nõ est potestas super terram, quæ sit tanta, quanta est potestas regni diaboli. Sed optimus capitaneus hortatur cum Iacobo dicens, pro requimini inimi-

cos vestros, & fugate diabolos suos, &c. Et Paulus ex alia parte cum sua hortatur commilitones, dicens. Quis nos separabit a charitate Dei, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque damnatio inferni: quia propter charitatem omnia suppeditabuntur: & sic habitauit etiam victoria contra diabolum: vnde cum maxima lätitia, & magno iubilo resonantibus: vndique tubis Christus victoriosus cephas conuocat omnes suas societates, & facit monstrã, & videt si quis ex suis est mortuus, & nullum reperiens mortuum, videt si quis esset percussus, in nomine Iesu liberauit.

Tertia pars principalis.

Videamus inquit, o proceres, & milites gloriosi, hodie faciam vos omnes diuites, quod superest: Nam instat tempus, quo fortiamur gloriosum triumphum Regni cõlestis. Aspice & videte arces cõlorum, & ciuitatem sanctam Dei. Ista ciuitas est fortior, & magis gloriosa, & plena fortissimis bellatoribus, quàm aliqua alia ciuitas müdi. Nam fundamenta eius in montibus altis, & est quadrata, & sunt vndique asperrimi montes, & habet fossas, & saltus amplissimas vltra millia miliarum, & est valde arduum posse figere tentoria sibi, & castrametari eam: sed extope fortes, quia violenti rapiunt illam: Et scitote quod ad eundem ad istam ciuitatem sunt duæ viæ: vna est lata, sed longissima: alia est breuis, sed est valde arcta, & fatigosa, quia vniuersæ viæ eius aut misericordia, aut veritas, via veritatis est breuis, sed multum fatigosa, & laboriosa: Sed via misericordiæ est lata, vadunt omnes caræazij, pueri, munitiones, machinæ, bombardæ, trabucchi, pontes, plaustra, & scallæ &c. Et Christus dicit vltra vos, capitanei, ite per quam istarum viarum, magis placet vobis, vsque ad ciuitatem cõlestem, & ibi congregabimini; & tunc aliqui vadunt per viam latam misericordiæ, quia Beati misericordes, quoniam misericordiam consequuntur: quia faciendo misericordiam proximo, Deus miserebitur ei. Sed sanctus Franciscus capto vexillo crucis sibi dato a summo capitaneo, capit viam breuiorem, & celsiorem, sed fatigabilem, arctam, & valde scopulosam, quia secutus est iustitiam: & post eum suus socius Antonius, & ceteri sui boni cõmilitones, sequentes viam apostolicam veritatis, & iustitiæ

A stitiæ, & intrantes per angustam portam intrauerunt vnã vallem strictissimam, quæ vocatur vallis de Liuanzã, quã vallẽ quãto homo minus portat, & minus habet; tãto lauior vadit per illam vallem. Et quia Sanctus Franciscus nihil habebat, ipse agiliter eundo pertransiuit illam vallem: Et postquã omnes hinc inde per vtranque viam applicauerunt ad hanc gloriosam ciuitatem cum corazzis, machiis, & bombardis, magnus capitaneus iubet fieri pauescam circumvallantem muros, & fossas ciuitatis cum arcerijs, & balisterijs, & figit bombardas, trabuccos, & machinas circumqua. Ita deinde ordinat acies, & fortes armatos omnes scalis ad scandendum arces, & pedites, deinde equestres, & ponit vnus arguatum ad portas, & iubet omnes tubicinas zelafica continere, & clamare, bellum, bellum, bellum: arma, arma, arma: caro, caro, caro, Tũc vero Beata Virgo cum suo glorioso Virginũ, Choro, Angeli, Arcãgeli, Throni, Dñationes, Potestates, Cherubin, & Serafin tanto clangore attoniti admirantes, quid hæ insolitæ nouitates sibi vellent, venientes ad fenestras arcium paradisi, videntes illas tot acies violentorum armatorum velle rapere paradysum, incipiunt acclamare, arma, arma, arma: accurrite, currite, & festinate ad portas, & muros ciuitatis nostræ, portantes propugnacula, & tela fortissima, vt defendamus ciuitatem nostram: & similiter ordinant suos balisterios, arcerios, cacciefustos, fundas, manganellas, machinas, et sclopettos, et bombardas terribiles: et positis aciebus suis pedestrium, et equestrium incipiunt clamare, ad vitam, ad vitam, et ad gaudia paradisi. Et ecce bellum crudele incipit. et Agnus iubet trahi vnã magnam bombardam cum multitudine missilium, et iaculorum, et percussent multos Angelos dicentes sala, sala, sala. Nam quando tu suspirando doles de peccato, quod fecisti, tu trahis arcum, et balistam, et percussit vnus Angelum. Similiter, quando tu genuflexus te, tu carigas balistam, et quando tu tendis manum versus cõelum, dicendo, Pater noster qui es in cõelis, etc. fiat voluntas tua, in omni petitione est cargare balistam, et percussit Angelos. Et quando tu dicis, Ave Maria, dicens Iesus, tu percussit Virginem gloriosam, et multiplicando sagittas orationum, et bombardas disciplinarum, et iacula ieiuniorum, etc. Angeli, et Sancti qui custodiunt arces paradisi, taliter vulne-

rantur, et percutiuntur, quia sagittæ acutæ cum carbonibus charitatis desolatorijs, et incipiunt cedere, & tunc aliqui de militia agni proijciunt cum fundis lapides, id est lacrymas, quæ sunt rotundæ ad instar lapidis, iuxta illud Bernardi: tuum est Regnum, o lachryma: tua est potetia cõeli, vincit inuincibile, & percussit magnum Deũ in peccatore: & facit eum reddere dicendo filij matris meæ percussit me, & ita multiplicauit lapides, & iacula violentorum, quod vnus magnus lapis percussit beatam Virginem dicentem. Heu quia sum victa, & atterita ab illo peccatore, quia non potest fieri, quo minus parcatur ei, & sic facta virgine: alius trahit vnum magnum iaculum, & percussit librarium Michaelem, scilicet cõtemplationem: vnde Paulus, nostra conuersatio in cõelis est. Alius extendit trabuccum, & percussit perforando arcem paradisi, scilicet quando trahitur amor, zelus domus tuæ comedit me: & subsequenter magna congeries bombardarum, cum multis clamoribus, & clangere resonantibus: nil aliud nisi amor, amore, crida tutto il mondo: amor, amor, amor: & omnis amor est vna bomba: & sic propter multitudinem machinarum, & bombardarum armigeri, sancti Dei efficiuntur attoniti, mari sanctæ ciuitatis inclinatur ad terram, & acies Agni immaculati transeunt fossos super pontibus charitatis, quos secum tulerunt violenti manu intrant ciuitatem Regni cõlorum: omnes alta voce clamantes, ad vitam, ad vitam, ad vitam: Sacco, sacco, sacco: viuat Iesus, viuat Iesus, Iesus, Iesus, Iesus, & veniunt ad arcem, vbi sunt arcana Dei, quæ non licet homini loqui, nec lingua fari posset, nec in cor hominis ascendit: & cum applicuit illuc, Sanctus Franciscus cum vexillo suo volens depradari thesauros absconditos Dei, & obuians Christo secutus est ipsum, & apprehendit Christum, & voluit eum projicere in terram: sed Christus fuit fortior, & deiecit, scilicet Franciscum sub se, & percussit ipsum quinque vulneribus, & superuenientibus alijs gentibus Christus fuit percussus similiter quinque vulneribus: vnde dicit, videte manus meas, & pedes meos, &c. Et violentato Christo sacco mandauerunt thesaurum omnipotentis Dei, & totum cõleste regnũ paradisi, & vnusquisque rapuit prædam magnam cum plenitudine diuitiarum, secundum gratiam sibi datam, diuidentes inter se thesau-

A thesaurum illum diuinum, quia aliqui per spiritum rapuerunt sermonem sapientiae, alij autem sermonem scientiae, alij fidem, alij gratia sanandi morbos; alij operatione virtutum, alij spiritu prophetiae, alij discretionem spirituum, alij genera linguarum, alij qui rapuerunt interpretationes sermonum, &c. factis ergo tot spolijs, non possunt arripere de illo thesauro, quando plus scatorizet in arrario Dei, sicut fluium. Et beata Virgo gloriosa plena humilitate, & gratia, & charitate se interposuit ad faciendum pacem inter humanam naturam, & diuinam; S. Franciscus vexillifer conquarebatur, quod fuerat a Christo percussus quinque vulneribus; & quod multi in illo conflictu, pro obtinenda illam victoriam paradisi fuerunt percussus, & mortui, & virgo gloriosa dixit, quod filius meus dilectus fuit percussus etiam quinque vulneribus a tuis comilitonibus, & a te, & propter te, & sic facta mutua compensatione dolorum, vulnerum, & laborum fuerunt concordēs, quod natura humana fieret vnus populus cum natura angelica, & diuina, & essent plura membra in vno corpore. Et hoc est, quod S. Paulus dicit ad Corin. 12. c. Nunc autem multa quidem membra, vnum autem corpus sumus, &c. Et vt habes in Apoc. 11. c. tunc factae sunt voces magna in caelo dicentes, factum est regnum huius mundi Domini nostri, & Christi eius, & regnabit in saecula saeculorum, &c. Et quia ante dictum conflictum istorum, qui violentauerunt paradysum hominum mortaliu facta fuit lex inter Deum, & Agnum, quod quicumque esset signatus de nomine Iesu, & Dei viui patris eius in fronte, si vinceret ista tria regna. scilicet mundum, peccatum, & diabolum posset intrare, & habitare, incorporarique eum sanctis Angelis in caelesti patria, & frui ipso Deo, sicut angelica natura, & quod omnes gratiae diuinae communicarentur cuilibet in caelesti patria, secundum coronam gloriae suarum victoriarum. Ad quas nos perducere dignetur omnipotens Dominus noster Iesus verus homo, & verus Deus precibus B. Francisci, eius vexilliferi, ac S. Petri, cui datae fuerunt clauae paradisi, nec non Sancti Pauli bulleterij, bullitiorum nominis Iesu Christi, & omnium Sanctorum per suam misericordiam, Amen. Et sanctus Franciscus post haec narrat istud praedium vt infra sequitur.

*In foco l'amor mi misse,
In foco l'amor me misse.
In foco d'amor me misse.*

*Lo mio sposo nouello,
Quando lamel me misse,
Lagnolo amoro sillo,
Poi in prison me misse,
Ferime d'un coltello tutto l'cor me diusse.
In foco l'amor &c.*

*Ditissima lo core,
El corpo cade in terra,
Quel quadrelo dell'amore, cho balestro
Dessora percasse cum ardore.
De pace fece guerra,
Morame da dolciore.*

*In foco &c.
Cosi come da dolciore,
Non ven marauciati tal colpi,
Ma donati de lance marmorate,
Che l'ferro e longo, e lato:
Cento braccia faciato,
Che m'a tutto passato.*

*In foco &c.
Poi si fer le lance spesse,
E ino maganozitaro:
All'or prese vn paese,
Ei colpi piu spessaro,
Niente vn difesa.
Tutto mi fraccassaro:
Di tal forza l'istese.*

*In foco &c.
Disteselo si forte,
Chi de siai sconzione;
E io scampai da morte,
Ce moui contra ragione,
Cridando molto forte,
Vn trabucco rizo.*

*Che mai die noue forte.
In foco &c.
Le forte che vndana,
Eran priete piombate,
Che ciascheduna granana:
Mille libre pesate,
E si spesso gitaua,
Non l'harei mai numerate:
Nulla mai mi fallaua.*

*In foco &c.
Non m'harebbe fallato.
Si bene trare sapena,
In terra era stannato,
Aiza no mi potena,
Tutto era fraccassato,
Niente me feniuu,
Come homo chi era passato.*

*In foco &c.
Passato non per morte.
Ma da dilecto ornato.
Poi remissi si forte,
Dentro l'corpo formato tornato,
Che fossi quelle scorte,
Che m'auen guidato,
Nella superna corte.*

In

A *In foco, &c.
Poi che tornato fui
Tosto armato me fui
E a Christo feci guerra,
Caualchai in sua terra
Scontrandomi cum lui,
Tostamente la ferra
Vendicarmi de lui.
In foco.
Poi che fui vendicato
I feci cum lui patto
Perche prima era stato
L'amor molto verace
De Christo innamorato:
Or son fatto capace
B Sempre lo cuore formato,
De Christo consolato
Infr'al amor me misse.*

DE EMENDA CHARITATE Diuina.

Sermo. V.



D *A mihi intellectum bonum, & scrutabor legem tuam, & custodiam illam in toto corde meo.* Psalmo 188. Dum esset quidam seruus Dei Parisijs, dicendo istum versum: ipse venit in tanto lumine intelligentiae, quod contemplando fuit raptus, & eleuatus a terra in aere, in quibus sanctis verbis eleuatum intellectum tuum ad tres contemplationes trium diuitiarum. Prima est sapientia. ibi, da mihi intellectum bonum. Secunda est diuitia. ibi, & scrutabor legem tuam. Tertia est pulchritudo. ibi, & custodiam illam in toto corde meo. Nota ergo, quod tria dedit nobis Deus, scilicet scire, velle, & cognoscere veritatem. Da mihi intellectum. Secundum velle veritatem. ibi, & scrutator. Tertium posse operari. ibi, & custodiam illam, &c.

Prima pars principalis.

Notetis in hoc sermone, quod Iesus Christus est mercator, & vult vendere mercantiam suam: & ego sum messeta. Et sanctus Ioannes in Apoc. sua, in septima ecclesia. 3. c. loquens in persona Christi. Suadeo tibi emere a me aurum ignitum probatum, vt locuples fias, & vestimentis albis induaris, & non appareat

Sermo. Diui Bernardini extraord. To. 4. X utriusque.

confusio nuditatis tuae, & collirio inunge oculos tuos, vt videas: quae verba sancta possunt adaptari nostro themati proposito, quia tu petis dicendo, da mihi intellectum bonum, &c. Et Christus dicit; ego suadeo tibi emere ante aurum ignitum probatum; hoc est sapientia, quae illuminat intellectum, vt scias & cognoscas veritatem: nam aurum tanquam nobilissimum elementum potest equiparari intellectui, tanquam nobiliori parti animae, & tanquam bonus mercator allicit animum tuum ad emendum de sua mercantia, dicens, vt diues fias; quasi dicat, si tu emis de ista mea mercantia, tu efficiaris immediate diues, quia non oportebit amplius fatigare te in mercando, quia tu petis tunc scrutari legem meam, quam emere quæris, cum dicis, & scrutabor legem tuam, & tanquam bonus mercator ne recedas a mercato. Christus subiungit, suadeo tibi, quod concludas forum mecum, & emas de isto meo auro charitatis ignitae, vt diues factus tu induaris vestimentis albis: & non apparebit confusio nuditatis tuae: quia tu es ita male vestitus propter tuam paupertatem intellectus, & charitatis, quod vndique apparet tua nuditas ignorantiae, & bestialitatis, & vt bene videas, quid mereris, & cognoscas bene istam meam mercantiam, vt tu scias bene custodire eam in toto corde tuo, inunge oculos tuos collirio, vt videas. Collirium est puluis, ex quo fit vnguentum, ex quo vnguntur oculi, & clarificat eos, vt melius videant: & cum emisti istam charitatem mediante intellectu, qui discernit, & cognoscit illam, tu scrutaris legem Dei, & custodis illam in toto corde tuo, & es ita locuples, quod Deus infundit tibi gratias, & aperit thesauros suos, qui ante erant tibi absconditi, & tunc tu habes quicquid cupis. Et nota, quod maior diuitia quae posset peti, est charitas, & statio Dei, & plena ista mercantia charitatis amoris diuini. Et volo ad declarationem huius veritatis mouere uobis non uem quaestiones, siue quaesita.

Prima quaestio est: nunquid iste amor diuinus possit uendicari, uel furari, uel titulo donationis, seu aliquo alio modo, quam titulo emptionis emendo ipsum, uel posset aliqua uia mundi, aliter haberi, quam per pretium? Respondeo, quod charitas, siue amor diuinus nullo alio modo potest haberi, nisi ipsum emas: quia contractus emptionis requirit mutuum consensus

A vtriusque, scilicet mercatoris vendentis, & emptoris ementis, & nisi intercedat voluntas vtriusque, mercatum nunquam perficitur; & licet, vt dixi tibi heri, quod regnum caelorum vim patitur: Tamē iste amor Dei non potest violentari, nec patitur vim, nec potest furari, sed solum capitur per consensum, & non datur, nisi volenti. Vnde Aug. Nemo inuitus bene agit, & hinc est, quod dicit, suadeo. quia sicut sol lucens non cogit aliquem, quod apprehendat lucem suorum radiorum, sed tantum suadet: quia si tu vis aperire oculos tuos, tu capis lucem solis, & vides: si non vis aperire, non cogit te, nisi consentias. Ita facit amor diuinae charitatis, quia suadet mēti, quod aperiat, dicens. Ego sto ad ostium & pulso: Si quis audierit vocem meam, & aperuerit ianuā, intrabo ad illum, et coenabo cum illo, et ille mecum; si ergo bene consideras; Deus vult seruare voluntatem liberi arbitrij, quia beneficium non confertur in inuitum, sed bene suadet tibi, vt aperias cortium, vt ille amor diuinus intret, & repleatur charitate Dei, nec vult quod possit praedari plusquam velit. Vnde Ioan. in Euangelio. 15. cap. Non vos me elegistis: sed ego elegi vos: & in eodem c. parum supra, qui manet in me, & ego in eo: quia sine me nihil potestis facere: qui ergo Deum habet, est locuples. Vnde in quantum praenit Deus te vocando si consentis, eius misericordia ab ipso inspirata praenit cum iustitia subsequente. Quemadmodum si velles facere eleemosynam centum pauperibus, & non pluribus, & faceres cridam, quod quicumque venerit tali die & tali hora, dabitur ei eleemosyna: & dico die multi conuenient ad locum illum, & omnes sedebunt ordinate: modo dum facis eleemosynam aliqui porrigunt manus simplices, aliqui volunt porrigere manus, certē eleemosyna dabitur tantum porrigentibus manus, & non dabitur non volentibus, & non habebunt postea conuenire ex eo; quod sibi non fuerit data eleemosyna. Ita venit in ijs, ad quorum fores Deus pulsatur, inspirando bonas inspirationes: quia qui aperiunt fores cordis volendo misericordiam Dei, Deus infundit illam: & sic ad emendam istam mercantiam requiritur voluntas vtriusque. Secundo quaero, cui venditur ista mercantia charitatis diuinae? Respondeo, quod venditur omnibus volentibus ipsam emere. Et dico, quod etiam diabolo venderetur, & damnatis, si ipsi vellent eam emere. Sed quia diabolus,

& damnati sunt obstinati, & nolunt ipsam emere, neque poenitere de suis peccatis, propter suam obstinationem; ideo nunquam habebunt misericordiam Dei, sic est in hac vita: quia quanto magis anima est obstinata, tanto magis est elongata a Deo. Vnde dicit: suadeo tibi, & tibi, & tibi. i. omnibus emere volentibus de mea mercantia charitatis. Tertio quaeritur, vtrum possit fieri barattum, siue furari? & respondeo, quod non, quia nullo alio modo potest quaeri, & haberi, nisi ematur. Vnde oportet vos omnes volentes acquirere de ista mercantia diuini amoris, habere burfas plenas denarijs. Et qui non portant isto modo denarios pro emendo ipsam, sibi imputet, quia de cetero non videntur plus me proxeneta, quia amplius non ero messeta istius mercantiae in hac ciuitate. Quarto quaero, quis vendit istam mercantiam: & vbi est apotheca vbi venditur? Respondeo, quod Christus est mercator, & qui vendit istam mercantiam. Statio vbi venditur est crux, quia si vis emere, oportet te ire ad stationem crucis: & nota, quod dicit emite a me, subaudi, & non ab alio, quia nullus alius vendit de illa mercantia, nisi solus Christus, & si vis illam emere, oportet te disburse tantum quantum ipse requirit, quia vnico verbo facit forum suum, & non acciperet vnum denarium minus, quam quaesuit, & accidit in hoc sicut in mea terra Senarum, vbi erat vnicus magister, qui sciebat facere stagnatas, & vnico verbo dicebat quantum volebat de vna stagnata: ita quod qui volebat pro illo pretio, poterat accipere: sin autem dimittebat: vnde, vt dixi, corpus Christi est amor diuinus, & Christus est venditor: crux est statio: Virgo Maria est optima proxeneta, & mediatrix. Quinto quaero, quae mercantia est ista? Respondeo, quod certē est aurum purum & ignitum, quia aurum est pretiosius metallum, quam reperitur, & omnia alia pretiosa appetantur cum auro ad significandum, quod aurum, id est charitas appetit omne bonum: quia ieiunium, peregrinatio, eleemosyna, & caetera bona, tantum valent cum quanta affectione, & charitate fiunt, tam cum corpore, quam cum anima, sicut viduella, quae obrulit duo minuta gazofilatio cum ista charitate Dei: quia plus obrulit, quam ceteri alij qui obrulerunt tantam quantitatem auri. Vnde tu poteris dicere vnum verbum orando pro anima alicuius cum tanta charitate, quod tantum

A tantum mereberis, quantum ego dicendo vnam praedicationem: quia Deus respicit feruidam charitatem facientis aliquid sibi, & pro eo, qui non habet necesse de aliquo extrinseco a nobis, sed tantum vult voluntatem nostram ignitam cum feruida charitate sui amoris. Vnde Paulus ad Corinth. 12. c. Et si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero; nihil mihi prodest. Nam charitas patiens est, benigna est. Charitas non emulatur; non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quaerit quae sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitatem, congaudet autem veritati, omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet: charitas nunquam excidit, siue prophetiae vacuabuntur, siue linguae cessabunt, siue scientia destruetur, &c. Ideo charitas facit venire praemium, quo appetiatur res gestae cum charitate, ideo merito vocatur aurum, quod est pulchrum, & pretiosum metallorum. Et ideo vocatur Regina: vnde assistit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, quia ista charitas est magis conformis ars animae, quam aliqua alia ars mundi. Et omnes possunt illa mercandare; quia nihil aliud requirit, nisi quod diligas Dominum Deum tuum, &c. Et quod quicquid facis, semper habeas principaliter Deum pro obiecto in omnibus operibus tuis, & sic omnis potest istam mercantiam emere, siue sit magnus, siue paruus, siue sanus, siue infirmus, siue diues, siue pauper. Sexto quaero, qualiter debet esse facta ista charitas? Respondeo, quod debet ardere, & bullire. Vnde Lucae duodecimo capit. Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt accendantur? & iste est ardor dilectionis charitatis affectionis, & veri amoris: & sicut ab igne procedit feruor bulloris exundantis, & salientis aquae in lebetes. Ita bullor ardentis, & feruentis amoris procedit a charitate. Nam charitas est amor consumens vsque ad animam, & facit bullire lebetem cordis, et prope cadit in bullore charitatis, sicut in bullore lebetis: quia quando tu ponis lebetem super ignem, a principio non bullit: Ita subito tu succendis ignem, & stans modicum incipit bullire. Tertio bullitudo tu eleuas ipsum bullientem ab igne, & sic separatus ab igne adhuc continet feruentem bullorem per aliquod spatium, & sic paulatim desinit bullire, & refrigeratur paulatim. Ita accidit in nobis: nam

puerulus, cum est baptizatus, habet charitatem: sed nondum charitas ipsa bullit in puero, sed cum crescit, & cognoscit, et habet verum intellectum, venit in notitiam verae fidei, & facit eleemosynas, compatitur proximo, et facit opera misericordiae; et alia bona, tunc bullit in eo charitas. Tertio cum peccat mortaliter, adhuc habet charitatem bullentem, sed perseverando in peccato, paulatim refrigerat in eo charitas, & si subito cum peccauit confitetur poenitendo, perseveraret in eo bullor illius charitatis, quemadmodum cum eleuas lebetem ab igne bullientem, & mox reponeres ad ignem perseveraret bullire sine interuallo. Septimo quaero, de quot generationibus, seu generibus istius mercantiae istius auri igniti reperitur? Respondeo, quod reperitur ad mercatum de pluribus generibus auri: sed posses emere de tali, quod nunquam efficiaris locuples: sed vt fias locuples, eme de probato, et purificato per septem fornaces. Et si vis cognoscere, quod est melius: ego qui sum proxeneta, siue messeta, volo te docere cognoscere melius. Vnde nota, quod sunt tres probationes auri. Prima probatio auri est versus Deum; verbi gratia tu petis a Deo aliquam gratiam cum vna voluntate, vt puta, quod dignetur tibi dare vnum filium, vel diuitias, et Deus non exaudit te; quia non dat tibi gratiam, quam petis, et tu propter hoc non desinis, sed crescis in amando Deum, et in charitate amoris diuini, dicendo, Domine Deus, gratias tibi ago, quod mihi gratiam, quam petebam, non mihi fecisti: quia forte est melius non dedisse mihi filium, quam habuisse ipsum, quia sapientia immensa tuae prouidentiae est mihi occulta: scio etiam te esse omnipotentem, et plenum gratijs, et semper te fore prouidum ad gratiarum infusionem, si modo sunt condignae & tuae voluntati conformes, sicut dixisti discipulis tuis filijs Zebedaei, nescitis quid petatis, etc. Ita Domine dico meam culpam, quia nesciui quid petierim: et ideo summe reingratiore tuae bonitati; quia melius est me non habuisse filium, quem affectabam, quam ipsum habuisse, quia forte est pro meliori. Et est sicut si medicus dicit, non des aquam frigidam tuo marito infirmo, quia peiorabit; et recusas ipsi simpliciter petenti propter intrinsecum ardorem febris dare aquam: quia licet pro tunc turbetur, tamen cum est liberatus plus diliget te, quam si sibi dedisses.

A diffes, quia vidit quod dilexisti eum, & certe sic faciendo, & dicendo, tu bene facis. Sed si tu habes vnum filium masculum, & petis gratiam a Deo, quod tibi det vnum alium, & Deus non tibi dat illum, quem petis: imò accipit tibi quem habebas, vel petis sanitatem pro tuo marito, & Deus non exaudit te: imò tu etià infirmaris pariter cum eo: si tu reingratiaris Deo, & amas ipsum plus quam amabas ante, dicendo, miserere mei Domine, si peccaui, quia fortè mea petitio non fuit iusta, nec condignata: tunc est aurum ignitum, & approbatum, & melius, quam primum: sed si minus amas Deum, quam ante amabas ipsum, tunc non est aurum approbatum, & si tibi dat gratiam, quam petebas, & amas ipsum, bene est, sed tantum quantum in exemplis superscriptis, quoniam petendo non exaudiris, vel non solum non exaudiris, sed & damnificaris, & nihilominus plus amas ipsum Deum: Octauo quaero, quare petitur aurum istud? Respondeo, ut locuples fiat, quia nihil est, quod ita ditat hominem sicut amor Dei, quia si feceris malum, & ames Deum, illud malum vertitur in bonum, quia amantibus Deum omnia cooperantur in bonum: quia siue sit quis simplex, siue pauper, siue diues, aut sapiens, vel sceleratus conuertetur in bonum, si conuertatur in amorem Dei, & diligat Deum, & accidit, sicut in viatore, qui vult applicare ad aliquem locum de die, cum hora est tarda, magis festinat gressus suos, & magis properat. Ita accidit in peccatore conuertente se in amorem Dei, magis properat faciendo penitentiam ad Deum propter tempus perditum, ut recuperet illud; sicut fuit in Maria Magdalena: propterea fuit quaedam sanctissima domina, quam habebat maximas reuelationes, & stabat in deserto ad seruiendum Deo. Relinquens Deum, venit ad ciuitatem, & dedit se vanitatibus, & laxiuijs, ac perdidit omnes gratias sibi datas a Deo, quia reliquit charitatem, & amorem Dei. Similiter istis temporibus erat quidam frater Nichola Romanus Eremita, qui predicabat, & habebat magnas gratias a Deo, praesentialiter iuit in Hierusalém, & abnegauit Christum. Et est factus perfidus infidelis, & perdidit omnes gratias Dei, quia recessit ab amore Dei: propterea quidam Eremita videns hunc, plorare non cessabat propter duo: vnum, quia illa sanctissima domina, & iste frater Nichola apostata perdidit Deum; quia plus studebant placere mundo, & lasciujs, quam Deo. Secundo plus studebant placere hominibus, quam ipse Eremita studebat placere Deo: sed propheta Dauid, licet fecerit fornicationem, & homicidium,

tamen non destitit ab amore Dei, quia fecit fossam, & stans intus humiliavit se Deo, & fecit penitentiam, & Psalmos, & ideo promeruit recuperare gratiam ipsius Dei. Et si Deus praecipit aliquod malum, seu peccatum de sui natura, & tu facis illud propter charitatem, & amorem Dei, illud non est peccatum. Nam Moyses de praecocepto Dei interfecit 30. milia hominum, & non fecit peccatum, imò malum conuertitur in bonum; quia charitas habet maiorem excellentiam in faciendo crescere bonum, quam vanitas in faciendo minuire charitatem: sed si tu facis aliquod bonum, puta eleemosynam, siue charitatem, est magis malum, quam bonum; & sic anima habens charitatem cadens in aliquo peccato, non auertens faciem suam a dilectis Dei, & reuertitur ad Deum, & recuperat gratiam. Vnde Matth. c. si lumen, quod in nobis est, tenebra fuerit, quid erunt tenebrae. si bonitas vertitur in peruersitatem, quid erunt peruersitates: quia homo non recedens a charitate in omnibus operibus suis, etià malum conuertitur in bonum, & finaliter ditabitur, quemadmodum vnus mercator, qui semper lucratur de suis mercantijs, siue mittat ultra mare, & submergantur suae mercantiae, siue fures sibi furentur, siue praedones ipsum depraudentur, tamen semper lucratur, & efficitur diues. Ita si semper perdit, efficitur pauper, & mendicus: ita est in peccatore, qui licet peccet, & non recedit a charitate Dei, lucratur, & tandem reperit gratiam Dei, & emit aurum illud comprobatum amoris diuini. Tu ergo, o mercator, hodie efficere diues, quia si diligis Deum, omnia tibi conuertentur in bonum, ideo amate Deum, & charitatem habete, quia Christus nullum aliud peculium, nullamve aliam hereditatem reliquit discipulis suis in suo testamento, nisi charitatem, dicens: Charitatem do vobis, charitatem meam relinquo vobis, non quemadmodum mundus dat, charitatem do vobis, &c. Nono quaero, cum qua moneta, vel cum quibus rebus emitur istud aurum approbatum? Respondeo, quod non potest emi, nec cum pecunijs, nec cum aliquibus rebus temporalibus, neque corporalibus, neque cum aliquibus rebus spiritualibus: quia ista talia temporalia, vel corporalia, siue spiritualia non sunt tua: dic quaeso, quid habes, quod non fuerit tibi a Deo concessum, & quod a Deo non acceperis; & quod non sit ipsius Dei? & certe tu non potes emere aliquam rem ex pecunia, vel re alia, quae non sit tua. Vnde si tu iras ad aliquem mercatorem,

A torem, & velles emere ab eo vnam petiam panni, & factio mercato, tu dicis, dimitte me cauere de tua capsula praetium, pro quo emi istum pannum, quia de illo pretio volo tibi soluere certe mercator illa dicit: Amice ego volo, quod satisfacias mihi de tuis proprijs denarijs, & non de meis, quia perderem pannum meum: nam amor non potest emi pro denarijs, quia denarij sunt Dei; nec potest emi cum vestibus, nec cum domibus, nec cum possessionibus, neque cum equis, vel seruis, neque cum filijs, quia sunt Dei; nec emitur cum corporalibus; quia oculi, manus, pedes, omnia corporalia sunt Dei, & nobis a Deo concessa: sed nec potest emi amor iste diuinus pro spiritualibus, quia nec pro anima, quia ipsam, & memoriam, intellectum, & voluntatem habuisti a Deo, & sunt Dei: sed poterit emi cum sapientia, vel cum humilitate, vel prouidentia, vel cum iustitia, ceterisque alijs virtutibus; certe non, quia omnia ista etiam sunt Dei, & a Deo nobis concessa, cum quo pretio potest emi istud aurum, & ista mercantia? Certe ego respondeo tibi, quod tu non potes emere istam mercantiam, nisi cum tuis peccatis: nec est mira, si spernitur ista mercantia, ex quo emitur pro tam vili pretio; nec mireris, quia hoc est verum: nam omnia bona sunt Dei, & omnia mala, & peccata sunt tua; quia illa non sunt Dei, sed tantam tua, & nihil aliud potes habere, quod tuum sit ad expendendum; & nihil aliud pretium Deus requirit a te, nisi quod tu des sibi tua peccata. Quis ergo posset cogitare, quod quanto plura peccata tu habes, tanto maiorem monetam, & plures denarios, & maiorem thesaurum tu habes ad emendum istam mercantiam? & probo tibi per Dauid prophetam dicentem. Confiteor aduersum me in iustitiam meam Domine; & tu remisisti peccata mea; ecce qualiter peccata sunt nostra, quia dicit, peccata mea. Sed ipse Deus vult etià bursatum, in quo stat ista moneta peccatorum; quibus emitur ista mercantia amoris diuini, scilicet tuum cor, &c.

Et antequam vendat ipse Christus suam mercandariam, oportet quod interueniat mediator, siue messeta, & quod scrutetur quantam monetam tu habes ad expendendum, & ratiocinetur hinc inde antequam concludatur, & postquam mercator scit intentionem tuam, ipse accipit pretium, & dat tibi mercantiam suam. Vnde propheta & sacerdos, qui est mediator inter Deum

& te, ratiocinum, quod sit pro emendo istud aurum approbatum, est confessio, quem facis sacerdoti; pretium & moneta quam tradis, sunt tua peccata, quae reuelas sacerdoti, & reuelando ipsi in personam Christi recipiuntur tua peccata, & tot peccata quot reuelas, tot denarios tu soluis; & quanto plura peccata tu habes, etiam confiteris pro tanto pluri pretio tu emis, & habes plures denarios ad emendum istam mercantiam. Et caue ne valles, & non occupes aliquem denarium, quia vult omnes denarios quos habes; hoc est, quod tradas omnia peccata tua, tu nunquam emes illud aurum; nec potest aliquo modo falli, quia ipse solus est scrutator cordium, & videt intima cordis, neque purgat animam a peccatis, nisi vendat, & reddat charitatem suam. Et nullus est, qui se possit abscondere a calore eius, & isto modo vnusquisque potest emere charitatem Dei, quia ipsa emitur pro omni minimo & vili pretio; quia nullus est, qui non habeat aliquid ad distribuendum de ista moneta, & dico quod ipse mercator Deus vult et bursam, scilicet cor, quia cor contritum, & humiliatum Deus non despiciet. Sed postquam emisti istam mercantiam charitatis amoris diuini, oportet te esse sapientem in sciendo bene custodire aurum ignitum, & comprobatum postquam effectus es diues, & locuples: quia non minus est labor, quam scire partem tueri, &c. vnde nota tres cognitiones siue plures, per quas poteris clarificare lumen tuum intellectus ad bene videndum, & custodiendum istud aurum taliter emptum, ut supra, & unge collirio oculos tuos. nam ut supra dixi, collirium est puluis, ex quo cum oleo simul mixto fit vnguentum, ex quo vnguntur oculi, & clarescit visus.

Primus puluis istius vere cognitionis est, memento homo, quia puluis es, & in puluere reuertetur: quasi dicat, fac me recordari, quia sum puluis, & in puluere reuertar, & hoc vilissimum habeo in me: quia fecit Deus hominem de limo terrae; & sunt tres cognitiones. Prima est cognitio Dei, secunda tui, tertia cognitio proximi: quia tu debes cognoscere Deum plasmatorum tuum, & creatorem tuum, & debes etiam orare stendo, & lachrymando, ut parcat tibi, & cognoscere te vilissimum puluere esse, & reuersurum in eundem. Tertia est cognitio proximi in amando proximum, sicut te ipsum, & subuenire in necessitatibus suis. Sed quid dicam

A de Iudæis, an sunt Christi nostri, &c. circa quos, quia audio, quod in hac ciuitate Paduæ sunt multi Iudæi, aliqua de eorum conuersatione, & aliquas veritates de ipsis dicere volo. Prima veritas est, quod quando cum quibus bibis & comedis cum Iudæis, tu semper peccas mortaliter, ut in cap. saepe, de Iudæis. & 27. q. 1. de Iudæis. Nam sicut est prohibitum eis comedere nobiscum: ita est prohibitum nobis comedere secum. Secunda veritas est, quod non licet alicui infirmo facere sibi mēderi per aliquem Iudæum: quia semper peccat mortaliter, ut in c. nulli, & in c. omnes. c. 27. q. 1. Tertia veritas, quod non licet intrare balneum cum Iudæis, ut in dictis iuribus allegatis. Quarta non licet Iudæis ampliare, vel de nouo facere sinagogas: sicut scio factum fore contrarium in hac ciuitate, ut extra de Iudæis. c. Iudæ. Quinta veritas est, quod diebus quibus legitur Passio Domini: debent stare clausi, ne trāssentur de Passione Christi, ut ibi. Sexta veritas est, quod in qualibet terra, Iudæi debent portare aliquod signum, per quod cognoscantur Iudæi a Christianis. Sed miror, quare non portant hic, Vicentia, & Verona signa, ut cognoscantur. Et volens informari, dictum est mihi quod habent priuilegium a Papa. Et sunt quidam dicentes, quod Papa non potest id concedere contra 4. concilia. Sed de hoc nolo me impedire contra determinationem Papæ. Sed ciues debent providere super hoc, & facere statutum: ratio est: quia si non habent signum se mulieribus Christianis; & est contra c. non nulli, de Iudæis. Et ipsi Iudæi si credunt suam fidem fore meliorem; deberent portare signa, ut cognoscerentur, & non deberent verecundari cognosci pro Iudæis; sed nihil aliud vult dicere, nisi quod conscientia remorder eos, spernendo fidem suam; & bene faceret communitas supplicare Papæ, quod non obstante priuilegio eis indulto, concedere, quod possint cogi facere signa; quia ita cogniti possunt se immisceri cum minimis Christianis, vel Christiana quoties stat in domo cum Iudæis famulando eis, toties peccat mortaliter: quia est prohibitum, de Iudæis. cap. Iudæi cum Iudæis, contra istas, quæ nutriunt, & lactant filios Iudæorum similiter in illis, quæ obstetrizant, seu lauant pueros, & fetus Iudæorum, stando & comedendo in earum domibus, peccant mortaliter: nec licet ipsis obstetricibus accipere pecunias a Iudæis pro leuando filios suos, si sunt vsurarij: quia ille pecunie sunt

alij obligata. Septimo quæro, nunquid liceat barberijs, procuratoribus, obstetricibus, aduocatis, medicis, & huiusmodi personis accipere salarium de suo labore a Iudæis vsurarijs, seu a Christianis vsurarijs, nihil habentes aliud quam de vsura. Thomas dicit, quod siue tales Iudæi, & Christiani habeant aliquid non acquisitum de vsura, tamen si est obligatum alijs pro vsuris acceptis, quod non licet aliquid accipere a talibus, quia accipit illud, quod est alteri obligatum: multo ergo minus licet accipere aliquid ab eo, qui omnia habet ex vsuris: quia accipit quod est alterius, & alteri obligatum: tamen baila, seu obstetrix potest eleuare filios Iudæorum, & vsuriorum sine aliquo præmio: sed non licet sibi seruire, vel secum comedere, nec stare in domo, ut dixi. Similiter medicus potest mederi Iudæo, & vsurario sine præmio, quia peccatum in talibus est recipere ab eis aliquid, quod sit alteri obligatum. Vnde nota duo genera seruitiorum in talibus: quia si est tale seruitium propter quod vsurarius non efficitur impotens diuitijs: quia tu das tuum pannum, & ipse dat tibi pretium: vel das sibi alias res priori pretio, pro quo non efficitur impotens: quia habet a te rem æquiualentem pretio tibi dato, & tunc tu potes illud facere sine peccato, ut alio modo, quam effici impotens: sicut si notarius scribit sibi: vel procurator, vel barberius, siue medicus, & huiusmodi, quia recipiendo salarium, vel præmium ab eis, diminuitur eorum substantia alijs obligata, quia non recipiunt rem aliquam, quæ recipiat fructificationem, seu æquipollentem, nec venit sibi in bonis aliqua utilitas, & tunc est peccatum. Octauo quæro, quid debet fieri de eo, quod tu recepisti a Iudæo, & vsurario. Respondeo, quod tu debes illud restituere, ut alias tibi dixi. Sed ante debeo restituere utilitatem ipsi Iudæo, vel Christiano vsurario. Respondeo, quod in Christiano facto: sicut alias tibi dixi: sed quia Iudæus nunquam est aptus restituere, nec tenetur licite. Thomas dicit, quod tu non debes restituere Iudæis, sed illis qui fuerunt damnificati ab illis Iudæis per vsurariam prauitatem; sed si aliquando recepisti damnum aliquod a Iudæis, tu potes de illo lucro tantum retinere quantum suum fuit damnificatus a Iudæis, & ab inde supra tu debes omnia restituere; & si nescis damnificatus, tunc debes reddere pauperibus Christi, vel vertere in pios usus. Nona veritas,

Aritas; nunquid liceat recipere illud quod tibi donat Iudæus? Respondeo, si est vsurarius non. Idem in Christiano sceleratore: & si recipis, debes restituere damnificatis ab eis per vsurariam prauitatem, vel ut supra dixi. Decimo quæro, si Iudæus vult effici Christianus, & haberet multa bona, quid debet fieri de illis bonis? Et vtrum possint sibi dimitti illa bona? Aut habuit de vsuris, & tunc plurimi dicunt restitui malè ablata his a quibus extorta fuerunt per vsuram: & si aliqua bona incerta super sunt, & tunc de illis incertis dominus Episcopus potest sibi providere, dando illa amore Dei sibi, si non reperiuntur cuius fuerint, sicut ipse Episcopus daret alijs Christianis pauperibus. Sed quæro, nunquid recipientes azima a Iudæis peccent; & dico, quod peccant mortaliter. Item quæro, nunquid locando domos Iudæis peccent. Et dico, si tu locas domos tuas Iudæis vsurariis, & similiter Christianus ad vsuram, tu peccas mortaliter. Tertio decimo quæro, vtrum sacerdos possit petere decimas a Iudæis, sub cuius parochia stant; & respondeo quod sic, ut in c. Quarto decimo quæro, nunquid liceat benedicere Iudæis, & amare eos. Respondeo, quod in ijs, quæ concernunt amorem generalem, licet eos amare: sed in his, quæ concernunt amorem specialem, non: sed fuge amare ipsos speciali amore. Et ideo si concedis ad pensionem domum, vel stationem Iudæis, ut fenerentur, tu teneris ad restitutionem, & peccas mortaliter. Vnde caute vobis a prædictis, quæ ideo hic tetigi propter multitudinem Iudæorum, qui regnant in hac ciuitate, ut sitis sapientes a conuersatione eorum.

Tertia pars principalis.

D Sequitur tertia pars prædicationis nostræ, quæ est pulchritudo, quæ notatur per illa verba, & custodiam illum in toto corde meo, scilicet charitatem, & legem amoris. Et hoc est, quod Ioan. dicit. Et vestimentis albis induaris. Nam vestis est triplex, siue tria significat. Primo, quod est habitus bonæ virtutis. Secundum est honestas, quæ significat bonam voluntatem, quia bene faciendo in habitu tu habitu in bene operando, & tenet te calidum in amore Dei taliter, quod moriendo tu reperis te habere ita habitum bene viuendi, quod etiam bene morieris, & faciet te in

omnibus honestum. Tertio tenet te ita calidum, quod quanto melius facis, tanto melius operaris, & melius seruas charitatem, & gratiam tibi datam. Et sic eris sapiens quantum ad te, & honestus quantum ad proximum: & conuequens iustitiam quo ad Deum, qui misereatur nostri, per suam misericordiam, Amen.

DE CONSCIENTIA decepta.

Sermo VI.



Moca operarios, & redde illis mercedem suam. Matth. 20. capit. licet scriptum sit, nullum bonum irremuneratum, & nullum malum impunitum: tamen principale propositum Christi est remunerare valde bene in bono. Tamen reperitur, quod punit malos, & potest intelligi de operariis bonis, & malis. Sed vult hic tractare de operariis malis: vnde in Apoc. decimo quarto cap. sanctus Ioannes dicit. Si quis adorauerit bestiam, & imaginem eius, & accepit caratherem in fronte sua, aut in manu sua, & hic biberit de vino iræ Dei, qui mixtus est mero in calice iræ ipsius, & cruciabitur igne, & sulphure in conspectu Angelorum sanctorum, & ante conspectum agni, &c.

Hæc est sapientia sanctorum, qui custodiunt mandata Dei, &c. vnde sciendum, quod triplex est retributio malorum. Prima est retributio dolorum mentalium. Secunda est retributio poenarum corporaliū. Tertia est retributio tormentorum æternalium corporis, & animæ.

Prima pars principalis.

In prima retributione dolorum mentalium notantur tres veritates. Prima est transgressionis, & offensionis in adorando bestiam, & imaginem eius, &c. Secunda est punitionis. ibi, & hic biberit de vino iræ Dei, &c. Tertia est mensurationis poenæ, & culpe, quam habet anima; ibi, & cruciabitur igne & sulphure, &c.

Et nota quod animal & bestia differunt

A valde. Nam animal est, quod sensualiter vituit, & nil sentit de Deo: bestia est animal crudele, ut lupus, leo, aper, vrsus, & huiusmodi; & per bestiam intellige affectualem & bestialem amorem: & sic diabolus potest dici bestia, quia semper quærit fallere animas: & mundus potest dici bestia, & qui diligit mundum plusquam Deum, mundus dicitur bestia: & ille adorare dicitur bestia, & si plus diligit diabolus quam Deum, diabolus dicitur bestia, & ille adorat bestiam, & sic de alijs; vnde non omne apprens est existens; quia amare imaginem mundi, videlicet bestialem concupiscentiam carnis, vel oculorum; vel malorum morum, & vitæ brutalis, & cuiuslibet alterius apparentiæ, ista talia sunt imagines, & recipere characterem in fronte, & facere plus voluntatem mundi & diaboli, quam facere voluntatem Dei: sic faciunt mulieres, quæ ornant filias, ponendo in fronte filiarum belletum, & fucum, & super earum capita comas mortuarum, & faciunt sibi zuffetos, & macharonos, & depilant earum facies, & sunt earum ruffianæ: Nam istæ tales adorant bestiam, & amant imaginem eius, scilicet mundi, & bestialem concupiscentiam. Vnde caueat, quoniam in fernus tales expectat, & cruciabuntur igne, & sulphure. Vnde qui adorauerit bestiam, &c. Hic habet de vino iræ Dei. Vnde debemus considerare triplex vinum. Primum dicitur gratiæ, & istud est clarum, dulce, & potens, secundum eius significationes. Secundum dicitur vinum culpæ. Tertium est vinum gloriæ.

Vinum gratiæ Dei est, quædo anima inebriatur vino Dei, per fidem, charitatem, & claritatem virtutum, gustando de illo vino gratiæ Dei, dulci, claro, suavi, & potenti, quod assimilatur vino maluatico de Tiro, & huiusmodi pretiosis vinis.

D Vinum culpæ, est ignorantia, & stultitia hominis. Ignorantia, quando non consilium in veritate, fide, & charitate, & in cæteris virtutibus. Stultitia, quando operatur malitiam, vitia, & falsitates. Vnde hic bibet de vino iræ Dei, quod est amarum, debile, & tenebrosum.

Vinum verò gloriæ est videre, & gustare diuinam sapientiam, facie ad faciem, & est suauissimum, & luminosum, vinum potes, est diuina misericordia, præmium fidei, & cognoscere Deum, videre Deum, tollere ipsum, & frui Deo in Paradiso sine fine. Quæ quidem in hoc mundo seruanda sunt

cum magno timore, qui timor est triplex: **E** quia quidam timor est gratiæ, qui est clarus, dulcis, suavis, & potens. Secundum est timor culpæ, & iste est debilis, terribilis, amarissimus, & tenebrosus. Tertius est timor gloriæ, & iste est luminosus, & timorosus. Nam si quis biberit de vino gratiæ Dei & gloriæ, illud tale vinum descendit de anima in corpus, & illud corpus efficitur lucidum, & gloriosum cum anima participando, & communicando simul; & efficitur Deus, & participat dum Deo de eius diuinitate, & summo bene. Anima verò bibens de ira Dei, seu de vino iræ Dei: Illud vinum iræ Dei descendit de anima in corpus, & diffunditur per ipsum corpus, & tunc illud corpus efficitur opacum, passibile, grossum, grauissimum, & tenebrosissimum; & efficitur diabolus in furore iræ Dei veniens, & semper debilitabitur, & cruciabitur æternaliter. Vinum dulce mundi sunt diuitiæ, pulchritudo, sanitas, &c. Et quanto plus homo delectatur in diuitijs, & delectationibus huius mundi, tanto minus participat de rebus diuinis. Calix in quo stat istud vinum, significat mensuram iræ Dei. Vnde nota duos calices; vnum a dextra, alterum a leua. **G** Et iste calix stat in manu Dei, & potes bibere de quo malis. Et vnus est dulcis, alter est amarus: & dedit tibi liberum arbitrium. Nam si bibis de calice dulci, & bene operaris, tantam gloriam consequeris, quantum est præmium tui boni operis. Et econuerso si male operaris, reperies tantam poenam æquipollentem tuo scelere. Et quando diabolus inducit te ad peccandum, & fornicandum, ex quo sequitur tibi poena, tunc irridet te: vnde caue, ne in fine mortis tuæ diabolus te irrideat in puncto mortis, & ne trahat te de morte corporali ad mortem æternam; quia mors corporalis tantum differt a morte æterna, quantum mors picta differt a morte corporis. **H**

Secunda pars principalis.

Sequitur modo videre de poenis, & punitioe, seu mercede male operantium. Vnde nota hic tres veritates.

Prima veritas est, cum quo punientur damnati.

Secunda veritas est, vbi punientur damnati.

Ter-

A Tertia veritas est, quomodo torquebuntur damnati. Quantum ad primam veritatem, dico quod damnati punientur, & puniuntur igne, & sulfure, scilicet in fetore, qui significat per sulfurem tribulationem pungentem per ignem. Et nota duas poenas tormentorum vniuersales in inferno; vna est respectu corporis, scilicet sulfur; & alia respectu animæ, scilicet ignis, vltra alias poenas infinitas particulares: quia sicut sunt quatuor dotes beatorum, scilicet lenitas, & luciditas, fulgebunt iusti in regno cælorum. Tertia est **B** impassibilitas, quia sicut corpus in hoc mundo est animale, & passibile: Ita in alio mundo corpus beatificum est spiritale, & impassibile. Quarta est subtilitas, quia penetrabit murum, & ferrum sine ruptura ad instar Solis penetrantis vitrum. Ita per contrarium corpus damnatum habet quatuor dotes. Prima est grauitas, quæ est contraria leuitati beatorum, quia vnum corpus damnatum ponderat plus, quam si totus mundus, & quæ in eo continentur, essent simul collecta in vna maxa plumbi: & in tantum ponderat, quod si effet in cælo empirio frangeret omnes cælos, **C** & perforaret terram, & transfiret vsque ad infimum centrum abyssi, ad locum sibi destinatum. Secunda dos est obscuritas, quæ est contraria luciditati beatorum: quia vnum corpus damnatum excedit omnes tenebras huius mundi. Tertia dos est passibilitas, quæ est contraria impassibilitati beatorum spirituum: vnde corpora damnatorum sunt ira receptibilia passionum, quod si tu tangeres vnum corpus damnatum in quacunque parte illius corporis cum vno capillo, haberet tantam passionem, & maiorem, si maior cogitari potest omni passione, quam homo viuens pati posset ad instar habentis vnum vulnus in loco neruoso, sicut tangitur neruus cum vno filo, generatur dolor quasi spasmaticus. Ita generatur dolor spasmaticus in toto corpore damnato toto passibili. Quarta dos est, quia est grossum contrarium subtilitati corporis glorificati. Nam vnum corpus damnatum est adeo grossum, quia si totus mundus esset vna porta, non posset inde pertransire; sed qualiter ista intelliguntur, aliam dicitur veracibus rationibus; & semper aqua pestifera, ignis, sulfur, & omnis spiritus tempestatum super damnatis incessanter pluit. Secunda veritas, vbi punientur damnati. & certe in inferno. Nam

totum corpus ratione suarum radicalium **E** pertinet affligetur, quia anima odiet corpus, & corpus odiet animam, & ipsam abhorrebit, & omnes partes corporis similiter ad inuicem erunt discordes, & appetent separari ab inuicem, nec poterunt dissolui: vnde oportebit affligi vtrunque, scilicet anima, & corpus. Corpus quidem, quia a sua anima torquebitur in æternum: Anima vero, quia recolet, & intelligit corpus suum in æternum torqueri, & diliget naturaliter habere gloriam, quam desperabit attingere. Item erit poena in corpore ratione elementorum contrariantium sibi ad inuicem, & sic qualibet pars corporis, respectu elementorum ad inuicem contrariantium in toto corpore totam qualibet partem, quas corporis damnati affliget, & cruciabit, & sic sine corruptione, semper in æternum quæret vna pars corporis sibi ab inuicem separare, & se mutuo corrumpere. Item erit alia poena, quia tota operatio naturæ corporis damnati peruertetur in contrarium circa materiam, & formam: quia vbi proprium formæ est agere, & proprium materiæ pati, secundum naturam: ibi erit per contrarium. Item est alia poena, quia ille **G** ignis, qui cum alijs elementis continet illud corpus, fortificabit vires suas ratione coniunctionis flammæ infernalis. hæc autem fortificatio erit contra aquam, & contra terram, & contra aerem, de quibus ipsum corpus est ligatum. Et quoniam aer, aqua, & terra non poterunt sub illo igne consumi, multiplicabitur corporis poena: & sic econtra per singula de cæteris electis. Item est alia poena, quia in inferno omnes partes corporis, alia contra aliam appetet iuuamentum, & sic habebit homo appetitum comedendi, bibendi, infrigerandi, calefaciendi, quiescendi. Ita quod pars corporis in quantum erit frigida, appetet calefieri, et humefacta desit. et econtra **H** erit iste appetitus mutus sine fine, videlicet in æternum. Ita quod appetitus semper erit appetibilis, et nunquam attingibilis ad id, quod appetet. Item erit alia poena, quia anima omnes poenas animales spirituales, et intellectuales suas administrabit corpori in sua radicali, et maiore sensualitate, et econtra. Item erit alia poena, quia in partibus corporis, in quibus frigiditas damnatur, tunc caliditas intensa summis cum doloribus præualebit, sicut est in cerebro, et in partibus

Atibus corporis, vbi calor est radicalis: ficut in corde, vbi intensa frigiditas dominabitur; & in cerebro, vbi intensus calor præualebit; & sic in cæteris membris. Item erit alia pœna: quia elementa quæ sunt in corpore humano concordantia, & operantia actus suos in hac vita ad sustentationem corporis, secundum regulas naturæ, & Dei, in inferno vnumquodque secundum suam ferocitatem naturæ fortificabit vires suas ad affligendum illud corpus, & nunquam corrumpent illud, licet crucient ipsum: vnde ibi est dolor, & stridor dentium peremptis sine fine in omni discordantia, & peruersitate. Et quia contrariorum eadem est disciplina, considera per omnia esse contrarium in paradiso in omni concordantia. Item nota, quod illa regula fallit in inferno, quæ dicit: Quod solatium est miseris socios habere pœnarum: quia quanto plures sunt damnati, tanto magis augentur pœnæ ipsis damnatis: sicut in paradiso, quanti plures saluantur, tanto plura augentur gaudia paradisi. Item habent plures alias pœnas, quas ad præfens omitto; tertia veritas est, quando torquentur corpora damnata: & ista est secreta valde; vnde verifica per exemplum: vt puta in platea erunt plures, qui comburentur pro sodomitico scelere. hic considera tria genera personarum: vnum est eorum, qui comburantur; secundum est eorum, qui sunt ita prope ignem, quod sentiunt fumum ignis, sicut sunt lictores, & officinæ eorum, qui stant ita longe, quod vident ignem, & fumum, & combustionem eorum, qui patiuntur, & tamen sunt læti in cordibus eorum, & nihil participant, neque sentiunt de huiusmodi pœnis, & fumo, & calore. Modo considera tres pœnas hic: vna est pœna animæ substantialis; alia est pœna substantialis corporis; alia est accidentalis, scilicet conuersationis dæmonum: & pix, alijs nutrientibus ignem, vt pœna sit fortior, & ista est pœna substantialis corporis, & ignis est pœna substantialis animæ, fumus est pœna accidentalis sociorum, & fumus vnus transit ad alium, & e contrario. Ita quod vnusquisque sentit fumum, & tormenta omnium aliorum, quemadmodum si esset vnus pater cum septem filijs mortuis: ipse pater haberet dolorem suum, & omnium suorum filiorum, & e contrario, & dolor vnus transiret ad alium participatione, Ita quod haberet, & sentiret suum dolorem, & participaret de dolore aliorum

filiorum suorum, & e contrario; sic est in inferno apud damnatos, & hoc est, quod dicit, quod fumus transibit de sæculo in sæculum, & omnis beatus videt pœnas damnatorum, & hic est fumus in oculos beatorum, & gaudentes, & cõtemplantes Deum nil sentiunt de his pœnis, & fumo: & hoc est, quod dicit Dauid: Ascendit fumus intra eius, & ignis venit a facie eius: similiter est in beatis per contrarium, quia in vita æterna omnes recipiunt gloriam substantialem corporis, & animæ: & accidentalem sociorum, cum quibus participant de illa gloria alterutrius, & gloria vnus transit ad alium in omni charitate, amore, & dilectione. Vltima veritas est, quod nisi esset misericordia, & gratia Dei, nullus posset a diabolo aufergere: & nota, quod duo sunt oculi, videlicet dexter, & sinister; oculus dexter est cognitio boni: & sinister est cognitio mali, culpæ, & pœnæ: oculus dexter est præcauere a malo, & a peccato: quia qui mala operatur, mala habebit: oculus sinister est e contra. Item oculus dexter respicit sursum per aera, & oculus sinister deorsum; & sicut habes alas, & oculos suos volant agiler sursum per aera, sicut anima seruans decem mandata Dei, & virtutes, volat ad sidera; & sicut columbus non habens alas, neque oculos, capitur facilliter: sic anima carens virtutibus, & non cognoscens Deum, nec habens oculos veritatis; fidei, & charitatis, velut cæca capitur a diabolo, & corruidit ad inferos, vbi habet mercedem suam, scilicet tormenta exterminata suprascripta, & vnusquisque recipit mercedem suam, scilicet boni, & mali, secundum quod operatus fuerit in hoc mundo: vnde voca operarios, & redde illis mercedem suam, quod fuit thema impositum, operemur itaque taliter, quod consequamur in hoc mundo gratiam, qua mediante possimus peruenire ad gloriam. Amen.

DE VITIO TEPIDITATIS.

Sermo VII.



Multi sunt vocati, pauci vero electi. Matth. 20. cap. Verissima, & admirabilis sententia. Multis modis vocat Deus animam, quos potes intellectualiter videre, ponderare, & mirabiliter considerare,

Are, & meditari in Apocal. 3. cap. Ego quos amo, arguo, & castigo. Æmulare ergo, & penitentiam age; Ecce sto ad ostium, & pulso; si quis audierit vocem meam, & aperuerit ianuam, intrabo ad illum, & coenabo cum illo, & ille mecum, &c. Istud eloquiū est secretum valde, in quo nota tres amores, & tres modos, quibus Deus vocat animam. Primus amor est, quem Deus habet animæ ipsam semper vocando; secundus amor est animæ ad Deum in sibi respondendo; tertius est amor, qui est inter Deum, & animam in coenando ad inuicem.

Prima principalis.

Primus amor est semper ipsam animam clamare. Ibi, multi sunt vocati. Et nota hic tria signa, per quæ poteris considerare, & scire, si Deus te diligit: & e contra, si Deus te odit. Primum signum est, quando homo videt, & sentit se multis tentationibus perturbari: secundum signum est, quando homo fert tribulationes patienter: tertium signum amoris Dei est, quando homo fert tribulationes patienter. De primo signo considero, quam mirabiliter est absconsum in cancello illius eloqui, quos amo, arguo, &c. Ad cuius intelligentiam nota tria genera hominum odiatorum a Deo. Et tria genera hominum amatorum, quæ verifica per exemplum: Ecce sunt duo domini, qui ad inuicem faciunt guerram, & vnus est potentior altero: potentior inuadit regnum minus potentis. Modò considera tres varietates hominum inter subditos istius domini inuasi minus potentis, quia aliqui odiunt illum dominum suum, adeo quod in cõtinenti sine resistentia aperiant portas ciuitatis inimicis domini sui, qui venerunt causa obsidendi ciuitatem illam: aliqui magis odiunt illum dominum suum, quia non solum aperiant portas suas illius ciuitatis inimicis domini sui sine resistentia: sed cum hoc faciunt magna solatia, & festa de perditione status domini sui: Sunt & alij, qui multo magis odiunt eius dominum, & isti tales antequam inimici appropinquent eorum ciuitati, quæruunt inimicos domini sui, vt veniant, & mittunt eis clauas, antequam appropinquent, & successue introducunt eos in iubilo. E contra sunt tria genera amicorum, quia aliqui ciues, quando veniunt inimici eorum domini circa ciuitatem, se viriliter defendunt, & dimittunt sibi dare quæstum, & comburere domos, & tandem sunt fessi petita venia a domino suo se reddunt. Alij plus diligunt, & isti tales non solum se viriliter defendunt, & dimittunt sibi guastare blada, & comburere omnia ædificia villarum, sed dimittunt se obsidere vsquequo oportet eos comedere canes, equos, gattas, & mures; & tandem quando non habent quid comedant licet inuiti: tamen se reddunt. Alij multo plus diligunt eorum dominum in tantum, quod dimittunt non solum se prædari, & comburere omnia, sed permittunt se fame, igne, & peste cruciari, immo & personas violare, & se interfici, & occidi priuquam velint se reddere, & perdere ciuitatem. Modò ad propositum, Deus odit ista tria genera hominum, quorum aliqui cum eis superuenit aliqua tentatio carnalis concupiscentiæ, vel auaritiæ, seu alicuius alterius sceleris, sine resistentia aliqua aperiant sibi ostium conscientiæ, & intromittunt hostes, & istos odit Deus. Aliqui non solum aperiant ostium conscientiæ malis tentationibus, sed cum gaudio, & delectatione intromittunt hostes malorum operum. Et istos tales magis odit Deus: Alij qui non expectant tentationes, sed quærunt tentationes, & consentiunt ipsis: & licet natura non requirat, quærunt satiare eorum peruersum appetitum, & tales multo magis odit Deus. Sequitur modo triplex genus amatorum a Deo; quia aliqui contra tentationes pugnant, & tandem cõsentiunt, & tales diligit Deus tantum, quantum resistentiam faciunt aduersus tentationes. Aliqui contradicunt tentationibus, & substinent multas aduersitates, & pur tandem consentiunt, & cadunt, & tales magis diligit Deus. Aliqui vero sunt, qui semper resistunt, & omnia mala substinent, & tandem violenti cadunt, & isti sunt philocapti de Deo: & istos multo magis diligit Deus; & per hoc considerabis, & perpendere poteris, quando Deus te odit, vel diligit: quia quos amo, arguo, & castigo: & sic habes primam veritatem. Secundum signum, per quod perpendes, si Deus te amat, est quando tu substines patienter tentationes, & varie, vritur Deus arguere peccatores, quandoque mediante prædicatione, quandoque mediante lectione, & quandoque mediante inspiratione per medium prædicationis: quia mittit Deus sæpe prædicatores, vt increpent vitia, vt audientes conuertantur ad eum, quandoque medium lectionis, quia inclinant peccatores ad legendum libros aliquos deuotos, & aliquando illuminat ani-

A animam peccatoris: & isto modo vocat ad eum; & quando corrigitur peccator, tunc Deus amat illum. Quandoque mediante inspiratione: vt quando ex aliqua inspiratione homo se ipsum reprehendit, & tunc superuenit ei contritio de suis malis operibus, & poenitens reuersus in se ad instar filij prodigi dicit, quod mercenarij abundant in domo patris mei, & ego fame pereo. Et reuersus in se cogitat de iustitia, deinde meditans sua peccata, ponderat iudicium: quia semel post mortem oportet vnumquemque stare ante tribunal Dei, & reddere rationem de bono, & malo. Nam iudicium Dei in puncto mortis abyssus multa; non ergo confidas in barca fracta, quia submergeris: & relinque vitia prius, quam vitia ipsa deserant te, quod aliter faciendo diabolus te vorabit. Tertium signum, per quod tu perpendes si Deus diligit te, est si portas patienter tribulationes, quia quos amo, arguo; sed tu poteris dicere, qualis est iste amor, si Deus tribulat amicos suos infamia, aduersitatibus, & tribulationibus? intellige, habent amorem esse ad instar matris, quæ depilat filiam in temporibus, & fronte eleuando ei pilos cum magno dolore. certe mater non facit illud ex odio, quia amat eam, vt videatur pulchrior. Similiter potes dicere de matre, quæ purgat tineam de capite filia tignosa cum magnis doloribus. Nam illud facit propter dilectionem, vt liberetur, & nõ ex odio. Nã sicut purgat medicus vulnera vulneribus. Sic Deus purgat tineam peccatorum, per tribulationes, & aduersitates: & tunc diligit Deus illam animam purgatam, & probatam, tanquam aurum in fornace. Apocal. 3. c. Quos diligit filios, corrigit, & castigat, &c. & sic habet tria signa amoris diuini.

Secunda principalis.

D E contrario nota tres veritates animæ respõdentis amoris clamantis Dei. Prima veritas animæ respõdentis Deo clamanti est incipere; secunda continuare; tertia perseverare. Emulare ergo et, age poenitentiam, & intellige emulare in bono, non autem in malo: vnde nota hic tres emulationes; vna est mortua, & hæc consistit in anima, quæ quando audit prædicationes, quanto plus audit, peius facit, quia non capit illam cum bona voluntate, & desiderio Dei, sed vadit ad prædicationem causa murmurandi, & peiorandi ad instar Iudæo-

rum. Interdum fingebant velle adiscere a Christo, & ipsum interrogabant, vt deprehenderent eum. Secunda emulatio est frigida, quæ est in illis, qui audiunt prædicationes, & verba Dei, & vellent facere bonum, sed sine labore ad instar illius, qui dixit Christo: magister quid faciendo, vitam æternam possidebo? Qui respondit, serua mandata, & ille respõdit, feci: deinde Christus dixit, Si vis perfectus esse, vende omnia quæ habes, & da pauperibus; & reuersus contristatus est. Tertia emulatio est tepida, & hæc est in illis, qui vellent facere bonum, sed crassinant, dicentes, cray, cray, ad instar corui. Istud dicitur desiderium tepidum, & assimilatur illi iuueni dicenti Christo, habeo voluntatem sequendi te, sed volo prius sepelire patrem meum: & Christus respondit, Dimitte mortuos sepelire mortuos suos: & istud desiderium melius est, quam desiderium frigidum: & frigidum adhuc est melius, quam desiderium mortuum. Vnde si tu habes desiderium bene faciendi, Deus præstabit tibi gratiam, quod ibis de bono in melius: & illud desiderium tepidum potest dupliciter intelligi: verbi gratia si ponas aquam ad ignem, primo efficitur tepida, deinde calida. Vltimo modo manum, & remoue istam aquam calidam ab igne, primo efficitur tepida, deinde frigida: hic sunt duæ tepiditates, vna, quæ protendit de tepido ad calidum: Alia, quæ protendit modo retrogrado de tepido ad frigidum. Prima est bona, secunda mala. Emulare ergo de tepido ad calidum meliorando, & perseverando in amando Deum, si vis quod in te charitas augeatur. Similiter si tu habes duo ligna frigida, frica bene illa ad inuicem, & calefient: & si magis, magis calefient. Ita accidit incipiendo amare Deum, & perseverando in amore Dei, si non habes charitatem in te veniet: & si habes, augebitur, & multiplicabitur dietim. & similiter accidit in philocapto: quia philocaptus omnia agibilia melius, & feruentius operatur, quam si non esset philocaptus, quia nil sibi videtur difficile. Amor enim istorum, qui vocantur, & respondent, per tres actus ostenditur. Primus in vocatione; secundus in responsione; tertius in coenando, qui notantur in superscriptis verbis: Ego sto ad ostium, & pulso, &c. Nota, quod ostium habet duas partes; vna pars est intelligere, & cognoscere voluntatem Dei: Alia pars est consentire; & si intelligis, & consentis, tunc aperitur porta, si denegas,

A negas, tunc clauditur. Vnde quando pulsatur ad portam conscientia, conscientia venit ad fenestram, & respicit quis pulsatur, & tunc cognoscit, & intelligit pulsantem, & vocantem, si vult consentire, aperit sibi portam, & tunc voluntas Dei intrat ad conscientiam: & si denegat consentire, tenet portam clausam, & non aperit, & voluntas Dei non intrat, & sic econtra. Et nota, quod variè, & multis modis vocat nos Deus, & multi sunt vocati, pauci verò electi. Vnde quandoque vocat Deus aliquem ad ostium suæ conscientia, voce prædicationis, vel lectionis, aut inspirationis; & si subito respondet, ista est optima vocatio. Si verò non respondet, tunc percutit ostium cum manu, dando illi vocato vnam sebrecellam quartanam, vel aliquam aduersitatem: & si adhuc non respondet, tunc percutit fortius cum pede; quia morietur ille, vocatus filius, vel maritus, aut vxor, vel infamabitur de adulterio, & huiusmodi in amissione diuitiarum, vel honorum. Et si non audit, tunc percutit cum vno lapide ad ostium fortius; & dat sibi percussiones magis terribiles; quia accusabitur pro statu, habebit torturas, &c. & habebit subuersionem, perditionem ciuitatis, bonorum, & efficitur pauper; & huiusmodi. Si vero ad huc obaudit, & aperire recusat, tunc Deus aperit ad ostium percutiendo cum securi mortis æternalis, & amplius non pulsatur; sed facit sicut medicus visitans infirmum, & videns quod non est spes salutis de vita infirmi; dicit vxori, date sibi quicquid vult; quia habeo ipsum pro derelicto. Vnde caue, ne tardes cum vocaris a Deo, respondere; ne diabolus te vocet. Et nota, quod Deus nunquam intrat per gratiam; nisi anima velit, ex quo habemus liberum arbitrium, vbi misericordia fit cum iustitia concurrente cum tuo velle acceptante; sed quando Deus præuenit, tunc est misericordia. Vnde pro regula seruo, quod Deus non intrat sine consensu: tamen Deus, videtur intrare quasi per vim quandoque, sed raro, sicut fecit in sancto Paulo Apostolo; cui in instanti data fuit gratia per singularitatem, quia fuit vas electionis, vel melius Deus, quando videtur violare aliquem, seu conscientiam animæ; sine consensu intrat, quod non expectabitur, sicut fecit postquam resurrexit, quando intravit ad discipulos suos inopinatè; vel quando infudit

spiritum Prophetia, licet omnino quaratur, vel aliquam singularem gratiam; vnde sunt aliquæ animæ desiderantes trahi ad aliquam singularem gratiam supernaturaliter, reperiunt se multotiens deceptas propter talem earum præsumptionem; sed quando Deus videns, quod illa anima meretur illam gratiam talem supernaturaliter, ei concedit; sed est de raro contingentibus; sicut fuit in beata virgine Maria, quæ licet non desideraret, nec reputaret se dignam fieri matrem Dei: tamen Deus omnipotens illam elegit pro eius matre; & hoc est singulare priuilegium, quando coactus trahitur: tamen Virgo gloriosa consentit; Vnde videlicet velle consentire, quia Deus regulariter non intrat sine consensu propter liberum arbitrium nobis datum; sed diabolus facit contrarium, quia nunquam intrat portam conscientia, nisi per vim tanquam rusticus; vnde modo pulsatur per luxuriam, modo per suggestionem auaritia, modo per accidiam, & sic per infestationem omnium tentationum, peccatorum, & vitiorum, & quando induxerit hominem ad peccatum iræ, luxuria, auaritia, vel alterius peccati, venit ad inducendum eum cum impetu solis vento magne potestatis, qui percutit fenestram conscientia cum tanto impetu, quod ipsa aperit violenter, & proijcitur in terram cum maximo turbine; sed Deus nunquam intrat nisi consentiente anima, & voluntarie consentiente sibi fenestram conscientia, & ostium eius: quia tunc tanquam nobilis, & curiosus, ac honestus intrat, & facit ad instar solis intrantis fenestram camerae apertam, qui illuminat cum subito splendore suorum radiorum totam cameram; sic Deus intrans clarescit intellectum, & illuminat totam cameram conscientia, sibi spontè aperientis; quia omni lumine veritatis vidit, & cernit omnem veritatem.

Tertia pars principalis.

Tertia veritas, seu actus est coenare cum Deo, postquam intravit, & cenabo cum eo, & ipse mecum. Coena est vltimus cibus diei. Nam Deus seruat morem Ianuensem, quia vbi prandit, ibi coenat, & econtrario; cui Deus dat prandium, & ibi dat sibi coenam. Prandium Dei est consolatio puræ conscientia plene gratia; & econtrario delectatio virtutis tenet,

A tenet, quando das prandium Deo: sed quando perseveras vsque in finem, tunc das etiam coenam Deo, quæ coena est vitæ æternæ, ad quam multi sunt vocati, pauci vero electi. Ad quam nos Deus emittet in fine vitæ nostræ per suam misericordiam. Amen.

DE FLAMMIS SEPTEM Amoris.

Sermo VIII.

B **Q**uam dulcia sunt faucibus meis eloquia tua Domine. In mente Beatissimæ Virginis Mariæ tanta erat dulcedo charitatis, & amoris Dei, quod non poterat loqui, nisi de amore Dei: & eijcebat de sanctissimo cellario cordis sui intensissimam flammam amoris diuini eloquijs ad instar ardentis fornacis, quæ tantam flammam eijcit, quatenus in ea præualet ardor ignis. Et nota quod non reperitur in sacratissimo Euangelio beatissimam Virginem Mariam fuisse locutam, nisi septies. **C** **I**ntellige tamen, quod illa septem eloquia sua non fuerunt sine maximo mysterio, in quo dulcissimo eloquio summa bene, quod Deus communicatus in ipsa Virgine gloriosa, quæ in omni sapore gustabat ipsum, dat nobis intelligere, quam dulcia sunt eloquia sua, & quam suauissimus sit gustus eius. Vnde nota, quod ad bene gustandum, tria requiruntur.

D Primum quod cibus sit bonus, & saporosus: secundo, quod appetitus sit bonus, & feruens: tertium, quod comedens illum sit famelicus, & bene dispositus ad sumendum illum cibum. Ita occurret tibi, si gratia diuini amoris est, scilicet, quod mens tua sit illuminata gratia Dei, quia primo requiritur gratia Dei: secundo appetitus, id est bona operatio: tertio, quod mens tua sit disposita velle amare Deum. Et sic gratia Dei est, quam dulcia sunt: est appetitus, siue fames in faucibus meis, & gustus est eloquia tua. Et dixi non reperiri beatam matrem Dei in Euangelio, non fuisse locutam nisi septies. In quibus septem sermonibus septem amores, & ardores charitatis Dei notantur, quos beata Virgo Maria habebat in se.

Prima flamma est separans, secunda flamma

est transformans, tertia flamma est communicans, quarta flamma est iubilans, quinta flamma est saporans, sexta flamma est compatiens, septima flamma est consumans.

Quæ septem flammæ amoris diuini consistunt a principiari amare Deum vsque ad finem, & seu consummationem. Et omnes istas flammæ intensissimi amoris Dei, beatissima mater Dei habebat in se per varios gradus. Et qualibet dictarum flammarum amoris intensissimi Dei, quas beatissima Virgo mater Dei habebat in se, habet vnam singularissimam vim incendi, vigorandi, & inflammandi animam.

Prima flamma.

Nam prima flamma amoris Dei separans habet vim separandi, & fugandi omnia displicentia Deo, & declinandi a malo, & inducendi ad opera bona, & quanto erit maior flamma amoris Dei, tanto magis separabit mentem a malo. Vnde beata Virgo Maria plena ardore istius flammæ separantis, dum fuisset nuntiata ab Angelo, & firmasset se seruaturam semper suam virginitatem integrâ, & intemeratam, quam vouerat illibatam Deo. Primum verbum, quod legitur dixisse tota pauida, & aborrendo, qualis foret illa salutatio, fuit dicens, quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? sciebat enim bene Christum nasciturum, sed ignorabat infinitos modos, per quos omnipotens poterat facere ipsum nasci: sed quantum respectu sui propter ingentem amorem seperantem a se omnem sordem vitiorum, dicere volebat, quod si ipsa deberet generare filium Dei corrupendo statum suæ sanctissimæ virginitatis, quam vouerat Deo, nolebat fieri illo modo mater Dei, sed volebat potius conseruari illibata a corruptione corporis, & animæ, & hoc respectu sui: sed respectu Dei fuit voluntas sua. Ita quod in flammâ istius amoris Dei separante est seperare a se omne vitium. Sed cum beata Virgo sciret omnia: vnde est, quod Deus non reuelauerit sibi se futuram matrem Dei? Respondeo: hoc ideo fuit, vt præpararet se ad humilitatem profundissimam, & fieret exemplum nobis charitatis, & amoris Dei separantis a nobis omnem malitiam, & malam operationem.

Secun-

Secunda flamma.

Secunda flamma diuini amoris, dicitur transformans, quia transformat amantem cum amato. Nam amor capit formam rei amata, sicut tu amas caduca, superbiam, luxuriam, & vana capiunt formam illius rei amata, & transformant te cum illa re, quam amas, ita quod tu efficiaris superbus, luxuriosus, vanus, & carnatus, & illud quod tu amas. Ita si tu amas Deum, tu efficiaris transformatus cum Deo suo amato, & efficiaris bonus, sanctus & virtuosus. Et vt transformeris in Deo, requiruntur quatuor. Primum est mens præparata per obedientiam, secundum est humilitas profunda, tertia est voluntas consentiens, quartum est fides in anima.

Quæ omnia profundissima fuerunt in sacrata Virgine gloriosa matre Domini. Primum fuit mens per obedientiam perpetrata, cum dixit, ecce. Nam sicut Eua per inobedientiam fuit separata a Deo: ita Maria Virgo per obedientiam fuit vnita cum Deo.

Secundum fuit in ea humilitas profunda, cum dicit: ancilla Domini, & non mater Dei, sed ancilla: nam Domina mundi, non Regina coelorum, sed ancilla.

Tertium fuit voluntas consentiens, & charitas, cum dixit, fiat mihi.

Quartum fuit fides, cum dixit, secundum verbum tuum: quia charitas beatæ Mariæ virginis propria amore proprio vniuit, & eius fides colligauit, & nodauit ligamen cum Deo, quod ante erat dissolutum. Quæ quatuor concurrentia in Virgine Maria consentiendo, & volendo transformauerunt eam in Deo totaliter, vt in illis salutaribus verbis, quæ protulit: ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum: in illo instanti efficeretur mater Dei, & fuit transformata in Deo propter eius profundissimam humilitatem. Et ideo beatissima mater Dei plena Spiritu sancto, & transformata tota in Deo iubilando dixit, decem iubilationes.

Primus iubilus fuit, quia videns, quod venerat tempus, in quo humanum genus restauraretur propter incarnationem verbi secundum prophetias, & in quo animæ erant glorificatæ in Deo: magnificauit Deum sic iubilando: magnificat anima mea Dominum: quia respexit humilitatem ancillæ suæ, propter quam dignatus est, vt efficiat mater eius. Et voluens faciem suam ver-

sus gentes, annuncians tempus venisse desideratum, quo humanum genus restaurabatur, & glorificabatur in coelis, dixit: Ecce enim, ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Et nota hic, quod Bernardus refert, quod gloriosa Virgo vidit omnes saluandos per eam, & portas vitæ æternæ clausas referari per eam.

Et ideo dixit faciens secundum iubilum: & exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Quia ipsa habebat tantam lætitiâ in corde, quod non poterat ipsam abscondere, quoniam reuelaret alijs ad instar desiderantis habere filium, cui natus fuisset vnus pulcher filius masculus, vel qui acquisisset vnus regnum ex insperato, quia iubilaret in eo, in quo exultaret. Ita beata virgo exultauit in Deo salutari suo, quasi dicat, singularis saluator meus: quia aliqui Doctores speculantes dicunt, quod Deus assumpsit carnem potius propter saluare Virginem singularem, quam omnes alias creaturas.

Tertius iubilus; quia respexit humilitatem ancillæ suæ, &c. Vnde nota iocosam & deuotam considerationem. Nam postquam Deus creauit Eua valde pulchram, quia ipsa fuit pulchrior cæteris mulieribus: quia summus magister magistrorum plasmauit eam: ipse summus opifex in suo viridario deliciarum iuit ad auram post meridianam, & delectabatur in pulchritudine creaturæ suæ. Et ecce diabolus post pusillum in forma serpentis cum facie muliebri ascendens arborem incoepit adulari Eua puræ, & innocenti, volens inducere eam multis suasionibus ad comedendum de pomo vetito: & audiens Deus, quod Eua respondit, nequaquam, ne forte moriamur: dixit Deus intra se, quid faciet ista? Et iterum diabolus suadet sibi, quod habebat scientiam boni, & mali; & videns Deus, quod Eua titubabat, quia posuit se in fortè, dicens, ne fortè moriamur, &c. dixit iterum intra se, expecta modicum, ista fatua contraueniet mandatis meis, quia ipsa est in libero arbitrio, & diabolus magis suadens dixit ei: ò Deus est misericors: nec credas, quod Deus velit te mori pro ista minima re, quid nocebit tibi hoc? sicut faciunt aliqui peccatores, quibus diabolus suadet, qui peccando dicunt, ò Deus est ita misericors, quod miserebitur mei: sed Deus habet vnam tascam habentem multos bursellos, & secundum opera hominum ipsos locat in bursellis diuersis suæ iusti-

A iustitiæ ordinatæ, & sic neminem perdit: quia in vno bursetto ponit ducatos, in alio grossos, in alio solidos, & in alio bagattinos: quia in domo patris mei mansiones multæ sunt: & habet vnum alium bursetum, in quo ponit monetas falsas factas fractas, & extraneas. Et tandem suasionibus diuersis diaboli Eua innocens comedit de illo pomo vetito, & facta fuit nocens, & videns se nocentem, etiam suavit suo socio Adæ, in tantum, quod postposito præcepto Dei, etiam comedit de illo pomo vetito, propter quod Deus omnipotens indignatus auertit faciem suam ab humano genere, & stetit per quinq; millia annos, quod nunquam aliquis hominum potuit eum videre. Et quando Deus fecit beatissimam Virginem eius matrem, ipsam fecit suo modo, & fecit eam in omni perfectione virtutum & contrariæ Euz. Nam Maria interpretatur Domina, vel stella maris, & fundauit eam in tanta humilitate, & profunditate virtutum, quod ipsa salutifera virgine matre Domini mediante, Deus ipse conuertit suam elementem faciem, quam auerterat propter peccatum Adæ, & Euz humano generi: & tunc vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti, &c. Et hoc est quod dicit iubilando Virgo beata: quia respexit humilitatem ancillæ suæ, &c. Conuertendo se, versus Virginem: quasi dicat, venit tempus acceptabile, quo saluabuntur creaturæ rationales & mortales, & quo saluabuntur animæ glorificatæ in Deo. Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia per Eua generatio humana fuit dolorosa, & perdita, & per me fiet gaudiosa, & recuperata. Ideo beatam me dicent omnes generationes redemptæ.

Quartus iubilus: quia fecit mihi magna, qui potens est, & sanctum nomen eius; quasi dicat, si me dicent beatam omnes generationes. Ego non feci illud, nec a me prouenit; sed processit a Deo, qui mihi fecit magna. Et verè magna, quia fecit matrem, & virginem intactam, & intemeratam, & verè magna: quia fecit me matrem Dei. Et quid maius potuisset mihi facere? sed nonne potuisset Deus facere ipsam æqualem, sibi certè non; quia hoc est impossibile Deum posse sibi æqualem habere, qui potens est facere, & sanctum nomen eius.

Sequitur quintus iubilus: & misericordia eius a progenie in progenies: quasi dicat de Iudæis in Græcos, &c. timentibus se: quasi dicat misericordia Dei est præpa-

rata, non tamen omnibus, sed solum volentibus in veritate timere eum. Et verè est magna, & maior quam credas: sed & magna est iustitia Dei; & sicut nullum bonum est immuneratum: ita & nullum malum transit impunitum: sed super quibus est misericordia Dei, certè timentibus eum. Et ideo non qui dixerit, Domine Domine, intrabit regnum caelorum, sed qui fecerit voluntatem Dei:

Sextus iubilus: fecit potentiam in brachio suo. Nota regulam impassibilem, quod gratia Dei bonis bona facit, & malis mala. Vnde si est data vna gratia populo: ut puta quia habet bonos prælatos, vel bonos prædicatores, audientes verbum Dei cum bona voluntate efficiuntur meliores: & talibus continuè augetur gratia, & mali efficiuntur peiores; vnde Christus venit in carne bonis in resurrectione, & malis in ruina, iuxta illud: ego veni in mundum, ut qui non videt, videat; vnde Virgo iubilans dicit. Fecit potentiam in brachio suo: quia verbum caro factum est. Dispersit superbos mente cordis sui: & venit ad illuminandum mentem meam, scilicet beatissimæ Virginis.

Septimus iubilus loques de hominibus malis. Quia virgo Maria conformis voluntati Dei gaudet, quando diabolus portat ad inferos malos. Vnde iubilando dicit. Dispersit superbos mente cordis sui.

Octauus iubilus de Angelis collapsis, scilicet de demonibus gaudet, quia deposuit potentes de sede diuina. Et verè potentes; quia vnus diabolus est potens trahere animas infinitas ad inferos; sed modo non possunt, quod ante incarnationem verbi poterant: & exaltauit humiles, id est Angelos conformes diuinæ voluntati in vita æterna ipsos confirmando.

Nonus iubilus: exurientes impleuit bonis; quia sicut homo famelicus appetit cibum, & saturari: ita est in fame mentali, & animæ: quia anima videns se priuatam gratia det, tanquam famelica de diuina gratia, quærit illam. Ita homines priuati gratia Dei, exuriebant, & expectabant adimpleri prophetias de natiuitate Christi, ut reciperent gratiam mediante profunditate humilitatis Virginis beatæ, quam perdiderat per Eua, mediante suavit superbiens, & inuidens diaboli. Et diuites dimisit inanes. Vnde nota, quod non loquitur de habente diuitias, qui non multum amat diuitias; sed sumitur hic diues pro illo, qui

A qui amat valde diuitias, quod est valde periculosum: similiter periculosum est habere scientiam, quando inflat hominem: sed ille, qui plus diligit diuitias, quam Deum: vel qui propter scientiam inflatur, non potest dici diues, vel doctor: sed potest verè dici pauper, & dolor, & miserabilis, quia huiusmodi diuites dimisit inanes. Decimus iubilus. Suscepit Israel puerum suum. Israel interpretatur videns Deum: quia receperunt assumptionem corporalem, seu personalem puerum, scilicet Christum suum, scilicet promissum sibi per prophetas, mediante Deo. Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham, & semini eius in secula. Et nota, quod si oēs creaturæ angelicæ, & humanæ recolligerent suum, velle insimul in vna voluntate, non haberent tantam vnionem cum Deo, quantam habet B. Virgo Maria sola: quia hoc suum consentire, & velle, efficit ipsam fieri matrem Dei in tantum, quod Deus non possit ipsam separare a se: v. g. Imperator mundi non habet uxorem, & volens se maritare, audit de vna virgine, quæ est pulchrior, sapientior, & magis morigerata, pudica, & humilior omnibus alijs, quæ reperiri possunt, & non curat de summo mundi: vnde iste imperator audiens tot virtutes, & dotes istius virginellæ, quærit habere eam in uxorem, & mittit legatos suos ad eam cum libertate, & pleno mandato, quod si ipsa consentit, & vult esse eius legitima vxor, quod & ipse Imperator vult, & sic consentiente illa virgine perficitur matrimonium inter eos per verba de presenti: quo perfecto tãta est facta vnio inter eos, quod nunquam possunt seperari amplius in æternum ab inuicem, quia facti sunt duo in carne vna: & quos Deus coniunxit, homo non separet. Sic fuit in beata Virgine: quia per vtriusque consensum Dei, & ipsius facti sunt duo in carne vna, & ipse Dei filius assumpsit humanam carnem a carne ipsius Virginis gloriosæ.

Tertia flamma.

Tertia flamma est communicans: quia anima philocapta in Deo conatur communicare illum amorem cum omnibus alijs per opera charitatis, & aliarum virtutum, sicut ignis communicat flammam, & calorem suum omnibus circumstantibus, & sicut sol communicat radios suos, & splendorem suum lucis per vniuersum orbem: sic in amante Deum, qui communicat de suo amore etiam cum non amate ipsum. Et sic fecit benedicta Virgo Maria, quæ cum fuit obumbrata

Sermo Diui Bernardi. extraord. Tom. 4.

virtute altissimi post Annuntiationem angelicam, plena amore diuino, subito conuersus abiit in montana, &c. Et primo communicauit flammam ardentis sui diuini amoris Ioanni Baptista, tanquam iam sanctificato in vtero matris, & magis capaci participationibus illius diuini amoris, quia debebat esse fundator fidei Christi. Ego sum vox clamantis in deserto, parate viam Domini: & interpretatur gratia. Secundo communicauit illum suum ardorem amoris diuini cum Elisabeth, salutando eam. Sed qualiter salutauit eam, euangelum non dicit. Sed credendum est, quod ipsa dixerit, Christus sit tecum. Et subito repleta est Elisabeth Spiritu sancto. Ecce amor communicans, quia amor communicatus Ioanni cõdicatur Elisabeth matri, & cõdicatur postea Zacharie, & sic de communicatione in communicationem, de vno in alium. Et complexantes se, Elisabeth sensit puerum suum Ioanem genuflecti se in vtero suo, vteri Virginis Mariæ gloriosæ.

Quarta flamma.

Quarta flamma est amore iubilans, quia diuino amore iubilatur: vnde Virgo dixit, non nobis Dñe, non nobis, sed nomini tuo da gloriam: vnde in cantico decem iubilationes facit in Psalterio decem cordarum. Sed ut intelligas fundamentaliter, nota duo fundamenta diuini cultus generalia: vnum est altissimi de Deo sentire, aliud est experientiam de Deo habere. Et vnum haberi non potest, sine alio, sine defectu, & diminutione, quia timens Deum debet eum timere cum amore. Ita fuit in virgine dicente, Magnificat anima mea dominum: per li dominum, significat timorem: per li Deum, significat dulcorem amoris: quia vidit se habere maiorem gratiam, quam aliqua alia creatura, scilicet vidit se matrem Dei, & Reginam regni caelorum: referendo de super omnes prædictas gratias: & quia erat super omnes creaturas ipsa sola, magis magnificat Deum, quam omnes aliæ creaturæ cœlestes, vel terrestres.

Quinta flamma.

Quinta flamma est saporans: vnde nota vnâ regulâ, quod omnes sapores amoris diuini pnt reduci in duos principales sapores. scilicet in dulcorē, & dolorē, amarū, dulce, & oēs alijs possunt reduci ad

Y istos

A istos duos: vnde quando anima est humiliata agens poenitentiam, sentit in se amarum saporem, & dolorem compunctionis conscientiae de paupertatis malis in se, & sentit dulcorem amoris Dei in ipso Deo: vnde Apostolus scio abundare, & penuriam pati: abundare de quo, scilicet grans Dei mihi datis, & iste est sapor dulcis, & penuriam pati: quia quandoque Deus dat abundantiam saporis sui amoris, & gratiarum, & postea recedit totus ille sapor ab anima, & relinquit ipsam nudam, & patitur penuriam gratiarum, quibus primo abundabat, & anima tunc amaricatur, & remanet tota tristis, & colapsa in aliquod peccatum: vel fornicatorem, clamans Deum, querit eum, & poenitentiam agendo gustat tunc illum amarum saporem: quia si Deus semper staret tecum, non ita cognosceres dulcorem amoris sui: sed deficit tibi, tunc magis desideras eum, & multo magis cognoscis eum. Sic accidit in fratre Ioanne de Lauernia: qui dum esset plenus gratia Dei, & postea gratia Dei recessisset ab eo, remansit infirmus, & tanquam homo perditus, & lapideus, & inscius sui ipsius: vnde scriptum fuit per quendam fratrem: magnum reputavi, & reputo scire abundare de Deo: sed maius reputavi, & reputo scire penuriam pati de Deo. Scire de Deo, est bene stare cum eo: & uti sapore dulcoris, amoris sui: sed magis est scire habere penuriam de eo, scilicet sentire tentationes corporales, & aduersitates, sicut Iob, qui maledixit diem suae natiuitatis, ita fuit corporalibus, & temporalibus tentationibus inuolutus. Et quare est magis sentire penuriam de Deo? quia tunc fides magis augetur, & plus est credere sine miraculis, quam credere propter miracula. Item spes est tunc sine spe praemij, & charitas sine dilectione, & peccator magis humiliatur, & obligatum magis se reputat Deo: verbi gratia erunt tres: vni istorum interfecisti fratrem, alteri nunquam fecisti, nec bonum, neq; malum: alteri donasti medietatem bonorum, quae possides, & omnes isti tres te aequaliter diligunt in charitate: quis plus te diligit? certe ille, cui interfecisti fratrem, quia amor verus est ille, qui prouenit sine spe praemij, & cum charitate vera, & non ficta, & sine amore coleratio. Nam sunt aliqui hominum, qui nunquam irent ad ecclesiam, nec dicerent vnum Patrem nostrum, nisi impetrarent habere praemium a Deo.

Sexta flamma.

Sexta flamma est amor Dei compatiens: Snam gloriosa Virgo compatiens humano generi propter eius caliginem ignorantiae, nihil aliud voluit dicere, quando ipsa dixit, vinum non habent: nisi quod mundus adhuc te non cognoscit: vnde clarifica te, ut te cognoscat, & cognoscendo te credat, & credendo saluetur, & fuit sextum verbum, quod reperitur dixisse in sacra scriptura: Nam ad salutem humani generis oportet, quod tu cognoscaris: & primum miraculum, quod fecit Dominus noster Iesus Christus clarificando se, fuit factum mediatis precibus, & orationibus Virginis Mariae, ad denotandum, quod fuit Beata Virgo fons gratiae: vnde Deus fuit dolor, Christus mediator, Virgo vero fuit intercessor.

Septima flamma.

Septima flamma consumans: vnde Virgo intemerata plena desiderio implendi omnem voluntatem Dei, habebat in se flammam amoris diuini, consumendi omnia mandata Dei, & omnia signa voluntatis Dei, & id quod ipsa in se fecit, voluit concitare cum omnibus: quia voluit omnes sanctos fieri, sicut ipsa; in tantum, quod voluisset lapides, & omnes creaturas sanctificari, & amorem Dei habere. Et ideo Virgo sanctissima dixit, facite quaecunque dixerit vobis, quia ego feci id, quod dixit mihi per Angelum: & similiter vos faciendo, quaecunque dixerit vobis, habebitis amorem eius consummantem, & alias flammam amoris diuini supradictas, sicut, & ego habeo; & sic digne diceris mecum, quam dulcia sunt faucibus meis eloquia tua Domine in vita aeterna? ad quam nos perducere dignetur per suam misericordiam Dominus noster Iesus Christus, Deus & homo, filius beatissimae Virginis Gloriosae, qui trinus viuunt, & viuet per infinita saecula saeculorum semper benedictus, Amen.

I N F E S T O

Purificationis.

Sermo IX.



Suscipimus Domine misericordiam tuam in medio templi tui. Psal. 42. Eloquium misericordiae est dulce, sicut eloquium de iustitia est terribile, & seuerum. In quibus quidem verbis propositis

A fitis possunt considerari tres contemplationes. Prima, vbi misericordia Dei est data nobis: quia in medio templi tui. Secunda de misericordia Dei, quae est data nobis in tanta tibi, misericordiam tua. Tertio cui haec misericordia est data tanta, quia nobis tibi, suscepimus Domine.

Prima pars principalis.

Templum intelligitur anima sancta, quia templum Dei est sanctum, quod est in nobis. Sed templum sanctum sanctorum est Virgo beata, Mater Dei, & Domini nostri Iesu Christi, in qua possumus notare sex notabiles gratias sibi attributas ante annuntiationem, per quam recepimus misericordiam: vnde in primo suo statu, quae hic infra sequuntur. Prima, quia fuit ab omni culpa libera. Secunda fuit eius latitudo sopita ad peccata, quia fuit in omnibus virtutibus habituata. Quarta, quia fuit per gratiam sanctificata, & facta sancta sanctorum: sancti estote, quia ego sanctus sum. Quinta, quia fuit voluntate Dei, tota philocapta. Sexta, quia fuit in intelligentia tota illuminata. Vnde non immerito Angelus nunciando dixit, Ave gratia plena. Item Virgo gloriosa habuit etiam quattuor cognitiones, dum Dei filium haberet in utero. Prima, quia habuit cognitionem totius creaturae irrationalis creaturae, quia sciebat, cognoscebat, & intelligebat omnes creaturas irracionales.

Secunda, quia habuit cognitionem totius creaturae formatae, quia sciebat, & cognoscebat iustos, & peccatores.

Tertia cognitio fuit, quia cognoscebat, sciebat, & intelligebat omnes intelligentias, & habuit cognitionem omnem spirituum. Quarta cognitio; quia cognouit verum Deum, & verum hominem; quia in ipsa gloriosa, & pia matre Dei fuit cognitio omnium scientiarum, & rerum atque naturae creaturae, & increatae. Nam etiam Adam ante peccatum erat ita sapiens, & ita bene cognoscebat res, & earum proprietates, quod omnibus rebus nomen imposuit, secundum proprietatem, & veritatem sui nominis appropriati. Haec quidem Virgo glorificata vere fuit templum reformationis, quia post annuntiationem ipsa habuit 12. gratias, quae possunt appropriari 12. stellis radiantibus in corona capitis sui. Prima fuit novus habitus virtutis, quantum erat conueniens matri Dei, quia in ea erant omnes virtutes, &

scientiae: quia Deus determinauerat ipsam beatissimam Virginem futuram eius genitricem, & ideo habebat habitum virtutum tantum, quantum erat conueniens, & decens matri Dei. Et licet in responsione, quam ipsa fecit Angelo annunciati, dicendo, quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? quasi non sciret omnia: quia si sciuisset se futuram matrem Creatoris, eo modo quo non fuit, non sic respondisset. Dicendum est, quod Deus voluit ipsam hoc ignorare propter eius profundissimam humilitatem. Et ut plurimi dicunt. Ista mater Dei benedicta Virgo Maria gloriosa, dum contempleretur prophetiam illam Isaiae. Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, &c. & meditare hoc, quae, qualis, & quanta foret ista Virgo benedicta, quae erat conceptura creatorem mundi, inter se meditando dicebat, o vtinam essem digna, esse ancilla istius Virginis, & Reginae caelorum, & sibi seruire. Et sic contemplan do: ecce Angelus Domini rutilans annunciando dixit, cum omni pudicitia, quae potest imaginari. Ave gratia plena, &c.

Secunda stella fuit dolor, & compassio, quos Virgo Beata ferebat omni creaturae dignae dolore, & compassione, quantum erat dicens, & conueniens illius creaturae, & sibi compateretur: quia omnis creatura erat preclusa a via paradisi, ante incarnationem Christi, & ideo compatiatur ei.

Quarta stella, & gratia, quia in aliqua parte suae mentis, ipsa erat impassibilis per singularem gratiam sibi datam, ut participaret cum Sanctis, ante quando Christus fuit in eius utero benedictio.

Quarta stella, quia eius spiritus erat pacis, & quietus. Nam mens eius fuerat letus Dei resedentis in ea per nouem menses in omni pace, & quiete, & ideo spiritus eius erat pacificus.

Quinta stella erat altissimi sensus, qui fuerunt in ipsa beata Virgine, quia sicut in corpore sunt quinque sensus corporales, qui viuunt ex quattuor elementis, & nutriuntur ex eis: ita sensus spirituales nutriunt animam secundum Deum, & recipiunt animam ipsam virtutes in Deo, quos sensus gloriosa Virgo, habebat super omnes creaturas, quia sicut in maiori gradu erat ceteris creaturis, ita tanto magis participat illis, quia dormiendo contemplabatur plus in Deo, quam quisquam alius vigilans.

Sexta stella erat dolor inconsiderabilis, quia dum ipsa Virgo gratiosa habuisset Christi

A stū in vtero participabat, & sentiebat cum Christo passiones, & gaudia in amando proximum, & dolendo de offensis in longum, & transuersum secundum crucem Christi, quæ habebat duo lingua: longum per quod notatur passionem Christi extendi ad omnes, & breue, per quod significatur humilitas Christi, in nascendo in paupertate, viuendo in sobrietate, & moriendo humiliter.

B Septima stella est inuariabilis amor, quia amor aliarum creaturarum est variabilis: sed amor virginis intemeratę semper fuit inuariabilis tam in creatore, quàm in creatura. Octaua stella.

C Nona stella fuit potentia faciendi miracula, & quamquam viuendo non legitur Beatam Virginem fecisse miracula: Tamen Christus in nuptijs faciens de aqua vinum, ad eam miraculum illud retulit: & licet dixerit, quid mihi, & tibi mulier, locutus fuit, tanquam persona domestica, sibi illud miraculum referendo, requirenti illud, & dicendo: quodcunque dixerit vobis, facite, &c. Similiter in Ioannem Baptistam dici potest, quod ipse in vita nullum reperitur fecisse miraculum, quia illa referuauit

C Christo omnium creatori: Tamen ipsa Virgo semper intacta, & ipse Ioannes potuissent omnia miracula facere: quia si mul-ti Sacti inferiores, & minores Ioanne Baptista miracula fecerunt, multo magis fecisset ipse Ioannes Baptista, & Virgo semper Gloriosa, cum inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Decima stella.

D Vndecima stella, quia omnes scientiæ errant in mente Beatę Virginis irradiatę.

D Duodecima stella, quia omnium linguarum intelligentias habebat: vnde illud, Beata me dicent omnes generationes.

D *Secunda pars principalis.*

A Dsecundam partem nostrę predicationis misericordia Dei, quę est data nobis tanta, &c. In quo notandum est, quod in templo sex genera animalium offerebantur, quarum tria respiciunt purgationem peccatorum spiritualium, scilicet passer, columbus, & turtur. Et alia tria purgationum peccatorum carnalium, scilicet boues, lyci, & oues: vnde sciendum est, quod ante peccatum Adam habebat sex proprietates: videlicet primam sagacitatem in ingenio. Secundam rectitudinem

in animo. Tertiam humanitatem in affectu. Quartam, quia poterat omnia bene operari. Quintam, quia omnia gustabat, & non edebat ordinate sine vitio. Sextam, quia habebat mansuetudinem in conseruando. Quę omnia Adam ipse in statu innocentię habebat: sed illa perdidit cū filijs, & descenditibus suis propter peccatum, & peruertit in malum: vnde oportuit humanum genus habere sex gratias. Primam vigilantiam, secundam innocentiam, tertiam beniuolentiam, quartam obedientiam, quintam sobrietatem, sextam patientiam, quę sunt figurata sex generibus animalium supradictorum per vigilantiam: vt redderet lumen intellectus, & hoc significat passerem solitariam: vnde in psalmo factus sum, sicut passer solitarius in tecto: quia multum vigilat, & solers est per innocentiam, quę æquiparatur columbæ, quia innocens est, & oportet rectę iudicare, & rectę viuere, per beniuolentiam figuratur turtur, quę significat bonitatem in affectu, quia turtur mane nescit amare: nam semel vni nupta marito semper addit simul cum ipso sola volabat, &c. per obedientiam appropriatur boui, qui obediens est bubulco, & fatigabilis: per sobrietatem figuratur caprę seu hirco, qui significat asperitatem, qui semper ascendit rubos, & albos, scopulos, atque dora, dorsa montium, ac comedit spinas, & arbuta, ac aspera, & semper operatur ardua, & nunquam quiescit, & æquiparatur agentibus pœnitentiam, & asperam dūcentibus vitam propter peccatum perpetratum, & amore Christi per patientiam figuratur pecudī, quę est mansuetata, & contra impatientiam, & ex ea omnia bona procedunt, lana, lac, agni, & etiam ipsa in se bona est, vsque ad iterum ad purgandum agros, propter quas sex gratias Adam Pater noster, qui peccauerat, meruit misericordiam: vnde hodie per exemplum nostrum sublata sunt sacrificia illorum sex animalium, scilicet passeris, columbæ, turturris, bouis, hirco, & ouis, quàm Christus in cruce se immolauit, & in hostiam se dedit, in cuius commemoratione hodie ipse Dominus nostri Iesu Christi corpus in sola Hostia sacrificamus. Et per hoc habemus sex contemplationes, quę per Mariam Dei sublata est iustitia, & facta est concordia inter pacem, & misericordiam: quia hodie misericordia, & pax obsecrata sunt, & aperta sunt portę paradisi volentibus introire, & hic quo ad secundam partem.

Tertia

A *Tertia pars principalis.*

S Equitur tertia pars, in qua videamus cui donata, seu data est misericordia nobis: & quidem a Regina cœlorum, gloriosa Virgine Maria. Nam Deus pater dedit filium Virgini, quæ inde ipsum propriū filium nobis obtulit, vt per eius misericordiam saluaremur: Et profecto, primo dedit ipsum nobis cum charitate feruida, quia dedit filium mundo. Secundo dedit ipsum cum liberalitate, quia ipsum liberaliter dedit. Tertio ipsum dedit cum veritate, vt per ipsum efficeremur beati. Item per exemplum est datus nobis, vt pro nobis seu nostra moreretur salute. Item in præmium datus est nobis, siue in pretium, qui per nos non sumus sufficientes saluari, & ad futuram gloriam peruenire, nisi Dominus noster Iesus Christus nostros suppleuisset defectus pro nobis. Item in socium datus est nobis, vt nos omnes saluaret: vnde cum ipse Dei filius datus, vt supra per Beatam Virginem eius genitricem portaretur ad templum. Symeon Propheta in spiritu vectus sancto venit ad templum, quasi datus a patre nobis in procuratorem ad recipiendum gratiam nomine humani generis. Quę gratia recepta, & nobis data, fuit triplex: primo eligens, quæ attribuitur pater: Secunda amās, quæ attribuitur filio. Tertia fuit disponens, quæ attribuitur Spiritui sancto, qui repleuit Symeonem Prophetā, suo sancto spiritu, vt tanquam procurator humani generis profiliret ad templum, ad videndum promissionem sibi factam a Spū sancto, vt ante finē vitę videret Saluatorem mundi. Et vero fuit procurator generis humani a Deo electus, quia habuit oēs gratias sperantes ad tale suum offm, ad quod electus fuerat. s. procuracionis: vnde hic notanda est vna regula gñalis, quā Deus eligit aliquam creaturā ad aliquem statum singularem, sp sibi donat oēs gratias competētes illi creaturę insitas illi statui suo singulari, sicut in Petro, in Paulo, in Moysē, & Iosue capitaneis, & veteribus plebis Dei. Et sicut in Salomone, Dauid, & in isto Symeone, & in Beata Virgine, quibus oēs gratias integre contulit suis officijs congruentes: iuxta regulam iuris, quę dicit, quod cui iurisdictio data est, illa videntur esse concessa, sine quib. iurisdictio illa expediri, & exerceri non posset: vnde dū procurator nŕ S. Symeon Propheta a Spū sancto, ductus in templum appropinquaret Xpo, Iesus inclinauit se ver-

E sus Symeonē puerili, ac diuino affectu, innuens se velle in eius vlnis profilire, vt diuina promissa sentiret. Et mater eius Virgo gloriosa, toto affectu porrexit volēs infantulum Christum in eius brachijs tradere: Tunc sagax humani generis procurator, officium suum accuratę gerens inquit. Non recipiam infantulum hunc, nisi tu pia Virgo primo ipsum mihi tradas, hoc pacto, vt infantulus iste innocēs filius tuus, o mater tanto filio digna pro salute totius humani generis nocentis moriatur, dico morte patibuli amarę crucis, & gladius perforet animam tuam, o Maria. Quę Virgo pijsissima tota conformis voluntati patris, & filij, & Spiritus sancti, illum vnicum genitum suum dilectissimum Symeon tradidit cum charitate feruente, & liberalitate gratiosa, ac cum veritate donauit. Tunc procurator noster Symeon Propheta, hoc ineffabile donū recipiens diuinitatis, amplexando puerum cum ipso iubilando dicere cœpit. Nūc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuū, quod parasti ante faciem omnium populorum. Lumē, &c. Quę quidem lux fuit pacificata, & trāquillans, quia venit in pace. Item fuit lux irradians, quia lumen ad reuelationem gentium. Item lux beatificans, quia gloriam plebis tuę Israel, o lux singularis lucens in tenebris, quę illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, illumina mentes nostras radio fidei tuę claritatis, vt dignemur recipere misericordiam tuā in medio templi tui, qua mediante perducamur ad vitam sempiternam, Amen.

DE SEMINATIONE

Dæmonij.

Sermo X.

H *Exite qui seminat seminare semen suū.* Lu. 8. c. Ita prædicatio pparat nobis viam per totā quadragesimā. Et dñs Frater Bernardinus, nŕ p-dicator intendit tractare in p-dicatione nŕa de semine, quā diabolus exigens de inferno seminat in hoc mundo, in sua possessione aīarum, quas possidet: quę semina diaboli sūt zizanij, tētationes, Rixę, superbia, luxuria, auaritia, & oīa vitia, & peccata, & diabolicę inspirationes: & quę fit verum, ab aduentu Christi, citra nūquam fuerunt tot tentationes diabolicę, & tot mala, quot hodie

Sermo. Diui Bernardini extraord. T. 0. 4.

Y 3

sunt

A sunt in mūdo: quia sicut Christus exijt seminare diuinas inspirationes, & virtutes, bona; sic per contrarium, diabolus exijt seminare semen suum supradictum: vnde Ioā. in Apoc. c. 9. Audiui vocem: vnā de quattuor cornibus altaris, &c. Dicentem: soluere, soluere, &c. quattuor diabolos ligatos, qui parati erant dare malam horam, malum diem, mensē, & annum, & causa occidendi tertiam partem mundi, &c. In quo quidem eloquio considerandæ sunt tres causæ, vnde hodie proueniunt tot mala in mundo. Prima causa est tua culpa præcedens. Secunda causa est diuina iustitia permittens. Tertia causa est malitia diaboli operans. Dico quod prima causa est nostra culpa, hoc est nostra mala operatio. Similiter est iustitia Dei, quæ requirit, quod cū bene operaris, bene habeas: si malum facis, habeas malum. Tertia est, quia Deus permittit diabolum tantum operari, quantum peccata requirunt.

Prima principalis pars.

C **N**Am vita hominis in mundo est in continuo bello, & in continuis, & diuersis tentationibus, & est in libero arbitrio: Si ergo consentit malis, habebit malum: & si bonis, habebit bonum, & debita coronam præmij. Ad quorum intelligentiā nota quattuor tempora. Primum tempus est gratiæ mundi data. Secundum tempus est malitiæ dæmonis incatenati in inferno. Tertium tempus est gratiæ mundo sprete. Quartum tempus est malitiæ diabolicæ disscatenate. Dico ergo primo: quod primum tempus est gratiæ diuinæ mundo data: & hoc tempus fuit tpe Incarnationis Christi: vnde scias, quod quā Christus fuit Incarnatus, & postea natus reperiat totum mundum corruptum, & plenum vitij, malitijs, & peccatis. **D** Et media nocte clamor factus est. Ignorantia prælatorum, pontificum, & sacerdotum: Et considera, quod tanta malitia & peruersitas, tunc regnabat in statu spiritali sacerdotum, quod dum venissent tres reges Magi ad adorandum Christum regem Iudæorum, quia tunc alius Rex non erat in Iudæa, vt quæreret cum Herode ab eis, vbi Christus puer Rex nasceretur: erant ita pleni erroribus, ignorantes, & cæci, quod scientes prophetas, & docentes magis: vbi nasceretur, nedum ire voluerūt ad videndum: vbi Rex, & Saluator suus natus esset, vt adorarent eum, vt consequerentur gratiam diuinam mundo datam, sed nec mittere vnū minimum nun-

tium curauerunt. Et nota, quod gratia diuina est quadruplex: quia prima est iustitia, secunda fortitudo, tertia est prouidentia, quarta est temperantia. Et ista sunt illa quattuor cornua altaris supradicti. Altare enim dicitur, quasi alta res, & habet quattuor cornua, & quattuor virtutes supradictas, quæ significantur per quattuor Angelos altaris: vnde Abacuch. Et cornua in manibus eius. Ecce gratia diuinalis modo donata, scilicet Christus. Secundum tempus fuit malitiæ dæmonis catenata in inferno, quod fuit quando Christus dixit: Princeps huius mundi eiicietur fores, cū exaltatus fuerit filius hominis, scilicet super ligno crucis. Et hæc dixit propter quattuor diabolos, qui erant ligati in magno flumine Euftratis, quod interpretatur ecclesia, quia ecclesia dicitur Euftrates, quasi frugifer, vel crescens, quod fuit quando Christus eam plantauit in principio, & quā Apostoli prædicabant, & martyres. In patientia martyrium sustinebant, quia tunc dæmones erant ligati. Et nota, quod sunt quattuor illi principales dæmones. Primus vocatur Vehemot, & est princeps luxuriæ, & ante dominatur efficitur bestia, de quo Iob 41. c. virtus eius in vmbilico eius: quia luxuriosi viri habent vim luxuriæ in lumbis: & luxuriosæ foeminae habent vim luxuriæ in vmbilico, & iste diabolus, & eius operatio est contrarius primo cornu altaris Dei, scilicet gratiæ Dei, mundo data, quæ est iustitia. Secundus principalis dæmon. i. Sebtuuo Abedon, Latine dicitur exterminans, Grece appellatio, & iste dæmon est princeps zizaniarum, diuisionum, guerrarum, inimicitiarum, homicidiorum, incendiorum, prædarum, & infinitarū tribulationū, & persecutionū: vnde merito dicitur exterminans, & iste dæmon est contrarius, secundū cornu altaris Dei, dicitur fortitudo, quæ consistit in patientia. Tertius dæmon vocatur Belzebub, qui est princeps muscarū, & interpretatur vecchia magna musca, & est contrarius tertio cornu altaris Dei. i. prudentiæ, & hęc potestatis in hoies, qui sunt infideles, & maxime in senib. qui non fuerunt fideles in iuuetute in fide Christi, & iste est dæmon hæreticorū, & heresiarum, incantationū, & superstitionum fidei Christi. Et isto dæmon habet magnā potestatis in istis vetulis recagnatis magna: sed muscæ, quæ vadūt incantando, signando, & vaticinando, & dicunt, quod loquuntur cū stellis, & vadunt cū Herode ad flumē Iordanū in nocte Epiphaniæ, & sciūt vaticinare, & dicūt se loqui Martius, & facere facturas,

A ras, quæ accidunt in eis, qui in iuuentute sua non habuerunt fidem, quæ in senectute dant fidem istis triffis præcantulis, & incantationibus, credētis de his quicquid audiūt: quia nullū habent fidei fundamentum, quia si haberent fidē in Christo, nō ponerent fidem suā nisi in Christo. In quibus pars maxima mundi est corrupta fide in Euangelio. In Belzebub principe dæmoniorum, eiicit dæmonia. Quartus dæmon incatenatus, dicitur Māmon: Et iste demon est princeps auaritiæ: vnde nemo potest seruire duobus hæris, Deo, & māmonē: & iste dæmon est contrarius temperantiæ. Nam māmona interpretatur auaritia, quæ auaritia quantum regnat in mūdo, vsurarij docent, mercatores demōstrant, artifices ferē omnes artis suas falsificantes in sinuatum, Romana curia, & clerus sine pudore in simonijs, & auaritijs, quibus insitæ sunt, aperte indicat, pauperes sentiunt, & infirmus exultat, o inopia auaritia, o mammona infernalis, quot animas surripis paradiso?

C Et nota, quod in principio sacrosanctæ ecclesiæ in Petro fundata, postquam Christus super ligno fuit exaltatus salutiferæ crucis, omnia erant in fide, & malitia diaboli erat catenata in inferno. Et nunc fuit secundum tempus malitiæ dæmonis catenata in inferno, vt supra dictum est.

D Tertium tempus est gratiæ diuinis sprete, quia homines spernunt quattuor superscriptas virtutes, significatas per quattuor formas altaris supradicti, iustitiā. i. fortitudinem, prudentiam, & temperantiā, & ipsas virtutes peruerterunt: iustitiā videlicet in luxuriam, fortitudinem in impatiētiā, & in guerras, & tribulationes: & prudentiam, scilicet fidē in infidelitatem, hæreses, & incantationes: Et temperantiā in auaritiā, cupiditatem, & vsuras, ita quod in omnibus hodie gratia Dei mundo data est sprete, & vnusquisque vult facere mundum suo modo; & per hoc pater clare perpendere, quod hodie isti quattuor diaboli, qui erant ligati, sunt disligati, & soluti: vnde propter tot mala, & peccata merito dicitur: solue, solue, quattuor spiritus, qui sunt in flumine Euftratis. Et nota, quod septem sunt status Ecclesiæ.

Primus fuit tempus iustitiæ in primo scilicet statu, quando Christus natus fuit; quia ortus est sol iustitiæ Christus Deus noster. Secundus status ecclesiæ fuit tempus potentie, & fuit tempore martyrum, incipiendo a sancto Stephano, & durauit vsque ad san-

ctum Siluestrum ferè per ducentos annos, & vnus tempus catenatur in alium tempus, & hic status ecclesiæ fuit, tempore sancti Siluestri Papæ, & Constantini Imperatoris, in quo tempore ecclesia aucta fuit.

Tertius status ecclesiæ fuit sapientiæ, & fuit tempore Sanctorum Augustini, Hieronymi, & Ambrosij, Doctorū Ecclesiæ, quo tempore multiplicati erant errores, & hæreses pessimæ, qui remoti, & declarati fuerunt propter eorum sapientiā, & sanctam doctrinam.

Quartus status ecclesiæ fuit gratiæ, & fuit iste status tempore sancti Gregorij Papæ, quia illam gratiam sibi a Deo datam communicabat populo Dei.

Quintus fuit status innocentie. Et incepit tempore Caroli Magni, quo tempore ædificata fuerunt multæ abbatie.

Sextus status ecclesiæ est isto præfenti tempore, & dicitur status humilitatis profunda, & incepit tempore S. Francisci, & sancti Dominici, & aliorum qui fecerunt monasteria, & regulas obseruantiarū, licet pauci illas seruent. Septimus status ecclesiæ dicitur probationis periculosa, & erit tempore Antichristi, quo tempore charitas refrigeret multorum, & veh prægnantibus, scilicet malitiæ, & peruersitatis. Et de his septem statibus, & temporibus habetur in sacra scriptura de septem diebus creationis, appropriando cuilibet diei vnus status ecclesiæ. Item appropriari possunt septem bellis, quæ habentur in testamento veteri. Item habetis istos septem status ecclesiæ in psalmo Dauidico. Scuto circumdabit te veritas eius. Primus fuit tempore veritatis incarnationis. Scutum est diuina luminositatis, & fides Christi. Secundus status non timebit a timore nocturno, quia de nocte mulieres: sunt ita timide, quod timent strepitum cuiuslibet rei, & foricis motum. Ita fuit tempus patientiæ mortuorum, quia ante Aduentum Christi homines timebāt mortem: & hoc ideo, quia erat clausa porta paradisi, & dānabantur. Sed post tempus Natiuitatis Christi, quia porta paradisi fuit nobis aperta, non timebant Martyres pro Christi fide, quia saluabantur, & ideo dicit non timebis ab illo timore nocturno.

Ille versiculus, non timebis, a Sagitta volante in diem, significat claritatem, & fuit tempus sapientiæ Doctorum ecclesiæ Dei, qui illuminauerunt fidem, & fugauerunt lumine claritatis suæ sapientiæ nubes heresiarum, & errorum, qui regnabant in orbe. Et

A nota, quod ferrum sagittę habet duas barbas acutas, & quando intrat non potest euelli. Et venator sequens feram, vel aprum, sagittat illum cum illa sagitta venenosa, & subito capit illum. Ita hæresis est vna sagitta venenosa subintrans animas, & venenas ipsas, & venator diabolus quas peractis animas cum illa sagitta venenosa capit.

Quartum tempus, scilicet gratiæ, quod fuit tempore Gregorij, designatur per illum versiculum. A negotio per ambulante in tenebris. Intrabit diabolus in tenebris.

B Quintum fuit nocentię, signatur per illa verba, ab incurſu, & dæmonio meridiano, ne timeas, & fuit tempore foundationis Abbatiarum Sanctorum Patrum, qui viriliter pugnabant aduersus diabolum: vnde legitur in dialogo Gregorij Papę, quod quidam Abbas vidit super porta sui monasterij infinitos diabolos, & super porta ciuitatis non vidit nisi vnum, vbi erat gentium multitudo, & peccatorum: & quærenti causam, diabolus sibi dixit, quod ideo erant tot ad portam monasterij, quia ibi erant fortiores aduersarij sui, quàm in ciuitate.

C Sextum tempus fuit, profundę humilitatis sancti Francisci suo tempore, & significatur per illa verba, dæmonio meridiano: & est illud, quod facit guerram. Nam hodie sub spem boni totus mundus est deceptus.

Septimum tempus, seu status ecclesię est tempus Antichristi, quia cadent a latere tuo, o Christe mille, & a sinistris decem millia. Similiter in oratione, qua Christus docuit discipulos suos, notantur isti septem status ecclesię, dum dixit, orate sic, Pater noster, qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum, & quando cum verbo caro factū est, & illud est primus status ecclesię.

D Secundus status, Adueniat regnum tuum, tempore martyrum.

Tertius status, scilicet sapientię Doctorem ecclesię, significatur per illa verba, fiat voluntas tua, quia maior stultitia, quę sit in mundo, est velle contrariari volūtati Dei: quia si non facis eius voluntatem in præfenti seculo, te inuito facies in inferno coactus. Quartus status gratię significatur, panem nostrum quotidianum da nobis hodie, & fuit tempore Gregorij.

Quintus status innocentię: quia innocens fit quando dimittitur sibi peccatum. Ideo dimitte nobis debita nostra.

Sed quia sumus in tempore tentationis, quod est sextus status ecclesię, ideo adiuto-

rium nostrū in nomine Domini, & ne nos inducas, in tentationem.

Septimus status ecclesię erit tēpore Antichristi. Et ideo libera nos a malo. Illo tempore, scilicet atentationibus Antichristi, resistendo sibi.

Vide etiam ista septem tempora status ecclesię, significata in Euangelio, quando illi duo discipuli sancti Ioannis Baptiste dixerunt Christo: es tu, qui venturus es, an alium expectamus? quibus respondit Christus, ite ad Ioannem, & renūciate sibi. Cæci vident illuminati, scilicet lumine Natiuitatis Christi, & hic fuit primus status. **F** Claudi ambulat, & hoc fuit tempus secundi status, scilicet patientiæ, qui illo tēpore mundus ibat in vno pede, scilicet in solo desiderio mundi: sed tempore martyrum ibat in alio pede, quia desiderabāt gaudia paradisi. Leprosi mundantur, scilicet tempore Constantini leprosi, & est tertius status ecclesię. Quartus status, surdi audiunt, scilicet quando fuit data potestas sacerdotibus abstinenti. Mortui resurgunt fuit quintus status tēpore Innocentij, quando homines relinquēbant vitam mortuam, & caducam, & quærebant vitam æternam.

G Sextum tempus, pauperes euangelizantur, id est prædicant, & hoc est a tempore humilitatis, & paupertatis profundę sancti Francisci citra. Septimum tempus sunt ecclesię Christi: erit tempore Antichristi, & tunc Beatus, qui non fuerit scandalizatus in me. Etiam status ecclesię appropriari potest septem Sacramentis ecclesię, quę sunt, Baptismus, Confirmatio Eucharistia, ordinatio Sacerdotis, Pœnitentia, Matrimonium, & Extrema vnctio: quę significāt tempus Antichristi. In quo tempore erit probatio boni, & mali. Et ideo considero, quod si in fine vitę tuę bene feceris, bene habebis, & participabis cum Deo omnia bona. Si male, participabis cum diabolo **H** omnia mala. Similiter per contrarium: per hos septem status ecclesię supradictos notantur septem sigilla, seu tubas, quas vidit Ioan. in Apoc. quę sunt cōtra supradictos, quia sicut in primo statu ecclesię reponuntur iusti, ita per contrarium in prima tuba illa sunt iniusti, & luxuriosi: & sicut in primo statu sunt patientes, ita in secunda tuba sunt impatientes, & irrosi.

Tertius status ecclesię sicut sunt Sapientes, & Doctores: ita in tertia tuba sunt stulti, i. hæretici, qui eijciuntur de paradiso. In quarta tuba sunt peruersi, & persecutores eccle-

A ecclesiarum. In quinta tuba sunt leprosi, & pestilentes. In sexta tuba, scilicet in isto nostro tempore regnant superbi, pestiferi, & feminatores zizaniarum, & guerrarum. Ideo dicit in isto sexto tempore, solue, & incepit forte a quinquaginta annis citra; quia incipiendo a diabolo luxurię, & a diabolo hæresiarum, & a diabolo auaritię, discurrendo per opera diaboli superbię, videbis in vniuerso orbe totum ordinem iustitię, & bonarum operationum, ac morum honestorum, & pacis, & quietis fore peruersum. In omni genere luxurię, auaritię, & hæresiarum in ecclesia Dei: vide **B** schismata Paparum: considera errores Encicli in Anglia quantum regnent: Vrones in Boemia, quę pullulauerint, & iam dispersi sunt in mentibus plurimorum in Italia; & vtinam mentiar, quod hinc ad tempus modicum, Italia, & mundus totus non repleatur illis hæreticis prauitatibus: reuolue guerras, quę fuerunt a quinquaginta annis citra, & quot ciuitates, regna, & ædificia sunt deleta, quot partialitates, quot incendia, homicidia, & proditiões fuerint, & hodie regnent in vniuerso, tam in Italia, quàm in Francia, & Anglia, & in alijs mundi partibus; & videbis, quod sunt soluti supradicti spiritus infernales. Ideo bene venit tempus, vt dicatur, Solue, &c. quę omnia præparant vestro Antichristo cito venturo.

Secunda pars principalis.

Secunda pars prædicationis nostrę est secunda causa diuinę iustitię permittentis; sequitur, Sunt quatuor Angeli, &c. Vnde ad euidentiã nota bene hanc reuelationem domini Fratris Bernardini prædicatoris nostri, quod Sathanas in isto sexto tempore, in quo sumus ad præsens, videns frequentem multitudinem animarum dietim magis præsentari in inferno, & dietim magis solito multiplicari, & tot vitia, errores, & peccata in mundo regnare, considerauit, quod prope erat tempus, quo diligari debebat, & suus Antichristus pasci: vnde præcepit suis, vt exirent in mundum, & præconizarent, quod omnes dæmones in mundo dispersi venirent coram Lucifero; & exeuntes prouocauerunt omnes spiritus immundos coram eo: & adorantes eum susterunt coram turbine atritidis; quibus in dicto si-

lento annuit vnde sederent; & raucis faucibus sic exordiando dixit.

Filij superbię & perditionis æternę, ac facinorum omnium mei boni commilitones, scitis quàm ille Deus cœli sit inimicus noster, primò nos præcipitando de cœlo in tenebras exteriores deiecit, & nostris priuauit sedibus relucētib; sedique nostrę, quam in Aquilone figere proposueramus, ne sibi similes fierem, obuiauit: **F** attenti ergo estote, quid velim, & animos vestros incitate contra Christum. Scitis etiam virtutum omnium inimici, qualiter Deus ipse creauit ad nostram iniuriam, Adam, & Euam, quibus promisit, & femini suo nostras sedes. Et videns hominem, inuidia accensus, mea virtute diabolica dixi, volo videre si facere sciam, quod Deus non habebit, nec hominem, neque me; & scitis quàm pulchre deceperim Euam, & Adam, propter quod, mea astutia mediante, fuerunt eiectione de paradiso, credens, quod Deus nunquam secum reconciliaretur. Inde videns, quod Adam, & Eua, eorumq; filij pœnitentiam faciebant ad Deum, vt ipsum placarent, & quod Deus promisit multiplicare semen suum, & capere carnem humanam; propter quę feci ipsos luxuriari, & tot mala perpetrari, quod Deus dixit, pœnitent me fecisse hominem; & misit diluuium super terram, ita quod periit omnis caro, excepto Noe cum familia sua; & videns, quod ita pauci remanserant in gratia Dei, lætaliter gaudens dixi, mihi etiam hos paucos in irā Dei prouocare curabo. Et vidēs ipsos multiplicare, induxi ipsos ad idolatriam, & ipsos poni feci in seruitutem Pharaonis, a cuius manu fugientes per medium rubri maris, credidi ex eis portare in ipsos submergendo triumphum; sed nondum ira Dei venerat super eos. Quocirca videns eos in deserto murmurare feci, & interfici sputis, & aureum vitulum adorare. Inde in suum regnum profectum feci, quod occiderunt **H** Prophetas, & nuntios Dei, & multiplicarēt peccata. Demum vidi vnam virginellam, plusquàm humano ingenio congrue, virtuosam, & exuberantem, humilitate profunda, & sibi alludens, cū omni mea astutia & inspiratione diabolica, nunquam potui quicquā habere in ea verbo, vel opere, seu mēte: vnde ruminans scripturas, & prophetas, & considerans Isaiam dicentem, Ecce Virgo cōcipiet, & pariet, &c. Audiēsque parētes in limbo clamantes: Cœli rorent, & aperiatur terra, & germinet Saluatorem. **E**

Et

A Et alios exclamantes: veni Domine, & non li tardare. Alioſque dicentes: mitte Domine, quem miſſurus es; timui medians, an foret illa, de qua loquerentur, & poſtea vidi, quòd maritum acceperat: inde videns Ioseph ſenem, & Virginem, adhuc hæſitavi: demum vidi ipſam prægnantem; & tunc a me remouit omnem ſuſpitionem. Et exinde vidi Magnos, & ſtellam prius non viſam, ipſos ducentè ad adorandus ipſum, tunc dixi, quid erit hoc? iſtud ſignum non mihi placet. Sed cerno Prophetas dicentes, quod Saluator debebat eſſe Rex; & quòd infantulus ille erat natus in præſepio in paupertate extrema, & quòd plorat, luſtat: & dixi, o non erit ille, quem puto, quia homo eſt: ſed conſiderans, quòd Propheta iterum dicit; butyrum & mel comedet, & filius Altiffimi vocabitur; ſteti perplexus: ſed cernens maturius video puerum pati, cù fugeret a manibus Herodis, & puerilia facere; & tunc a me remouit omnem ſuſpitionem. Hæc vltra vidi infantulum ipſum in duodecimo anno diſputantem in templo, cuius ſapientia nullus reſiſtere poteſt; quid erit hoc? dixi, iſti actus non placet mihi: ſed poſt hæc cerno matrem dicentem, fili, vbi fuiſti? ecce tuus pater & ego quærebamus, &c. Et nota, quod in ſacra ſcriptura non legitur alibi, quòd Beata Virgo vocaret Chriſtum in filium, niſi tunc: vnde videns, quòd iſte puer ſequitur patrem & matrem, & eis ſubiectus; confortatus ſum: & poſtea vidi baptizari ipſum, tunc pelli timorem, dicens, ergo hic homo peccator eſt, ſicut & ceteri homines. Et poſt puſillum video ipſum prædicatam, miracula faciètem, & quadraginta diebus, & noctibus quotidie ieiunantem, ac audiens Ioannem in deſerto dicentem: Ego ſum vox clamantis in deſerto, &c. tunc valde timui. Sed videns, quòd poſtea exiuerit, cepi aliqualem vigorem, & conſideravi, quod erat homo, ſicut & Moyses, qui ſimiliter ieiunavit; & tunc ego deliberaui fieri certus, quis, & qualis homo eſſet iſte: vnde propius accedens cepi ipſum extollendo tentare, dicendo, quòd erat magnus Propheta, &c. dicēs; dic vt lapides hi panes fiant, &c. qui reſpondit; nõ in ſolo pane viuit homo, ſed ex omni verbo, &c. demum portavi ipſum ſuper pinna culum templi, & obtuli ſibi regna, &c. qui dicens; non tentabis Dominum Deum tuum: fecit mihi, neſcio quid, ex quo me iterum in profundum pietate deiecit: horpur adhuc incertus de eo, videns tot miracula, ſurdos audire, cæcos videre, claudos ambulare, mortuos reſurgere, & pauperes euangelizare de eo: tunc propoſui me expedire de eo, & intraui corpus diſcipuli Iudæ, qui prodidit eum. Et videns eum ligari, deludi, cædi, ſpui in faciem eius, & demum in ligno illius noſtræ inimicæ crucis leuari, dixi; modo ſum certus, quod eſt purus homo. Et ſtans modicum audio, quod alta voce proclamatur, hely, hely: hoc eſt Deus meus, Deus meus, vt cur me dereliquiſti? Et poſt puſillum, dum certior fierem, inclinato capite emiſit ſpiritum. Et expectans habere victoriam, heu miſer, ſe eſſe Saluatore mundi, & Deum & hominem ſe moſtrauit apertè; & mox timidus deſcendi ad inferos, & velut ſcitis recluſimus portas inferni. Qui deſcendens ad inferos ſua voce clamauit: Attollite portas principes veſtras, & introibit Rex gloria, &c. & reſeratis ianuis intrauit in infernum, & me ſicut cernitis alligauit, elifeaſque ſedes Patrum ſpoliauit limbi: & nos in inferni miſeria reliquit, & cù ſpolijs noſtris volauit triumphando ad cælos: & non ſolum noſtrum ſpoliauit infernum; ſed & me principem mundi eiecit de regno terræ, cum noſtis, & luendo ſentitis. Deinde inceperunt ſui diſcipuli prædicare lucem veritatis nobis contrariam: & tunc miſi ſequaces meos contra eos, & ipſorum aliquos lapidari feci, aliquos ſcorticare, aliquos in cruce figi, & quibusdã capita truncari, & nonnullos igne cremari, & cædi, ac pænarum omnium cruciari tormentis cum martyribus ſuis, qui quanto plures pro ſuo nomine trucidabantur, tanto plures creſcebant. Sed Imperator ille, cui mundi imperium dederam, me prodidit: Conſtantine: vnde videns multos amore Chriſti augeri, multas in mundo hæreſes ſeminavi: ſed ne ſcio quis Ambroſius, & quidam Hieronymus, & Auguſtinus, etiã hæreſes ipſas ſua ſapientia abſtulerunt, & fidem Chriſti magis auxerunt. Inde in mundo multas zizanijs ſeminavi: ſed adoleuit quidam Gregorius, qui gratiam ſibi datam comunicando cum alijs, illas extirpauit. Inſuper videns creſcere Abbatias, & ſanctis Monachis repleri ædes, quæ nobis a Gentilibus dedicatas deſtrui, miſi guerras, & gentes ſuperbas temporibus ſuis, quæ tribularent eos: demum huic ſuperbiæ oppoſuit ſe vnus homontio Franciſcus, qui Chriſti ſtigmata ſua cum humilitate profunda habere promeruit: & normam ſuæ humilitatis, & paupertatis mundo reliquit, licet a ſuis quampluribus

A ribus ſit laceſſita rebellibus, tam adhuc in Sanctis, quàm multis eius Fratribus tenentibus ſuam, quàm docuit, obſeruantiam, euangelizando relucet. Vnde conſiderans, quod homines nunquam fuerunt ita corrupti in mundo, & non eſt, qui bona faciat vſque ad vnum, & quod hæreſes dietim augentur, & viam noſtro Antichriſto video præparari, quo tempore debeo ſolui, & meum regnũ recuperare mundanum, propterea hoc concilium fieri decreui. Et vos o filij perditionis æternæ, cõuocauit, vt vos mecum, & ego vobis cum, maturius vobis cum deliberare poſſimus, quo pacto noſtrum tartareum foritum faciendo, acies noſtras ponamus in puncto, vt exeundo tenebras orti campum ponere valeamus in partes mundi diuerſas, & recuperare regnum integrum meum mundi, in quo liberũ me regnare valeat Antichriſtus, & fidem Chriſti totaliter deſtruemus. Sed quia veſtrum, quã plures iam iam a 50. annis fuerunt per mundum diſperſi, vt poſſetis experiri de factis mundi, & de fide Chriſtianorum, audiam libenter ab aliquo veſtrum dæmones, qui tenentur in orbe, & eius conſilium, vt maturius poſſimus deliberare ſtudia huius rei, & remedia ſalubria malitiarũ, & perditionum, quibus mediantibus faciliõr ſit nobis aditus dominandi modo, proſecto ſi hæc res ſortitur effectum, ſicut in ſagacitate malitiæ veſtræ ſpero, dum ero Dominus mundi, vos faciã participes animarum, & omnia mala, ſecundum curſum veſtræ perſidiæ habenas laxando vobis, ad libitum faciendi permittam.

Tunc Aſmodeus princeps vnus dæmoniorum ſurrexit, dicēs; ingens rex principum damnatorum, ego ſum inimicus iuſtitia Dei, & ſemper ſtudeo facere homines luxuriari; ego offero me facturum, quòd pueri antiquam ſint doli capaces, propter malũ exemplum parentum, propter turpia, quæ in eorum oculis facient, adſcendat exempla mala luxuriæ, matres docebo depilare facies filiarum, & ſibi crines poſtitiõs ponere mortuorum, & ſicum ei imponere ſuper vultu, vt pulchriores iuuenibus videantur; & faciã quod matres docebunt filias allicere viros ad ſuum amorem, annuendo eis oculis, atque viſu, ita quod propriarum filiarum efficiuntur peſſimæ ruſſianæ. Item faciã, quod iuuenes a ſenibus docti puellas decipiant, & ſub ſpe ſecum matrimonij contrahendi futuras ipſas decipiant, & eas poſtea grauidas deridebunt, dicentes, ſicut mihi, ita & alteri deſeruiẽt. Item faciã, quòd ferè omnes mares, & foemina contractum matrimonium

A monium non seruantur. Ideo faciam, q̄ masculi nulli, & virgines pauce seruata pudicitia suæ virginitatis copulabuntur. Item faciam senes recagnatas ruffianare puellas discurrendo per domos sub specie alicuius boni, & eis iuuenum facere ambasciatas, & dona. Quinimmo faciam, quod ipsi mariti vxores ornabunt, & efficiuntur vxorū propriarum lenones. Item faciam vnum mirabilem edictum, quod Deus non fecit, q̄ mulieres portabunt caudas longiores quàm habeat vna vacca: & vt concludam, regnum sodomorum faciam, quod in toto mundo spargetur, & in statu in quo erat ante diluuium, mundus redibit. Sed volo atterime, q̄ tu mihi tradas in socium bau, quia faciam, q̄ iste meus sodalis bau in hoc carnalipriuio iuuenes iucundabit, & cū suis festis, & ludis laruatis incatenabit, ita q̄ factis habebunt de huiusmodi suis ludis nedū per totam Quadragesimam, sed per totum annum. Et reuoluens se ad bau dixit, vis mecum venire bau? volo, inquit bau: nos quidem faciemus pulchros ludos, & faciemus quod iuuenes ponent tuum vultum sibi ad instar vetulæ, & ibunt per domos ciuium tripudiando; & matres permittent suas filias mathiolas tripudiare cum bautulis, & facient ita pulchra festa, q̄ ante finitā Quadragesimam reperient suas filias fore grauadas. Et sic faciemus matres filiarum ruffianas suarum. Itē faciemus, q̄ Fratres proterui dabunt iuuenibus suas cappas, vt solatia faciant cum vestibus ad religionem deputatis. Item faciemus, q̄ monacæ, & maritæ pulcherrimæ cum facie tui vultus exhibunt monasteria, & domos maritorum, & ibunt per ciuitates vagando incognitæ, & postea reperientur prægnantes. Similiter faciēt Monaci, atq; Fratres. Item faciemus Fratres, & religiosos ire ad stufas publicè & palam, & ibi facient pulchra festa, maximè in hac ciuitate. Item faciemus, q̄ præbyteri tenebunt cōmatres suas, vt sub comaternitatis venereis potiantur sine suspitione. Et faciemus ita pulchros ludos, q̄ in lasciujs, & luxurijs corrupemus totū mundum, tollemus pēnitentiā, ieiunia, atq; deuotionem, & prædicationes, ac diuina per totam Quadragesimam perturbabimus.

Deinde magna arrogantia surrexit diabolus exterminij, imponēs silentium Ammoni luxuriæ principi: & dixit, o superbiæ rex Deo infestissime, iste Ammon promittit de bubulis seruire tibi, & de mulieribus,

& ludis laruatis cum suo bau. Ast ego superbiæ princeps vocor exterminans, & diuisionis dominus. Caciā ego vniuersus orbis sentiet nominis mei vires, & semina bo zizanas, & diuisiones inter maritum, & vxorem, inter patrem, matrem, & filios, inter fratres & fratres, inter ciuitates & ciuitates, inter ciues & ciues, inter dominos, reges, & reginas. Sed volo habere duos socios mecum. s. Guelfum, & Gibellinum, & videbis si bene exercebo officium meum. Ego quidem faciam vnum magnum exercitum cum istis duabus socijs meis, in quo intrabunt Pape, Imperatores, Cardinales, Episcopi, Abbates, Fratres, & Monaci, & etiam Monacæ, & Sacerdotes, intrabunt Reges, Principes, & Barones, intrabunt hac in committitua ciues, & rustici, & mulieres; & diuidam exercitum meum in duas partes; hinc Guelfus capitaneus erit, inde Gibellinus alterius partis exercitus. Et ponam inter ipsos diuisionem, & tunc exterminabo regna, prouincias, & ciuitates, & faciā terras saccomadare, ciuitates dirumpere; mulieres publicè violare, palatia igne cremari, hinc inde strages ingentes fieri; & faciā grauidas eniscerari, & extrahi partū, pueros in muros elidi. Item faciā carnē humanam ad macellum vendi, & qui emūt in rabiem versi pro vlciscendo similem stragem parentum, humanam carnem comedent tanquam canes. Item faciam tibi multos martyres sub nomine Guelfi, & Gibellini. Item faciam homines capi in tāto amore horum nominum, quod bestias hijs appropriatas nominibus adorabunt, & amabunt plusquā Deum; & vniuersaliter tot seditiones, & diuisiones, ac scandala ponā, q̄ totus mundus sentiet nomen meum. O fere animarum omnium rex, vidisti ne ab annis quinquaginta citra, quibus solutus va gaudi per mundum, si tibi infinitas animas vendicaui. Sentit Apulia vires meas, cum toto eius regno. Sentit Romana ciuitas cū Romandiolæ patrimonio, & Ducatu cum omnibus locis sibi propinquis. Tuscia non ignorat horum facinorum. Iam est Lombardia magistra; nec se abstinit Marcha Taruisiana; nec est inexpers iam Furlanorū libertas: de regnis Franciæ, Angliæ, Burgūdiæ, & Boemiæ, quid referam? & vt vno verbo tibi concludam, me iam iam trepidat omnis plaga. Credo ergo tibi taliter seruire, crede mihi experto in mundo, q̄ ego solus cum socijs meis Guelfo, & Gibellino, exterminabo taliter mundum, quod pauco

A pauco in tempore te reperia in regno mundi, & taliter viam aperiam tuo filio Antichristo, quod omnia faciliter subiugabit; & causam dabo, quod nec magno opere remunerabis.

Ast tūc surrexit Beelzebub magnus princeps, & dixit; magna quidem promittunt isti, sed ego promitto tibi regi hæresiarū, quod ego ponam scismata inter Papis, & diuidam Cardinales, & clerum. Item seminabo multas hæreses in mundo: ego faciam, quod multi credent falsas opiniones Euclif, maximè in Anglia. Item faciam, quod in Boemia surgent vniuersaliter in toto regno illo errores Vsonis. Sed volo harum hæresiarum auctores in socios, scilicet Euclif, & Ioannes Vs, vt repleant totum mundum suis falsis erroribus. Ego faciā destruere omnia templa religiosorum, & ipsis religiosis incidere digitos, ne possint sacram Eucharistiam ad altare leuare. Item faciā in diebus natiuitatis Domini facere tibi pulchras missas in blasphemando Deū, & Sanctos, & per ipsos præbyteros taxillantes; & faciā, quod plures seruiant tibi, quā Christo. Item faciā, quod vetulæ recagnatæ dicent se ire in cursio cum Heroida in nocte Epiphaniæ, & faciā ipsas scire fatigare de mal incontro, & qualiter pueri fascinoantur, & strigantur. Item faciā, quod ista vetulæ magna moschæ, quando aliqua erit de partu, faciānt dicere, quod est pagana, donec intrabit ecclesiam, & quod prohibebunt, quod se signent, & quod nominetur pagana, donec puer baptizatus fuerit. Item faciā, quod signabunt ne possint sibi nocere la chachapola. Item faciā incantare fera in nocte natiuitatis Domini, & qui habuerit de illis feris super se, non poterit mori ex ferro, vel sagitta. Item faciā fieri breuia ad vermes pro pueris, ad febres, & etiam quod super se portantes non poterit mori in igne, in aqua, nec sine pœnitentia. Item faciā incantare in natiuitate Sancti Ioannis Baptistæ, ante Solis ortum. Item faciā incantare diabolos in fiala aquæ, & crytallo: & faciā Sacerdotes exorcistas demoniorum. Item faciā fieri præcantulos aduersus zobianam. Item faciā, quod matres docebunt filias suas sponfas, quod portent secum aliqua breuia, & ligent in duplone mariti, quod nunquam poterit habere vires contra eam. Item quod sponfas præcipiant primo aliquid maritis suis, vt semper prædominentur.

Item non incipient dormire ante maritum, quia maritus morietur ante. Item si maritus incipit præcipere sibi, quod ipsa recuset facere, quia semper præualebit sibi. Item faciā, quod omnes foeminae vetulæ, & pars magna præbyterorum, maximè in hac ciuitate erit herbariæ, præcantulæ, & vaticinatrices, & ponent omnem fidem in talibus superstitionibus. Item faciā ponere tantam fidem vniuersaliter in istis præcantulis magis quā in fide Christi.

His dictis surrexit quartus dæmon auaritiæ Mammona scilicet, dicens; o Imperator auaritiæ tenax, ego verè faciā, quod auaritia ista abundabit in mundo, quod quilibet artifex artem suam falsificabit, & faciā mercatores, vt plus vendat mercantias suas ad terminos potius vendent, quā pro pecunia numerata, & faciā multiplicari vsuras, & faciā, quod vnusquisque se decipiet cupiditate habendi adiuicem. Item faciā, quod mundus ad tantam deueniet auaritiā, quod volentes facere vindictam de inimicis suis, reperient homines, qui pro modico pretio interficiant eos. Item faciā fieri irruptiones viarum, & depradari, ac occidi personas, furta, & latrocinia multiplicari, pupillos, & viduas defraudari; faciā etiam, quod testamenta, & legata ad pias causas, non habebunt locum. Item faciā, quod auaritia ita abundabit in clero, quod Missæ, & sacra vendentur, & beneficia per simoniam vendentur indignis, & sepulchra mortuorum non nisi pretio donabuntur. Item faciā, quod ita erit modica fides, quod Sacerdotes si possent, venderēt corpus Christi minori pretio, quā venditum fuit Iudæis. Item faciā, q̄ aliqui Sacerdotes, & vera loquor, facient foenus, & facient cantare instrumenta in personas concubitarum suarum. Item faciā fieri sententias falsas pro pecunijs. Faciam in paucas lites perdi per iuria falsorum testium: faciā etiam, & non mentior, quod filij venenabunt patrem, & matrem, cupiditate succedendi; & ne testentur, vt prouideant animæ suæ. Item faciā, quod pro peccatis prædictorum reperientur genera infinita; & vt concludam, faciā homines exceçari, ita quod solam auaritiā homines deam colent, dicentes, q̄ alia vita nihil est, vel qui bonum habebunt in hoc mundo,

A mundo, similiter bene habebunt in futuro, & quod melius est stare misericordiae Dei, quam hominibus mundi. Quibus auditis Lucifer ait: verè nunquam memini me habere tantam lætitiã infernalem, neque spem me ab his vinculis dissoluendi, sicut modo.

Et ecce Asmodeus princeps demoniorum Legatus, cum impetu velut diabolus percutit ad ianuam paradisi, inquit; aperi, voce rauca: cui antonitus Petrus clauiger, inquit: quis diabolus es tu, qui cum tanto furore cupis intrare? Asmodeus replicat; Legatus sum regis magnę perditionis æternæ, qui Deo habeo loqui. Cui Petrus; quæ velis, dic mihi referenda sibi; qui ei dicere recusauit. Tunc Petrus, iussu Dei, portas aperit paradisi. Et dum Asmodeus ad thronum omnipotentis Dei appropinquaret, diabolica voce coepit clamare, iustitiã, iustitiã, iustitiã. Cui Deus omnipotens, inquit; o inimici iustitiæ, quid tibi volunt ista verba significare, vt quæras iustitiã? tunc Asmodeus dixit: circuiui totum mundum, & nullum reperio Christianum, qui curet de tuo sanguine, quem sparsisti pro sua saluatione, nulla fides, nulla pietas, spes deficit, humilitas est dispersa, nusquam charitas inuenitur, non est amplius fortitudo, nulla temperantia, nulla prouidentia, & tota iustitiã est submersa, nulla lex seruatur, & penitus nõ est vsq; ad vnum, qui faciat bonum; quia redijt genus hominum, quos per diluuium perdidisti: vnde petimus, iustitiã requirentes, Luciferum regem nostrum ammodo solui, quia instat tempus, vt veniat Antichristus, & dominetur mundo: nam ferè omnes animæ venient a casa calda. Cui Altitonans dixit, nõdum venit tempus. Asmodeus replicat infernalis: immo tempus est, & signa apparent, quæ Apostolis docuisti: nam regnum contra regnum insurgit, domus super domum ruit, &c. hæreses iam vigent, & tuam legem euangelicam dissipauerunt, & deficit omne bonum; cum sis iustus, iustitiã mihi facito. Tunc Deus creator omnium, videns hæc omnia fore vera, dixit; vade ergo & solue omnes diabolos, excepto Lucifero, quia nondum tempus est quo saluatur. Et tunc discatenati fuerunt quatuor spiritus supradicti infernales cum sequacibus suis, qui velut agmine rupto, exeuntes infernum, per vniuersum orbem sunt dispersi. Et quod hoc sit verum, opera facinorum, & malorum, quæ quotidie videmus in vniuerso mudo fieri,

demonstrant aperte; & ideo non mereris, si Deus plus permittit tettare homines, quam vnquam fecerit, quia consentiunt peccatis, & culpæ, & culpa querit culpam dare malam horam, est consentire; malum diem, est principiari, malum mensem, est malum operari, malum annum est continuare mala opera, & septem peccata mortalia.

Tertia pars principalis.

Tertia pars prædicationis nostræ est tempus malitiæ diabolicæ discatenata. Et hoc tempus erit tempore Antichristi, in quo tempore, qui bene exierit seminare, bene recolliget; & qui male seminauerit, male recolliget; & erit tempus tentationum: & væ prægnantibus, intellige, peccatorum: a qua Deus defendat per suam misericordiam, Amen.

DE INSPIRATIONIBVS.

Sermo XI.



Xij. q. seminat seminare semē suū.

E Luc. 3. c. Ad euentiam dicendorum præmitto, quod in hoc sermone seminare, idem est, quod inspirare, & inspiratio est mentis excitatio ad aliquid operandum, vel non operandum, vel neutrum. Et intellige ad aliquid operandum. s. bonum, vel non. i. malum, vel neutrum: sed quando mens est dubia, vel differens in aliquid operando; circa quæ tria sunt consideranda. Primo, quot sunt seminatores: secundo, quot sunt genera seminum: tertio, de effectu, seu de certis regulis cognoscendi semina bona, & mala.

Prima pars principalis.

Ad primum nota, quod sunt, seu reperiuntur septem seminatores, scilicet Deus, Angelus bonus, virtus propria, Angelus malus, malitia propria, necessitas, & conuenientia: & de his singulariter.

Primo prosequamur: vnde primo dico, quod primus inspirator, seu seminator est Deus; quia omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens

A dens a patre luminum, &c. Iacobi 1. c. & in Gene. 1. Inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ.

Secundus est Angelus datus ad nostrum exercitium. s. ad nostram custodiam: vnde Paulus Apostolus dicit; Omnes sunt administratores spiritus in ministerium missi.

Tertius est virtus propria, quæ quandoque prouenit sine Deo, & sine Angelo, vt in bono viro accidit, qui deuotè oras, propria virtute inspirante, & cum magna charitate assueta bona singulariter inspirat intellectu; quia sicut culpa inducit, ita virtus virtutem in spirat.

B Quartus est Angelus malus, qui est seminator zizaniz, sicut paliate fecit in Eua, inspirando ei, & suadendo, quod induxit eam ad comedendum de pomo vetito. Et hoc accidit tam in spiritualibus operationibus, quàm temporalibus, vt infra dicitur; quia sub ipse cie boni fallit homines.

Quintus est malitia propria, quæ habitatur in malis, semper in spirat tentationes malas sine alterius inspiratione, sicut accidit in pluribus latronibus, quorum prior & habitatus in longa sua praua consuetudine derobandi, & interficiendi, exiens dicit alijs: ego volo antecedere, sequimini me: ego, quia ex sua propria malitia habitata in similibus malis, in spirat, & inducit eum ad perimendum homines, quibus obuiat magis quam socios, qui forte in talibus non sunt ita habitati; & habitati in facinoribus sunt similes lapidi rotundo, qui proiectus grauedine it discurrendo ad locum decliuorem, donec requirat suum centrum, seu locum vbi stet. Similiter & peccatum, quod per penitentiam non deletur, mox suo pondere discurrendo, & inspirando trahit animam ad aliud peccatum: vnde Dauid; abyssus, abyssum inuocat. Et Isaias 5. c. Cor impij quasi mare feruescens, quod nunquam habet quietem, sicut & cor impiorum feruet iniquitatibus. Et sicut mare conuertit dulce in amarum, & amarum in dulce. Ita cor impij: vnde Isa. 5. c. Væ vobis, qui dicitis bonum malum, & malum bonum, & ponitis amarum in dulce, & dulce in amarum. Et scias, quod diabolus facit sicut mater, quæ nutrit filios suos; quia quando sunt ita paruuli, quod non possunt ire de per se, blandiendo, ducit eos in circulis, donec de per se adiscunt ire. Et postea dimittit eos ire de per se sine custodia. Ita facit diabolus, quia primo allidit suis filijs iniquitatis, inspirando paulatim mala; & dum

in malis sunt habituati, nec se corrigunt amplius, non expedit, quod tentetur a diabolo; quia ex sua propria malitia habituata contentantur ad malum: & quia scit istos perseveratores in malis, amplius non tentat eos; quia sine sua tentatione, ex habitu propriæ malitiæ, de per se irascuntur, luxuriantur, blasphemant Deum, decipiunt alios, & omnia mala faciunt.

Sextus seminator est necessitas; & quia necessitas non habet legem, hæc inspiratio non inducit meritum, nec demeritum; vt si habes famem, necessitas inspirat te quod comedas: & mater nõ potest obliuisci infantulum suum necessitate assistente: & hæc necessitas quandoque est respectu sui ipsius, quandoque respectu proximi.

Septimus seminator est conuenientia. i. conformitas conuersantiũ adinuicem, quæ neque a Deo, neque ab Angelo inspiratur, &c. de quibus clarius indicetur.

Secunda pars principalis.

Ad secundum principale. s. quot sunt genera seminis; quia tot sunt, quot sunt seminatores; quia primum genus cognitionis seminum est Dei ad animam: secundum est Angeli ad animam; tertium virtutis propriæ ad animam, &c. differentia quarum inspirationum quasi inconoscibilis est: immo infallibiles ex ista tria semina inspirationum semper bona sunt. Et etiam quartum genus inspirationis a diabolo seminante, quandoque non cognoscitur, vtrum sit a Deo, vel ab Angelo, vel a virtute propria: transfert enim se diabolus quandoque in Angelum lucis; & ista inspiratio quandoque est bona, quia meritoria, rarissime tamen: ideo sis cautus quando talis inspiratio seminatur in mente, quia vix potest deprehendi, an sit bona, vel mala, an a Deo, vel ab Angelo, &c. Inspiretur, quia in principio, medio, & fine, apparentis conueniunt; quia apparet, quod talis inspiratio sit de bono; & cum apparentibus rationibus, & cum apparente discretionem, & propter eum videtur fieri debere inspiratio illa, licet a diabolo inspiretur. Et nota, quod inspiratio procedens a diabolo, & a nostra malitia propria regulariter mala est: vnde quandoque tu proposuisti facere ex aliqua bona inspiratione aliquid boni, diabolus inspirat, quod si facis tale quid, erit malum bonum, quàm si facis quod proposuisti, tu dimittis prius

A prius bonum ex bona inspiratione sibi inspiratum, & turpis maius bonum a diabolo inspiratum, & magis meritum consequaris, quo incepto postea videbitur tibi ita arduum, quod illud reliquis, & sic non facis primum, nec secundum, & sic de alijs similibus inspirationibus. Necessaria, & conuenientia sunt ita conexa, & commixta, quod vix vna inspiratio proueniens ex necessitate, vel ex conuenientia discernitur ab alia, & in his duabus si est verè necessitas, non meretur.

Tertia pars principalis.

B **A**d tertium principale. scilicet de effectu su pradictarum inspirationum. Et notabene. Ad cuius declarationem nota, quod decem regulæ sunt notandæ.

Prima est, quæ in discretionem consistit, vt semper maius bonum proponatur minori, cæteris paribus: & sic incipiendo de minori bono ad maius bonum, & de maiori ad maximum gradatim, quia iustitia præcipit magis bonum magis diligere: vnde bonum spirituale est eligendum, magis quam corporale, & bonum generale est præferendum bono speciali: vnde si maiora, & plura possunt simul fieri, & exerceri, & sunt cõpassibilia, sunt fienda, magis quam pauciora; & vnum solum, & cum perseverantia, vbi illa plura non requirunt totius hominis exercitium; sed si requirit totius hominis exercitium, sicut est prædicare, & habere curam animarum, illud eligi debet, quod est magis fructiferum, & alterum tantum facere: quia alterum illorum duorum officiorum occupat totum hominem: vnde Paulus ait, Non me misit Dominus baptizare, sed euangelizare.

Secunda regula est, quod in præsentia materia in cognitione crucis propter ea, quæ ibi dicuntur, attendas, quod ex sui natura sit crux, & non propter te. scilicet propter tuam delectationem temporalem, vel vtilitatem propriam, vel propter alium. scilicet propter proximum, vel vtilitatem proximi, vt ibi declarabitur: circa quæ nota quinq;

D Primo, quod omnis virtus potest dici crux, aut inspirata a Deo, aut ab Angelo, vt ibi declarabitur: hæc denotantur in cruce Christi, in qua considera quatuor ligna, vnum est longum, aliud est lignum super quo Christus tenebat pedes: tertium est, quod est pertransuersum: quartum est lignum desuper caput Christi, vbi inscriptus fuit titulus, vi-

delicet, Iesus Nazarenus, Rex Iudæorum. Et per lignum longum designatur amor Dei; per inferius lignum super quo tenuit pedes, notatur amor proximi: per transuersale intelligitur delectatio aduersitatis propter amorem ipsius crucis: per lignum superius intelligitur gaudium, & spes vitæ æternæ.

Secundo nota, quod non est propter se tantum laborare, sed est laborandum, ne Deus offendatur, & vt amplius honoretur. Psal. Labores manuum tuarum, quia manducabis: beatus es. scilicet in præsentia vita, & bene tibi erit, in futuro.

Tertio nota, quod non est operandum respectu delectationis corporalis, & vtilitatis tantum, sed respectu Dei: vnde posito, quod ieiunes vt magis acuas appetitum, & delectabilius comedas, vel vt sanior viuas, & similia, quia non fit propter Deum, sed propter te tantum, ideo recipis mercedem tuam ab eo, propter quod id facis, iuxta illud: Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. scilicet a delectatione, vel satietate. Si pater, qui naturaliter inclinatur ad amandum filium, ipsum ditat, veltit, & alit, in hoc nil meretur, quemadmodum & pecora, & animalia naturaliter alunt filios, & naturaliter appetunt viuere, & similia. Item nec propter conuenientiam societatis tantum debemus amare socios, seu aliam creaturam, nec taliter amando meretur: nam & bruta animalia, asini, equi, & similia animalia naturaliter amant sibi similia, & socios, quia omne simile appetit sibi simile: & quando similia sunt conuenientia necessitatis, non meretur. Sed si ille naturalis amor, vel conuenientia societatis perueniunt, vt Deus minus offendatur, & perfectius seruiatur sibi, tunc meretur taliter amans: vnde pater filium diligendo, instruendo, & ei necessaria faciendo, vt valeat viuere sine peccato, & seruire Deo, & non offendere ipsum, tunc præmiabitur de suo labore, & talis inspiratio naturalis amoris, & conuenientia, procedit a Deo, vel ab Angelo, vel a virtute propria; potest etiam procedere a diabolo, tamen contra suam intentionem finalem: & nota, quod quando quis operatur propter naturalem, seu carnalem amorem tantum, vel propter se tantum, illud procedit ex inspiratione diabolica, & non referendo illum amorem principaliter ad Deum. Item nota, quod quando sensualiter tantum amatur, vt puta plus amare iuuenem, quam senem, & pulchrum, quam turpe, & sic de

similibus.

A similibus, non referendo illum amorem ad Deum, talis inspiratio est etiam diabolica: sed si amatur iuuenis, vel pulchra res plus sene, quam res turpis, non propter se tantum, vel propter illum amatum tantum: sed vt Deus non offendatur, & vt ei magis seruiatur, tunc est meritum, alias secus: vnde Matth. 16. c. Qui vult venire post me, tollat crucem suam, & abneget semetipsum, & sequatur me. Abnegare semetipsum, est seruire: sed non propter semetipsum tollat crucem. Et sic nota, quod volens sequi Christum, necesse habet tollere crucem, & debet tollere suam, id est secundum tuum posse, & meam, sicut Christus accepit; quia opera Sanctorum aliqua sunt admiranda, sed non imitanda: sequatur me. id est honorem, & amorem meum, & non suum.

Tertia regula generalis est, quod accipere crucem ultra passibilitatem corporis, non est inspiratio Dei, sed diabolica tentatio: ratio est, quia Deus nihil odit eorum, quæ ipse fecit: vnde non odit corpus nostrum, immo diligit, & vult nos ipsum diligere, & ad suum honorem ipsum conseruare, & non destruere, nec dare ei onus, quod non possit portare: nam iugum meum suauis est, &c. & liceat videatur Sanctos fecisse magna, &c. dico, quod sunt admirandi, & non per omnia imitandi: & sic non est iudicium inter nos, & Sanctos; sed inter Deum, & nos, eo quia omnes fecerimus præcepta sua, nec bonum quantum facere poteramus; & non ex eo, quia non fecerimus, quod Sancti fecerunt; vel quia non fuerimus imitati Sanctos: vnde Beatus Augustinus in prima sua dicit, quod medium turissimum est inter extrema tenere; quia medium tenuerunt Beati. Et scias, quod parum operari, non perducit ad regnum; nimium vero operari, ultra regnum transit, & ad infernum demergit: vnde Paulus 1. ad Corinth. 5. c. Tanquam morientes, ecce viuimus: vt castigati, & non mortificati, tanquam morientes tenendo extremitatem: & ecce viuimus, tenendo medium poenitentia corporalis; vt castigati a præsumptuositate nostra in non tenendo amplius extrema, & non mortificati propter negligentiam, & pusillanimitatem nostram: sed tenendo medium, & exercendo virtutes, & bona opera, quæ exercere possumus, viuamus; vnde exemplum. Erant duo, qui volentes seruire Deo, consuluerunt, dictum: Fratres Bernardinum præ-

dicatorem nostrum, quibus consuluit, quod subirent obedientiam religionis alicuius prelati; & alter tenuit suum consilium, alter vero noluit sequi consilium suum, sed intrauit vnum eremitorium, & voluit regulari secundum caput suum; & fecit ita austeram, & extremam vitam illo anno, quod in effectu debilitauit cerebrum, & vires corporis, quod incepit vacillare, & intrauit ciuitatem; vnde ciues videntes austeritatem vitæ suæ, inceperunt sequi eum, vt amicum Dei, & ferè Sanctum: & incepit prædicare, quod erat Papa, & quod debebant apparere certa signa quadam die; qua die congregata multitudo gentium expectantes signa, incepit stultizare; propter quod dominus Frater Bernardinus accepit eum in custodiam, & gubernationem in quodam hospitali, dando pro regula, quod quis dicit se esse Imperatorem, vel Papam, oua sunt sibi danda: vnde vna die dictus fatuus accepit vnam stangam ostij, & amenauit, causa dandi post caput D. F. Bernardini; & nisi vidisset umbram, & præcauisset, ipsum interfecisset: & notauit hoc, quod si infatuus reperitur in peccato mortali, & moriatur fatuus, damnatur. Item notauit, quod nouitius primo anno, quo stat in probatione religionis, si infirmatur, aut non perseverat, aut vix perficit vitam monasticam.

Quarta regula principalis est, quod omnis crux importabilis animæ, nunquam est assumenda etiam a quocunque inspiretur, quia nunquam perficitur: hoc tamen non in omnibus, quia seruator animæ debet attendi secundum virtutem portabilem, seu quæ portari possit, & secundum plus, & minus exerceri cum discretionem. Tamen Maria Magdalena ex multa dilectione, quia multum dilexit, promeruit veniam multorum peccatorum, & gratiam abundantem: vnde Christus dixit, fides tua te saluam fecit. Vnde Mat. 4. Non tentabis Dominum Deum tuum: quod facit imponens nimiam crucem anime suæ. scilicet nimium orare, nimium meditari, quasi vult tentare Deum, & propter fastidium, quasi desperans mutabit propositum fastiditus, quia non in multitudine, sed in deuotione, & seruore deuotionis consistit oratio: vnde B. Franciscus itinerabat quandoque per decem milliaria, quod non dicebat nisi vnum Pater noster. Nec est tamen orandum nimis parum, sed medium est tenendum, vt supra dictum est: & reperto medio debet se stabilire, & perseverare in illo, nec interim donec reperieris illud medium, est desistendum a bono; quia sicut

A verarius, vel figulus non cessat facere ciatos suos, vel scutellas suas, licet aliquos frangat; sic nec volens seruire Deo. Sed vnum procedit, quando erit vnus infirmus & senex, qui plus operatur in seruitijs Dei, quã iuuenis, sicut in beato Francisco reperitur; illud procedit ex seruore, & amore, & vigore virtutis animæ redundante in corpore illius: sicut si cætera essent paria, quærere enim mori propter Christum, sicut fecerunt Martyres, non est naturale, sed est ex virtute; & seruore animæ; sed an censetur indiscretus ille, qui propter poenitentiam, & bene agendo, & discretè infirmatur? Respondeo, si quis infirmatur in bono opere, infirmatur non ex indiscretionem, sed a Deo, ad sui profectum: & ad cognoscendum, vtrum hæc procedat approbatio Dei, vel ab indiscretionem: nota, quod qui ex proatione Dei infirmatur, cum gaudio sustinet infirmitatem, & laudat poenitentiam, & hortatur alios ad similia facienda, & ad patientiæ supportationem; cuius infirmitas non est ad mortem, sed vt glorificetur filius Dei propter eum; sed quando infirmitas ab indiscretionem procedit, tunc impatienter portatur, & infirmans dissuadet alijs, ne similia faciant; & est signum indiscretionis, & tentationis: vnde Apocalyp. secundo. vbi prælati reprehenditur de seruore, sed laudatur de odio Nicolaitarum, qui sub triplici differentia, sed triplicem differentiam, infra scripti verbi Nicolaitarum, significat literatos corporales, & spirituales. Nicolaus enim vnus de septem Diaconibus fuit, qui cum centum viginti Spiritum sanctum receperunt; & postea effectus est caput hæresis, & conduxit ex dictis centum viginti, vnde cum ex sua secta: vnde considerando, quod discipuli, qui receperunt Spiritum sanctum, sicut effecti hæretici valde tremendum est: vnde psal. Posuisti firmamentum eius formidinem.

D Item exierunt quidam ex nobis, sed non fuerunt ex nobis; quia non qui incoeperit, sed qui perseuerauerit, saluus erit. Et iste Nicolaus hæreticus tripliciter errabat. Primo, quia non studebat nisi in carnalibus desiderijs mulierum, & dum reprehenditur, negauit se luxuriari, sed dixit, quod bene communicabat propriam vxorem alijs, quia omnia sunt communia; & hoc faciebat ex charitate, quæ erat canitas: vnde Nicolaitæ dicti sunt. Secunda differentia est corporalium, quia sequebantur

carnalia inordinatè; vnde stultus populus interpretatur. Tertia differentia erat spiritualium, quia vitiosè, & indiscretè vivebant: vnde stultus populus interpretatur.

Quinta regula est, quod omne, quod non est secundum vsum rationis, omnino non est fiendum. Et si Sancti videntur fecisse oppositum, sunt mirandi, sed non imitandi, quia potius tentatio esset, & maxime contra præcepta diuina, vt mulieres in habitu monachali cum monachis in monasterio habitare; quamuis reperiatur in libris vitæ Sanctorum Patrum, aliquas in habitu monachali inter monachos habitasse, & Sanctas fuisse. Et est etiam contra vsum rationis, quod iuuenis foemina peregrinet, quia periculosum est suæ pudicitie, secundum rationem: vnde Paulus ad Corint. ait: Rationabile obsequium vestrum.

Sexta regula est, quod nihil est fiendum contra sensum, & consilium expertorum in via Dei, accipit poenam sine præmio ex sua cruce ex ijs, quæ facit; vel si accipit crucem delectationis spiritualis sine consilio, vt supra, male sibi venit; sicut si aliquis peregrinus volens transire per locum periculosum contra consilium habitantium in locis proximis, & scientium pericula illius loci, incidit in latrones, & spoliatur, & multoties interficitur; & hoc respectu illorum, qui recipiunt crucem poenitentiae corporalis. Item etiam est periculosum accipere crucem delectationis spiritualis sine consilio peritorum, & expertorum in talibus; quia multoties diabolus transfert se in Angelum lucis, sicut fecit vni socio Sancti Francisci, cui apparebat in forma crucifixi, dicens, quod non deberet morari, nec credere illi Francisco tam despecto, & vili personæ; & recipiebat in animo consolationem, credens fore Christum. Et hoc faciebat diabolus, vt apostataret, & relinqueret seruire Deo. Et diu occultauit prædicta, tandem reuelauit Sancto Francisco, qui dixit dicto Fratri suo, quod si amplius appareret sibi, quod spueret in eius faciem; quia si esset Angelus lucis, vel Christus, patienter portaret: & si esset diabolus, cum superbia, & impatientia recederet. Quod cum ita fecisset, diabolus delusus inde recessit cum magno impetu, & dirupauit scopulos, vnde transfuit: vnde expertus crede magis. Et etiam sunt scandalizandi: vnde Paulus ait: Si scandalizauero fratrem meum, non manducabo carnem

A carnem in æternum. Et non dixit, si scandalizauero emulatores iniquum, malitiosum, proteruum, &c. sed dixit fratrem, scilicet simplicem, virtuosum, & similem. Et de emulationibus Christus dixit: Sinite emulatores, quia caeci sunt, & duces cæcorum.

DE SEMINE inspirationis.

Sermo XII.



Xij. q. seminat, seminare semē sūt.

De semine inspirationis varia septationes præmissimus: sed in ista prædicatione dicere intendimus de semine inspirationis: vnde ad euidentiã nota tres regulas, seu considerationes.

Prima consideratio est discretio.

Secunda est inspirationum operatio.

Tertia consideratio est fructus inspirationum, seu inspirationum fructificatio.

C Item nota decem regulas, de quibus heri diximus de sex per ordinem. Restat in presenti sermone tractare de alijs quatuor.

Prima regula est, quod quando occurrit in mente tua cogitatio aliqua faciendi quod magnum factum, & intellectus tuus stat suspensus, & non es solitus facere tale factum; nunquam illud incipias, donec non es bene clarus, quia si illud aggredieris, nisi fueris bene clarus, male capitabis. Nam operationes magnæ de sui natura sunt magni effectus, & debent capi cum magno intellectu, & cum matura deliberatione: verbi gratia, si vis effici religiosus, & tuus animus intricatus stat in suspensio, non facias donec tibi alia cogitatio non occurrat; & donec bene intelligas, & es clarus animo repausato, maxime in his, in quibus experientiam non habes; quia si fundamentum est debile, quando magnum ædificium est fabricatum, ruit, nec poterit stare: vnde priusquam curras ad actum naturæ, delibera: vnde quando talis cogitatio tibi occurrit, in qua tuus in suspensio stat animus, & nescis quid facias deliberare. Primo recurre ad orationem, & orando Deum instanter precare,

vt tuum clarificet intellectum. Et si orationes tibi non profunt, quære consilium ab esperto: & si adhuc non es clarus, nullo modo te impediã. Et dixi primo, quod insisteres orationi, quia si illa inspiratio a Deo procedit, ipse paulatim declarabit tuum intellectum, quod illa inspiratio ab eo procedit: & si a diabolo procedit, adhuc te Deus illuminabit paulatim, quod illa est diabolica inspiratio in processu. Ideo non festines. Secundo quære consilium ab aliquo in talibus experto. Et si non reperis consilium, superinde expecta tempus, & paulatim Deus tibi declarabit, quid sis facturus, ad instar fortunæ; quia marinarius dubius de fortuna maris, expectat in portu securus, donec paulatim fortuna recedit, & est clarus de tranquillitate, & tunc secure tendit in altum. Nam multoties menti occurrit aliqua bona cogitatio a diabolo inspirata, vt sub specie boni si incoeperis, in processu non prosequaris, decipiat: propterea non festines, nisi Deus tibi mittat per ambasciatorem tempus, quod paulatim te declarabit quid melius sit faciendum, quia consultus est desistere, & non principiare, quam principiatum deserere: iuxta illud, Non qui incoeperit, sed qui perseuerauerit, saluus erit.

Secunda regula est, quod quando tibi occurrit aliqua inspiratio alicuius cognitionis, in qua sit aliqua delectatio naturalis, quæ sit sine peccato, & illa naturalis delectatio sit minor, quam poena crucis, illa operatio semper est facienda: verbi gratia, quando tu ieiunas propter appetitum accensum, tu habes maiorem delectationem de cibis grossis, puta de vno cepe, quam de carnibus, vel de vno capone, quando tu non ieiunas; vel cape delectationem naturalem cum vxore tua, dico semper sine peccato mortali; & illa delectatio est minor, quam poena crucis. Tu non debes dimittere ieiunium, seu aliam operationem virtuosam propter illam talem delectationem naturalem, quia maior est poena crucis, scilicet ieiunium, quam sit illa delectatio naturalis; & dixi, si esse sine peccato mortali; quia si esset cum peccato mortali, nullatenus est facienda: verbi gratia, si Abbas præcepit suo monacho, quod non comederet cepe; & ille monachus ieiunaret, vt posset comedere, & comedit cepe. Et quia delectatio naturalis, quam ipse habet in comedendo illud cepe, est

A cum peccato mortali, quia facit contra obedientiam, licet sit minor, quam poena crucis, hoc est, quam ieiunium, non est facienda. Similiter potes ponere exemplum. Tu vadis ad audiendum prædicationem propter audire facundiam prædicantis, & delectaris naturaliter in ea, tamē sublines frigus, vel aliquam necessitatem, licet non habeas delectationem spiritualem, tu non debes relinquere prædicationem; quia poena crucis maior est, quam illa naturalis delectatio, si est sine peccato mortali, sicut est in mercatore, qui scit, quod si mercat, perdet unam ballam; sed scit, quod de illa mercantia, ultra illam ballam, bene lucrabitur, non stabit quo minus mercetur, quia plus lucrabitur, quam perdet. Idem in agricola, qui scit, quod seminando disperdit multa grana; tamen quia scit per experientiam, quod multo plus granum habebit, & lucrabitur, quam sit illa grani dispersi perditio. Similiter in prædicante naturaliter venit sibi delectatio quadam videndo sub eius audientia multas personas: si illud refert ad Deum, non peccat: sed si sibi appropriaret, incidere in peccatum inanis gloriæ, quod est mortale: & tunc melius esset desistere peccando mortaliter, quia licet faciat multum fructum alijs, quid prodest sibi, si totum mundum habeat, & animam perdat? unde scias, quod natura stat inter gratiam, & culpam; si delectaris in bono, habes gratiam; si delectaris in malo, habes culpam; & illam delectationem naturalem, quam habes, si refert ad Deum, est bona, & consequeris gratiam; si ad te refert, est culpa: unde Iob 28. c. Dulcedo illius vermis non sit tibi in recordatione, & c. Dulcedo illius vermis, scilicet delectatio, non sit tibi in recordatione, referendo semper ad Deum tantum; quia non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriā: quia si descendit in operatione aliqua delectatio naturalis, & refertur ad Deum, & non relinquitur via, & operatio virtuosa. s. crucis, tunc sequitur gratia, & lignum naturæ frangitur infructuosum: similiter e contra sequitur contrarium; & ideo quando ex aliqua operatione sequeretur illud contrarium, semper desiste ab illa inspiratione illius inspirationis.

Tertia regula est, si tibi occurrunt duæ delectationes, una naturalis, alia spiritualis; & spiritualis superat naturalem sine peccato, semper debes illam sequi, aliās secus: verbi gratia, tu vadis audire Missam propter audire organa, vel cantores, & natu-

raliter delectaris in illa melodia, magis, quam in sensu scripturarum, & in Missa; quia naturalis illa delectatio exuberat spiritualem, nec refertur ad Deum, sed ad te; tunc est desistendum, & non sequendum: sed si exuberat in te plus delectatio spiritualis sensus, quam naturalis, illa est inspiratio diuina, nec est relinquenda propter delectationem naturalem: unde Paulus ad Ephes. 4. c. Gaudete in Domino, semper spiritualiter intellige. Iterum dico, gaudete, licet. s. habeatis aliquam delectationem naturalem.

Quarta regula est, quia regulariter homo potest gaudere, & hoc dupliciter; uno modo per virtutem patiēdo, alio modo per gratiam: unde quando pono delectationem in anima, vel per gratiam, vel per virtutem; illam virtutem omnino capere debeo, delectatio per virtutem patiēdo, sicut Apostoli ibant gaudentes ad martyrium; sic nos debemus gaudere patiēdo, & amando Deum; & omnia alia aduersa virtuose patiēdo pro eo. Nam Deus non præcipit, quod aliquis moriatur pro eo, nec det omnia alijs: sed dixit, Ama me, & sermones meos serua: & sic præcipit, quod gaudeamus; & ideo secundum, quod gaudemus amando Deum, lætemur in eo per virtutem in perfectionibus nostris. Aliud est gaudere in Deo, scilicet quando anima fit liquefacta in gratia Dei: verbi gratia, quando vadis ad confitendum, tu vadis mœstus, & cum magna grauitate tuorum facinorum: & quando es confessus, anima remanet tota gaudens, & leuis: & si est bene contrita, & sibi placet, quod ei displiceat, quod mala fecerit per contritionem habere, quam omnes illas delectationes, si essent simul conglutinatae illorum suorum omnium peccatorum, quas habuit illa perpetrando, & plus delectatur in displicentia peccatorum illorum, quam delectata fuerit in perpetrando illa, tunc est vera contritio illa: unde Dauid, psalm. Ducam eam in solitudinem. s. quando deseret peccatum; & lactabo eam, scilicet in placendo poenitere de malis operibus; quia tunc peccator delectatur in Deo, & contemplando dicit animæ suæ: anima mea quæ fuisti ingrata versus tuum Creatorem, & amasti tuam damnationem, & mundum periculosum, & peccata, dereliquisti Deū, & saluatore tuū, & c. & hoc procedit partim per inspirationem, & quædam diuina

A nam gratiam. Et similiter si contemplando gaudia paradisi sentire animam liquidari: unde aliqui Sancti etiam delectationes spirituales in hoc seculo suserunt, sicut Frater Iacoponus, qui reperiens Christum fulgentem in cella, dixit ei: Foras Christe: & Christus dicebat, Veni intra fili: & ille respondit: Non intrabo nisi exieris. Ecce qualiter aufugit Deum, unde hoc, & quidem ut vitaret illam spiritualem delectationem, ut crucigeret se cum Deo, non delectando de eo pro tunc, sicut Christus in cruce, quando dixit: Deus meus, ut cur me dereliquisti? unde Cant. 7. c. Ego delector in eo, & a me conuersio eius, & c. Unde prima delectatio est virtutis, secunda est delectatio a Deo data. Et hoc quando euenit non expectata.

B Secunda consideratio est operatio inspirationum, & in hoc est quadruplex differentia; quia quadam est operatio inspirationum cum voluntate & opera.

C Secunda est cum voluntate, & sine opera. Tertia est cum opera, sed sine voluntate. Quarta, quia aliqua non debent sine opere, & sine voluntate fieri.

D Prima inspiratio intelligitur melius inter supradictas regulas, quæ sunt decem; quia omne, quod bonum est, debet cum voluntate, & opere exerceri, ut in extremo sermone continetur.

E Secunda regula, quando aliqua bona inspiratio non plus imponit, quam possit ferre corpus, tunc fac, & cum voluntate, & opere.

F Tertia regula, quando delectaris secundum rationem, cum factis debet fieri.

G Quarta regula, quando non das scandalum alteri, non debes operari cum factis, & voluntate, si das scandalum, sufficit tantum bona voluntas, quia pro facto reputatur.

H Quinta regula, quando perfecte intelligis rem cum deliberatione, fac cum opere, & voluntate.

I Sexta regula, quando minor est delectatio naturalis sine peccato, quam spiritualis, fac opere, & voluntate.

K Septima regula, quando est maior delectatio spiritualis, quam naturalis, fac opere & animo. Unde Paulus, Hoc sentite in vobis, quod sensit Christus in se. s. gaudium, & poenam: gaudium in bene viuere, & virtuosè: & poenam crucis, quia oportet Christum pati, & intrare regnum suum; & qui Christum volunt sequi, debet ire per viam Christi cum voluntate & factis; & habes

primam differentiam, quæ est in exercendo cum voluntate, & opere.

Secunda differentia est, quia sufficit inspiratio voluntatis sine opere: verbi gratia: vxor iuuenis, & pulchra alicuius cuius inspirat seruire pauperibus in aliquo hospitali; vel peregrinare; tunc sufficit sola voluntas; si id facere non potest propter insufficientiam propriam: vel ne faciat scandalum alijs, videlicet marito, & superioribus, & sic de similibus; quia si una iuuenis inspiraretur peregrinari, & timeret pudicitiam; quia aliās posset peccare itinerando, & esset tentatio diaboli; ista inspiratio debet perfici sola voluntate, & non in opere.

Tertia inspirationum differentia est, quia aliqua inspiratio debet fieri cum opere sine voluntate: verbi gratia, maritus præcipit vxori ieiunanti in die non præcepto ieiunari, ut comedat aliquos bolos; vxor licet voluntas non concurrat, debet obedire, & comedere, & non erit peccatum, sed meritum; licet si aliās faceret, esset peccatum veniale: secus autem si propter illud obedire peccaret mortaliter, quia tunc nec vxor marito, nec monachus prælato obedire tenetur. Nam Christus dixit, descendi de caelo, ut facerem voluntatem patris mei, & non meam. Nam Sanctus Franciscus discretè videns, quod vnus ex suis Fratribus propter abtinentiam quasi deficiebat, media nocte mandauit ipsum comedere, & ipsemet voluit comedere secum, licet voluntas non foret; sed id fecit opere, ut alliceret socium ad comedendum secum, & non deficeret.

Quarta differentia est, quia aliqua inspirationes fieri non debent, nec opere, neque consensu. s. malæ inspirationes, & vitiosæ; quia non consensu, nec opere sunt fiendæ, & similiter nimia crux Christi, & anime est fugienda: unde in Gen. Manusque vestras tenere contrarias. s. decem regis supradicti. Similiter e contra bonæ inspirationes, & virtuosæ, & quæ non imponunt superfluum crucem corpori, & animæ, semper sunt faciendæ.

Tertia consideratio principalis, est fructificatio istarum inspirationum; unde sicut supradictum fuit in externo sermone, tu habuisti tria genera inspirationum: bona semper, scilicet Dei, Angeli, & virtutis propriæ: mala sunt demonis, & malitiæ propriæ: nec bona, nec mala sunt quæ proueniunt a necessitate, vel conuenientia: fructificatio inspirationum, quæ inspira-

A tur a Deo, Angelo, & virtute propria, est, quia homo per illas aliquando recipit, & colligit bona temporalia, aliquando bona temporalia, & spiritualia, aliquando bona temporalia, spiritualia, & æterna.

Recipit temporalia bona, quia licet homo sit in peccato mortali, & faciat bonum ieiunando, peregrinando, & eleemosynas dando, & bona alia faciendo; tamen expectat recipere remunerationem in hoc mundo in bonis temporalibus. s. diuitias, sanitatem, filios, pacem, &c. & procedit ab inspiratione diuina, angelica, vel propria virtute.

B Aliquando remuneratur faciendo bonum spirituale, sicut si meretrix in peccato mortali ieiunet dies Beatæ Virginis, quandoque per illud bonum taliter inspiratur, quod in puncto mortis potest habere tantam contritionem, quod consequitur gratiam temporalem, & spiritualem.

Tertium præmium, quod colligit homo ex inspiratione, quandoque est temporale, spirituale, & æternale, quando homo operatur secundum gratiam sibi datam, & inspirationem a Deo inspirante prouenientem. Et nota, quod diabolus potest inspirare, quod tu facias bonum, & faciendo illud bonum, potes consequi bona temporalia, spiritualia, & æterna.

C Raro tamen hoc accidit: verbi gratia, diabolus inspirabit, quod tu ieiunes, & valde extermines corpus tuum, volens sequi vitam austeram alicuius Sancti, & hoc facit, ut infatuers, & prædicta faciendo aliquis te reprehendit, & desistis sequi vitam illam inspiratam a diabolo: quia principium fuit bonum, & tu ieiunasti cum bona voluntate, & puritate; & quia principium fuit bene terminatum, te præmiabit Deus, & per hoc potes consequi bona temporalia, & spiritualia, & æterna, quemadmodum si te Deus inspirasset, quemadmodum si aliquis malus vir faceret monetam falsam, & bonam, ad cuneum bonæ monetæ dominationis alicuius; tamen bona moneta illius mali viri per eum fabricata expendetur ita bene, sicut monetæ bona illius dominationis, licet mala non expendatur. Modo similiter, quia contrarium eadem est disciplina ex quota inspiratione, quæ est diaboli, & quæ est quinta, quæ a malitia propria hominis procedit, quæ sunt contrariæ inspirationibus supradictis. s. Dei, Angeli, & propriæ virtutis: quandoque quis meretur mala temporalia, aut mala spiritualia, aut mala temporalia,

D spiritualia, æternam damnationem: vnde nota, quod sicut nullum bonum irremuneratum, sic & nullum malum transit impunium: vnde malum temporale est perdere filios, uxorem, diuitias, & spem temporalium bonorum, & similia. Malum spirituale, quando anima priuatur delectatione spirituali, & virtutibus, & replet vitijs, & peccatis, & versatur semper in continuo conflictu, & labore accidiæ, iræ, melencoliæ, & nunquam habet aliquam delectationem spiritualem. Tertium præmium est fructificatio malarum inspirationum, est habere malum in corpore, & in anima, & æternaliter in perditione corporis, & animæ; & sic omnia præmia bonæ, & malæ inspirationis reducuntur ad hæc.

Dux alia inspirationes, quæ proueniunt ex necessitate, vel conuenientia, non inducunt meritum, nec demeritum, ut plurimum: verbi gratia, tu sitis, bibis: tu famas, & comedes, &c. id ex necessitate cogente facis: vel si seruis amico, ut tibi seruiat: vel nutris filium, ut in senectute ipse te nutriat, id ex conuenientia facis, & non mereris, nec demereris: sed si ea facis, ut seruiatur Deo, & Deus non lædatur, tunc inde debes præmium expectare.

G Ut ergo habeas plenam notitiam istarum inspirationum a diabolo prouenientium, nota, quod septem sunt species istarum inspirationum, quia prima dicitur importuna, secunda dicitur dubia, tertia dicitur subita, quarta occulta, quinta violenta, sexta fraudulenta, septima & vltima dicitur perplexa. Et istæ septem sunt tentationes omnes, per quas diabolus tentat animam.

Prima importuna habet istam malitiam, quia dæmon varie tentando conatur trahere animam per importunitatem suam, quia tentat in vno vitio; & si non potest induere animam ad peccandum per illum modum, tentat in alio, deinde in alio, donec per importunitatem facit peccare.

H Secunda dicitur dubia, quæ habet naturam inuolupandi animam, quando homo non clare discernit, quid sit facturus; & ista habet peiorem naturam, quam prima, quia continet etiam malitiam præcedentis. s. importunæ.

Tertia subita, ita subito occupat intellectum, quod non discernit verum, sicut quando dicitur alicui iniuria, ille subito iracundus prorumpit in iniuriam Dei, blasphemando Deum, vel Sanctos, vel ad iniuriam proximi; & habet naturam peiorem primis

A mis duabus, qui continet in se etiam illas duas primas, s. importunam, & dubiam.

Quarta dicitur occulta, & ista obscurata intellectum, quod nescit discernere verum, & habet peiorem naturam omnibus supradictis, & in se continet omnes præcedentes.

Quinta dicitur violenta, & ista dominatur ita tantum homini, quod sibi videtur, quando perseverat in alio peccato, quod non possit aliter facere, nec se abstinere ab illo; diabolus quando est in possessione alicuius animæ, ipse facit sicut vnus canis paruus, qui existens in domo domini sui, latrat etiam magnis canibus, & expellit cum magna audacia illos de domo sua. Sic diabolus quando facit cadere aliquem in peccato luxuriæ, vel alio continuato, licet ille vellet relinquere illud peccatum propter aliquas bonas, veraces, & magnas inspirationes, dæmon latrando expellit illas de anima illius, quam possidet, adeo quod videtur, quod ille quodam modo sit coactus illud facere, & quod non possit aliter facere, nec se abstinere: & ista est peior omnibus præcedentibus; quia vltra suam malitiam continet etiam malitiam omnium præcedentium.

C Sexta dicitur fraudulenta, cuius malitia facit mentem effici smemoratam, & insensatam, & est peior omnibus alijs supradictis, & illarum omnium malitias in se continet.

Septima dicitur perplexa, & ista est pessima, & vltra suam malitiam etiam continet omnes malitias præcedentium, de quarum naturis singulariter infra dicitur: vide psalmum decimum cap. Qui habitat in adiutorio Altissimi, in protectione Dei coeli commorabitur. Dicit Domino, susceptor meus es tu, & refugium meum Deus meus, sperabo in eum: Quoniam ipse liberavit me de laqueo venantium, & a verbo aspero. Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis eius sperabis. Scuto circundabit te, veritas eius: non timebis a timore nocturno. A sagitta volante in die, a negotio perambulante in tenebris, ab incurfu, & demonio meridiano. Cadent a latere tuo mille, & decem millia a dextris tuis: ad te autem non appropinquabit. Verumtamen oculis tuis considerabis, & retributionem peccatorum videbis. Quoniam tu es Domine spes mea: altissimum posuisti refugium tuum. Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernacu-

lo tuo. Quoniam Angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus vijs tuis. In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. Quoniam in me sperauit, liberabo eum, protegam eum, quoniam cognouit nomen meum. Clamauit ad me, & ego exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum. Longitudine dierum replebo eum, & ostendam illi salutare meum. In isto psalmo comprehenduntur omnes malitiæ supradictarum tentationum. Scuto circundabit te veritas eius, continet primam. s. importunam; non timebis a timore nocturno, includit secundam. s. dubiam. A sagitta volante in die, continet tertiam, s. subitam: a negotio perambulante in die, continet quartam, scilicet occultam. Ab incurfu, continet quintam. s. violentam. Et demonio meridiano, continet sextam. s. fraudulentam. Cadent a latere tuo mille, continet perplexam. Supra habuisti etiam in prædicatione, quæ incipit ista prædicatione præparat nobis viam per totam Quadragesimam, &c. Quod status ecclesiæ erant inclusi, etiam in isto psalmo. Sed ut melius intelligas, nota ista notabilia. Primum, quod licet status septem ecclesiæ sint vnusquisque, per antonomasiam, siue excellentiam excellentius altero in suo tempore: nihilominus quislibet eorum est in sigillo eorum, & in eorum quolibet, quia in vno quoque eorum omnes alij includuntur. Secundum notabile est, quod secundum, quod dicitur currere status ecclesiæ per ista septem tempora, seu per illos septem status. s. iustitiæ, patientiæ, sapientiæ, gratiæ, innocentiam, humilitatis profundæ, & pro bonis periculose. Ita omnes homines, moraliter intelligendo, currunt per istos septem status; & non incipit a iustitia, sed ab vltimo. s. a probatione; quia quando homo est deditus mundo, primo Deus incipit probare eum, dando sibi persecutiones, & infortunia; & tunc homo humiliatur, & transit ad innocentiam, & fit innocens eius anima, quia confitetur; & de innocentia transit ad gratiam, quia communicat gratiam sibi datam a Deo cum alijs, quia inducit oes alios quoscumque potest, ut humiliantur, & confiteantur; & de illo statu gratiæ transit ad statum sapientis, quia gustat de sapore Dei. Et si tunc incurrit in aliquam aduersitatem, fert illum patienter, & sic de statu sapientiæ transit

A sit ad statum patientiæ; & sic factus patientis redit ad domum, & semper vadit de bono in melius, de meliori in perfectius accrescendo. Tertium notabile est, quod isti septem status hominis siciunguntur cum septem statibus prædictis ecclesiæ, in tentationibus: unde ita est in mente humana discurrere per animam, sicut per status temporum tentationum ecclesiæ, ut infra videbis. Quartum notabile est, quod omnes tentationes possent quandoque omnes esse una sola; & quælibet ipsarum potest venire solajita quod possunt venire simul, & separatim, sicut legitur in diabolo ampullarum, qui apparuit Beato Benedicto Abbati, qui habebat circum circa multas ampullas plenas tentationibus; & si non potest facere, quod bibas de una, tentat te, quod bibas de alia, & sic de singulis, sicut balisterius, & bombardarius, qui projiciunt multos missiles, & bombardas, donec obtinuerint pugnam, &c. Quintum notabile est, quod istarum tentationum malarum, secunda est maior prima, quia continet illam; & tertia est peior secunda, quia continet primam, & secundam; quarta est adhuc peior, quia continet omnes præcedentes: quinta adhuc peior, quia etiam continet præcedentes: sexta etiam peior est, quia & ipsa præcedentes omnes continet: septima vero est pessima, in qua etiam omnes aliarum continentur, ut supra dictum est. Sextum notabile est, quod Deus permittit, omnes istas tentationes venire homini propter animam exercitare, & meliorare, illuminare, & ipsam animam solidare, calidare, & fortificare; & sicut ista tria. scilicet calidare, illuminare, & fortificare, proueniunt ex parte Dei; sic per contrarium frigidare, eęcare, obscurare, & debilitare animam prouenit ex parte diaboli: unde tres sunt ex parte voluntatis, aliarum sunt ex parte intelligentiæ: prima cum tertia probantur, & per voluntatem, quinta videtur esse voluntas violentata: intelligentia illuminatur per intelligentiam. Salomon ait, Qui non est tentatus, qualia scit &c. Et ideo ut intellectus illuminetur, Deus permittit venire tentationes in anima, quæ est dubia. In quarta occulta exercetur etiam intellectus. In sexta, scilicet fraudulenta, etiam exercitur intelligentia. Vltima, scilicet perplexa, etiam exercetur per intellectum: unde quando diabolus te tentat, tu debes aperire omnes intelligentias ad obuiandum istis tentationibus, sicut faciebat simon numularij, quæ cum vidisset unum,

qui obturabat sibi oculos cum manibus, voluit similiter facere, & cum obturasset etiam sibi oculos, ille subtraxit denarios de banco, propter quod dominus simoniam videns sibi deficere denarios, ipsam valde verberauit sberfellando sibi oculos: unde exinde cum ipsa simonia videbat aliquem transeuntem iuxta cambium sibi sberfellabat ambos oculos: ita tu fac, aperias bene oculos omnium intelligentiarum in tentationibus, si non vis decipi, quia quando cadis, vix potes releuari, nisi intelligas modos, quibus te decipit diabolus; & nisi intelligas periculum cuiuslibet istarum tentationum, & remedium obuiandi.

Unde diuide singulas istarum diuisionum in tres partes, seu considerationes. scilicet in videndo modum decipiendi periculum, & remedium obuiandi.

Unde nota, quod quatuor sunt modi, quibus te tentat diabolus: per hanc primam, scilicet importunam, videlicet ante, & post, a dextra, & aperte sinistra: & nota per ante, presentiam: per post, absentiam: per dextram prosperitatem: per sinistram, aduersitatem; unde vix mari, & terræ; quia mare descendit ad vos, in Apocalyp. c. per mare intelligitur aduersitas; per terram intelligitur prosperitas: unde diabolus incipit tentare a dextra, scilicet a prosperitate; & percutit ante, scilicet in presentia: verbi gratia, tu videbis vnam pulchram iuuenem, si es luxuriosus, subito te importune tentat diabolus, & concupiscendo illam, & iam meatus es. Vel quædam mulier videt vnam magnam caudam vestis alterius, subito representatur sibi tentatio importuna, ut sibi faciat vnam similem; & dicitur percuti ante, quæ ante oculos representatur: tentatio retro est, quæ fit in absentia rei visæ, vel actus: verbi gratia, vidisti pulchram iuuenem in eius absentia, diabolus tentat luxuriosum representando sibi illam, & tunc delectatur in illo: vel aliquis te offendit, vel odisti aliquem, sed fecisti pacem, & postea diabolus te importune tentat, ut facias vindictam; & tunc te pungit retro.

Sinistra interpretatur aduersitas, ut cum aliquis dicit tibi iniuriam, tu sine patientia subito prorumpis in contumeliam, & non potes te reserere, & pungit te a sinistra: & sic diabolus nunquam cessat tentare animam ante per presentiam, retro

per

A per absentiam, a dextra in prosperitatibus, & a sinistra in aduersitatibus: vel in terra, id est in prosperis, & in mari, scilicet in aduersis: unde oportet te habere scutum, de quo dicit psalmus supradictus, scilicet veritatis tibi. Scuto circumdabit te veritas eius: & non timebis a timore nocturno, &c.

Et nisi scias dimicare cum isto scuto, vndique ante, retro, a dextra, & sinistra, efficeris malus per continuam importunitatem tentationis diaboli, si sibi consentis, quia gutta cauat lapidem non ui, sed sæpe cadendo. Sic per continuam guttam tentationum non resistendo, licet sint parue tentationes: nihilominus continuando facit animam consummare per continuationem, sicut pluuia continua aufert pinguedinem terræ, & sicut febris continua, aufert vires corporis, & consumit carnem, &c. Similiter, & musca punget caluum semel, bis, & continuando prouocat ad iracundiam. Et similiter, dum vnus scriberet in cella, vbi erant zinzalæ: scriptor obturauit cellam ne intraret aliqua zinzala, & credens esse securus dum incipit præscribere, audit vnam volentem, facientem zissi, zissi, zissi, scriptor sumit calamum dicens, vide qualiter modo scribam, & continuato zissaro istius zinzalæ eleuat, & cum fabello vadit amando per cellam, tunc zinzala sistit. Scripserat non audiens eam, iterum incipit scribere, & stando pusillum ecce zinzala zizaniando zisat. Iterum scriptor dicit, credebam te interfecisse, & iterum me impedis, & surgendo iterum cum fabello cernit cellam pluries, & iterum zinzala se ferat, & non zizaniat. Iterum credens eam occidisse, reddit ad scribendum scriptor, & stans modicum iterum zizala zisat, & tunc propter importunitatem istius modicæ zizalæ tentationis scriptor projicit calamum, & blasphemando exit de cella, & reliquit opus scribendi. Mulio magis diabolus zizaniando animam cum modica, sed importuna tentatione facit hominem peccare mortaliter: unde sis prudens, quia diabolus te percutiet ante, vel retro faciendo te ita importune cogitare de aliquo, quod inducet tibi tibi delectare in illo, & faciet te peccare mortaliter.

B per absentiam, a dextra in prosperitatibus, & a sinistra in aduersitatibus: vel in terra, id est in prosperis, & in mari, scilicet in aduersis: unde oportet te habere scutum, de quo dicit psalmus supradictus, scilicet veritatis tibi. Scuto circumdabit te veritas eius: & non timebis a timore nocturno, &c.

C per absentiam, a dextra in prosperitatibus, & a sinistra in aduersitatibus: vel in terra, id est in prosperis, & in mari, scilicet in aduersis: unde oportet te habere scutum, de quo dicit psalmus supradictus, scilicet veritatis tibi. Scuto circumdabit te veritas eius: & non timebis a timore nocturno, &c.

D per absentiam, a dextra in prosperitatibus, & a sinistra in aduersitatibus: vel in terra, id est in prosperis, & in mari, scilicet in aduersis: unde oportet te habere scutum, de quo dicit psalmus supradictus, scilicet veritatis tibi. Scuto circumdabit te veritas eius: & non timebis a timore nocturno, &c.

Secunda consideratio est videre periculum istius importunæ tentationis. Et nota, quod habet quatuor pericula: primum delectatio, secundum consensus, tertium operatio, quartum est damnatio, quæ sequitur ex prædictis. Dico quod primum pericu-

lum est delectatio. Nam sicut delectaris in minima tentatione importuna diaboli: illa delectatio inducit consensus; & sicut consentis, ille consensus conducit peccatum: Nam sicut modica fauilla facit magnum ignem: ita parua tentatio inducit magnum peccatum interueniente consensu, & consentiendo habebis malam horam, & diem, &c.

Tertium est operatio: quia sicut consentiendo operaris actum tentationis, videlicet luxuriam, iram, inuidiam, accidiam, auaritiam, &c. immediate imbrattaris, sicut auis inuisitata: quia quanto plus volens inde auferre, plus inuisitabitur. Quartum est damnatio, siue consummatio: verbi gratia homo propter nimiam foelicitatem, & abundantiam diuitiarum, & pacis paulatim venit in tantam tentationem, quod non recordatur de suo Creatore, sed extollit, & alios vilipendit. Superbia crescit, & incurrit pericula infinita, & peccata, propter quæ consumit animam, sicut facit Salomon, qui fuit sapientior, ditior, & potentior in populo Dei, & in tantam tentationem diabolicam venit, quod relicto Deo, adorauit idola, propter cæcitatem luxuriæ, & vnus foemina: ita Sanson fortior mundi, qui tandem ex importunitate dixit Dalidæ, in quo consistebat fortitudo sua, scilicet in capillis: propter luxuriam illius mulieris, perdidit fortitudinem, &c.

Unde nota hic, quod quandoque vna creatura acquisiuit aliquam gratiam temporalem, vel spiritualem, vel vtrunque simul, sine labore, vel contradictione, non solum est in periculo custodiendi ipsam gratiam, sed est in periculo perdendi illam, sicut fuit in lucifero, qui subito acquisiuit gratiam tantam, quæ nihil consistit sibi, & subito perdidit illam. Similiter in Adam, & Ena, qui cito perdidit gratiam, sibi donatam, nullo suo labore acquisitam. Item Dauid perdidit gratiam pro luxuria cum vxore Virgæ, & sic de similibus: vide Petrum Apostolum, qui gratiam sibi datam aperiendi portas paradisi, subito abnegando Christum vni foeminae perdidit, quam per poenitentiam postea recuperauit: vide etiam, Dietim quod filij diuitum, & vsurariorum subito disperdunt patrimonium sibi relictum, quia nullum laborem habuerunt in vendicando illud: unde caue, ne thesaurizes propter ditari filios.

Nam si erunt virtuosus, nunquam deficit eis: si erunt vitiosus, tu damnaberis, & disperdetur patrimonium sibi acquisitum: nota itaque, scientias, custodire, græs tibi sine tuo labore datas ne ex importunitate diabolicæ tentationis perdas.

A das, & damneris in profundum. Nunc videamus remedia ad resistendum istis tentationibus, quæ sunt tria. Primum remedium est vna damnatio intelligentiæ veritatis in non dimittendo se excæcare, sed dicendo, cognosco quod hoc procedit a diabolo, & non consentias, & æquiparatur illi verbo psalmi nostri supradicti, & veritas eius. Et euades diabolum, & euades cum scuto veritatis, sicut fecit Christus, Lu.c.4. quâdo sanauit sororem S. Petri, cum dicit, istas importune, q̄ significat importunitatē: vnde veritas Dei: vnde cunq; circūdabit te scuto, si venit ante, videndo pulchrâ mulierē, & inciteris ad concupiscendum eā, dicas, quid est ista mulier? vere est puluis, & vile cadauer: qd si introspectis visceribus, nonne est oī putredine plena? &c. Et victor eris similiter retro, & dextra in prosperis, & sinistra in aduersis, & sic faciendo, & meditâdo euitabis tentationes, & conculcabis leonem, & draconem, &c. Sicut in Centurione, qui in hoc æquiparatur aīæ. Nam cum diabolus tentat animam in luxuria, anima debet vocare castitatem, & imperari sibi, q̄ fugiat luxuriam, & faciat eam castam, & sic in alijs tentationibus aliorum vitiorum debet vocare virtutem contrariam vitio illius tentationis, & imperari sibi, vt fugiat illud vitium à quo tentatur, & sibi virtus illa deseruiat, contrariando & resistendo illi tentationi, & sic euades.

Secundum remedium est, vt cum tentaris, confitearis, & sic cum illa tua humilitate, & gratia humilitatis in consistendo confunditur dæmon, & sic virtus reportabit ista duo remedia, scilicet resistendo, & confitendo, & per frequentationem istarū duarum virtutum liberatur in totum anima, & suggestionē diabolica.

D Tertium remediū est oratio: quia si scis vti oratione, id est tenere mentem fixam, & occupatam in sola oratione, tunc valet oratio: sed si in oratione habes mentem occupatam in alio, parum videlicet, immo si habes in oratione mētem occupatam in alijs vacillando cogitationibus, est periculosa, quia efficietis fantastica. Et sic nota tria remedia contra istam tentationem importunam. s. vsus rationis, vsus confessionis, & vsus orationis. Quartum remedium est, q̄ anima tua non stet ociosa, quæ stat ociosa, efficitur camera tentationū diaboli: & ideo tene semper mentem tuam occupatam in aliquo bono opere, & exercitio, vigilate, & non dormite, &c. Sequitur videre de secun-

da specie tentationis, quæ dī dubia: in qua **E** et nota tres considerationes. s. dæmonis tentandi: scda de periculo, tertia de remedijs: & in isto versiculo psalmi nostri, Non timebis a timore nocturno, continetur modus tentationis de modo, quem tenet in hoc dubia, & considera quattuor in eo, qui vadit de nocte: Primum, quia vadit dubius, secundum vadit timidus, tertium quia vadit vacillans: quartum quia vadit inconstanter: ita concurrunt ista quattuor in hac dubia tentatione diaboli: & est periculosior prima supradicta: Vnde qui vadit de nocte maxime tempore guerræ, vel per loca suspecta latronum, sicut audit vnam foliam cadere, subito fit dubius, & dubitat ne aliquis latro sit ibi: vel si videt aliquam arborem siccam de longe, credit, quod sint lanceæ inimicorum: vel si videt aliquem lapidem magnum: vel stipitem alicuius ligni, credit, & timer, q̄ ibi sit vnus lupus, & huiusmodi, & multotiens incidit in inimicos, credens quod sint amici. Et econtra aufugiet amicos, credens quod sint inimici, & tunc trepidat, & ideo non timebit a timore nocturno. Ita occurrit in huiusmodi tentatione, quia quandoque, quod videbitur bonum, erit malum, & econtra: vnde propheta non trepidauerunt timore, vbi erat **G** timor: vide qualiter facit dubium, sicut Marinarius videns fortunam de nocte, multum timet appropinquare terræ, ne frangatur nauis. Et cum videt nubem, quandoque videre timet montem: dicit socijs: caueamus, quia video terram. Ita occurrit in hac tentatione, quia cum anima tentatur, dicit, bonum est facere hoc. Alia tentatio dicit, immo est malum: vnde propheta dicit. Anxiatus est in me spiritus meus, & totum cor meum est alteratum: vnde non timebit. Tertium similiter ire de nocte facit hominem vacillantem, ita vt nesciat, quo vadit: vnde sæpe itinerantes sunt dubij. Et vnus dicit, vadimus bene, alter **H** respondit, ignoro, & sæpe itinerant tota nocte, & in crastinum reperiunt se vicum in crastinum itinerasse: vnde Iob 20.c. cogitationes meæ, variæ succedunt sibi, & mens mea rapitur hinc inde, sursum, & deorsum. Quarto efficitur inconstans itinerando de nocte, quia cum itinerauit modicū, dicitis, certe non debeo bene ire, & reuertitur, & dum reuersus est, dicit, certe credo, quod bene ibam, & eum bene iuerat ultra vidēs arbusta, vel aliud dicat, o ego omnino non bene vado, & iterum reuertitur, & sic **E** cundo,

A cundo, & redeundo pluries reperit se nihil itinerasse. Similiter mens inconstans nunquam ad portum salutis applicat desistendo ab eo, quod bonum est: vnde Dauid. Errauerunt in solitudine, scilicet non vera via habituali Dei non reperierunt, quia desisterunt a bono opere.

Septimo nota, quod communiter si homo cognosceret malum, non faceret illud. Quattuor sunt pericula tentationum.

Primum est ignorantia veritatis, sicut in populo Dei, qui valde desiderabat exire de manu Pharaonis, & existentibus in Deserto, & habentes dulce manna, & ignorantes de tot beneficijs murmurabant, dicentes. Vtinam sederemus super ollas carniū in Ægypto, &c. Similiter in Pharaone, qui dum tentaretur a plagis, dicebat Deum fore iustum, & postea licentiato populo, faciebat claudere portas. Similiter in anima tentata, quia ita excæcatur, quod non cognoscit bonum a malo, nec verum a falso, & hoc ideo, quia homo efficitur fragilis ad cognoscendum malum, sicut fuit Eua, quæ tentata dixit diabolo interroganti, quare non comederet de pomo vetito? ne forte moriamur, & tunc fuit immedie capta, quia posuit in forte præceptum Dei: sciebat enim, quod Deus dixerat, quacumque hora manducaueritis moriemini, & sic fuit. Ideo cognosce causam tentantis, & non deseras prædicationes.

Secundum periculum, quia cum incœperis facere malum geris lentus in dimittendo illud.

Tertium periculum est, quia si cognosceres illud esse malum, non ipsum faceres.

Quartum periculum est, quia si cognosceres veritatem, non desisteres a bono: Ecce quattuor pericula occurrentia in non cognoscendo veritatem.

D Similiter nota quattuor remedia contra huiusmodi tentationes.

Primum est in sacra scriptura studere, quia declaratio sermonum illuminat, & intellectum dat paruulis, id est qui non intellegant credentes malum bonum, & econtrario. Secundum remedium est capere consilium ab experto in illo, in quo dubitas quid sit bonæ discretionis, & Deus tunc mirabiliter te quærentem cum diligentia, & confidentia illuminabit, sicut sæpe accidit in sanctis Patribus.

Tertium remedium est videre, & contemplari discurrendo vitas sanctorum Patrum: quia si reperis aliquid tale, de quo dubitas factum fuisse per aliquem sanctum, **E** elige illam viam, quia omnis actus Sanctorum ad nostrum exemplum est: quia quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, vt cognoscāmus veritatem.

Quantum remedium est: vide & considera nomen Iesu in firmari fide, & dicas Psalmm, Deus in nomine tuo saluum me fac: exemplum Actuum Apostolorum. cap. 6. Erat vnus claudus ab vtroque latere, qui significat dubitantem, quia nescit a quo latere debet ire: respicit in templo ad Petrum, & Petrus dixit, aurum & argentum non est mihi: surge, & ambula, & subito surgens ambulauit, magnificans Deum, & sic **F** accidit in eo, qui confidit in Deo: quia sic mons Syon exaltabitur, &c. vnde oportet, quod in consulendo euitare tentatis diaboli interueniat concilium Petri, & Ioannis. Petrus interpretatur experientia: Ioannes sapientia seu intelligentia: quia si consultor sit Petrus, scilicet habeat experientiam, & non interueniat Ioannes, scilicet intelligentia, non consulas eum.

Vnde considerato modo istius tentationis, quæ dicitur subita, possumus ipsam æquiparare sagittæ, & sic a sagitta volante in diem, quia in esse balistrato quattuor **G** concurrunt.

Primum, quia non videtur sagitta, ita velociter transit.

Secundum, quia balistratus non expectat sagittam.

Tertium, quia sagitta subito percutit.

Quartum, quia si homo non defendatur aliquo scuto, vel non perpendit, percutitur a sagitta volante: similiter in tentationibus, quare dicit sagitta volante in diem, quia non visa percutit: vnde vbi sagitta non videtur, ibi non potest esse discretio ad præcauendum sibi: & vbi non est visa, nec expectata, neque discretio, ibi non potest esse consilium ad præcauendum sibi, neque prouidentia; ita quod venit subita, & ideo **H** si non videtur, non potest esse discretio prouidendi, & sic homo non circumdat se scuto, nec defendatur, & percutitur: verbi gratia, si dicitur tibi iniuria, subito blasphemias Deum, & sanctos: vel prorumpis iniuriam proximi, & peccas mortaliter: vnde nota regulam, quia quotiens venit subito offensa Dei, licet non præcesserit cogitatio: licet communiter primi motus non sint in potestate nostra, semper est peccatum mortale. Similiter si prorumpis iniuriam proximi, subita ira percutiendo, &c. **E** vnde

A unde Hierem. 4. velocius fuerunt inimici mei, quam Aquila cœli, quæ habet naturam, quod ita velociter descendit scindendo aera cum tanto impetu, quod subito percutit aues, & occidit. Similiter facit dæmon ad instar basilisci, qui solo visu venenat, & occidit, & sicut vipera, quæ dicitur venenare, antequam mordeat, similiter in tentatis: nisi primo habeas remedia supradicta, & non defenferis scuto, subito percutit te. Et sicut in homine, qui subito cadit mortuus ex aliqua infirmitate occulta, quia si sciret infirmitatem, cepisset remedia, & non esset mortuus subito. Similiter in peccato luxuriæ, cuius cupido pingitur cum arco, & sagitta, nisi tenueris remedia danda, tibi te taliter perforabit, quod nunquam te deseret illud vulnus: unde cum tu vetus in tanta ignorantia veritatis rationis, quod non discernis tentationes, tu non consulis, & non consulendo non potes facere rectè iudicium, vtrum sit bonum, vel malum, & non defenferis, & non defensus scuto veritatis Dei, sagitta te percutit ad exitiũ: ideo causas ista. Videamus modo remedia, quæ similia sunt quatuor.

Primum, cum peccas, subito confitearis.

Secundum, quia cum es confessus, saltem semel in die recorderis de illo peccato.

C Tertium fuge causas, scilicet luxuriæ, auaritiæ, iræ, accidię, & aliorum peccatorũ, si non vis in illos cadere.

Quartum remedium, stare semper paratas obuiare peccator: unde ita faciendo, facies vnum habitum virtutum, quod facilliter præcauebis: unde Anselmus fortis habitus, &c. Sed in his tentationibus est magnum periculum in homine habituato in virtutibus, & peccatis, qui est ita debilitatus in virtutibus, quod si cadit, quia facilliter cadit, nunquam potest per se eleuare, sicut etiam in homine debili, & infirmo, quia facilliter cadit, & per se nunquam potest superferre: sed iuuenis fortis, si aspicias hoc aliquo lapide, vel duro, quasi aspirando cadit: Sed tantas est eius vigor, salit, & saliendo currit, & vitat periculum, ita quod non cadit: vel pur si cadit conatur percutiendo in terram, & subito fugit, ita facit homo habituatus in virtutibus, qui est ita fortis in charitate, & amore Dei, quod licet tentetur, non facilliter cadit, & si cadit mediante habito suarum virtutum, & confessus surgit, unde tales Antichristi in omnibus erunt ita debiles in fide, & non habituati in virtutibus, quod nisi fuerint

abbreviati dies illius, perirent quasi omnes: unde sequitur Matth. 8. c. Veh prægnantibus malitiæ, & vitiorum. Similiter in infantia, qui cadens est ita debilis, quod nisi iuuetur, non leuatur. Sed maior factus nõ eget auxilio alterius in eundo, & surgendo. Fac ergo, vt serues remedia supradicta, vt fortius existas, & nõ cadas, & sic venies ad portum salutis, ad quem nos Deus perducatur. Amen.

DE OCCULTATIONE Diaboli.

Sermo XIII.

Sequitur videre de occultatione diaboli. Et ista tentatio est peior omnibus præcedentibus, & continet in se omnes malitias præcedentium, & suas. In qua considera, sicut in alijs tria, scilicet modum suæ tentationis: Secundum periculum, tertium remedium. Unde propheta dicit in psalmo supradicti: **A** negotio perambulante in tenebris. In quo sacratissimo eloquio non modos, quibus tentat animas, quia ad instar furis, qui fur habet quatuor proprietates, siue modos furandi. Primus dicitur occultus. Secundus plenus. Tertius subitus. Quartus absconditus. Primo furatur occulte. Secundo furatur plene id, quod intendit furari: Tertio subito recedit furtum. Quarto quia latet malitiose, sicut facit diabolus, quia primo venit occulte: unde si sciret pater familias, qua hora fur veniret, vigilaret: utique pro diuitijs temporalibus: sed pro diuitijs spiritualibus, quid facere debemus? & sic fur ipse diabolus venit in abscondito, & furatur presto, quia multotiens credit homo esse bene confessus, & reputat se bonum, & est totum oppositum.

Tertio cito recidit. Quarto quia sicut fur cito abscondit res furatas: sic diabolus occultat peccata tua cito, ne conquæris iudici, scilicet sacerdoti confitearis: unde Iob 13. cap. quantas habeo iniquitates, scellera mea ostende mihi. Et nota, quod in primis præcedentibus capitulis, Iob non timebat se peccasse in aliquo, & dixit, meas scelerationes, quas scilicet ignorabat sibi futuras a diabolo: unde timebat habere aliquod scelus, & dicebat, ostende mihi, quia ego non video illas. Nam peccator est, si-

cut

DE SACRO Baptismate.

Sermo XIII.

A cut auarus abundans multis delitijs, qui licet fur furetur modicum furti de magno tumulo, non perpendit, sed semper stat in tentare, & suspitione ne sibi fatetur. Sic homo zelotipus animæ suæ, semper tremat ne furetur sibi, & ne decipiatur a negotio perambulante in tenebris.

Vide David: Domine ne recorderis de peccatis meis perpetratis in iuuetute mea, ne perdam gratiam tuam: ab occultis meis munda me, Domine, & ab alienis parce seruo tuo. Et nota duo genera peccatorum, scilicet occultorum, de quibus homo non recordatur, & scitorum, de quibus homo recordatur scit.

B Adde, & tertium genus peccatorum, quæ homo non intelligit: unde dic, dico meam culpam, &c. de peccatis meis, de quibus recorder, & de quibus non recorder, & de quibus non intelligit, & ideo dicit, ab occultis munda me, da mihi cognitionem, vt intelligam mea peccata occulta, quæ sunt valde periculosa: quia de illis homo nunquam consistetur, & ita damnatur de occulto, sicut de eo quod scit: unde David dicit. Et ab occultis meis munda me. Sed quare de occultis punior, videlicet de his, quæ non intelligo? dic quod si puerulus percutit patrem, ipse non peccat, quia non habet dies discretionis.

C Sed si minor percutit patrem, peccat mortaliter.

Item minor peccat, qui minorem habet discretionem, quàm habens maiorem discretionem, & cognitionem. Et licet non cognoscat veritatem facinoris, tamen punitur.

Sed quæ sunt peccata aliena, quia licet non confitearis, & habeas contritionem, nihilominus apparebit voluntati non habere peccata, quo ad intelligentiam, tamen quo ad Deum puniatur, vide in nouo testamento.

D Nihil mihi conscius sum, sed tñ non confido, quia ne io si sum debitor Dei, quia non est creatura inuisibilis in aspectu suo.

Vnde si Iob, & Sæctus
Paulus valde timet
illum
dæmo
nis dolium: nos
quid facie
mus?

Ox Domini super aquas. Psalm. 28.
David intendens loqui de sacro baptismate, quia loqui est vnum de septem sacramentis, de quo solo hodie intendo tractare, dixit, vox Domini super aquas. Ad cuius declarationem notandum est, quod in sacro baptismate tria sunt necessaria, sine quibus non potest esse baptismus. Primum est materia, quod significat per li, aquas. Secundum est forma, quod consistit in verbis per li, super. Tertium minister, quod significat per li, Domini.

Incipiamus ergo a primo: unde nota tria dubia etiam circa factum materiæ. Primum dubium est, quæ materia dedit esse in baptismate. Et certè dico, quod debet esse solum aqua: quia cum alio liquore baptizari non potest, contra aliquos baptizantes cum salua, quia talis creatura non est baptizata. Et bene fuit ordinatum cum magna ratione, quod illud sacramentum fiet solum cum aqua. Primo pp mysterium: quia si tu bene consideras, aqua habet tres proprietates. Primo, quia mundat, purgat, & lauat, ad significandum, quod vbi primo eramus deturpati, & infecti peccato primi parætis, & originali, per sacrum lauacrum aquæ fontis baptismatis nos purgamur, & lauamur. Secunda proprietas aquæ est, quia aqua est clara, ad denotandum, quod nos sumus propter baptismum, & sanctam fidem Domini nostri Iesu Christi clarificati, & illuminati, vbi primo eramus exæcati a tenebris infidelitatis, & vitiorum, & apertus est nobis intellectus sacrarum scripturarum.

Tertia proprietas est, quia aqua reens, & frigida ad significandum, quod vbi primo eramus aridi, & arsi propter peccatum: nunc vero sumus refrigerati, & refecti in lauacro S. Fontis huius ministerij baptismatis. Secunda causa, quare ordinatum fuit, quod fieret solum cum aqua, est literalis: & causa fuit, ne aliquis posset se excusare propter impotentiam, & penuriam denariorum: quia si fieret cū vno, oleo, melle, vel cum alio liquore, ne quis posset dicere. Ego non habeo: unde possem emere de illotali liquore propter paupertatem: quia vbi que reperitur aqua in copia, propterea aliquis non potest se legitime excusare, quod in aliqua repones, vbi cõiter non reperitur vinum.

A num, vel elongat lac, seu melioris si saluus fuisset ordinatum fieri de alumno, hmoi liquore, homines illius regionis potuissent se colorate excusare, dicentes, quia non reperiebatur de illo liquore in nostra contrata: ideo non fuimus baptizati: sed quia vbique locorum habetur arpia aqua multus potest se excusare. Et ideo hoc sacramentum fuit ordinatum fieri in aqua.

Secundum dubium est, nunquid baptizari potest cum aqua mixta, vt puta cum lexiuio, vel vrina, vel vino, huiusmodi. Et ad huius declarationem, quod aqua potest esse mixta dupliciter, quia aut per immixtionem aqua mutat naturam, aut mutat speciem.

B Nam quandoq; aqua mutat speciem, qd potest multipliciter accidere, vel per digestionem, vel per corruptionem, aut per myficum, per digestionem vrinam, & tunc quia mutauit specie, non licet baptizare cu vrina: per corruptionem, sicut est de aqua, qua naturaliter transiens per vites, amputando vicem cadit a vitae, quia de illa aqua non licet baptizare, similiter nec cum agresto, neque cum vino, quia transit in aliam speciem, & similibus. Per immixtionem, vt quia in modico aqua miscendo, ponis plus de alio liquore superante aquam; nam tunc non licet, quia mutat speciem.

C Quandoque mutantur accidentia: verbi gratia, posuisti aquam puram in vase, vbi fuit vinum nigrum, & mutauit, propterea colorem: propter hoc non impeditur, quoniam possis cum ea baptizare.

Item si misceatur cum tertia parte vna, adhuc licet baptizare cum ea, dummodo non transeat medietatem aqua: sed consultius, & melius est baptizare cum aqua pura. Similiter, & cum aqua salita potest baptizari, sed nunquam baptizari potest cum aqua sulfurea, & dico, quod sic: sed nunquid cum aqua turbida licet baptizari?

D Respon. quod sic, & conclusiue cum omni alio genere aqua licet baptizari, dummodo species aqua non immutetur: quia si mutatur species, & non potest. Sed pone, tu non habes aquam, an poterit baptizari aliquo modo? & distingue, quia aut baptizatus est puer, vel homo adultus. Si est puer, tunc dico, qd non potest baptizari sine aqua: vnde no retis vos, o obstetrices, quia cum Domina venit ad actum partus, faciatis qd semper habeatis ibi aquam perpetuatam propter casus occurrentes, quandoque, ne si puer aliquo casu moreretur, dum vadis acceptum

de aqua propter baptizare est, interim moriatur. Tamen est vnus alius modus, quo puer pro baptizato habetur: vt puta si quis in despectum fidei Christianae teneret infantulum de occulto, vel aliter ipsum interficeret, in despectum, & contemptum Christi. Nam tunc ille puer habetur pro baptizato in sanguine Christi. Sed si est homo adultus, & magnalis: ibi cupit baptizari, & ibi non habet aqua, & est in procinctu mortis, sicut fuerunt plurimi conuersi, & martyrizati propter fidem Iesu Christi, tunc duo adhibentur remedia: vbi non habetur de aqua, vel non potest habere modos baptismatis. Primum est, vt habeat voluntatem baptizandi se, si posset, & bonam contritionem, & hoc dicitur baptismus fluminis, sicut si esset carceratus, & cuperet baptizari, & ibi more retur, quia bona voluntas sufficit, & pro facto tunc reputatur. Secundum est, quando aliquis moritur pro fide Christi, cupiens baptizari, & non potest, quia tunc illud baptismus dicitur sanguinis: & per hoc habemus tria baptismata. Primum est aqua, secundum est spiritus sine flammis, tertium est sanguinis. Et haec sufficiant, quantum ad materiam.

Secunda pars principalis.

C Ape modo secundam partem principalem nostri sermonis circa formam baptismatis: vbi nota quattuor dubia.

Primum dubium est, quae forma verborum debet seruari in baptismate? Et dico, quod licet aliter seruauit ista forma vxor. Ego baptizo te. In nomine patris, & filij, & Spiritus sancti, Amen. Et dicendo ista verba, simul & semel, debet super infundi, & proijci aqua, proferendo verba illa, alias non est baptizatus. Ideo bene dicit vox Domini super aquas. In vulgare vero sermone dicitur hoc, homo Io te battezo in nome del Padre, & del Figlio, & del Spirito santo, Amen. Et in, o mulier, proferendo, ista talia verba, simul & semel, tu ipsa proijcias, & infundas super caput pueri aquam, quia si in duriori illa verba, & illa mater dicendo proijceret aquam, non erit baptizatus puer ille. Similiter si essent duo sacerdotes, quorum vnus diceret verba, & alter infundat aquam, non esset baptizatus.

Item non licet immutare, vel corrumpere, seu adiungere aliqua alia verba, neque interponere, vel praepone, vel postponere,

A ponere, seu transponere aliqua alia verba, quam supradicta.

Sed quaero, si licet leuare seu omittere aliquod dictorum verborum, Docto. dicunt, quod si omitteres, ego, & diceres baptizo, &c. quod peccas mortaliter, & tamen valet baptismus. Sed si obmitteres te, tunc puer non est baptizatus: quia dicendo, ego baptizo, & non dicis quem, nulum baptizas: similiter si omitteris, baptizo, vel aliquod, & illis verbis patris, vel filij, aut Spiritus sancti, non est baptizatus. Similiter si dicis, ego baptizo te in nomine Dei, vel Trinitatis, non est baptismus. Sed quid si dicis, baptizo te in nomine Christi?

B Theologi dicunt valere. Canonici dicunt non valere, quia data est certa forma in verbis, & non licet maiores mutare, nec variare formam illorum verborum. Tamen in hoc considera duas formas: vnam substantialem, & aliam accidentalem. Si mutatur forma substantialis, puer non est baptizatus in mutando, vel omitterendo substantialem formam. Similiter in accidentalibus, sicut in faciendo aliquid ad fontem imponendo sal in ore insufflando, dando candelam in manu, & caetera, quae fiunt in illo actu baptismatis. Nam ista sunt de accidentalibus baptismatis: quia licet non sit de sale, & alia non interueniant: tamen erit baptizatus, dummodo substantialia intercesserint. Sed si aliquid de accidentalibus ipsis omisum fuerit, sacerdos peccat mortaliter, si per negligentiam id fecerit.

C Secundo quaero, vtrum vnquam liceat mutare, vel corrumpere aliquod verbum substantiale, & dico vt supra, quod non, quia tunc non esset baptizatus: vnde quando mittis pro aliqua, vel pro aliquo in casu necessitatis, vt baptizet, fac dicere verba requisita ad baptismum: quia si nesciret, vel corrumpere aliquod verbum substantiale, non est tuus puer baptizatus, & hoc potest tripliciter accidere.

D Primo modo per malitiam, quia baptizans peruertit, vel omitteret aliquod verbum, vel malitiose dicat. Ego baptizo te in nomine patris, & filij, &c. Quandoque per ignorantiam, sicut accidit in mulieribus, quae propter ignorantiam dicunt, dona bessodia: quia omne verbum baptismatis est ita substantiale, quod corrumpendo unum verbum minimum, non esset puer baptizatus. Sic nec in consecrando corpus Christi, sicut accidit in duobus sacerdotibus, quorum vnus dicebat, qd in consecratione debebat dici, hoc

est corpus meum. Et alij dicebat, qd homo debet dici corpus meus, & post varia conpromiserunt in Dominum plebanum magis ignorantem, qui dixit, ad quid valet dicere tot truffas: ego dico Aue Maria, & subito expedit me. Et nota, quod sic dicendo, non valet: vide de hoc. c. retulerunt, de consec. ubi dicitur, qd in baptismate dicendo, nomine patris, & filio, &c. & non corrumpitur: unde nota, qd corruptio verborum potest fieri dupliciter, vel in principio, vel circa finem. Si corruptio verbi sit circa finem, est malum. Sed tñ non irritatur substantia rerum, sicut bergabenses, qui dicunt peter, quando uolunt dicere Piero, & dicunt ueter, &c. quia si Domina baptizans dicat, in nomine patris, & filia, &c. valet baptismus. Sed mutando principium, sicut dicendo, in nomine patris, & filij, & Spiritus sancti, & huiusmodi, tunc non valet. Tertiu dubium est, si licitum est iungere alia verba, scilicet in nomine B. Mariae Virginis, & omnium Sanctorum, &c. & tunc hoc potest dupliciter accidere, quia aut baptizans hoc facit, ut sit difformis ab ecclesia, & propter facere mundum suo modo, vel inducere nouam sectam, & non valet. Similiter dicendo, in nomine patris, qui est omnipotens, &c. aut hoc iungit, vel facit supradicta per simplicitatem, quia dicit, in nomine Patris, & filij, & Spiritus sancti Amen. Et in nomine B. Virg. Mariae, & omnium Sanctorum: & tunc facit propter simplicitatem, & non propter difformitatem ab ecclesia, valet, & ratio potest esse, quia utile per inutile non vitatur. Quartum dubium est. Si dicendo, ego baptizo te in nomine patris, o clerice ueni huc, & filij, & tu scribis mustum, &c. nunquid ualebit baptismus? & dico qd non, quia in illis uerbis nulla interiectio debet intercedere, sed successiue sine ullo interuallo tpsis uerborum, aut interiectionis interuenientis fieri, & proferri debet, & aliter non valet. Sed quid si propter senectutem, uel algerationem, aut aliquam causam baptizando presbyter du dicit, in nomine patris, tu scedo facit hen, he, hen, & sic tuscendo continuado dicit, & filij, & Spūs sancti, hen, hen, hen, hu, hu, hu, nunquid valet baptismus? & dico qd valet. Quintum dubium, quærunt Doct. si licet praepone, uel postponere, uel interponere aliquod de dictis uerbis substantialibus sic dicendo. Ego in nomine patris baptizo te, & filij, & Spiritus sancti: uel ego baptizo in nomine Patris, & filij, & Spiritus sancti. Docto. in hoc uariat, tñ tutius est tenere, qd

A in hoc puer sit baptizatus. Sextum dubiū quia sit Docto. nunquid, qñ dña pręgnans moritur, puero existēte in corpore puer ille nondū natus possit baptizari? Aug. dicit, q̄ nō natus baptizari nō pōt: tñ si caput pueri solum est de foris vidēdo periculum, pōt baptizari: sed si habet aliud mēbrum, q̄ caput de foris, expectādum est, q̄ exeat totū, si est sperandū, q̄ debeat exire: sed si est periculum, & non speratur q̄ exeat, tunc potius est sperandū de misericordia Dei, q̄ de iustitia, & ideo isto casu potius est baptizāndus, & pes, aut manus, seu mēbrū exiēs, &c.

B q̄ non habendo semper spem misericordię Dei: p̄ obiecto, q̄ misereatur illius animę. Septimum dubiū, puer nascitur cum duobus capitibus, vel cum quattuor brachijs, vel nascitur monstruosus: quęro, nunquid debet baptizari semel tñ, tanquam vnus tñ, vel bis super vtroque capite, tanquam censeantur esse duo, & duę aīę, ad instar vnus, quem audiui magistrū meum vidisse, qui de vltromontanis partibus ibat Romā, qui habebat duo capita, & dico q̄ quia habent duas aīę, debet baptizari singulum caput de per se, vnum post aliud. Sed nūquid possint ambo capita simul baptizari? dico q̄ in casu necessitatis possunt baptizari, aliās aut non. Sed quid in dubio, si est dubiū sint duę aīę, vel vna sola in corpore? dico q̄ debet primo baptizari vnū caput pure, & simpliciter. Secundum debet baptizari fm̄ sub conditione, si sunt duę animę in illo corpore, &c. Octauum dubium est, si puer debet in continenti, & cito baptizari. Et Doct. dicunt, q̄ pueri debent cito baptizari pp̄ periculum vitę. Secunda rō, quia dæmonii nō hēt tantā potestātē in puero baptizari, sicut in nō baptizato, vel male baptizato per presbyteros ignorantes, vel per malitiam seu per alium ex supradictis modis, & tunc matres dicunt, quōd strigę deualtāt eos, & sunt male insontrati, &c. Alia tertia ratio est, quia pueri, quando in pueritia baptizantur, melius instruuntur in fide, quā essent maiores. Sed quid si aliquis eēt magnus infidelis, sicut Iudæi, saraceni, & huiusmodi, & velit baptizari, nunquid subito? sine mora debeat baptizari? dico quōd tales infideles nō debent ita cito baptizari, ne fides nostra christiana deludatur.

Nam primo debent doceri in fide, & circa articulos fidei, & quid, & qualiter, & quō debent credere, & viuere secundum fidem Christi. Et postquā sunt bene instructi, si perseuerant in bona voluntate si-

dei Christi, tunc in nomine Iesu Christi baptizentur, quia multotiēs Iudæi deridendo fidem nostram in diuersis prouincijs faciunt se pluries baptizare, & taliter vendicant sibi denarios.

Tertio vt sint magis preparati. Tamen Docto. dicunt, quōd si talis Iudæus esset discretus, & haberet noticiam nostrę fidei, potest subito baptizari.

Nona quęstio est, si Abbas, vel monachus, vel frater regularis potest esse compater. Docto. dicunt quōd quilibet religiosus leuando filios, peccat mortaliter, vt i. 6. quęst. i. in c. cum placuit, & de consecra. c. non licet, & ratio non potest esse ne fiant domestici commatrum suarum.

Decimum dubium si licet habere plures compates: ad hoc dicendum est, quōd scienda est multitudo compatrum, quia propter nuptias conficiendas inter filios, & filiocias, inter quos est quędam fraternitas spiritualis, & ideo gratia honestatis non potest haberi nisi vnus compater de iure canonico, vt de consecr. dist. 4. c. Non plures. Et nota quōd compates sunt obligati admonere, & castigare, & docere filios suos articulos fidei, scilicet Credo, & Pater noster, & Aue Maria, si non habeant parentes, qui doceant eos. Tamen in sexto dicitur, quōd si plures sunt compates, tamen tenet compaternitas, quia multa fieri non licet, quę tamen facta tenent.

Tertia pars principalis.

Sequitur tertia pars prædicationis nostre. s. quantum pertinet ad mysterium baptismatis: vox Domini. Circa q̄ nota tria dubia. Primum dubium est, nunquid cuiuslibet liceat baptizare? Et ad hoc Respon. q̄ aut interuenit necessitas, aut non. Si non interuenit necessitas, & tunc solo sacerdoti conuenit baptizare, & isto casu vbi non est necessitas, baptizans alius, quas sacerdotes semper grauiter mortaliter peccat, & similiter omnes consentientes, & non prohibētes, cum possint, mortaliter peccant, nisi in casu necessitatis, & periculo mortis, vt dixi: quia vbi imminet periculū manifestum de morte pueri, omnes tam masculi quā foeminae baptizare possunt. Sed nunquid Iudæus poterit in isto casu baptizare? Ad hoc respondeo, quōd Iudæus licet non credat in Sacramento baptismatis, si benedicit verba substantialia, & intendit facere illud, quod vult sacrosancta mater ecclesia, & quod

A & quod credit ecclesia Romana, seruando bene ordinem verborum, & credendo in genere illud, quod credit ecclesia Romana, quōd baptizatio talis iudæi valet.

Sed nota, quōd vbi potest haberi presbyter, nullus alius baptizet. Si presbyter haberi non potest, quæratur diaconus, deinde subdiaconus, & sic de alijs secundum ordines institutos in ecclesia. Et si tales haberi non possunt, tunc si aliquis masculus haberi potest, eligatur potius masculus, vt baptizet quā foemina: si autem tunc in subsidium mulier baptizet in casu magnę necessitatis, vbi alij prædicti reperiri non possunt.

B Sed si dubitauerit, quōd mulier non bene baptizauerit puerum, quid sciendum? dico, quōd non licet reiterare sacrum baptismum: & ideo presbyter dicere deberet; ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, in casu in quo non sis baptizatus, vt de prædictis plenē habes de consecra. in c. mulier, & in c. Roman.

C Sed pone, presbyter non vult baptizare sine solutione. Doct. distinguunt, quōd si presbyter vult vendere aquam, cum qua debet baptizare, vt puta, quia est in loco, vbi non habetur aqua, nisi ematur: & tunc tu potes emere ipsam aquam sine peccato, & ipse etiam vendere potest sine peccato, ex quo ipsam emit. Aut presbyter vult vendere Sacramentum: & tunc dico, quōd debet potius abstinere ab illo baptismate, & mori non baptizatus, quā emere illud Sacramentum, quia tali modo moriendo habetur pro baptizato, & hoc intelligere debes in magno, qui habeat voluntarem baptizandi: in puero verō baptizando ipsum non est peccatum. Sed nunquid licet hæretico, suspenso, vel excommunicato, siue scismatico baptizare? Respondeo, q̄ non, nisi in casu necessitatis, vbi alij reperiri nō possent, seruando formam verborum, &c. Sed nunquid Angelus potest baptizare? dico, quōd non, nisi ex dispositione, Deus illud præciperet.

D Nūc vero ego quęro. Est vnus paganus in aliqua extrema parte mundi, qui nunquam audiuit nominare Christum, nec eius fidem, semper facit bonum, & mortaliter viuit, & non peccat: & si peccat cōteritur, & seruat legem naturalem, & tamē est dispositus, quōd si sciret fidem Christi baptizari: nunquid iste talis saluabitur, vel damnabitur? Doct. dicunt, quōd iste talis licet seruet legem naturę, & sit apud con-

uertit, & baptizari, si haberet noticiam fidei Christi, tamen moritur damnatus: tamen sperandum est, quōd si huiusmodi persona reperiretur, quōd a Deo aliquo priuilegio prouideretur sibi, vel inspirando taliter, quōd veniret ad loca, vbi haberet noticiam fidei, & posset baptizari, vel quōd per Angelum ex diuina dispositione baptizaretur. Ita quōd posset secundum ordinatam iustitiam saluari; sed nunquid Angelus possit ecclesiam consecrare: & dico, quōd non, nisi ex imperio Christi, sicut de ecclesia sancti Michaelis Archangeli.

E Sed nunquid diabolus potest baptizare dicendo verba? Doct. dicunt, quōd non, & diabolus non potest habere bonam intentionem, nec potest facere, nisi malum.

G Sed quęro, si in sacro baptismate intentio est necessaria? dico, quōd sic, saltem in genere, licet non sit actualis: verbi gratia presbyter preparat aquam, & omnia necessaria ad hæc sacramentum, & baptizando similiter in consecrando mens sua vadit in lebetem, quid bullit in pignata, vel in foro: & nihilominus dicit verba, & dicendo infundit aquam habendo intentionem generalem ad illum actum; licet non habeat ipsam actualem? dico: quōd nihilominus est baptizatus. Et idem in consecratione corporis Christi, & similibus: sed si baptizans, vel consecrans non habet intentionem, vel est ebrius, vel fatuus, & mentecaptus, baptizare non potest.

H Sed quęro, puer moritur: sunt plures concurrentes propter periculū imminens mortis, ne moriatur sine baptismate: vt puta viginti ibi astantes, qui omnes simul dicunt cum intentione baptizandi infundendo aquam. Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Nunquid erit baptizatus? dico, quōd sic, vbi autem necessitas non foret, non liceret aliter baptizare, quā supradictum est: & hoc quantum ad materiam baptismatis pro nunc dicta sufficiant, quę intacta pertransire non voluit, quia sapius hæc accidit, frequenter: vt viri, & mulieres imperiti sciant, si occurreret aliquid ex dictis casibus, quid facere debeant.

A DE PURGATORIO.

Sermo. XV.



Isericordia. Et iudicium catabo. Psalm. c. In quo sacro eloquio secundum ista tria verba nota tres status animarum, quæ sunt in purgatorio. Vnde capio

primum statum, & intendo procedere per dubia declarationes. Vnde moueo quatuor dubia. Primum est hoc, ubi est purgatorium: secundum dubium est, qui sunt, & qui vadunt ad purgatorium: tertium est, quas poenas habent animæ, quæ vadunt ad purgatorium: quartum, qui sunt torquentes animas illas, quæ vadunt ad purgatorium.

Ad primum dubium describunt Doct. quatuor sunt purgatoria. De primo in dialogorum, Gregorius facit mentionem, dicens, quod est in Sicilia in Monte de Betena, ubi nauigantes sæpe audierunt voces petentes eleemosynas spirituales, & temporales; & qui fuerunt ibi, dicunt, quod in illo monte semper est magnus ignis, & semper projicit cinerem, sicut dicit Augustinus de ciuitate Dei, quia semper ardet.

Secundum purgatorium stat in centro terræ, in loco arcto & priuato, quia qui habuerunt proprium arctum, & priuatum amorem in hoc mundo plusquam Deo, dabitur ille locus arctus in centro terræ. Et per contrarium: beati stabunt in loco latissimo, & ameno paradisi, quia amor eorum fuit latissimus versus Deum: & si recordaris, aliàs dixi, quod quatuor sunt loca in inferno: & inferior est locus, ubi sunt demones. In secundo superiore loco magis sursum est purgatorium, ubi stant purgantibus sua peccata.

In tertio loco superiore stant animæ puerorum non baptizatorum innocentiū a proprio peccato: sed mortuorum in peccato originali; &c. quartus locus superior est limbus, ubi stabant sancti Patres.

Tertium purgatorium reperitur esse in hoc mundo, & non intelligas, quod loquar, quod purgatorium in hoc mundo sit respectu laborum, quos portas in presenti vita: quia Gregorius dicit in dialogo, quod quandoque animæ in hoc mundo superant aliqua peccata leuia, & permissione diuina faciunt purgatorium in hoc mundo, sicut de Paschasio ipse refert, &c.

Sed quæro nunquid spiritus, qui ascen-

dunt aliquas personas inspiratas dicentes E quandoocunque facietis talem eleemosynam, vel mitteris unum ad sanctum Iacobum, &c. Nunquid facient suum purgatorium in hoc mundo? similiter de folletis, qui quandoque reperiuntur conuersari, & loqui & stramazare in domibus, quid dicendum de his? Et ad hoc respondeo, quod si est anima damnata, non est possibile, quod stet in illo corpore spiritati: quia aut anima est in corpore, vel extra corpus: Si est in corpore, non potest intrare aliud corpus: aut est extra corpus, & tunc aut est in paradiso, & non curat recedere inde, & venire huc, & intrare fetida corpora inspiratorum. Si est in inferno, satis habet facere ibi de suis tormentis absque eo, quod vadat torquendo alios: aut est in purgatorio, & iam illa anima est sanctificata, & habet arrhas paradisi, licet purgatur, nec curat discurre mala operando, quia est conformata, & non potest mala facere, sed purgat mala iam perpetrata in hoc seculo. Et per consequens fatuum est credere, quod aliqua anima possit mirare corpora aliorum. Vnde quando tu vides aliquem inspiratum vexatum ab aliquo spiritu, dicente, quod ipse est animatus, nunquam facias illud quod dicit, quia est diabolus vexans illum. Nam omnis homo habet duos spiritus; unum bonum, & unum malum: & ille malus spiritus potest scire omnia facta illius, ad cuius custodiam datus fuit: & talis malignus spiritus vexat aliquam personam, dicit se fore animam illius talis, ad cuius custodiam deputatus fuerat propter cooperire se, & quia non posset fieri peius, quam facere dicere missas unum paruum sacerdotem, quia tunc demones gaudent, quia celebrans indignè, peccat mortaliter: & licet videatur illum spiritum dicere aliquas veritates, illud facit, ut adhibeas fidem suis dictis, & sub vero velabit aliquam falsitatem, & aliquem errorem, ut te inducat in illum errorem, & in illam falsitatem, sicut quando miscentur cum melle, & zucharo venenum. Vnde nil credas istis spiritibus, & follettis, nam differunt ab inspirationibus datis a Deo. Et nota, quod quedam mulier, quæ erat auia unius fratris, retulit, quod una eius vicina pepigit cum eius marito, & contra, quod quis eorum præmoreretur, superstes daret omnia, quæ habebat pro Deo. Accidit, quod vir primò mortuus fuit: eius vxor non expectato anno subito nupsit, & nil dedit pro Deo: transacto aliquo tpe, auia huius fratris, quæ nupserat,

dum

A dum dormiret apparuit ei in somnis, quod intraret ecclesiam, ubi erat sepultus maritus vicinæ suæ, & vidit maritum vicinæ suæ præmortuum clamantem coram Crucifixo: iustitia, iustitia, iustitia. Et postquam benedixit, voluit se versus auiam disti fratris, dicens, commater, rogo vos, quod eatis ad vxorem meam: & sibi dicatis, quæ vidistis, & dicite sibi pro parte mea, quod nisi fecerit eleemosynas de patrimonio, quod sibi reliquit, sicut mihi promisit hinc ad triginta dies, quod in fine triginta dierum subito morietur: qua ambasciata eidem relata: illa truffando dixit, vos eratis modo bene ebria. Ego feci quod debui, & nihil de his facere voluit. Et transactis triginta diebus, dum lauaret vnum vas, & vellet projicere aquam infra fenestram, præcipitavit se ex illa fenestra, & mortua est in illo præcipitio: vnde potuit esse Angelus, qui inspirando fecit illud apparere illi mulieri.

Quartum purgatorium est ignis, de quo supra alias tibi dixi in prædicatione: ibunt in supplicium, &c. ubi dixi, quod erunt quatuor ignes, & erit ignis purgatorij illorum, qui purgabuntur in hoc seculo.

Secundum dubium, quærent Doct. qui sunt, qui vadunt ad purgatorium. In quo nota quatuor veritates: prima veritas, quod nullus vadit in purgatorium, qui moritur in peccato originali, sicut sunt pueri, qui moriuntur sine baptisate, vel male baptizati. Sed nunquid huiusmodi animæ puerorum non baptizatorum, vel male baptizatorum patiuntur aliquam poenam in inferno? In hoc sunt duæ opinionēs: aliqui dicunt, quod habent solum poenam priuationis gloriæ: aliqui Doct. ut Gregorius dicit, quod habent poenam etiam ultra priuationem gloriæ. Notate ergo, de vobis mulieres indiabolatæ, quæ propter vestram culpam facitis abortiuum, & mittitis illas animas ad inferos, quid erit de animabus vestris, quas orationes creditis, quod innocentes damnati fundant pro vobis? sed quid dicemus de illis diabolicis mulieribus, quæ postquam fecerunt se damnabiliter impregnare, faciunt cum suis herbarijs, & stricturnis se disperdere? quid de illis, quæ postquam pepererunt in lucem, suffocant partum etiam. Nam tales multo grauius peccant, quam si interficerent hominem magnum: quia anima illius magni potest saluari, & est saluata: sed in abortiuo, & disperso, quia non habet baptismum, saluari non potest: & ideo Doct. dicunt, quod

circum actum matrimonij non debent habere tantam rabiem, quod ponant se in periculo disperdendi, & perdendi animas filiorum: quia tu vir, si bene considerares ista pericula, & peccata, quæ inde prouenire possunt, te abstineres, quando videres vxorem tuam pragnantem.

Secunda veritas est, quod illi vadunt in purgatorium, qui sunt in aliquo peccato veniali, vel qui non fecerunt debitam poenitentiam in hoc mundo pro suis peccatis: circa quod distingue, quod aut cofessor dat tunc paruam poenitentiam, & non tantam quanta est condigna pro satisfactione tuorum peccatorum, & tunc tua anima vadit in purgatorium: & ibi stat, donec purgetur. Sed si tantam dat poenitentiam, quanta sufficit, tunc non vadit in purgatorium: aut datur maior poenitentia, quam sit condigna, & expediens tuis peccatis, & tunc anima illa salit in paradysum cum maiore gloria. Ideo gaudeatis, quando datur vobis magna poenitentia. Vnde Prouerb. 25. cap. de animabus isto modo purgatis, leua rubiginem de argento, & erit vas purissimum. Ita accidit in anima purgata, quæ relucet absque vlla macula.

Tertium dubium, quærent Doct. quæ poenæ, & quantæ sunt in purgatorio: & dicunt, quod animæ dupliciter tormentantur in purgatorio, vno modo, quia sunt priuatæ, seu semotæ a consolatione Dei. Secundo modo, quia habent poenas similes poenis infernalibus; sed differunt ab animabus, quæ sepultæ sunt in inferno, in hoc quia damnati sunt in æternam, æterna gloria paradisi, & sentiunt æternam poenam sine spe redemptionis: quia in inferno nulla est redemptio. Et nota, quod damnati habent maius tormentum propter priuationem æternæ gloriæ, quam poenæ æternalis. Exemplum duorum, quorum vnus est filius Regis, qui sperat succedere in regno patris: & alter est filius vnus rustici, qui semper speraret esse fatigatus circa opera ruralia, & vterque eorum captiuaretur, & poneretur vniformiter in eodem carcere, & in eodem aculeo tormenti. Vterque haberet labores, & poenas, quis putas haberet maiorem poenam, an rusticus, vel filius Regis? certè rusticus, qui semper fuit solitus circa labores, & cibaria grossa, non tantum curabit de huiusmodi poenis, quantum filius Regis, qui plus dolebit de regno gloriæ maiestatis suæ deperdito, quam de poenis illius acerrimi carceris. Similiter

A a z accidit

A accidit in damnatis maximè Christianis, pensantibus, quòd erant filij adoptiui aeterni patris, & essent reges coronati, & possiderent regnù Dei, & fruerentur ipso Deo, & videret se fore priuatos sequendo fetidù mundù: ex quo vitra poenas sensituias, habent tantam pœnam. Et Aug. dicit, quòd est tanta damnatorum pœna sensituiua, purgatiua, & dolor, & sensus omnis generis tormentorum, q̄ in hoc mundo cogitari non potest, nec probari, nec aliter considerari; quia omnes poenæ, quæ possunt excogitari in hoc mundo, & poenæ Christi, & omnium aliorum Martyrum, cæterarumq; personarum, & creaturarum, nihil sunt respectu poenæ purgatorij: & tãtam interest inter ignem nostrum naturalem ab igne purgatorij, quantum differt ignis pictus a vero igne naturali. Idem in igne infernali. similiter gaudium animarum, quæ sunt in hoc mundo, nihil est sine comparatione a gaudio paradisi. Quartum dubium est, a quibus animæ tormentantur in purgatorio? Aliqui dicunt, q̄ sunt illi dæmones met, qui fecerunt illas peccare, quia boni Angeli non torquent: tamen ipsi Angeli boni sunt abstractiui gratiarum Dei ad instar Iob. Cui Deus subtraxit gratiam, & demum peccauit. Aliqui dicunt, q̄ dæmones non possunt tormentare animas purgatorij, nisi per visum: quia animæ videndo terribilitatem dæmonum terrentur, & dæmones ipsi incutiunt terrores: tamen in hoc mundo in aere possunt tentare animas, & facere ipsas peccare.

Secunda pars principalis.

Sequitur secunda pars, seu status iucunditatis animarum existentium in purgatorio. Et nota verba proposita psalmsi nostri, quia dicit. Misericordiam, & iudicium cantabo. Nam animæ positæ in purgatorio, licet torqueantur, tamen cantant, & plangunt, quòd est mirabile. Vbi nota quatuor dubia: primum dubium est, quare cantant in purgatorio: Secundum, de quo cantant: tertium dubium, quæ animæ plus & melius cantant: quartum dubiù, de quo melius cantant. Dico, q̄ primum dubium est, quare cantant? ad quòd respondeo, q̄ quatuor sunt causæ, quare cantant: prima causa est, quia vident se esse in gratia confirmatas; secunda causa, quia vident se esse de gloria certificatas: tertia causa, quia sunt de iustitia innamoratæ: quarta causa, quia sunt

de charitate Dei humiliatæ. Dico, q̄ primâ causa suæ iubilationis est, quia sunt in gratia Dei confirmatæ: vnde nota, q̄ omnis aia purgatorij est confirmata in gratia Dei, & est certificata de ipsa gratia Dei. Nam in hoc mundo nullus scit, vtrum sit dignus odio, vel amore diuino, & sunt ita certæ aia illæ felices purgatorij, q̄ dolentes, & purgantes se, semper iubilant, sicut martyres, qui ibant gaudentes ad martyrium, quia videbant, q̄ de illa morte quaq; pati debebant, debebant mortè æternâ vitare, & debebant certificari taliter, q̄ non poterat de vita æterna priuari? Et sicut si rex te adoptaret in filium, & obligaret tibi regnù taliter, q̄ sperares successionè illius regni: certè tu valde iubilares, sperans indubitanter coronari: ita accidit in illis foelicibus animabus purgatorij. Alia ratio, quia iam sunt beatæ per spem certificatæ, q̄ non possunt priuari gloria paradisi: sed in hoc mundo licet habeamus gratiâ, tamen semper sumus dubij perdendi ipsam diuinâ gratiâ, quia sumus subiecti peccatis: & propter vnû peccatum mortale perdimus gratiâ Dei acquisitâ: ita q̄ in purgatorio sunt certi de gratia, & licet sint certi de ipsa gratia Dei, tamen non sunt certi de gloria. Iquâ gloriâ, & quantâ habebunt: vnde nota, q̄ sunt tres status. scilicet natura, gratia, & gloria. Et nō pōt haberi status gratiæ sine statu naturæ: nec potest haberi gloria sine gratia, in hoc mundo nos sumus certi de statu naturæ: sed nō gratiæ, neq; gloriæ. In purgatorio verò animæ sunt certæ de statu gratiæ, sed non gloriæ. In paradiso autem sunt certæ de statu gloriæ: tamen in hoc mūdo sumus certi de gloria per spem mediâtè gratia. Et ideo nō est mirandù si animæ pp certitudinem, quam habent de ipsa gratia, & futura gloria cantant, & iubilant. Et ideo ego paciscerer de stando p cetera millia milliū annorum in purgatorio, quia essem certus de gloria paradisi: ò munde tenebrose, tu nō intelligis, neq; cogitas mysteria Dei, & pericula quibus subiacet perditionis æternæ, & quia non cogitamus ista, non est mirum si mergimur in profundum. Tertia causa, quare gaudent in purgatorio, est, quia sunt de iustitia innamorati ad instar boni filij habentis bonum intellectum, quem mater verberat corrigendo suum errorem, dicens, fili mi, tu peccasti. Ego volo corrigere tuum peccatù. Nā sensualitas filii dolet, sed fert patienter verbera, quia videt, q̄ iustè corrigitur. Ita accidit in animabus, quæ pur-

A purgat sua peccata in purgatorio, quia quanto magis intelligunt iustitiam Dei se purgando, vt magis reluceant in æterna gloria: tanto magis patiendo gaudent; iuxta illud. gaudebit iustus cum videbit vindictam, & dicit iustus in sanguine peccatorum, &c.

Quarta causa, quare gaudent animæ in purgatorio est; quia abundant in charitate. Nam Vgo de sancto Victore vult, quòd anima in hoc mundo potest venire in tanto statu charitatis, quòd sensualitas potest se concordare taliter cum ratione dicendo, fiat voluntas tua, quòd plus gaudebit de aduersis, quàm de prosperis in tantum, quòd vellet in æternum stare in purgatorio, si esset talis voluntas Dei. Et potest esse ita vnita cum voluntate Dei, quòd vellet potius stare semper in purgatorio cum gratia Dei. Vnde Eccl. 4. c. considerando dubium animarum, & pericula ipsarum in hoc mundo, & complacentiam iustitiæ, in se reuertens dicit, laudauit magis mortuos, quàm viuentes, scilicet existetes in purgatorio, &c.

Secundum dubium, scilicet de quo gaudent, & sunt quatuor bona, quæ faciunt animas gaudere; primum est sanctorum oratio, secundum est iustorum coniunctio, tertium est ipsorum perfectio, quartum est nostra subuentio.

Dico, quòd primum est sanctorum oratio. Nam omnes sancti de paradiso videntes ipsas animas purgatorij futuras eorum socios, & debere replere sedes paradisi cum beata Virgine matre Dei, orant Dominum nostrum Iesum Christum pro eis, quia desiderant ipsas animas salire in paradysum, & sæpe Sancti, & Angeli vadunt in purgatorium ad confortandum animas, & maximè Angeli, qui fuerunt deputati ad custodiã illarum animarum.

Secundum bonum est iustorum coniunctio, quia Christus est caput nostrum, & omnes sancti sunt membra. Vnde Paulus; Christus caput est, nos membra eius; & sic vides, quòd membra simul ligata se mutuo adiuuant. Sed si manus est abscissa, non potest iuuare: sic animæ existentes in inferno, sunt membra abscissa, & non possunt se iuuare; immo sunt in omni genere discordiæ, & sicut os comedit non solum pro suo commodo; sed pro utilitate omnium membrorum, vt vnum membrum adiuuet aliud. Ita in paradiso iusti omnes orant omnes pro existenti-

bus in purgatorio, sicut quando dicitis Pater noster, prodest omnibus. Vnde Dauid; participes sum omnium custodientium mandata tua, & timentium te. Vnde si fit bonum per aliquem in Francia, prodest etiam tibi: si tu es gratia, & omnibus existentibus in gratia; ita quòd quilibet habet partem suam illius boni; sed vnus habet maiorem partem, quàm alius, scilicet tantum quantum habet plus gratiæ altero; sed quid si dicitis Pater noster, pro vna persona tantum, quòd sensualitas potest se concordare taliter cum ratione dicens, fiat voluntas tua, quòd plus gaudebit de aduersis, quàm de prosperis in tantum, quòd vellet in æternum stare in purgatorio, si esset talis voluntas Dei. Et potest esse ita vnita cum voluntate Dei, quòd vellet potius stare semper in purgatorio cum gratia Dei. Vnde Eccl. 4. c. considerando dubium animarum, & pericula ipsarum in hoc mundo, & complacentiam iustitiæ, in se reuertens dicit, laudauit magis mortuos, quàm viuentes, scilicet existetes in purgatorio, &c.

Tertium bonum est perfectio ipsorum, qui sunt in purgatorio. Vnde Augustinus vult, q̄ si aliquis pauper oret pro diuite, vt conuertatur, & saluetur, & prædicat sibi, & propter suas orationes, & prædicationes, & exhortationes diues ille inducitur ad faciendum aliquod bonum, vel reliquit aliquas eleemosynas si ille diues damnatur dicit, q̄ ille pauper qui orauit pro eo, vel induxit ipsum ad faciendum illud bonum, & illas eleemosynas, habebit magnam partem illorum bonorum, quorum fuit causa; & si saluatur diues ille participabit etiam de illo bono, cuius fuit causa: & ideo oretis pro omnibus, & suadeatis alijs, vt bona faciant quantum possibile est, & conforta aias peccatorum, vt conuertantur, quia de elec-

A mofynis, quæ fiunt pro animabus eorum participabis. Similiter vxores confortant maritos ad bene viuendum, & ad lucra licita, quia participabunt fecum de eorum precibus, orationibus, & eleemofynis, quæ fiunt pro eis: Vnde oratio mea in sinu meo conuertetur, s. oratio, quæ fit pro peccatoribus: quia qui pro alio orat, pro se laborat. Quarta causa quare animæ in purgatorio gaudent, sunt bona, & eleemofynæ, quæ fiunt in hoc mundo. Et notatur 13. q. 1. cap. animæ, q. quatuor sunt bona, quæ possunt fieri pro animabus: quia aut celebrantur missæ, vel fiunt eleemofynæ, vel ieiunare potest dici ieiunium: unde bonum super nos est corpus Christi, intra nos est oratio, apud nos est ieiunium. Extra nos eleemofyna, & possunt reduci ad duo bona, s. vel iustitiæ aut gratiæ generalis, sicut missa, aut gratiæ spiritualis, & particularis, vt oratio: iustitiæ, & tunc aut deliberatiue, vt remittere offensam, vel debitum: aut satisfactiue, vt facere eleemofynas, & ieiunium. Sed missa est maius bonum, q. possit fieri pro animabus propter communicationem corporis Christi. Nam vna missa est sufficiens euellere omnes animas de purgatorio. Sed quero, qualiter animæ possunt scire si fiunt legata, & relicta per eas, & si commissarij fraudant eas, & quæ eleemofinæ fiunt pro eis? Ad hæc dico, q. hæc possunt scire quadrupliciter, vel per illuminationem diuinæ inspirationis infusæ in ipsis animabus, vel per reuelationem Angelorum, vel quia eis referuntur per alias causas, quæ de hoc sæculo recedunt, scientes prædicta: quia dicunt, filius tuus noluit mihi dare legatum, quod mihi reliquisti, &c. Quarto modo, possunt scire per experientiam: quia sentiunt sibi alleuiare poenas, quemadmodum gamba debilis sentit, quando tu comedisti, & es refectus; quia est fortior, & melius itinerat, & sic portator oneratus lignis, qui exoneratur de aliqua parte lignorum, qui sentit se alienari. Tertia petitio est pulchra, & breuis. Quero ex ipsis animabus plus gaudet: vbi nota, quatuor veritates. Prima veritas est, q. quotiens tu facis aliquod bonum pro anima existente in purgatorio, ipsa plus gaudebit pro illo bono, quam gauderet magis tribulatus existens in hoc mundo de maiore bono, quod sibi facere posses. Et q. hoc sit verum, proba per rationem: & per exemplum, & per auctori. per rationem: nam qui plus est fa-

tigatus, si sibi subuenitur, magis gaudebit, quam alius minus fatigatus. v. g. vnus est oneratus de libris 25. alius est infirmus, & tribulatus, & est oneratus de vno pondere librarum quingentorum. Cui maiorem facies gratiam an illi, qui habet 25. lib. ponderis, aut illi qui habet quingentorum, & est infirmus, & fatigatus? si ex exoneras eos, certè non est dubium, q. facis sine comparatione maiorem gratiam illi, qui habet lib. quingentorum. Concluditur in proposito: nam esse in purgatorio est habere pondus lib. quingentorum, respectu tribulationum huius mundi, quæ omnes simul iunctæ nihil sunt respectu tribulationum animarum purgatorij. Secunda veritas est, q. quotiens tu facis aliquod bonum pro anima existente in purgatorio, tibi magis prodest, & plus mereris, quam faceres decem, tantundem pro vno existente in hoc mundo si esset carceratus, infirmus, nudus, & famelicus: nam quanto tu facis magis egenti, tanto magis est bonum: quia si vides vnū senem infirmum, & vnum iuuenem sanū, melior est eleemofyna senis infirmi, q. iuuenis sani, quis maiorem habet necessitatē senex, quam iuuenis: & licet charitas exigat, q. superueniatur proximo in suis necessitatibus, tamen placet Deo, q. succurratur prius in maiore necessitate constituto, quam minus egenti, & per consequens plus meretur dare pro animabus existentibus in purgatorio in hoc mundo, quia magis egēt, & non possunt promereri: tamen bonum est etiā facere proximo in hoc mundo bonum, quod fieri potest. Et nota contra capitaneos carcerum & officiales, qui occupant eleemofynas carceratis datas, qui non possunt querere; quia maximum peccatum faciunt, & debent distribuere plus egentibus fideliter. Tertia veritas, quæ tene menti, est, q. quotiens tu facis aliquas eleemofynas pro animabus parentum tuorum, plus valent ipsis, quam alijs, contra illos, qui dicunt, q. si facis dicere aliquam missam pro anima alicuius, q. omnibus alijs animabus confert. Circa q. nota in missa tria merita: vnum est Christi, de quo nullus habet facere, quia vult ipse distribuere cui vult, & quantum in hac parte confert omnibus. Secundum est meritum sanctæ ecclesiæ, & hoc distribuitur, vt infra dicam in quarta veritate. Tertium meritum est illius, qui facit dicere missam: nam potest dare hoc meritum cui vult, sicut si effemus plures, quibus darentur vniciue mille ducati,

vnus-

A vnusquisq. gauderet de mille ducatis, cui libet lociorum: sed illi mille ducati sunt illorum, quibus dantur: vel sicut est in candelâ accensa, quæ lucet omnibus ibi astantibus: sed plus confert illi, cuius est. Similiter si dicis missam quinquaginta, & es obligatus vni, quantum ad meritum dicētis potest dicere pluribus: sed si es obligatus, tu debes dare ipsam missam solum illi, cui es obligatus, ad instar debentis facere dicere p. quinquaginta animabus singulas missas: si dicis tantum vnā missam pro omnibus tempore non satisfactis. Item si dicis vnā missam pro multis, & sis tamen vni obligatus, valet solum illi, pro quo es obligatus. Quarta veritas est, q. si sunt plures communes, & dicantur communiter missæ, sicut in die mortuorum, q. plus percipiunt, seu participant de illis missis animæ, quæ sunt in gratia, quam aliæ, & quanto plus sunt in gratia, tanto magis participant de ipsis. Vnde Franciscus de Marone dicit, q. in bonis communibus sicut relinquere hereditatem pauperibus Christi, & q. celebrentur missæ pro animabus defunctorum, &c. q. in huiusmodi plus participant illæ animæ, quæ habent maiorem gratiam, & plus gratiæ apud Deum, quam habentes minus gratiæ, ad instar militantium in diuidendo prædam, seu butinum communiter factum, quia valentior miles præferretur alijs, quod si erit aliquis pulcher equus, vel aliqua pulchra armatura, dabitur sibi potius, quam alijs, quia est magis dilectus in ortu militum propter probitatem suam, quam alij. Quarta petitio est, de quo magis gaudent illæ animæ purgatorij, & breuiter dico, q. quanto magis est bonum sibi factum in se, tanto magis gaudent.

Tertia pars principalis.

D Sequitur tertia pars principalis nostræ prædicationis, seu tertius status animarum in purgatorio existentium per illud verbum, quod subiungit, misericordiam. Quero, de quo cantabo misericordiam? s. de isto tertio statu, & videbimus in hoc quatuor veritates. Prima veritas est, secundum Franciscū de Maiorano: quia quanto magis ille, qui facit aliquod bonum per defectum est in maiore gratia Dei, tanto magis placet Deo, & animæ recipiunt maiorem consolationem, & premium: quia quanto est magis iniustus, plus valet, & prodest animabus: quia Deus est magis conformis, &

gratus suæ orationi, quam alterius non iusti, quemadmodum si amicus dominationis peteret aliquam gratiam pro aliquo ipsi dominationi, magis exaudiret eum, quam si foret suus inimicus. Secunda veritas est, q. eleemofyna facta a iusto pro defunctis, plus placet animæ in purgatorio existenti, & maiorem consolationem recipit, quam facta ab vno peccatore, & iniusto. Ratio est, quia ex quo illa anima in purgatorio existens est in gratia, fit conformis voluntati diuinæ, & placet sibi, quod placet Deo; & displicet sibi, quod displicet Deo. Et sicut Deus magis exaudit orationem iusti, & accipit eleemofynam ipsius potius, quam peccatoris: ita accidit in animabus purgatorij, quia magis placent eis bona iusti, q. peccatoris. Tertia veritas est, q. etiam licet homo sit peccator, & faciat aliquod bonum pro animabus purgatorij, tamen illud bonum potest valere ipsis animabus; & mihi placet, quia est magna confortatio peccatoribus: quia pluries supradiximus in alijs prædicationibus, q. bona quæ peccator facit in peccato mortali, non valent sibi: sed quomodo valebit animabus in purgatorio existentibus, quia videtur, q. nō potest plus conferre alijs, quam in se habeat? Et si bene recordaris, vbi tetigi de ista materia: ego dixi, q. confert peccatori bonum, q. facit in habendo bonam fortunam in hoc mundo, & valet sibi de ribalzo ad consequendum propter illud gratiam Dei, & cōtritionem peccatorum suorum, & sic huiusmodi valet existenti in purgatorio, quia existēs in purgatorio habet poenas temporales: ideo illud bonum potest valere ad breuiandum illam poenam, quæ est temporalis: quia valet peccatori de ribalzo ad gratiam consequendam, & ad fortunas, & honores pro se, & filijs suis, & quantum ad bona temporalia in hoc mundo. Similiter & pariter debent valere, quantum ad bona temporalia animarum in purgatorio locatorum; ideo quamuis sis in peccato, non cesses orare pro defunctis, & facere eleemofynas, & alia bona pro eorum animabus, quia etiam orabunt pro te, q. Deus det tibi gratiā penitentiæ, & conterendi de tuis peccatis. Quarta veritas est ista, q. dato, q. nō valeret illud bonum pro parte illius, qui illud facit, poterit valere respectu sanctæ Ecclesiæ, sicut si hæreticus dicit missam. Nam illa missa non prodest illi hæretico; immo tendit ad eius damnationem. Tamen si dicit secundum ordinem ecclesiæ, illa missa parit meritum

A ecclesie, & meritum Christi, & abbreviatio boni. Et nota, quod si tu scis aliquem manifeste in peccato mortali, quotiens tu facis ipsum celebrare totiens tu participas de illo peccato mortali, cuius tu es causa, et illa talia merita, quae praeueniunt ex celebratione talis missae, nihilominus velis, vel non ipse celebras in peccato mortali, confert animabus in purgatorio existentibus, quoniam ad meritum ecclesiae, & Christi.

Tamen aduerte hic, & distingue inter bonum, quod de sui natura est bonum, & bonum quod accidentaliter fit malum, quia dicere missam est naturaliter bonum: sed si dicitur per presbyterum existentem in peccato mortali, accidentaliter fit malum respectu ipsius dicentis, quia tendit in iudicium suum. Iuxta illud, qui indignè manducat, iudicium sibi sumit: sed quare non confert missa celebranti, sicut elemosyna peccatoris? dico per rationem supradictam: quia missa licet de sui natura sit bonum, tamen dicta per sacerdotem in peccato mortali constitutum, fit malum respectu sui tatum: & sic facta malum prodesse non potest, quia malum nunquam prodest, sed bonum licet fiat per peccatorem, non desinit esse bonum, & per consequens puer debet producere aliquod bonum respectu sui finis. Et haec pro nunc dicta sufficiant: faciamus ergo bonum, ut consequamur gratiam Dei, qua mediante perueniamus ad gloriam paradisi, ad quam nos peruenire concedat misericors Deus per suam misericordiam. Amen.

DE SANCTO FRANCISCO

Sermo XVI.

D **I** vidi alterum Angelum ascendentem ab ortu Solis, habentem signum Dei viui: & clamauit voce magna quatuor Angelis, quibus datum est noce terra, & mari, dicens: Nolite nocere terrae, neque mari, arboribus, quousque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum, &c. In Apoc. c. 7. Sed quæro, de quo intendit sanctus Ioannes loqui. Et certe dico, quod intelligit loqui de sancto Francisco. Et volo vobis dare tria testimonia. Primum est Abbatis Ioachim, qui exponendo Apocalypsim dicit intelligendo de sancto Francisco: hic est ille Angelus, quem Christus per concordiam respicit. Et nota,

quod ille Abbas Ioachim fuit mirabiliter illuminatus: quia miraniliter concordat sacras scripturas: ecce concordiam, quam sanctus Franciscus habet cum Christo, quia habuit stigmata plagarum Christi, in concordantia passionis, & Euangelicæ imitationis, pacis, & paupertatis. Similiter Bonaventura, dum esset generalis, & fuerit Perusij coram vniuersitate, & toto populo quatuor veritates predicauit de isto sancto homine; beato Francisco: dixit enim, quod sanctus Franciscus fuit iste Angelus, de quo loquitur in 7. sigillo sanctus Ioannes, affirmando, quod sanctus Franciscus est idem ille Angelus a sancto Ioanne descriptus, cum signo Dei viui. Secunda veritas, quod intelligitur de sancto Francisco in 5. sigillo. Tertia veritas, quia affirmauit, quod sanctus Ioannes viderat in spiritu sanctum Franciscum habere plagas Christi. Quarta veritas, quia dixit, quod in sexto sigillo in sexta tuba, & in sexta tiala, &c. semper intelligebat de sexto statu ecclesiae, scilicet de ordine fratrum Minorum, quos quatuor veritates Bonaventura dicebat, quod erat certus & certificatus, quod iste quatuor veritates erant veræ, & verificabantur in sancto Francisco, & aliqui volunt dicere, quod de hoc habuit reuelationem, quod in omni senario numero sanctus Ioan. in Apoc. loquatur de sancto Francisco. Tertius, qui intelligit istum senarium numerum, loqui de sancto Francisco, & de sexto statu ecclesiae, fuit sanctus Ioannes, qui fuit sextus Generalis in ordine sancti Francisci, & fuit valentissimus Doctor, & mortuus est in Marchia, & miris miraculis coruscavit, suscitando mortuos, &c. & legi vnum librum, in quo vnus suus discipulus dicit, quod a sancto Francisco, citra, nullus fecit tot miracula, & ut dixit, intelligit illum senarium numerum de sancto Francisco. Similiter in ciuitate Venetiarum in ecclesia S. Marci, beatus Ioachim per centum annos ante aduentum S. Francisci, fecit depingere sanctum Dominicum, & sanctum Franciscum cum stigmatibus Christi in forma, in qua pingitur, & ita ibi videre potes. In quo sancto eloquio demonstrantur tres status. Primus status est radiosæ conuersationis. ibi, & vidialium Angelum. Secundus status est gloriosæ Ascensionis. ibi, ascendentem ab ortu Solis. Tertius amorosæ conuersationis. ibi, habentem signum Dei viui. Et nota, quod S. Franciscus vocatur Angelus propter sanctam vitam & Angelicam, quam fecit. Et de isto primo statu, nec de secundo, & qualiter sanctus Franciscus ascendit

A dit de perfectione in maiorem perfectionem non intendo tractare in praesenti sermone. Venio ergo ad tertium statum, scilicet amoris conuersationis signi Dei viui. In quo tertio statu eleua mentem tuam ad tres contemplationes de plagis S. Francisci, secundum tria mysteria quae videbis. Prima contemplatio erit respectu Christi. Secunda contemplatio erit respectu S. Francisci. Tertia contemplatio erit respectu nostrum. Tolle ergo primum mysterium contemplationis plagarum respectu Christi. Nam in Christo sunt tria. Primo, quia apparet in Christo tria. Primo, quia apparet in sancto Francisco; secundo, quia apparet feruens charitas insita in S. Francisco, & sua clementia transformans: Tertio, quia apparet sua vigorosa potentia conuersans. Dico primo, quod apparet mirabilis sapientia Dei; mediante persona S. Francisci, quia intelligebat mirabilem thesaurum, quem posuerat in sapientia S. Francisci: quem thesaurum voluit inuolare in corpore S. Francisci, ponendo in illo quandoque lapides pretiosos, per quos Goliath fuit occisus, & expulsus de mundo, ad denotandum, quod tempore S. Francisci pauci erant, qui a modo recordarentur de passione Christi, &c. Vnde Christus voluit ponere in corpore S. Francisci istos quinque lapides suae passionis, per quos expelleretur Goliath, id est diabolus infernalis de hoc mundo. Et sciendum, quod quidam socius S. Francisci habuit reuelationem, quod erant discipulati sexaginta millia demonum deputatorum ad pugnandum cum S. Francisco, & multotiens fuit insultatus a demonibus. Et propterea ipse querebat multum solitaria loca, ubi demones citius conuersantur, ut posset secum durius dimicare: & ut maiores tentationes pateretur. Sciebat enim, quod Deus non dat maiorem libertatem demoni aduersus hominem, quam ipse homo velit. Vnde dicebat ipse Christus: ponam te iuxta me iuxta illud prophetiae, ponam te quasi signaculum, quia ego elegi te: & propterea vos videtis, per S. Franciscum semper pingitur cum Cruce in manu. Et nota, quod sunt tria verba: ponam te iuxta me. Primum est ponam. ego, non signaculum, sed quasi signaculum ponam: quia sicut egomet cepi carnem humanam ex Maria Virgine. Et verbum caro factum est. Et sicut ego dedi exemplum personae meae: quia cepi facere, & postea docere; & ita veniam in persona iudicare; ita per me metipsum, ego te signaui, dicens Dominus, nec credas, quod quando san-

ctus Franciscus recepit stigmata, quod apparuit sibi seraphinus; quia fuit Iesus Christus in propria persona in forma Seraphim. Et qui aliter credit, & quod sanctus Franciscus non habuerit stigmata Christi, ipso facto est excommunicatus, haereticus, & maledictus. Et subiungit secundam veritatem: Ponam te quasi signaculum: nam filius Dei est signaculum: & sanctus Franciscus fuit quasi signaculum, & non signaculum, sed per imitationem, quasi Christus: & fuit Christus per transformationem. Vnde in rima quasi transformato per humilitatem fuit quasi Christus effectus, quoniam ego elegi te; quasi velis dicere; ego elegi te Angelum sexti sigilli. Et elegi te quasi meum vexilliferum, & banderarium, & confalonarium, & portanem stigmata plagarum mearum. Ecce qualiter elegi te ad instar sancti Pauli, dicentis. Non eligit Deus multos potentes, neque reges, neque dominos terrae, sed tantum homines infimae conditionis, & deformes, ut nomen Dei esset magis gloriosum. Attamen aliquos valentes elegit, sicut Dionysium, & Paulum Apostolum vas electionis; deinde doctores Ecclesiae, &c. Sed multo plures fuerunt ignorantes, quos elegit, ut daret intelligere, quod quilibet erat capax sui. Et elegit sanctum Franciscum paruulum, & turpem de persona, & valde deiectum. Et si quis vellet videre effigiem sancti Francisci, vadat Assisium, ad capellam sancti Anastasij, ubi sancta Clara fecit eum pingere in tanta statura, quanta ipsa erat, & qualis erat; quia erat paruus humuntio, & inter alios disparsens: sed fuit vir maximi cordis, & tanti corracij, quod ipse fuit Dominus mundi adeo, quod saepe suppeditaui vniuersum mundum, & nulla terra rebellauit sibi, quia docebat fratres suos humilitatem, amorem, & charitatem; & quod vbicumque calcabat pes eorum; suum foret; ita quod quicquid calcat pes Fratris Minorum obseruantis regulam sancti Francisci, suum est. Nam sanctus Franciscus erat liber ab omni cura. Et similiter sui sequaces sunt quasi omnia habentes, & nihil possidentes; & sunt liberi ab omni cura mundi, & calcitrant mundo.

Et omnes laboratores, & mercatores, & artifices laborant pro Fratribus minoribus. Nam qui mille mundos spernit, donantur mille mundi. In hoc ergo

A ergo potestis comprehendere Christi sapientiam profundam, & radiosam, quia voluit eligere Franciscum humunculum spiritum, & pauperulum, ut in illo apparet mirabilis sapientia eius, quoniam ego elegi te paruulum, & despectum a conspectu gentium, &c. Secunda contemplatio apparet in suis mirabilibus plagis, ad dandum intellegere, quod quia mundus erat iam passionis Christi oblitus, voluit transformari suam passionem in sanctum Franciscum in carne humana, ut sua charitas demonstraretur mundo in corpore Francisci renouata. Et si vis facere pingere sanctum Franciscum, fac pingere plagam sui costati latam, & sanguinolentam, releuatam in modum vnus rosæ rubæ, sicut in florib. sancti Francisci legitur, & fiat cappa ita breuis, quod videatur plagæ pedum, similiter ad manus pingatur taliter, quod videantur plagæ manuum, & pingantur clauis in manibus, & pedibus releuati & carnei. Et nota, quod Christus sua propria manu fecit plagas, & clauis in corpore sancti Francisci: & fecit illos clauos carneos, siue de carne ipsius sancti Francisci, siue de alia carne: & testa clauos illorum erat releuata, & contumens in palmis manuum, & ad pedes, & punctæ clauorum erant reflexæ ab alia parte retrogata manus: & subditus pedis: & clauis illi erant tãquàm de nervo, & mouebantur sursum, & deorsum, & tamen erant incarnati in manibus, & pedibus. Et sicut Adam a Deo fuit formatus, sic & illi clauis a Deo formati fuerunt, & illa plaga costati a Christo fuit aperta propter feruentem amorem, quasi inde fieret ignis in illa esca ardentis amoris, qui erat in fornace corporis sancti Francisci, & ideo omnis spiritalis ardens in amore Dei, diligit sanctum Franciscum, & habet eum in deuotione propter conformitatem charitatis diuinæ sibi; & sicut aliqui Fratres sũt passionati in statu ordinis sui, & vadũt scãtonando, non habent de isto amore. Nam quilibet debet laudare sanctos: nec possunt laudari, quantum decet. Et Christus volens demonstrare suam transformationem. In Exo. 9. c. dicit, quod erit quasi signaculum in manu tua, scilicet plagarum passionis Christi, & dilectionis, & charitatis, & tanquàm pendendum ante oculos tuos, quia volui mori, & crucifigi pro te. Ita de nouo propter te volo ostendere, quàm signum per imitationem, & figurationem passionis meæ in corpore tuo S. Francisci: quia sanctus Franciscus semper portabat in

corde suo passionem Christi, in cuius signũ cum sanctus Franciscus conuersus fuit ad Christum, posuit se in oratione, & stans ante Christum orando cum seruore. Christum viuus apparuit sibi, sicut est pictus in Assisio, & dixit sibi, Francisce, vade & repera domum meam, quia ruit: & volo renouare in te vitam meam cum tua societate, & dedit vestes suas vni pauperi, qui erat Christus. Et illa nocte vidit in cœlo magnum palatium, & arma, & vexillum crucis, & credidit se futurum magnum capitaneum. Similiter beatus Frater Siluester vidit in somnis vnam Crucem exire per os sancti Francisci tenetis per totum mundum persequentem draconem, quod significat suam prædicationem. Similiter quidam cancellarius Imperatoris, qui vocatus fuit Frater Pacificus, prædicando in Francia vidit duos eules, vnum tendentem vsque ad pedes, alium de vna manu ad aliam sancti Francisci. Similiter sancto Antonio, prædicanti apparuit sanctus Franciscus iuxta scalas. Illa visio significat figuratos in fronte de nomine Tau, scilicet Iesu: intellexistis ergo sapientiam Christi radiantem, & eius clementiam transformantem. Sequitur tertium, scilicet sua vigorosa potentia signans, quod sit verum in potentia Christi, etiam est super naturale, quod sanctus Franciscus fuerit signatus in costatis, ad ostendendum mirabilem terrorem: quia aliqui sunt terribiles peccatores, & ideo volo dixit Christus, quod plaga costati sit signum terribile malis hominibus. Aliqui sunt fragiles & debiles, & illis volo ostendere vigorem in vigore, quod habuit sanctus Franciscus, & debiles, & fragiles confortentur, & sint vigorosi. Aliqui sunt infrigidati: & frigidatis volo ostendere flammam ardoris per radios ex illa plaga exeuntes, ut calefacti amore diuino, ardeant in fornace charitatis amorum Dei, & doloris peccatorum suorum confortati in cruce Domini nostri Iesu Christi, amoris, & doloris, quæ fugat dæmones. Et fuit ita vigorosus sanctus Franciscus, quod licet non posset ambulare per stigmata pedum, & manuum: & propter plagam costati, quæ continuo madebat sanguine: tamen non quiescebat assellus, & gubernabat suos fratres, & ibat prædicando verbum Domini. In cuius in Exodi. cap. Dixit Dñs Moyse. Ego ero tecum, cum eduxeris populũ meũ de Ægypto, & dabo tibi signum. Et cum exieris, volo quod facias sacrificium. Et 4. dixit. Ego ero tecum dando tibi sapientiam, illu-

A illuminando mundum, & dabo tibi posse, & dabo tibi tantum amorem, quod voles facere, & exequi omnia prædicta, &c. Vnde Dominus noster Iesus Christus, quando ipse dat aliquam gratiam alicui, dat sibi omnia opportuna, & necessaria ad illam gratiam perficiendam, & habebis hoc signum, quando, cum eduxeris populum meum, scilicet christianos, peregrinos de mundo, scilicet Fratres, qui conuersi exierunt de mundo, & reliquerunt, atque exhibunt, & relinquent omnia mundana, & viuunt de eleemosynis exeundi de Ægypto, id est de mundo ad seruitutem Dei: quia sanctus Franciscus post eius conuersionem stetit per decem annos, antequam haberet signum, & in primo Capitulo, quod fecit, fuerunt in illo Capitulo quinque millia Fratrum. Et cõ habuit stigmata in alio suo Capitulo reperi fuerunt 30. millia Fratrum vndiq; cõfluentiũ de eius regula obseruantia. Et misit octo Fratres per quatuor plagas mundi, & cepit possessionem totius mundi, quia propter spretum mundi ipse fecit tantum profectum. Et nota, quod quotiescunque tu vides in aliquo tria Primum spernere diuitias, secundum fugere pericula carnis, tertium non querere gradus, nec prælaturas, tu iudica fore bonum signum in illo. Vnde Augustinus dicit, quod mundus magis conuersus fuit propter spretum magnitudinem suorum miraculorum: quia ante nunquam fuerat visum spretum eius diuitiarum, cum eduxeris populum meum de Ægypto, hoc est tertium: quartum est, sacrificabis in monte. scilicet Auerniæ, qui est mirabilis mons. Nam primo est magis excelsus alijs, & circumdat per tria milliaria: & si bene considero, habet duodecim monticulos, & tres valles, & est stercilis, & plicans versus Occidens, & est lapideus, & lapides sunt scissi a summo vsque deorsum. Nam mons lucidus significat Christũ, petra autem erat Christus: quia super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & illi lapides sunt scissi, quia tpe Passionis Christi, petra scissa sunt. Et multi Doctores ordinis nostri dicunt, quod mons ille diuisus fuit, & petra eius scissa sunt tempore passionis Christi, ad significandum, quod ibi plagæ passionis Christi debebant renouari: tria milliaria, quæ circumdant ipsum montem, significat fidem indiuiduæ Trinitatis, vel perfectionem regulæ sancti Francisci, quia proficentes vouent tria, obedientiam, paupertatem, & castitatem: duodecim montes significat duodecim Apostolos, et sanctũ Franciscum cum duodecim socijs, cõ quibus fundauit ordinem suum, et regulã Fratrum Minorum, & sicut Christus habuit ex duodecim suis discipulis, vnum. scilicet Iudam, qui se laqueo suspendit: ita sanctus Franciscus ex suis duodecim fratribus primitiuis habuit fratrem Ioannem de la Capella, qui se suspendit. Alij aut sui fratres fuerunt omnes sanctissimi viri, & habuit vnum fratrem, qui vocabatur frater Petrus pectenarius, quod faciebat pectines, et erat de tertio ordine, et dicebat vnico verbo postulatũ quantum volebat de suis pectinibus. Et dicto verbo ponebat digitum ad os, et est sanctus: et hodie ille digitus est integer in carne et osse: Ceterum corpus est puluis; et semel dum ipse iret ad matutinũ, reperit ecclesiã apertam, et duo Angeli occurrerunt sibi cum duobus duplarijs, et genuflectens se ante Corpus Christi, sentit magnum strepitum, et reuoluens se vidit Christum cum beata Virgine, et Apostolos, et cum magno exercitu: et Christus posuit pedem super lapide, et ibi dimisit formam pedis: et similiter beata Virgo posuit pedem ibidem: et similiter Apostoli posuerunt pedes suos iuxta formam pedis Christi ibidem relictam. Sed sanctus Franciscus posuit pedem suum in eodem loco, vbi posuit Iesus Christus pedem suum. Ad dandum intellegere suam vitam Apostolicã, quam imitatus fuit. Et ecce mons sterilis, et plicans versus plagam Occidentalem, quod significat, quod fides Christi erat debilitata. Ecce aperui tibi ostium, quia tuus mons pedet versus partem Occidentalem, ut vadas ad humilitatem, et dirigas montem fidei. Et sanctus Franciscus dicit, ad nihilum reductus sum, quia in bassiore, et humiliore loco montis Auerniæ data sunt sibi stigmata Christi, ad denotandum, quod propter humilitatem suam promeruit habere stigmata sancta Dei: et sic habes primam partem contemplationis respectu sapientiæ Christi, quæ consistit in tribus supradictis mysterijs. scilicet admirabili sapientia Christi, et in sua clementia transformatiua, et in sua vigorosa potentia consignata. Capio secundum cõtemplari respectu sancti Francisci, in quo sunt tria signa contemplationis. Primum est suæ mirabilis, & prudentissimæ puritatis. Secundum est suæ feruentissimæ charitatis. Tertium est eius strenuissimæ puritatis: nam si bene consideras, habemus in vobis quatuor affectiones, scilicet gaudere, dolere,

A lere, sperare, & timere, & anima efficitur talis, in quali existis quatuor affectionibus. quia si anima gaudet mundanis, anima ipsa efficitur illud, quod amat: quia si gaudet vanitatibus, efficitur vana: si dolet perdere mundum, efficitur mundana: si dolet perdere temporalia, efficitur temporalis: si sperat in mundo, mundus efficitur: si timet mundum, efficitur mundana: si timet inimicum, efficitur inimicus. Similiter ergo, si anima gaudet Deo; si sperat in Deo, si timet Deum, si dolet de offensa Dei, in omnibus efficitur Deus. Similiter si dolet perdidisse castitatem, efficitur casta: si sperat in paradiso, efficitur paradisi, & sic de similibus. Et quia S. Franciscus istas quatuor affectiones voluerat in Christo, totus per transformationem, imitationem, & elevationem effectus est Christus.

B Quia ergo Christus erat homo, & anima: & quicquid erat in Christo, est in Francisco transformato: erat ergo necesse, quod S. Franciscus transformatus, esset per transformationem effectus Christus. In cuius signum in quarto signo Apoc. Et dabo ei potentiam super gentes, &c. dabo ei baculum, & virgam ferream, ut frangat illas gentes, sicut vas figuli, & loquitur ibi de puritate corporis, & anime sancti Francisci, quae consistit in hoc, quod caro supponatur anime, & imperio spiritus: quia omnia subiecisti sub pedibus eius; hinc est, quod credo, quod quando Christus cum suis manibus aperuit latus sancti Francisci, quod mundavit illa eius carnem, & eam sanctificavit taliter, quod illa caro mundata, & purificata, fuit reducta ad statum innocentiae, & haec intelligitur per illa verba supradicta. Et dabo tibi potentiam super gentes, &c. Et nota, quod in sancta scriptura ubicunque fit mentio gentis, intelligitur de. Nam sicut sanctus Franciscus fuit factus dominus carnis suae per manus Christi, ipse fuit factus universi, quasi omnia habens, & nihil possidens, quod non reperitur nisi in sancto Francisco approbaturum a sancta ecclesia: quia non habet istud privilegium, nisi de nouo Papa daret alteri, & istud est signum, quod regebat carnem in virga ferrea, supponendo carnem imperio spiritus, sicut supponitur vxor imperio viri sui, & tanquam vas figuli confringet corpus: quia vas figuli, s. terrae significat tria, s. pintum, quia rumpitur primo, & ruptum. Secundo nihil valet, tertio ruptum nunquam potest consolidari, & reintegrari, quasi diceret, ita faciam spiritum predominari carni,

quod non poterit amplius peccare. In cuius signum sanctus Franciscus sentiebat suam carnem ita promptam, quia erat purificata, quod in omnibus efficiebat eam conformem spiritui, sine aliquo labore. Nam & Christus recepit a patre tantam potestatem, quod nullum peccatum poterat eum tentare: quia quando diabolus tentauit eum, prima tentatio remansit foris: similiter secunda, & tertia tentatio remanserunt de foris: quia nulla tentatio potuit intrare carnem Christi, ad instar vnus ciuitatis, quae habet burgos debiles, qui faciliter possunt capi; sed tamen habet arces fortissimas, quae capi non possunt: nec inimici ingredi possunt: sic nos habemus carnem, quae caro est burgus tentationis diaboli, quia diabolus facilliter intrat carnem: sed anima concupiscens aduersus carnem fortiter dimicat, & bellatur non dimittendo inimicum tentationum in terrae arces ipsius anime. Sed in Iesu Christo, & beata Virgine, & in sancto Francisco non fuit ita, sicut est in nobis, qui in carne ipsorum nulla tentatio intrare poterat: & hoc est, quod dicit, quod dedi sancto Francisco per gratiam participantem, & non sicut in me abundantem, quod recepi a patre, ut caro sua obediat spiritui. Et Ezechiel 29. c. loquitur Deus sancto Francisco. Tu signaculum similitudinis, s. puritatis, plenum sapientia, & decore in paradiso Dei mei, & de omni lapide pretioso vestis tua. Nam caro sancti Francisci est signaculum puritatis Christi, plena sapientia, quae fuit prudens. Nam sicut aliorum, quia nesciunt facere malum, existentes puri, sicut columbae, & sapientes, sicut serpentes, & plenum sapientia; quia sanctus Franciscus parum grammaticae sciuit, sed habuit sapientiam diuinam infusam; quia sapientia mundana adscitur cum ore emissa infra. Sed sapientia diuina infunditur cum ore desursum emanata a patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbellio. Vnde si vis adiscere esse plusquam magister in Theologia: reputa primo, quod sapientia huius mundi, sit stultitia apud Deum; & sic faciendo, & spernendo scientiam humanam, tu appetias sapientiam Dei. Vnde Paulus. Qui vult inter vos sapiens fieri, in hoc mundo stultus efficiatur, ut sapiens fiat. Illud intellexit sanctus Franciscus, qui saepe faciebat actus stultos; & reputabatur stultus: nam semel dum fuisset infirmus, & comedisset per obedientiam coactus carnes, collegit omnia ossa, & ligauit sibi illa ossa

Suspect
Co quanto
quara n.
ista per
Som. d. n.
vna. d. n.

in em. n. n.

A ad gula, & cum vna corda ligata ad collum iussit vni ex fratribus suis, se trahi nudum per ciuitatem ad lapidem vituperij, & omnibus concurreribus visuris huius rei nouitatem ascendit lapidem vituperij, & dixit, aspice gentes, quia reputatis me sanctam ducere vitam, & sum vnus gulosus, quia comedi gallinas, & gulostates. In cuius signum videte ossa pedentia in meo collo; & similiter in principio suae conuersionis ibat, cum videbat pueros equitantes canas, & ligna, currendo, equitando similiter ligna cum pueris, & propterea reputabatur stultus, & incepit in illo despicerem. Nam & Christus fuit stultior homo mundi, quia sic reputatus fuit agentibus, iuxta illud.

*Qual fo maxor materia,
Maxor fo vna paxia,
A prendere questa via, &c.*

Et ista est scola magna scientiae, & scientiarum. Vnde Salomon. Stultissimus sum virorum non didici scientiam, & non noui sapientiam sanctorum. Et loquens S. Franciscus a principio dicere poterat; stultissimus sum virorum, quia non didici scientiam hominum, sed sapientiam sanctorum; & subiungit, perfectus decore, s. in puritate corporali: quia quando S. Franciscus mortuus fuit, de sua natura erat niger, & propter penitentiam erat magis denigratus, & squallidus, & ipso mortuo eius caro tota apparuit dealbata, sicut caro vnus pueruli, ad significandum puritatem carnis suae, & corporis sui sancti. Ex quo nam illa anima exiuit albilissima. Respice charitatem, feruentissimam abundantem in S. Francisco, quia si vis bene contemplari ista signa, quae apparuerunt in eo, poteris contemplari, quod dum S. Franciscus post peractam quadragesimam S. Michaelis, stans in illo monte de Auernia in silentio tempore aurorae, & in sua solita admirabili contemplatione, ut opinor, eleuatus in aere. Et ecce sibi apparuit Seraphinus mirabili splendore coruscans cum sex alijs; videlicet duabus sursum tendentibus, & duabus infra ad pedes se extendentibus, & cum duabus alijs veniens velando veluti cruci affixus; & sicut sanctus Franciscus vidit ipsum venire, cor eius ardens tanquam in fornace positum infocatum spiritu diuini ardoris, tanto ardore fuit accensus diuini nominis, quod subito fuit transformatus in Christo, & recepit signo stigmatum Christi: & fecit quemadmodum fornax accensa forti igne, quam oportet vaporare, & crepare aliquid in parte, vnde ignis vapo-

ret. Ita fuit in fornace corporis sancti Francisci, quia ille diuinus amor ardens vaporauit recipiendo stigmata conformia sui incendij amoris Christi. Et hoc est quod dicit Salomon in Cantica. 8. cap. O Franciscus, pone me, ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum, quia fortis est ut mors dilectio dura; sicut infernus aemulatio, lampades eius, lampades signis, atque flammarum: aquae multae non potuerunt extinguere charitatem, nec flamma obruent illam, &c. q. d. ego nolo, quod aliquid aliud ames, & quod desidero quam me, quia volo transformare te in me, & me in te brachium est, quia cum brachio operatur, s. quod operando vitam meam exemplo vitae Crucifixi, quia fortis; dilectio dura, quia sicut mors omnia soluit: ita volo, quod tu separatus ab omnibus alijs, mihi soli adhaereas, & volo quod propter me, &c. omnem creaturam, quia aquae multae non potuerunt extinguere charitatem meam, quia quicquid operabatur sanctus Franciscus, erat amor; ecce qualis & sicut infernus aemulatio, lampades eius, &c. quia volo, quod aquae multae non possint extinguere charitatem tuam, ad dandum intelligere, quod sua regula nunquam deficeret; vnde dum S. Franciscus semel contemplando consideraret, quod post eius mortem pro pseudo fratre sua regula posset deficere, & tristis in ista contemplatione ploraret, Christus sibi dixit, quod fecit istum ordinem Fratrum Minorum? tu, vel ego? & S. Franciscus, tu Domine: & Christus dixit, non ergo fleas, quia ego volo, quod iste ordo, & regula duret semper; & si sunt de malis fratribus, ego etiam plantabo de bonis. Nam a xx. annis citra in isto meo tempore sunt factae multae transformationes, sicut in hac ciuitate Paduae in sancta Iustina, & in sancto Ioanne decollato, & in monasterio nostro sanctae Ursulae, & in multis alijs monasterijs, & accidit in his, sicut in parturiente, quae parturiendo dolet, & post partum letatur. Ita inuidi, qui inuidebant ordini S. Dominici, & S. Francisci, sed postea inuidetes gauisi fuerunt, sicut postquam peperit mulier dolens primo, postea gaudet; & credo, quod in isto nostro ordine meis diebus sunt aucti, ultra tria millia hominum, & conuersi sunt ad obedientiam, & sic credo in alijs ordinibus. Dico ergo, quod aquae multae non potuerunt extinguere istam charitatem ad instar orti, in quo inferuntur nouae plateae, cum veteres defunt. Sed quod fuit causa, quare S. Franciscus prius habuit plagas, quae alij? Et fuit triplex causa. Prima fuit imaginatio

Nota Hefesim. for
sam in curia apud
rom.

A imaginatio dispositiua: secunda fuit admiratio contemplatiua: tertia causa fuit charitas trāsformatiua. Dico ergo, q̄ prima causa fuit imaginatio dispositiua, quia S. Franciscus semper vbique stabat, imaginabatur de passione Christi: vnde naturales dicunt, q̄ si tu habes quendam melenconiam, & stas fixus in imaginatione dispositionis illius meléconiq̄, adeo imprimitur in corde tuo, q̄ inducit dispositionem talem, qualis est imaginatio illius profundæ melenconiq̄ tuæ. Vnde dum quædam mulier audiisset maritum suū fore mortuum, videns ipsum subito redeuntem sanum, fuit in tantum lætata, quod expirauit. Item fuerunt tres socij volentes imprimere timorem vni suo consocio, & solatiose deliberauerunt omnes separatim dicere, q̄ videbat mortuus: vnde summo mane vnus ex socijs expectat illum ante ostium: & tum ille exit domū, salutat ipsum cum admiratione dicēs, quid habes? vere tu videris semimortuus, sic rationantes obuiauerunt alteri socio, qui se signauit dicens, qualiter fuit sibi ista nocte? quia verè tu videris ire mortuus per viam: verè tu non bene stas: amore Dei, redeas domum, & dispone facta tua: tunc ille tertius cōsiderat, si in aliqua parte sui corporis dolet, & facit sibi vnam imaginationē, q̄ male habeat, & sic imaginando erret, & pur dicit: ego credo bene sentire me: cumq; esset penes ecclesiā sic ratiocinando, superuenit tertius socius, qui cum maxima admiratione respicit istum in vultu, dicens, quo ducis istum? non videtis, qualiter stas, quia videtur mortuus in vultu: dic quæso, qualiter stetit ista nocte, quia tantum interest inter faciem tuam hesternam, & hodiernam, quantum inter diem, & noctem. Ego volo, q̄ tu redeas, & prouideas tibi, & factis tuis, q̄ ægrè te habes, qui audiens eum impreffit sibi talem imaginationem, q̄ redijt domum cum vno errore, & prosternit se in lecto cum gemitu clamans, ego sum mortuus. Et sic imaginatio illa fecit casum, q̄ mortuus fuit: ex hoc similiter visum est in peste, q̄ aliqui timidi imaginando casum, ex ea mortui sunt. Ita fuit in sancto Francisco, qui habebat tantam imaginationem in passione Christi, q̄ illa imaginatio habitata disposuit illum ad recipiendum plagas Christi. Secūda fuit admiratio contemplatiua, quia venit cum triumpho, & quia morientis suus spiritus fuit transfiguratus in Christo, & in eius passione, & totus fuit transformatus in

Christo. Et dicunt illi, qui habitant in illis partibus circumstātibz Auerniæ, q̄ ille seraphinus, s. Iesus Christus in forma seraphini, venit cum tanto splendore, & ardore, q̄ sumerij videntes illum splendorem credentes esse crepusculum, & solem oriri ceperunt cum sumerij suis per ambulare: & sic dum processerunt per aliquod spatium, disparuit Seraphinus, & remaserunt inter scopulos illos tenebrosos, quia nondum erat dies. Tertia causa fuit charitas transformatiua, quia credo, q̄ Christus dabit sancto Francisco desideria magna, & amorem ardentem, & proijciebat versus sanctum Franciscum trabuccos, & baiulādas amoris percutientes, & diuidentes cor S. Francisci cum dulcore tanti amoris lancearum, & telorum innamoratorum, & tunc sentiens se a Christo in corde percussum coepit gridare.

*Amor di charitate,
Perche m'ha si ferito
Lo cor tutto partito,
Et ardo per amore.
Arde e incende,
Nullo trouo loco,
Ne po fuggire,
Perche lè legato,
Si se consummato.
Como la cera al foco,
Viueno in amor,
Languisse temperato. &c.*

Et vide de ista laude in prædicatione veneris sancti, in qua est posita seriosè, quæ etiam cadit hic ad propositum. Vide ergo suam mirabilem probitatem, quando posuit signum suæ passionis in manu, quia in nomine Iesu, est nomen Saluatoris, & habuit ipsum in tanta reuerentia, q̄ in suo testamento præcepit fratribz suis, q̄ vbicunq; reperirent nomen Iesu, haberent eum in maxima reuerentia. Tolle modo tertiam partem nostræ prædicationis, quæ pertinet ad contemplandum de plagis sancti Francisci respectu nostri, & de gratia nobis concessa in hoc mundo precibus sancti Francisci, quia sanctus Franciscus stans in ardore, & iacens in spinis Iesus Christus fecit spinas producere rosas albas, & rubeas, & fuit tempore Ianuarij, & dixit sancto Francisco, cape de istis rosis, & cepit de eis: deinde dixit, intra ecclesiam, & ipse intrauit, & vidit Iesum cum beata Virgine, & dixit. Domine fac de me, sicut placet tibi: & Christus dixit, Francisce, quære quicquid vis; & sanctus Franciscus respondit,

A spōdit, Domine ego quæro, quod quilibet intrans hanc ecclesiam contritus, & confessus purificetur adeo, quod sit absolutus ab omnibus peccatis suis, & a culpa, & etiam a poena: Cui Christus dixit, magna petis. Et sanctus Franciscus respondit, Domine magnos magna decet. Cui Christus dixit: vade ad Vicarium meum, & quære hanc gratiam, quam dabo tibi; vnde mox sanctus Franciscus discedens de Assisio, vbi hæc fuerunt, iuit Perusum, vbi erat summus Pontifex, & dixit ei hanc reuelationem, & petit per ipsum sibi confirmari in terra, iuxta iussū Domini. Et Papa iam sciens sanctam vitam sancti Francisci, omnia credens immediate dixit, & ita ego confirmo. Et Cardinales existentes dixerunt, Pater sancte aduertatis, quid faciatis, quia vos per istam indulgentiam, annullatis indulgentiam sancti Sepulchri: & tunc Papa restrinxit dictam indulgentiam, quæ erat quotidiana ad primum diem Augusti. Et postquam Papa confirmauit dictam indulgentiam de culpa, & poena in dicta ecclesia sancti in Assisio, sanctus Franciscus accepta licentia, inde recedebat sine aliqua bulla superinde. Et Papa dixit sancto Francisco inde recedenti, vbi bulla? Ego non curo de bulla, quia Deus bene scit hanc indulgentiam fore veram; & beata Virgo, & multitudo Angelorum, & Sanctorum ibi existentium, quando Deus concessit istam indulgentiam, fuerunt testes. Sed sunt aliqui increduli, qui nō credunt istam indulgentiam fore veram, quia non reperitur bulla Papæ de ista indulgentia; sed ego volo vobis ostendere bullam huius indulgentiæ plumbeam: Nam bulla plumbea est ordo sancti Francisci primitiuus, facta a Christo primo Papa; scriptura bullæ est scientia Fratrum sancti Francisci in primo ordine constitutus. Vis tu legere priuilegium? certè est experientia sui ordinis sparsa per vniuersum mundum: Nam ista bulla est authentica per tria experimenta. Primum est per sanctitatem: secundum est per scientiam: tertium est per experientiam. Creditis ne, quod sanctitas vellet decipi a quoquam, quæ significat, quod sanctitas sancti Francisci, & Fratrum sui ordinis obseruantia nollet decipere tot animas, quot ibant suo tempore ad dictam indulgentiam, quia mentiretur quicunq; auderet suo temerario ausu hæc dicere; volue manum, quia sanctitas nō vult decipi, nec potest decipi; aliàs sequerentur infinita incō-

uenientia, quod est impossibile. ergo, &c. E sed lege literam huius bullæ, scilicet scientiam. Nam ista indulgentia ab eius principio vsque in hodiernum diem, semper perseverauit, & fuit nota Bonauenturæ, & Alexandro, & omnibus alijs summis Pontificibus, & pastoribus Ecclesiæ Romanæ. Et non est verisimile, quod summi Pontifices, & primi sanctissimi viri, & cæteri, qui præfuerunt in ecclesia, detenuissent istum errorem a tanto tempore citra, nisi ita foret nota rei veritas. Tertium est experientia rerum, quia notorium est & publica vox & fama, & longissima consuetudo, quæ vocantur verum; & veritas nunquam decipit, nunc vult decipi, sicut nec Deus, qui dicitur verax, & sic est scientia in ordine Fratrum Minorum, qui non dimississent a tanto tempore citra pullulare tantum errorem. Nam per experientiam vidi omni anno multiplicare ad istam indulgentiam gentes in tantum, quod vidi quandoque cētum millia hominum Christianorum ad istam indulgentiam, quod indicat, hæc bullam & indulgentiam fore veram. Quare horror vos oēs, vt disponatis vos ire isto anno ad hanc sanctissimam indulgentiam, vt remittantur peccata vestra, & consequamini gratiam Dñi nostri Iesu Christi, qua mediante perueniatis ad gloriam, quam nobis cōcedere dignetur omnipotens Deus, Amen.

DE CONVERSIONE ad Deum.

Sermo XVII.



Ratis sicut oues errantes: sed nunc conuersi estis ad pastorem, & ad episcopum vestrum Christum, patet in primo Canone Epistola 2. hodierna. Quæ quidā verba possunt adaptari ad quēlibet vestrū, qui fuistis sicut oues errantes; sed nunc per gratiam Iesu Christi estis cōuersi ad vestrū pastorem Iesum Christum, dicētem hodie, Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & oues meæ cognoscunt me; & Episcopus animarum vestrarū, & patronus vester sanctus Antonius cōfessor, quem S. Franciscus vocabat Ep̄m suum; & iste est sermo meus, qui erit finis mearū prædicationum, quas feci & facturus sum in hac vestra

A vestra ciuitate Paduana: in quo sacro eloquio, sicut semper solui ante quadragesimam, & in ipsa quadragesima, & post ad tres amores intentum mei propositi reducam. Primus est in amando Deum: secundus est in amando te ipsum: tertius est in amando proximum. Et quia in ista sancta quadragesima semper prædicaui de amore mei seraphini: Et quia ista est vltima prædicatio, quam intendo in hac ciuitate facere, volo, quod hic sermo sit conclusio nostri amoris, qui consistit in prædictis tribus amoribus, scilicet Dei tui, & proximi, id est, quod animæ vestrae conuertantur ad Deum, quia conuersi estis ad pastorem, & ad episcopum vestrum Christum. Et quod animæ reuertantur ad seipsas, & eratis sicut oves errantes: tertio, quia animæ inclinentur ad dilectionem proximi. Et sic sunt tres amores: Primus amor est diuinalis, quia conuersi estis ad pastorem: secundus amor cordialis, quia eratis sicut oves errantes: tertius amor proximalis, quia ad episcopum vestrum Christum in plurali: & ista prædicatio concludit quicquid prædicaui, & potest prædicari.

Tertia pars principalis.

C Incipiamus ergo a primo amore diuino: vnde in hoc nota septem affectiones reflexas in Deum: & septem reflexas in seipsum, & septem respicientes proximum. Capiamus primo septem affectiones, quæ semper cum ardenti desiderio reflecti ad Deum debent: prima affectio vocatur desiderium ardentissimum ad Deum, secunda affectio vocatur timor reuerentissimus ad Deum, tertia affectio dicitur verum constantissimum, quarta affectio dicitur reingratiari dulcissimum, quinta affectio dicitur laudare grandissimum, sexta affectio dicitur humiliare profundissimum, septima affectio vocatur delectari suauissimum: Incipiamus ergo a prima affectione, quæ dicitur desiderium ardentissimum, quia semper cor suum ardet in amore diuino, quia noster Seraphinus habet signa, de quibus in Cantica c. 7 dicitur: pone me vt signaculum super cor tuum: vt signaculum super brachium tuum, quia fortis est vt mors dilectio; dura sicut infernus æmulatio: lampades eius, lampades ignis atque flammaram. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam: si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi ni-

hil despiciet eam, quia considera cum quanta dilectione Deus te creauit, & te amauit, & te confirmauit: pone quarto, vt signaculum super brachium tuum, quasi dicat, quod cum corde semper debemus amare Deum, quia cor debet concordare cum voluntate; & subiungit, super brachium tuum, quia cum brachio operatur; quasi dicat, quia quicquid operaris, debes cum dilectione Dei operari, & semper in omnibus operibus nostris habere Deum pro obiecto, & sic faciendo homo efficitur intelligens; quia fortis est, vt mors dilectio, dura. Nam sicut mors nemini parcit; quia moritur doctus, indoctus moritur, diues sicut pauper, nobilis, & rex sicut ignobilis. Ita dilectio dura Dei omnia postponit temporalia, & mundana, patrem, matrem, uxorem, & filios propter dilectionem Dei. Et ideo dicitur dura, quia sicut mors nemini parcit; ita amor diuinus omnia postponit, iuxta illud, qui non reliquerit patrem, & matrem, &c. Propter me, non est me dignus, & alibi: qui diligit me, tollat Crucem suam; & abneget semetipsum, & sequatur me. Et iterum, qui diligit animam suam, perdet illam; dilectio dura sicut infernus, quia cor quando non potest suum creatorem amare, videtur esse in inferno, sicut gloriosa mater Dei, quando quærebat Iesum, ego & pater tuus dolentes quære- bamus te, propter illam dilectionem duram, quæ habebat Virgo Christo filio suo, quia Virgo gloriosa habuit maiorem dolentiam quam possent habere omnes mulieres mundi de perditione omnium filiorum suorum, si omnes illi dolores essent simul iuncti, quia nulla alia affectio dilectionis potest æquiparari illi sanctæ affectioni Virginis gloriolæ, quia ille dolor fuit durus, sicut mors, quia lampades eius erant ardentes. Nam lampas amoris diuini facit intellectum illuminatum signis, & lumine veritatis, & replet eum charitate, & feruida operatione; & subiungit, quod si tu habebis istud desiderium ardentissimum ad Deum, quanta maior tibi occurret paupertas, & aduersitas, tanto magis ista flamma ardentissimi amoris diuini, & charitatis augebitur: vnde Dauid. Concupiuit anima mea desiderare vias tuas in omni tempore; quasi dicat, voluntas mea est tepida; sed habeo desiderium desiderandi diuinum amorem, sicut sanctus Franciscus in vltima perfectione post stigmata cum illis suis

A suis plagis eundo per mundum dicebat fortis, quando incipiemus facere bonum, & hoc est quod dicit in omni tempore. quod d. non sufficit incipere cum amore, sed verus amor charitatis diuinæ est perseverare in omni tempore. Secunda affectio est timor reuerentissimus, & vnus dependet ab alio amore: quia si habes desiderium amoris, & non habes timorem, parum prodest. Nam in oratione primo est petitio, patet: quia hic est amor Dei, cum dicitur, pater, & est timor reuerentissimus cum dicitur, noster, & sic est hic vnus desiderium, & postea subiungitur, qui es in coelis, ad dandum intelligere timorem reuerentissimum, de quo etiam Beata Virgo participauit, cum dixit. Magnificat anima mea Dominum: ecce amor. Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo: ecce timor, & reuerentissimus a Christo sibi datus per doctrinam, & a Virgine Maria per disciplinam, quæ amorem reuerentissimum debemus bene considerare: vnde qui vult timere Deum, debet considerare iudicium Dei, & de maiestate Dei, & de potentia diuina: sed nos quid sumus, nisi vermiculi respectu Dei? Nam si vna puella vult tibi rebellare, tu vis occidere eam: sed quid sumus? certe infinitiue sine operatione sumus viliores vna minima pulice in comparatione ad Deum: vnde Iob. Deus, cuius iræ resistere nemo potest, sicut nolens mori, quantumcunque Imperator mundi, & fortium exercituum sit: sed fiat voluntas tua, quia velis, vel non, oportet te mori. Ideo fac quod ex tua virtute velis fieri secundum voluntatem Dei, quod de necessitate facere te oportet, & sic humiliaberis, & humiliatus poteris dicere, & exultatus sum sicut liliam libani, quæ sunt, & non inueni: quia oportet quod superbus reperiatur, & sepeliatur in inferno, quia durum est contra stimulum calcitrare; & ita accidit menti, quæ non vult humiliare se Deo. Et hoc est, quod dicit S. Iohannes in Apoc. time Deum, time Deum, quia iste amor reuerentissimus, & paternus, est dulcissimus, & non vilissimus, & seruilis: quia sicut bonus filius præcauet sibi ne lædat patrem non metu verborum, sed ne offendat ipsum, & contristetur ipsum propter dilectionem, & timorem reuerentialem, quem sibi portat: Ita multo magis sine comparatione nos facere debemus aduersus Deum Patrem, & Creatorem omnium, & recordor de vno verbo, cuiusdam serui Dei, qui dixit, quid est

homo? certe modicum pulueris: ergo timor Domini Sanctus in sæculum sæculi. Ideo; time Deum reuerenter, & nolite timere ipsum propter poenas infernales, quia ille timor non est reuerentialis, nec propter timorem proueniens, sed metu poenarum: vnde timor animarum gloriosarum quanto sunt sublimiores, & sunt magis vnitæ Deo, tanto magis amat ipsum cum maiore reuerentia. Nam vnus in hoc sæculo reputatur sapiens, qui postquam incidit in manus officialis, scit exire de manibus suis: sed horrendum est atque timendum incidere in manus Dei viuētis, homine inuito, qui non vult venire ad eius manus per reuerentiam, quas nullo modo euitare poterit. Tertia affectio est verum constantissimum: quia quando anima cognoscit Deum, amat Deum, & timet eum, & suam seueritatem, valde reuertitur eum: sic mater, quæ cognoscit patrem terribilem, qui quando irascitur, percuteret filium. Ita de vno gladio, sicut de vno pane decet filium reuereri patrem, & timere eum, & sibi applaudet in omnibus ne irascatur. Et ideo, quid credis, quod sit causa, quare suadeo, vt venias ad prædicationes nisi zelus charitatis, veritatis, & tuæ salutis, qui debet consumi mihi cor, quod non perdas vnum verbum, quia zelus domus tuæ comedit me. Et hinc est quod August. dicit, quod quotiens tu stas ad prædicationem, & dimittis cadere vnus verbum, propter quod tu perdis prædicationem: ita peccas ac si proijceres corpus Christi, & verbum Dei visum, & illud est verbum Christi auditum, & intellectum, & ideo zelus domus tuæ comedit me: video aliquod quod impedit auditum diuini verbi, & est zelus constantissimus per experientiam: se quis esset in alio non habente cœlum constantissimum ad instar duorum sacerdotum celebrantium: vnus celebraret missam cum charitate, & ille talis nolet audire quid minimum, quod impediret eius deuotionem, & aliorum astantium: alius vero celebraret sine charitate, & sine deuotione, & iste talis inuoluppabit missam, nec curat de aliquo strepitu, quia ita celebraret in taberna, dicendo se expediret, & ratio est, quia non habet charitatem, & qui non habet, non timet perdere illud, quod non habet, sicut accidit tempore guerræ, quia qui nihil habet, nihil curant de guerræ, quia nihil timent perdere. Ita accidit in non timentem Deum, nec de perditione animæ suæ, quia qui non curat de anima, non curat de impedimentis salutis animæ: & econtra, qui

A timet Deum, amat eum, & qui amat Deum, timet offendere Deum, & amat animam suam, & per consequens creat de salute animæ suæ, & ideo attende ad prædicationem, quia vnum verbum erit sufficiens saluare centum animas. Nam auari, quando spargitur modicum grani, faciunt illud leuare ne gallinæ illud comedant, qui intelligunt valorem illius grani. Sed verbum Dei nunquam amabis, neque ipsum leuabis, nisi intelligas eius præciositatem: vnde Iesus intrans templum Dei, videns numularios, mercatores, & auaros mercatores in templo, dixit expellendo ipsos, & subuertendo discos, zelus vocat me. Nā domus mea, domus orationis est, & illud processit ex zelo constantissimo: quia cum intelligit, & cognoscit Deum, tunc ascendens cum mente Aquilina dicit, o munde, quā modicum cognoscis Deum? o Deus quāta est maiestas, & potentia tua, & facit sicut ille seruus Dei innamoratus, qui credendo dixit, oime, oime, che l'amor de Dio solo è comprenduto, ne Dio è cognosciuto, &c.

C Quarta affectio vocatur laudare dulcissimum: quia si anima habet desiderium ardentissimum, & timorem reuerentissimum amorem constantissimum exinde procedit: quarta affectio, qui est laudare dulcissimum: & volo docere te laudare Deum.

D Et primo in genere: quia si vis laudare Deum, intra cubiculum tuum, & leua manus ad coelos, dicens. Domine Deus, sint tibi laudes, & gratiarum actiones infinitæ de tot beneficijs nobis datis: quia cum tua immensa sapientia creasti mundum, & ordinasti illum, & tu Domine trinus, & vnus Deus sempiternæ creaturas humanas formasti ad imaginem, & similitudinem tuam, sint tibi laudes infinitæ, quia dedisti intellectum hominibus ad cognoscendum te, & memoriam, vt recordemur de te, & de tot beneficijs nobis illatis, & voluntatem, & desideramus tuum amorem, & amamus te creatorem nostrum, & animas nostras, & proximos nostros. Et fecisti a coelo empireo omnia creata propter nos homines, scilicet elementa, Solem, Lunam, & Stellas, & animalia, o Domine Deus, quantam gratiam fecisti nobis, quia creasti nos de limo terræ, & subiecisti sub pedibus nostris oues, & boues vniuersas, insuper & peccata campi. Domine Deus quantas tibi reddere teneamur gratiarum actiones: quia postquam primus homo parēs noster fecit transgressionem a te, tu Domine dixisti sibi man-

data, & eriam partibus, & prophetis dediti per reuelationem scire tuum filium incarnari debere. O mitissime Deus omnipotens, quātum beneficium fecisti nobis, quia dignatus es vniri tuam ineffabilem diuinitatem nostræ fragili carni, vt mortui resuscitaremus, &c. ergo Domine fac nos intelligere tātum mysterium, & beneficium factum nobis: quia dixi tñ, vermis factus sum, &c. Item discurre laudando, & magnificando omnipotentem Deum, quia non solū creauit nos ad similitudinem, & imaginem suā, sed voluit incuruari, & nasci de Maria Virgine propter redemptionem nostram: quia propter peccatū primi parentis eramus priuati vita aeterna, & voluit nasci in tā extrema paupertate, q̄ quando natus fuit B. Virgo nullum panniculum habebat, nisi faciebam suam, & nihil habebat paratum ad sustentandum se, neque cibum, neque potum, o Iesu Christe gloriose, quantum amorem, & charitatem ostendisti nobis, quia etiam inter bestias voluisti nasci: & quot, & quantos labores sustinuiti pro nostra redemptione: discurre vitam suam, ieiunia, prædicationes, miracula, & cum dilexisset suos vsque in finem, insuper bone Iesu cum appropinquaret hora, tantus fuit tuus ingens ardor amoris, quia in vltima coena tu dedisti te comedendum nobis, vt transsubstantia-remus in te, & dimisisti te nobis communcandum: ac dimisisti cibum Angelorum in mundo, o charitas immensa, te suppliciter exoro, quatenus sicut dedisti cœlestem manna in deserto de diuersis saporibus. Ita donare mihi digneris gratiam, quod illud sanctū manna tui saporissimi corporis ita operetur in me, vt cognoscam me vermem, & tot, & tanta tua beneficia mihi data, quod inflammer ingenti desiderio ardoris tui amoris: deinde contemplare crucifixum, dicendo, o pater misericordiarum, quatenus fuit ille ineffabilis tuus amor imponendo illam tuam sanctissimam personam pro me vermiculo.

*Amor ben fa materia,
Tu dall'amore non te defendisti,
De cielo in terra el te se venire.
Amor a tal bassezza descendisti.
Com' homo despetto per lo mondo gire.
Ne casa, ne terra volesti tal povertà.
Per noi arecchire in vita,
E in morte mostrasti per certan'za.
Amor desmesuranz'a,
Che ardeua in lo tuo core.
Con ello spesso per lo mondo andauì.*

Amor

A *Amor te manaua com' homo venduto.
In tutte cose amor sempre mostrauì.
De te quasi niente perceputo.
Che stando in temp'o si cridauì:
A beuer veng'a chi lo sostenuo.
E sete d'amor hauuto,
Chè l' gli sarà donato.
Amor smesurato.
Che passè cum dolore, &c.*

B Cumque bene contempleris dolores, & passionem illius relegati amoris crucifixi, tunc considera pœnam sui corporis gloriosi cum amore immenso, quem nobis ostendit in patibulo duræ crucis, pro nostra redemptione, reprime dura, corda, & suppliciter extra ora, vt sicut voluit mori, & spargere suum sanctissimum sanguinem, qui purgauit nos a peccatis primi parentis: ita illuminare dignetur mentes nostras radijs veræ fidei, & veritatis. Et consecrādo, & meditando ista mens tota inebriatur dulcedine sui amoris: contemplare amplius beneficium beneficiorum, quia resurgendo vitam nostram raparauit. Et propter confessionem nos resurgimus, & nostra resurrectio fit spiritalis, sicut resurrectio Christi fuit corporalis.

C Insuper eleua mentem tuam in montem Syon meditando ascensionem dicens, Domine Iesu Christe, qui visibiliter voluisti ascendere in cœlum, vt nobis præpares sedes cœlestes, concede propitius mihi vnam de sedibus sanctis, & factio sicut vnus magnanimus rationalis, qui dispensauit suum tempus in multis peregrinationibus, & post multas peregrinationes, iuit ad sepulchrum.

D Et primo iuit ad locum, vbi Christus natus fuit, & ibi contemplandum ad natiuitatem Domini, & gratiam nobis per eius natiuitatem indultam. Deinde iuit ad locum, vbi Hærodes fecit interficere innocentes pro nomine Iesu, considerādo quod in ipsis cunabulis mundus tenebrosus inceperat persequi Christum, qui venerat illuminare ipsum mundum, & considerauit labores suos, & eius gloriosæ Virginis Matris, quos sustinuit in fugiendo in Ægyptum, & inibi stando, & redeundo per illa loca arida, & sterilia: deinde iuit ad templum, vbi Christus disputauit contemplando immensam sapientiam Dei, dicens, & hic fuit Dominus noster Iesus Christus.

Item iuit ad locum, vbi Christus fecit miraculum de aqua vinum, contemplando

eius immensam potentiam. Deinde iuit per loca, vbi Christus fuit tentatus a diabolo, meditando illud duellum, & immensam sapientiam Dei latentem sub vmbra carnis, & astutiam diaboli: deinde iuit vbi Lazarum suscitauit, contemplando tam grande miraculum, & misericordiam Dei: & sic discurrendo per omnia loca dicens, hic fuit Dominus. Item fuit vbi Christus fecit vltimam cœnam, contemplando omnia mysteria illius cœnæ, & consecrationis sui sacramenti corporis Christi, & gratiam, quam nobis reliquit, & ingentem amorem, quem nobis ostendit in dando se manducandum nobis: deinde iuit ad locum, vbi orando versauit sanguinem, considerando dolores carnis, qui erant sibi præsentis, quos passus fuit pro humano genere. Amplius peruenit ad locum, vbi Dominus noster Iesus Christus fuit crucifixus, & hic se prostrauit in terram, cum effusione multarum lachrymarum meditando, quod pro ipso voluerit subire tam asperam mortem, dicens, Deus meus hic sparxisti tuum sanguinem pretiosum, concede Domine, vt in eo mea anima abluatur, vt candida fiat, sicut columba, & ibi posuit linguam suam dicens, Domine mi, hic me recuperasti, hic acquisuisti victoriam contra diabolum, hic mundum recuperasti: deinde intrauit sepulchrum, in quo stetit tribus diebus in orationibus, dicens, Domine hic positus fuit tuum sanctissimum corpus, & post tertiam resurrexisti descendens ad inferos, & animas Sanctorum Patrum ex limbis traxisti, dignare Domine trahere animam meam de limbo huius putridi corporis, & ipsam trahere ad te.

Postremo miles iste gloriosus venit ad montem Syon, vbi Christus ascendit ad cœlos, & hic extendit manus in altum versus cœlum cum oculis fixis in cœlum dicens, Domine Iesu Christe, ego nescio amplius quo vadam, vt possim reperire vestigia tui gressus: vbi Domine te reperiam, concede propitius Domine, vt ascendam per loca, quæ tu cum sanctis tuis ascendisti ad cœlum, trahe Domine me post te, & concede animæ meæ, vt proficiat in paradysum, vbi te videam facie ad faciem, sicut est mihi ardor mei desiderij, & sic dicendo, & contemplando, illa foelix anima expirando, ascendit ad cœlos, & astantes aperuerunt ipsum, & repertum fuit, quod ex amore nimio contemplando ex-

Bb 2 pirauit-

A pirauerat. Contemplare anima etiam, qualiter post eius resurrectionem apparuit discipulis, qui primo erant tepidi, & modo feruentes, considera Petrum primo Christum abnegantem, & modo usque ad maiorem ipsum constanter sequendo, o beneficia immensa: deinde recipe mentem in te metipsum, & considera infinitas gratias tibi datas, dicendo, Domine Deus meus, infinita sunt gratia, quas mihi fecisti ultra alias creaturas: quae cum posses me vermum facere, fecisti me per manus misericordiae ad imaginem, & similitudinem tuam.

B Item fecisti nasci me ex patre Christiano, & Christianum, & non Iudaeum, vel Paganum, & illuminasti mentem meam lumine verae fidei, o Domine Deus meus, quantum mihi fecisti gratiae, in expectando me, ut possim confirmari, cum essem in statu perditionis, Domine Deus omnipotens, qualiter mereor tantam gratiam, quia me recuperasti: Domine mi vnice Sanctae Deus, confirma me, quia intelligo, quod non possum intelligere tantam meam ingratitude, & discurre tot, & tanta beneficia rescripta a te. Deo meo: & sic faciendo tanto plus gratiae multiplicabunt tibi, quanto magis intelliges.

C Quintum est laudare grandissimum. Ego volo docere vos facere ea, quae nullus Angelus facere potest: unde nota quod dupliciter potest laudari Deus: vno modo secundum Dionysium, & alio modo secundum Augustinum: quia secundum Dionysium potest laudari Deus per negationem: verbi gratia, tu dices, Deus est infinita bonitas, Deus est clemens, pius, & iustus, &c. tu bene facies: sed cum dicit, Deus est iustus, percutias tibi pectus dicendo, heu mihi, quia dixi quod Deus est iniustus dicendo ipsum fore iustum: vel dixi Deum paruulum, dicendo ipsum esse sanctissimam sapientiam.

D Hoc est dicere, quod respectu tui, dicendo Deum fore magnum, est paruulus: quia tu es finitus, & ipse est infinitus, & tu qui es creatura finita, volens praedicare de dignitate Dei infiniti, & creatoris, videtur diminueri suas dignitates respectu suae infinitae magnitudinis, & bonitatis: quia nos videmus dicere, quod sit defectiuus, quantum eumque velimus magnificare laudes suarum dignitatum, respectu nostrae infimae imbecillitatis: quia magnus Domi-

nus, & laudabilis nimis.

E Et ideo cum nostra finita laude non possumus attingere ad laudandum Deum omnipotentem, & infinitarum virtutum. Alio modo potest laudari Deus, secundum Augustinum, per affirmationem, &c.

Sextum est humiliare profundissimum, quia quam tu plus sentis te quaesivisse de Deo, & magis adherere sibi, tanto magis si te humiliabis dicendo, voh mihi, quia Deum non amaui, nec sibi gratias retuli de tot gratijs per eum mihi datis: nec eum laudavi, & opera sua non feci: & sic faciendo te abissibus, & abissus abissum inuocat, scilicet abissum immensa charitatis, iuxta illud, ad nihilum redactus sum, quia nesciui cogitare de Deo, neque amare Deum, nec imitari opera, & mandata sua, & tunc tu eleuaris in Deo. Septimum est sentire, & delectare de Deo suavissimum.

Nam cum es famelicus, & comedis bonos cibos, videtur tibi saporissimum. Ita est sentire, & delectari de Deo. Ita accidit animae nostrae, quando anima dulciter sentit de diuinis, quia repletur in quinque sensibus de gustu Dei, & tunc fit munda, hilaris, & iucunda: quia gloria nostra hec est, hoc est testimonium sentire in Deo.

G Et Sanctus Franciscus dicebat, scio bene quid habeo. Nam gustati Deum omnis delectatio mundi videtur amaritudo: gusta te ergo, & videte, quia dulcis, & suavis est Dominus, & nunquam te poenitebit de gustu Dei, &c. Secus est in amando mundum, quia later amarus in esca illius amoris: quia ille amor mundanorum semper producit fructus multorum dolorum: quia si amas uxorem, filios, possessiones, domos vel honores cum moriuntur, & deperduntur, tanto maiores dolores tibi inferunt, quanto maiorem affectionem, & amorem habeas illis bonis, & rebus, &c.

H Sed nota, modo alias septem affectiones, quas habeo in te post Deum.

Prima affectio tui est pudor, secunda est dolor, tertia est error, quarta est rigor, quinta est ira, sexta est vigor, septima est discretio. Nota ergo, quod pudor est prima affectio in te, si te reperis uxorem in fornicatione, est magnus pudor, & confunderis similiter, & sibi. Sed dic quaeso, quoties amasti plus mundum, quam Deum, & plus filios, uxorem, denarios, & possessiones, quam ipsum Deum? Et certe totiens commisisti fornicationem, quoties plus ama-

sti

A sti creaturas Deo, qui bene vidit, & cognouit illam terminationem, quia est scrutator cordium, nec potest falli. Considera ergo tu, domina Vana, quotiens tu commisisti fornicationem ipsi Deo tuo in omittendo tuum vultum filia Babylonis, plena confusione, & miseria.

Secunda affectio est dolor, quia post confusionem pudoris sequitur dolor, & plangit. Ita fac tu, o peccator, plora, & contristare, postquam perdidisti Deum propter mundum, & reuertere in te, & age poenitentiam pro peccatis tuis.

Tertia affectio est horror, quia post peccatum tu debes habere tantum horrorem, & nunquam debes ampliare fornicationeque peccata, sed semper horrere locum, & actus, & circumstantias illius peccati, & anima peccatrix dicat, o munde iracunde, proditor, & caro indiabolata, tu fornicando, & taliter peccando offendisti Deum cum tali, in tali loco, & cum talibus circumstantijs: & sic ad fugiendum peccatum, oportet quod tibi veniat in odium, & horrorem locus, in quo peccasti, non transeundo per illum locum, & horrendo, & fugiendo, ac odiendo illam fornicationem, & illud peccatum. Et hoc est quod dicit Christus, qui odit animam suam in hoc mundo, custodit illam in paradiso.

C Quarta affectio est rigor. Tu, o vana, & tu, o amare, postquam confessus fuisti bene, & nutrias animam tuam in rigore, ut illud, quod ante confessionem solebas lucrari in debite, & deinceps abstine ab illicitis lucris, & reddere quod indebite accepisti, & extorsisti, quia non sufficit ad saluationem si scandalizasti alios, vel derobasti solum confiteri, nisi restituas famam, & ablata indebite: & ideo tu, o vana, quae cum tuis vestibus caudatis, & habitu inhonesto occidisti mille animas, restitue deinceps eundo in habitu humili, & vultu depræssio cum exemplo omnis honestatis in gestu, gressu, & vultu, aliis autem tu nunquam saluaberis, ut ait Doctor subtil in suo 4. dist. 15. & iste est rigor tene lora. Et si fuisti gulosus, nunc ieiuna: si fuisti luxuriosus, nunc esto castus, & continens: non frequentasti ecclesiam, fac quod omni die audias vnam, vel duas missas, non dedisti eleemosynas, nunc sis sollicitus in frequentando aleemosynas. Non fuisti diligens in confitendo, nunc confitere bis, ter, & omni mense; & fac, quod in omnibus re staures perita, & fac sicut ille, qui torquet baculum, ut dirigat illud. Ita tu cum omni rigore vitam tuam torquaturam, & obliquam

torquendo dirige. Quinta affectio est ira, ut irascaris faciendo impatienter peccatum commissum intra te metipsum: quare credit quod Deus dederit homini partem irascibilem, nisi ut irascatur contra malum perpetratum, & de tpe in vanitatibus perditio, o tu qui nunquam accepisti corpus Christi, memento temporis praeteriti, & si confessus fuisti, modo irascaris tibi, & contra te dicendo, me miserum, quid feci, quia tanto tempore vitam meam perdidisti tempus meum, & usque nunc semper steti in perditione? & irascaris etiam contra illum, qui conduxit te in periculum animae: non dico tamen, quod irascaris odio reprobo: sed iuxta illud psalmista dicentis. Irascimini, & nolite peccare. Irascaris ergo contra offendentes animam tuam, quia amas illam quemadmodum irascaris contra offendentes corpus, eo quia amas illud modo iam dicto. Sexta affectio est vigor: Nam si oculus tuus scandalizat te, auerte oculos tuos, ne videant vanitates, & erue eos abter, &c. Remouendo causas, si sunt balisterij, ponatis uos in loco, ne videatis vanitates. Similiter in delicto, tactus refrena, tactus carnales, & auditus immundos, & sic de alijs sensibus corporis.

G Septima affectio est discretio, quia in veteri testamento in omni sacrificio ponebatur sal, ad significandum, quod in omnibus supradictis tu debes te regere cum discretione; quia sal discretionis debet esse benedictus, ut omnia bene fiant cum ponderata discretione.

H Capi modo septem affectiones respectu proximi. Nam prima affectio proximi vocatur pietas, siue pia compassio. Secunda affectio proximi dicitur congratulatio dulcis. Tertia pacifica supportatio. Quarta dulcis, siue benigna locatio. Quinta honor proximi. Sexta vnanimis concordia. Septima pro proximo tuo ponere te in poena, morte, & in passione.

Tolle primam, quae est affectio proximi, pia compassio: quia videndo proximum in peccato, & in aduersitatibus, tu debes habere sibi compassionem, & pietatem, atque misericordiam: beati misericordes, quoniam misericordiam consequuntur. Et sanctus Paulus dicit dolere cum dolentibus, & flere cum flentibus, &c. Et quis infirmatur, & ego non infirmor? Et vnus meus Doctor, qui fuit magister sanctae Brigidae, qui illuminauit cum sua mirabili doctrina sacram scripturam, & vocabatur magister Matthias

A de scientia, dicit q̄ vera compassio Christianalis est, quando homo venit in tanto gradu, & in illo statu, in quo non solum compatitur proximo, sed potius velles habere illam passionem, quam habet proximus, quam ipse proximus. Et scis tu, in quo consistit charitas proximi, consistit in hoc: quia quando vides proximum tuum habere foelicitatem, & diuitias, & bonam fortunam, tu gaudes, & non inuides sibi; quia inuidia facit quod vbi tuus proximus est vnus Angelus, videtur tibi inui o quam ipse scit vnus diabolus: sed cum difficultate male sentimus de eo, quem diligimus: sed cum odimus odium generat in animo nostro, quod cum difficultate bene sentiamus de eo, quod odimus, adeo quod exofus, quantumcunque sit bonus, videtur malus, & diabolicus, sicut Indæis propter inuidiam, & liuorem odij cordialiter videbatur, quod Christus esset prauus, & diabolus, dicentes: nonne bene dicimus, quia demonum habes, &c. Et ideo si homo est bonus, gaudet de bono proximi, quia charitas nescit odire: & gaudere cum gaudentibus de omni gaudio boni, quod possit vocari bonum, & ista est dulcis congratulatio.

C Secunda affectio proximi est pacifica supportatio, quia si proximus tuus; puta vxor tua, est senex, supporta eam. Si te derobat, provideas patienter, & cum discretionem. Si tibi sit iniuria, fer patienter. Si dicitur malum de te, patientiam habe. Et in omni modo charitas vnit, & pacificat, quia alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Dei. Nam Christus in carne viuens, primum mandatum, quod dedit, fuit charitas; & diabolus facit contrarium, quia primum mandatum diaboli est odium, rancor, & ira: Paulus nos, qui firmiores sumus, debemus supportare fragiles, & esse fortes, nec curare de nugis, & trussis mundi: sed esse sicut Aquila, quæ non curat capere muscas. Nam infirmus non potest portare fortem, sed econtra sic; vnde si est tibi illata iniuria, ne cures, & parcas; quia parcendo plus mereberis, quam si ires ad S. Iacobum, & ad sepulchrum: & nisi parcas proximo, nõ est possibile, q̄ tu salueris, nisi remittas offensas tibi illatas, quia eadem mensura metietur vobis, qua merieritis alijs. Ideoque maior eleemosyna, quæ fieri potest, est parcere lædenti, q̄ Christus exemplariter, & visibiliter, & miraculose voluit demonstrare. Nam Florétia, dum S. Ioan. Guabertus strenuus miles secularis, cui interfectus fuerat

eius frater Armanus: vt moris erat habitibus inimicos obuissset in die Veneris sancti suo inimico, & euaginasset ensem propter occidere eum, se prostravit genuflectens in terram, dicens, propter passionem Christi, quæ colitur hodie, parce mihi. Cui miles respondit, surge & intremus istam ecclesiam, quæ ibi prope erat, & conduxit eum ante crucifixum dicens, si iste crucifixus parcat tibi, & ego parcam tibi. Et crucifixus pedens in cruce se inclinavit, & ostendit miraculose, quantum meritum est offensis parcere. Tu ergo, o cor lapideum, & induratum, humilia te, & parce propter Christum, vt & ipse Dominus noster Iesus Christus tibi parcat, & si scis aliquem inuicem sibi inimicantem, te interpone ad faciendum illa pacem, vt fias particeps tanti boni.

G Quarta affectio proximi, est benigna locutio, quia si habes affectionem ad proximum, tu debes benigne loqui, quia durus sermo suscitatur furor, & molle verbum mulcet animum superbum, licet quandoque, quando ego sum fatigatus, nõ possum loqui ita benigne: Nam bonus thesaurus, quem habet homo, profert bona. Et sic ex vase pleno bono vino non potest exire, nisi bonum vinum: sic ex bono homine non possunt exire, nisi bona verba: vnde noli vinci a malo, sed vince in bono malo. Et si proximus errat, charitas suggerit, quod tui charitate, & discretionem corripas eum.

H Quinta veneratio proximi: vnde Paulus: honore inuicem prouenientes: quia sicut Deus fecit varias stellæ cum diuersis luminibus, & Angelos cum diuersis gradibus: sic in mundo fecit diuersos gradus hominum cum diuersis luminibus virtutum: & ideo honora proximum secundum suum gradum, in quo est, & licet Dominus sit malus, & tyrannus, honora eum vos qui estis subditi, & ex toto reuerentes Dominis vestris, quia omnis potestas à Deo est, & diligentibus Deum omnia conuertuntur in bonum: & si prælati maiores, & Domini sunt mali, quandoque Deus illud permittit propter punire subditos, & ideo ama illos, & honora eos, & non respicias de eorum malo, & malitia. Nam in damnatione representatur maiestas Dei, & in milite representatur iustitia: vnde sic honorando tales secundum eorum vocationes, & dignitates, honoratur Deus, & sic introductum est, & videmus quod minor, & pauper cedit maiori, & diuiti: & diues debet cum charitate honorare minorem in gradu suo: quia honor est

A est in honorante, & benignitas, & charitas est in exercente officium charitatis.

B Sexta est vnanimis concordantia, quia vir, & vxor sunt vnanimis, & vxor obediatur viro, filij sunt subditi parentibus, & serui Dominis, minores reuerentur maiores, & versetur intus eos benignitas in concordando se adinuicem, & non sint seditiosi, sed concordēs. Nam vir & vxor, qui semper debent conuiuere, debent ita in vna concordia voluntatis esse vniti, quod sint duo in carne vna: & Matt. c. vbi cunque erunt congregati duo, vel tres in nomine meo, ibi in medio illorum sum ego. Et vbi est animorum diuisio, ibi regnat diabolus: sed vbi est charitas, & amor, ibi Deus est. Et Salomon in parabolis. In tribus complacuit cor meum, quæ sunt grata Deo, & mundo, concordia populi, concordia fratrum, & vxoris, & viri.

C Septima affectio est ponere pro proximo tuo te in poena, morte, & passione: vnde in hoc considera tria. Res, corpus & animam. Nam tu debes praponere animam proximi tui, tuo corpori, & tuis rebus: quia si videres tuum proximum esse inducendum a Iudæis, vel infidelibus ad negandum fidem Christi, tu debes te ponere in periculo perdendi corpus tuum, & vitam, & omnia bona tua, vt redimas animam proximi tui a perditione: sed tua anima est preferenda, animæ, & corpori, & rebus proximi, & omnium aliorum, & toti mundo, quid prodest mihi si totum mundum habeam, & anima mea patiatur detrimentum? &c.

D Restant modo aliqua memoranda reuerentijs vestris. Primum est, quod quia prædicauimus veritatem, & doctrinam Domini nostri Iesu Christi, cum zelo animæ, & cum modico labore, & Dei gratia reperio me magis recentem, quam vnquam fuerim in prædicando veritatem: si videretur vobis, quod nimis grauaerim aliquem vestrum, parcite mihi quæso, qui incidendo ad instar boni medici, id facere decreui, vt extirparem errores vestros, & ignorantiam, & illuminaretur anima vestra in via. Nam curat medicus vulnera vulneribus. Sed per Dei gratiam non fui plus spretus in hac ciuitate quam alibi. Nam vbi cunque prædicaueram, per experientiam vidi, quod illi qui fuerunt includi magis contrarij, audiendo animo reposito prædicationes meas, tandem videntes veritatem expulsi tenebris, & cæcitate sui intellectus superueniente lumine veritatis, redeuntes in semetipfos per gra-

tiâ Iesu Christi effecti fuerunt maiores mei amici quam alij. Nam veritas odium parit, & est res magis exofa, quam sit aliqua alia res mudi apud non intelligentes. Sed theologicè loquendo, veritas est eo magis amata omnibus alijs rebus mundi. Et ideo quia prædicauimus veritatem, credo quod nulli displicet. Sed quia, vt sæpe accidit, si quis post me pseudo prædicaret propheta contrarium meæ doctrinæ, quam prædicauimus vobis, peccabit nisi recedat a sua erronea opinione, & reuocet quæ prædicaret.

F Nam quilibet bonus prædicator, sed Bonauenturam debet habere in se tria. Primum quod cognoscat veritatem: Secundum quod amet illam. Tertium, quod defendat illam. Et profecto euangelizauimus libentius in hac alma ciuitate Paduæ, quia fecerim alibi, quia dixi multas conclusiones, & veritates in hac ciuitate, quas non fuissim ausus dicere, & propalare alibi, quia putassent me non dicere verum propter eorum malas consuetudines, & modos viuendi reprobos: sed hic audacter protuli declarando omnia propter valentes, & studiosos Doctores, studentes & viros literatos in omnibus facultatibus, qui intelligunt, & bene sciunt, & intellexerunt, quæ prædicauimus: sed alibi fuisset magnus labor posse dare intelligere illis rudibus, & idiotis prædicta. Secus autem hic, quia valentes possunt dare intelligere, & declarare idiotis, & minus valentibus. Et si aliquis putat me male dixisse in aliquibus, veniat ad me antequam a vobis recedat charitate secundum euangelica monita: quia si ostendet mihi viuis rationibus contrarium: eorum vel aliquorum, quæ dixerim, sum paratus subijcere me correctioni, & me in pulpito coram populo emendare, quod vellem potius mori quam contra monita euangelica, & contra veritatem. Similiterq; sum paratus mori pro veritate. Et si post meum discessum audieritis aliquem prædicantem, & detractorem eorum, quæ vobis dixi, mulieres, & vna hoc audientes immediate surgantur, & inde recedant, quia illud potius procedet ex inuidia, quæ est inimica fraternæ gratiæ, quam aliunde, & est contra vnam de septem gratijs, & est peccare in Spiritu sancto, & volo quam viri sint mei defensores, & si qui insurgent detractores, credatis sibi sicut diabolo: quia si quis vult dicere contrarium, mihi dicat: quia si maledixero, sum aptus id reuocare, vt dixi, & sicut scitis, hoc sæpe protestatus fui, & nullus huc vsque ad me venit contradicentur, & si quid contra-

A dixerint post me, non erit bonum signum. Et prædicaui multum de vsuris: de cætero ergo nullus contrahat sensus, quia hucusque non ita bene intellexistis quantum fuerit, & sit peccatum vsuræ, sed spero quòd duce Deo ibitis profugiendo in omnibus de bono in melius. Similiter dico, quòd de illis numularijs, & campforibus, qui dant paruulos pro ducatis, vel pro monetis, vel econtra parum lucrando non est illicitum, sed vendendo, vel traficando paruulos pro ducatis, & monetis, & est peccatum: vsura tamen proprie cadit in mutuo. Item recorder vobis, quòd bonum esset, quòd illi Domini ciues faterent statutum in ciuitate ista, quòd prouideretur, ne mercetur in diebus Dominicis, & vetitis per ecclesiam. Similiter vadatis ad prædicationem, & capiat bona, & veritates, quas prædicator dicit: & si prædicat veritatē, ibi stete, alioquin incontinen- ti recedite. Item nolite dare denarios ioculatoribus, & cantatoribus de gestis in diebus festiuis, quia dando talibus denarios in dictis diebus, peccatis mortaliter. Item villici custodiunt festa, quia propter ea veniunt tempestates. Item non ematis, neque vendatis diebus festiuis nebulas, & frascarias in cimiterijs, & sacratis locis ecclesiarum super sepulturis mortuorum. Item non credatis in præcantulis, & de mense Maij non vultis ducere vxores, quia dicitis quòd veniunt rabiosæ tales credentes, & sequentes istas truffas, & similes idolatrias, & peccant mortaliter. Item caueatis accipere animas Iudæorum, quia non possunt credere quin suæ mulieres mingant intus in vilipendiū Christianorum. Sed quid dicam de illis, qui mutant sacramenta, & calices Iudæis: credo quòd mingant intus, & faciant omne dedecus in vilipendum fidei Christianæ. Item reperi alibi, quòd vna ecclesia fuerat afflictata Iudæis, immo peius audiui, quòd Iudæi in præsentia Christianorum dicunt aliqua in vilipendum Christi. Item ciues videant priuilegia Iudæorum, & statuunt statuta, ut ferant signum, ut cognoscantur ab alijs non exempti. Item caueant Christiani emere a Iudæis in diebus festiuis. Item quicumque locat domos Iudæis fenerantibus, peccant mortaliter tenendo illos denarios, & similiter Christiano vsurario, & obligatur restituere illis, a quibus acceperant vsuras, ut extra de vsur. c. quamquam. Et nota quòd si prælatus locat domos Iudæis fenerantibus, est ipso facto suspensus. Similiter religiosi affictantes domos Iudæis feneranti-

bus, sunt ipso facto excommunicati: sibi si collegiū, vel vniuersitas locat domos Christianis vsurarijs, vel Iudæis fenerantibus, est ipso iure interdictus. Similiter in nutrire Christiano nutriende filios Iudæorum, ut alias dixi, prohibitum est alios capere denarios pro mercede, &c. Similiter non licet emere res per mesettarias Iudæorum, nec contrahere matrimonia per mesettarias, & intercessiones Iudæorum. Item prohibitum Iudæis de nouo facere sinagogas. Item caueatis vobis mederi per Iudæos, & accipere medicinas Iudæorum. Nam Auinioni fuit vnus Iudæus medicus, qui in puncto mortis gloriatus fuit, quòd cum suis medicinis mori fecerit multos Christianorum. Pri die, quando prædicaui de baptismo, post prædicationem aliqui interrogauerunt me, si pater baptizauerit filium: vtrum posset amplius conuersari, & requirere debitum ab vxore. Respondeo quòd aut pater fecit per malitiam, ut diuideretur thorum, & tunc non potest uti matrimonio, aut id fecit propter necessitatem, quia nulla alia persona erat ibi, quæ baptizare posset infantulum in periculo existentem, nisi pater: & tunc pater baptizando isto casu filium, potest uti matrimonio, & licet quando maritus per malitiam baptizans puerum, non possit petere debitum vxori, tamen in vxore secus est: sed quid si pater baptizauit filium de voluntate, & consensu vxoris, ut abstinere a thoro coniugali: tunc dico quòd neuter potest petere debitum. Hæc volui rememorare, ut illa faciatis. Sequitur modo venire ad gratiarum actiones. Et primo regratior omnipotenti Deo, & nostro Seraphico de tot gratijs nobis factis, quia semper habuimus tempus opportunū, & sine pluuia, & passus fuit nos prædicare excepto die, in quo prædicauimus de broda, quia tempus voluit fieri conforme nostræ prædicationi ex eo, quia prædicauimus de broda, voluit brodam dare. Item regratior ipsi Deo pro fructu recato animarum, quia necubi memini me tantum fructificasse, quantum in hac ciuitate. Et secundo regratior de patientia vestra, quia nunquam fuistis fessi, imò dietim multiplicastis cū seruentiori desiderio audire prædicationes diuini verbi, cum magna charitate. Ex quibus laudes, & gratiæ infinitæ luceant coram maiestate eius, a quo omne datum optimum, & donū perfectum descendit, qui mihi concessit gratiā dicendi, & vobis gratiam audiēdi, & opus optimum auditorum perficiēdi. Sint etiam laudes

A laudes ex his attributæ infinitæ Beatæ Virgini gloriosæ meæ deuotæ, & Beato Antonio, qui voluit renouari eius deuotionem. Itē regratior dominis Rectoribus, & Officialibus huius alnæ ciuitatis vestre Paduanæ, & valentibus Doctoribus, & honorabilibus ciuibus, & studentibus, qui dignati sunt me perseveranter audire, quibus ero in Christo Iesu in æternum obligatus, ac ceteris bonis viris, & dominabus, qui, & quæ orauerunt pro me; & sufficiat quantum ad hoc.

Modo ego volo gerere morem boni patris, volens se a suis filijs separare, meum vobis relinquo testamentum in hunc modum, videlicet, quia primo relinquo vobis pro vno cariore zoiello, quod possim vobis relinquere, nomen deuotissimum Iesus, quòd est nomen super omne nomen, & ipsum dulcissimum, & altum nomen semper habeatis in signum in mentibus, & frontibus vestris; ut semper vos associet in omni loco, ita quòd quando surgitis, sit principium vestre intentionis, opus signaculum sanctæ crucis in nomine Iesu, quando vultis discubere sit principium nomen Iesu, similiter in surgendo a mensa, & cum scribitis literas, primum verbum sit in nomine Iesu. Et sic in omni vestro opere, ut in nomine suo omnia vestra opera fiant; & caueatis iurare in nomine Iesu, semperque sit vobiscum, Amen. Item volo relinquere vobis vnam orationem breuem, quam omni die singuli vestrum dicant. Primo in die Dominico orando dicatis: Domine mi amorose Iesu, præsta quæso, ut possim te amare.

Signor mio amoroso Iesu dammi gratia, che ti possa amare.

Die Lunæ dicatis, ut sequitur: Domine mi amorose Iesu, ego vellem te amare, sed nequeo sine te.

Signor mio amoroso io ti voria amare, ma senza te non posso.

Die Martis dicatis sic: Domine mi Iesu, accende me amore tui.

Dolce amor Iesu in amaram del tuo amore,

Die Mercurij dicatis sic: Dulcis amor mi Iesu, da mihi vnum dulcorem suauissimum de te, & vnam humilitatem profundissimā, ut possim languendo mori amore tui.

Dolce amor mio Iesu dammi vno dulcore suauissimo, & vna humilità profundissima, si che languendo possa morire d'amore.

Die Iouis dicatis

Die Veneris dicatis genuflectēs ante crucem dic, Domine Iesu pro me crucifixe, & conclauate, euiscera te in me; ita quòd illi tui clauis sint confixi in me, & desiderem cruci figi pro te.

Signor mio Iesu per me crucifisso, & conclauato, euiscera te in me, che questi chiodi siano confitti in me, e desidero d'essere crucifisso per te.

Die Sabbati dicatis sic: O amorose mi Iesu, qui septima die requieuiti, quando videbo tuam gloriosam faciem, fac me peregrinum per gratiam tuæ misericordiæ in te æterno in gaudia requiescere.

O amoroso mio Iesu, che il festino d'è ti riposasti da ogni tua opera, che tu festi, quando vederò la tua faccia gloriosa, fammi pellegrino per gratia della tua misericordia in te aeterno gaudio riposarsi. Amen.

Item relinquo charitatem, quam vobis prædicaui de Deo, & de vobis ipsis, & de proximo. Item oro, ut sim vobis in vestris orationibus recommissum. Vltimo oro, ut sim vobis ligatus, & vos mecum, catena sinceræ charitatis in Christo Iesu, taliter, quòd inueniamur in paradiso, ad quem nos perducere dignetur per suam misericordiam Deus, qui est vita viuorum in sæcula seculorum, Amen.

A **H**is itaq; per virum Dei peractis viri, & deuota mulieres ex teneritate cordis, voce quarula supplicabant, quatenus adhuc per aliquos dies vellet prestolari recessum suum, a lacrymis non abstinentes: sed vir Dei volens etiam alibi adimplere ea, ad quæ ex Dei nutu pronocabatur, titubans mente, vtque suos dirigeret gressus versus Venetias, vel versus Vincentiã, indixit orationes fieri ad Deum per confratres, vt infunderet mentibus suis deliberationem eundi, vbi magis Deo fructificaret;

B & arcessitis Fratribus oratione facta, vnanimi quasi voce, dixerunt se Vincentiam profecturum: vir ergo Dei ea die subterfugia querens, suos versus Vincentiam sanctos gressus direxit, & sic ciuium multitudo, qui concurrerant ad Portellum, quo itur Venetijs, vt benedictionem acciperent, a viro Dei delusa remansit, nec tam potuit occulte exire portam Sauonarola, qua itur Vincentiam, quando inter eundum concurrerunt, se positus artibus per vicos, vltra quingentos, non solum mares, sed feminae plures; & dum associassemus virum Dei vsq; ad ecclesiam S. Mariae noua, ascendit per montorium, & aliquantulum predicauit ad populũ, perorando, vt nõ incederent vltra, & aspersit omnes cũ aqua benedicta, & nobis dedit benedictionem paternam, & omnes concurrebant, vt eius manus oscularentur: & ita vidi ipsum affannatum, vt vix graderetur: sicque ex dulcore animorum videndo patrem nostrum spiritualem, nos desere, omnes flebant; & vidi sublimem vtriusq; iuris Doctorem dominum Prodocimum de Comitibus; tamen tacta eius manu secessit ab eo vix inter eã calabi, & non posse a lacrymis abstinere, ex cordis nimia teneritate. Similiter, & quam multi fecerunt alij, qui ibidem aderant Doctores eximij, studentes, & alij ciues notabiles: tandem pauci redierunt, & quam plures antecesserunt eum ante pontem brentella, multi etiam ipsum associauerunt, nescientes ab eius vmbra recedere. Tandem duo ex suis Fratribus videntes

virum Dei hæc egre ferentem, antecesserunt, & rogauerunt Capitaneũ illius pontis custodem, pontem leuari, & neminem exire permittere. Sicq; dimisso viro Dei cum paucis, omnes ceteri mestri, Paduam redierunt. Cumq; Relesegam applicuisset cũ his non paucis, qui ante exierant comitantes eum, ibidem quicuit; & villicis circumstantibus postquam innotuit omnes confluere, qui panes ferentes, aliqui situlas vini, & nonnulli pro sufficientia carnes, & sic mihi retulerunt; ex communibus aliqui, & paratis mensibus in viarum medio, postquam saturati fuerunt, superfluerunt tot escæ continuo confluentes, ex quibus etiam totidem corpulentia saturassent, & sic cũ benedictione Dei obiãte populo in menia Vincetina, magno cũ honore receptus fuit.

In ciuitate autem Paduae mirabiliter fructificauit; & quaedam signa apparuerunt, quæ indicant Spiritum sanctum operatum fuisse in viro Dei: nam dum predicasset, renouando dignitates celsitudinis nominis Iesu, & virtutes quas nobis reliquit Dominus noster Iesus Christus, in nomine eius quidam adolescens videns quandam mulierem de contracta Sanctæ Sophiæ à spiritu immundo vexari, super caput patientis manum imposuit, dicens, in nomine Iesu exi ab hac muliere spiritus immunde; & mox liberata fuit. Et sic dum de hoc predicaret vir Dei, ipsamet mulier ex cœtu aliarum surrexit magnificando nomen Iesu, in cuius nomine se liberatam fore professa est, astantibus ibidem vltra viginti millia congregatorum ad predicationem illam. Aliud signum apparuit mihi à Sancto viro relatum, D. Fratre Petro de Hispania, patre meo spirituali, q̄ dum nobilis vidua audiret predicationem viri Dei, videbatur, q̄ vndique ex longa sua mestrali labe foret madefacta, & tota terra vbi cubabat, foret repleta sanguine, propter quod finito sermone non inde ausa præ verecundia exsurgere, nisi omnes aliæ dominae inde fecissent discessum. Cumque tota verecunda preces ad Iesum sudisset, &

in

A in suo nomine predicato dignaretur eam ab illa infirmitate longæua fluxus sanguinis liberare. Eadẽ surrexit, & aspiciens in terrã nil sparsi sanguinis vidit; & cũ domi fuit, extractis panis nil maculæ sanguinisve labe interulã aliqua parte resperfa inuenit, & sese ab illa infirmitate liberatã dixit. Aliud signũ apparuit cuidam mihi fide, quæ dum expectaret summo mane audiverunt verbum diuinum a viro Dei, & contempleretur, leuatis oculis versus cælum, vidit cælum apertum cum tanta decoris pulchritudine, q̄ id in secreto referendo dicebat, & non potens visionem sufferre, dũ præletitia voluit clamare, & alijs ostendere nouitatem, subito disparuit visio illa magna amplius. Itidem vir Sanctæ religionis Frater Petrus de Hispania indixit, q̄ dum vir Dei predicaret attente laudes S. Antonij confessoris, quaedam virgo Christianorum, apertè vidit quendam Fratrem similem Fratri Bernardino, stantem in aere super vertice capitis Fratris Bernardini, qui faciebat omnes gestus, & actus suos donec predicauit, quæ puella retulit eius matri visionem; quæ domina postea retulit Fratri Petro. Aliud signum ego ipse vidi, & tanto tempore quo predicauit ad aërem per totam Quadragesimam, & ante, & post, nunquam pluit, nisi vna die, quo predicauit de broda fetentis luxuriæ, ad denotandum, q̄ tempus voluit conforme fieri materia, de qua sermo fiebat; & in pluribus diebus ante tertiam. s. hora qua predicabat, tempus pluuiam minabatur, & ibat rotundo atris membris, & facto crucis signaculo sustinebat, donec suo faciebat finem sermoni; & vidi pluries, q̄ benedictione peracta post predicationes mox velut agmine rupto membri cum exundatione aquarum plurimi inualescebãt, quasi data sibi licentia inundandi.

Vincetia autem in hoc maxime proficuit, quia suarum predicationum suafu omnes discordias sedauit, & illam ciuitatem tanto tempore in affratu multiplicium seditionum, & offensarum hinc inde passa-

rum nutritam, quas neque dominatio, neque mors, nec amicorum hortamina potuit abolere, Spiritu sancto intercedente, ad bonum, & pacificum statum reduxit, in qua bucusq; durauit, & per Dei gratiam diutius perseuerauit; & itidem fecit in ciuitatibus Feltrensi, & Belunensi; & dum de Marchia secessisset Bononiam, & pluribus predicasset diebus ibidem, & comeatum inde a ciuibus recepisset; & ex diuina prouisione, niues, & pluuiæ creuerunt in tantum, quod vir Dei inde nequiuit recedere: & interim quidam pseudo frater, inuidia plenus, ascendens pulpitum, & credens virum Dei a Bononia secessisse, temerario quodam ausu cepit oppositum predicare aliquorum, quæ euangelizauerat Frater Bernardinus, dicens, quod seminauerat certas hæses in suis predicationibus, maximè de nomine Iesu. Quod audiens vir Dei, quindenae predicationes perfecit, confirmando veris rationibus, & sanctis scripturis, omnia quæ predicauerat, offerens se velle subire aculeum diræ mortis pro veritate, & se velle sustinere veritatem eorum, quæ dixerat, nisi euidenter sibi contrarium probaretur; quia ille in casu erat contentus acquiescere veritati. Et sic pseudo ille Frater si noluit, per dominum Legatum, & Episcopum, de male dictis luere pœnas condignas, suadente ratione coram populo omnia turpiter, sed veridice reuocauit, quæ malè dixerat de viro Dei, & taliter confusus remansit, & venerandus religionis vir Dei cum magno honore Florentiam iuit, vbi ex fide relatu nunc predicatio fructificat mirabiliter oipontenti Deo, ad eius honorem, laudem, & gloriam sempiternam, Amen.

Te precor, quicumque hæc legis, quatenus si minus benedicta, imperfecta, vel omissa, vel plus addita reperis, quæ tuo animo alicuius suspitionis erroris inducerent, me, & non Dei virum, culpabilem reddas, & tua charitas magis corrigat, vbi est error, & vbi est defectus suppleat, quam mordeat liuor edax.

DE

A D E P O E N I S
damnatorum.

Sermo XVIII.



Pluet super peccatores laqueos ignis, sulfur, & spiritus procellarum pars calicis eorum. Psal. 10. In quo verbo tria reperiuntur inserta, quæ sequuntur.

Primo, damnatorum incarceration ibi, Pluet super peccatores.

Secundo, spiritualis afflictio ibi, Spiritus procellarum.

Tertio, damnatorum cruciatio ibi, Ignis, sulfur.

Quantum ad primum, sciendum, quod carcer damnatorum est infernus, & hoc ratione triplici. Primo, ratione contrariorum stabilitiois. Secundo, ratione iniquitatum contributionis. Tertio, temporalium æternis præpositionis.

Prima ratio, quandoque inuenitur res, que in se continet duo contraria, oportet, quod si vnum illorum inuenitur per se, inueniatur & reliquum: vel sic, si de duobus contrariis est repente, alter extremum, seu extremorum, hoc est ex radice stabilendi contraria apud Philosophos: verbi gratia, in mundo isto sensibili ubi habitamus, inuenitur abundantia, & indigentia; lætitia, & tristitia; sanitas, & infirmitas; claritas, & obscuritas: sed. s. dicta Sanctorum, cælum, vt est vita Beata, est locus ubi est abundantia sine indigentia, lætitia sine tristitia, claritas sine nebula; quia sicut dicit Bern. Ciuitas cœlestis totum continet, quod delectat; ergo oportet alium locum esse ubi omnia contraria his inueniantur. s. indigentia sine vlla abundantia, tristitia sine lætitia, infirmitas sine sanitate, obscuritas sine aliqua claritate; & iste locus talibus miseris repletus dicitur infernus. Item in igne sunt duæ qualitates. s. splendor, & calor in hoc mundo; sed in cœlo est splendor sine calore; ergo in inferno est calor sine splendore. Bonau. dist. 4. & auctoritas scripturæ, Matth. 25. Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Auctoritas in veteri testamento, Isa. vlt. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Exemplo etiam monstratur per Gregor. in dialogo. Quod quidam Iulianus narrauit, quod pater foceri sui, temporibus Theodorici in Sicilia, exactionem canonis egerat, &

rediens ad Italiam, applicuit cum nauis ad insulam, quæ Liparis dicitur, in qua quidam vir Sanctus habitabat, qui accessit ad eum, vt se suis orationibus commendaret, cui vir Sanctus dixit: Theodoricus Rex mortuus est; nam externo die hora nona, inter Ioannem Papam, & Simacum patritium, discinctus, & discalceatus, & vinctus manibus, deductus in hac vicina olla Vulcani iactatus est. Illos enim duos Sanctos occidi fecerat.

Secunda ratio est, iniquitatum contributionis: nam sicut merito debetur gloria æterna, sic demerito pœna æterna; iuxta symbolum Athanasij: Qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam, qui vero mala, in ignem æternum. Psal. In inferno autem quis confitebitur tibi? Apocal. 20. Et diabolus, qui seducebat eos missus est in ignem, & in sulfur, ubi & bestie, & pseudoprophete cruciabantur die, ac nocte in sæcula sæculorum. Exemplo monstratur per Greg. 4. dialog. Quod quidam nobilis, Reparatus nomine, venit ad mortem, & cum diu mutus, & rigidus iaceret, visum est, cunctis astantibus, quod statum vitalem emisisset; cumque familia iam lugere cœpisset, qui putabatur mortuus, reuiuiscit, & ait: Citius ad ecclesiam Sancti Laurentij Damasi puerum mitte, vt quid de Tiburtio præbytero agatur videat, & renuntiare festinet. Hic enim Tiburtius tunc carnalibus desiderijs subiacere ferebatur, pergente puero, idem Reparatus narrauit astantibus, quod illuc ubi ductus fuerat eum agnouit, & quod ibi ingens lignorum rogos paratus fuerat, & Tiburtius præbyter illuc adductus rogo superpositus, & adustus. Alius autem parabatur rogos, cuius cacumen cœlum tangere videbatur; & ille clamauit, cuius est? Nec vltra valens aliquid Reparatus dicere, mortuus est. Puer verò, qui ad Tiburtium missus fuerat, iam eum mortuum inuenit. Nota tamen quod dicit Greg. quod ligna ardeant apud inferos, hoc dicit narratiue. Vides ergo, quod ex recta retributione diuina, sicut iusti præmiantur in cœlo, sic iniqui puniuntur in inferno: nam sicut beatitudo electos lætificat, ita credi necesse est, quod a die exitus sui ignis reprobos exurat.

Tertia ratio est, temporalium æternis præpositio, quia qui mortaliter peccat, præponit commutabile bono æterno, & infinito; ergo contemnit, & offendit bonum æternum, & infinitum. Sed tanta est offensio, quantus est is qui offenditur; ergo cum ipse

A se sit infinitus, offensa debet iudicari infinita. Cum ergo pœna debeat proportionari offensa, necesse est, quod peccato mortali reddatur pœna infinita. Sed non potest reddi infinita intensio, ergo duratio. Auctoritate probatur Iob 21. Tenent tympanum, & cytharam, & gaudent ad sonum organi. Ducunt in bono dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Qui dixerunt Deo: Recede a nobis, vias tuas nolumus. Et Lu. 3. verba sunt Ioannis Baptistæ: Congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igne inextinguibili. Exemplum naturale ponit Augustinus, dicens, quod peccator decedens in mortali, punitur æternaliter, quia peccat contra bonum æternum. Et hæc sic ostendit in humanis iudicijs, & legibus. Peccans contra rempublicam aliquo graui crimine, morte moriatur; non quia mora in qua occiditur eius supplicium esse leges æstimet, cum sit hora breuis: sed quia eum in sempiternum auferunt a societate viuientium. Vnde in proposito ait Gregor. 4. dial. Ideo peccator cruciandus est æternaliter, quia peccat in suo æterno. Sed si forte obijceres, Deut. Iuxta mensuram peccata, erit & plagarum modus. Sed nullus peccat æternaliter, ergo nullus cruciatur æternaliter.

C Bonauentura huic respondet, quod duo sunt in pœna. s. duratio, & intensio. Intensio responderet intentioni libidinis, quæ finita est: duratio vero responderet durationi peccati, & in hac vita, quo ad voluntatem, & in alia quo ad oblationem, quia in inferno in ea voluntate, qua discedit, in ea remanet. Peccatum enim licet sit finitum, tamen durat in infinitum, ideo punitur pœna infinita duratione, accerbitate tamen finita. Vnde 4. dial. ait Petrus: Scire vellem quomodo iustum sit, vt culpa, quæ cum fine perpetrata est, sine fine puniatur. Cui Gregor. Hoc recte diceretur si districtus iudex, non corda hominum, sed facta pensaret. Iniqui enim adeo cum fine deliquerunt, quod cum fine vixerunt. Nam voluissent vtique; si potuissent sine fine viuere, vt potuissent sine fine peccare. Ad magnam ergo iudicantis iustitiam pertinet, vt nunquam careant in gehenna supplicia, qui in hac vita noluerunt carere peccato. Sed iterum videre superest ex quo est infernus, ubi sit. Et dicitur, quod est sub terra, & hæc monstrat triplici ratione. Primo ratione corporum concordantia. Tertio ratione meritum

distancia. Prima ratio est, quia quanto corpus est nobilior, tanto locus debetur ei nobilior. Si ergo nobilissimis corporibus, puta gloriosis, debetur locus supremus. s. cælum empyreum; ergo restat, vt corporibus ignobilibus, puta corporibus damnatorum deleatur locus infimus; hoc autem est sub terra, ergo &c. Auctoritas Isa. 14. Infernus subitus conturbatus est in occursum aduentus tui. Et in Symb. Apost. Descendit ad inferos: cum descendere dicat motum ad illud, quod deorsum est; & ipse erat in terra, ergo infernus est sub terra. Secunda ratio est, quia locus per concordantiam debet respondere statui. Status viæ est medius inter pœnam, & gloriam; ergo locus debet esse medius: ergo cum sit inferior loco Beatorum, debet superior esse loco damnatorum. Exemplum vnum, quodque in suo proprio loco locatur, sicut pater in corpore humano, ubi oculi locantur sursum in alto loco, quia debent totum corpus dirigere: & pedes in infimo, qui debent totum corpus portare: & cor in medio, quia debet omnibus membris vitam influere. Et sicut hunc modum, Angeli, qui sunt luminosi per gratiam, oportet, quod sint in loco supremo, & luminoso: & damnati, qui sunt obscuro per culpam, debent esse in loco tenebroso. Sed nullus locus in mundo est tenebrosus, nisi medius terræ, sicut patet ad visum; quia cælum est luminosum, & ignis, & aer, & aqua, & terra in superficie illustratur; & sic nullus locus, præter centrum terræ, manet tenebrosus; vnde vocatur tenebræ exteriores: auctoritas Lu. 22. Ligatis manibus, & pedibus projicite eum in tenebras exteriores. Et Iob 17. In profundissimum infernum descendent omnia mea: putas ne saltem ibi erit requies mea. Raba. super istud Matt. 12. Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ. Sicut cor animalis in medio est, sic infernus in medio terræ. Tertia ratio est, quia sicut status damnatorum perfecta distantia distat a statu bonorum, ita locus a loco. Et sicut statui beatitudinis dat locus supremus, ita statui miserie locus infimus, quia peccatum, cum sit vilissimum, disponet hominem ad locum vilissimum ad infinitum. Aug. 9. de ciuitate Dei, 13. c. Ordo est parium dispariumque rerum sua cuique loca distribuens dispositio. Auctoritas Lu. 16. Mortuus est diues, & sepultus est in inferno. Sepeliri dicitur fodi sub terra, Prouer. 9. loquitur de mala muliere, & ignorat, quod ibi sint gigantes, & in profundum inferni conuiuia eius.

Qui

A Qui enim applicabitur illi, descendit ad inferos: nam qui abscesserit ab ea, saluabitur. Exemplum enim naturale habemus, loca ut sint conuenientia, oportet, quod conueniant suis ponderibus. Nam quia lapis grauis est, semper tendit ad centrum, nisi sit remouens pro ibens. Ignis autem quia leuis est, per appetitum suum naturalem sphaera appetitur ascendere: tunc enim bene stat, & in quiete est, quando est in loco simili & conuenti. Sic autem est in spiritibus: verbi gratia, amor meus, pondus meum, eo feror quocumque feror: anima, quae perfecte amauerunt Deum, & corpus dimiserunt suo pondere, ad caelum tendunt, quae vero terram amauerunt, ad centrum tendunt; quia impedimentum resistens non habent; sicut lapis ab alto cadens ad centrum terrae tenderet, nisi aliquod meritum resistens teneret eum, nec ultra centrum se moueret. Anima cum sit spiritualis non licet resistens, & exiua, in hora transitu oportet, quod descendat. Greg. 10. dial. Si idcirco in infernum dicimus, quia inferius iacet, quod terra ad caelum est, hoc esse infernus, & ferius debet ad terram; unde & fortasse per Psalmistam dicitur: Liberasti animam meam ex inferno inferiori; ut infernus sub terra esse videatur. Et Ioannes vix in ea aestimatione concordat, Apoc. 2. qui cum signatum librum, & sigillis vidisse se diceret; quia nemo inuentus est dignus, neque in caelo, neque in terra, neque sub terra, aperire librum, & soluere signacula eius. Et nullus in caelo, quia videlicet Angelus; nullus in terra, quia videlicet homo viuens in corpore; & nullus sub terra, quia videlicet anima a corpore exuta. Cum ergo ad soluendum librum nullus sub terra inuentus est dignus, quid obstat non in Deo, quia infernus sub terra esse credatur. Secundum si forte obuies, quod multi plures erunt damnati, quam saluati, sed caelum erit plenum electis, secundum quod dicitur Matt. 22. Impletus sunt nuptiae discumbentium: & Luc. 10. Exi in vias, & sepes, & compelle intrare, ut impleatur domus mea: ergo incertum est, quod damnati habeant maiorem locum, quam sit locus caeli, cum sit multo plures: ergo cum infernus complectatur omnes damnatos, necesse est ut sit tantae amplitudinis, ut caelum; ergo impossibile est, quod sit sub terra: ratio, quod cum obijcitur, quod caelum plenum est electis, dicendum, quod istud non intelligitur de plenitudine conuulsationis, sed plenitudine pulchritudinis.

qua dicitur caelum plenum esse stellis, & mare piscibus, & mundus hominibus. Si queras imaginatione qualiter captatur id quod tanta multitudinem hominum sub terra dici potest, quod omnes homines, qui nunc sunt, vix caperent millesimam partem terrae si simul essent. Si ergo omnes homines, qui fuerunt ab initio, & erunt usque ad finem, vix excedunt homines, qui nunc sunt in nulla culpa, proportionem omnes homines vix caperent superficiem terrae; si ergo concauitas maiorum sit capacitas, quam sit superficies, multo magna poterunt capi in concauibus terrae, quae quamuis non nobis appareant, cum multae sunt, sicut nobis ostendunt decursus aquarum de montibus, & concussionem terrae motuum. Et infernus creditur esse maxima concauitas; hac per M. Matt. capacitates habeo, omnia sunt rationes. Bonauen. in 4. distin. 20. Sed nihil in eadem dicit, quod damnati in inferno ita comprimuntur, quod continere poterunt in concauitate terrae, sicut in quadam rota. Psal. Pone illos ut rotam: vel potest dici, quod si concauitas, quae est terra, non sufficit, Deus terram augebit; vel de nihilo, sicut de nihilo creat, vel rotam aeris, quam occupauerunt aquae diluuii conuertit in terram.

Secunda pars est intrinseca, & spiritualis poena damnatorum, cum dicit, Spiritus procellarum, &c. unde vero, quod damnati habet duplici poenam. In intrinseca, & extrinseca damnatorum poenae innumerabiles existunt, quibus explicandis, nec vox, nec humana lingua sufficeret; iuxta illud Psal. Circumdederunt me mala, quorum non est numerus: tamen ex sacra scriptura aliquae sunt ex parte animae, aliquae ex parte corporis. Ex parte animae, quae extrinsecae nominantur, sunt plures. Prima est priuatio beatitudinis, quae maior est omnibus. Nam, ut ait Aug. Non inueni locum animae meae, praeter te Deus meus: ita animae, quae priuantur summo bono, & optimo Deo, nunquam quiescent, nec contentae esse poterunt, propter inclinationem naturalem spiritus ad spiritum, sed reuerentur a multis prohibentibus. Omnes autem damnati, ut ait Chrysostomus. Sciant se priuatos esse beatitudinem. Matth. 21. Auferetur a vobis regnum Dei, Et Isa. Tollatur ipse ne videat gloriam Dei. Sed diceret, non me creat Deus, ut me damnet, nec tanta passus est pro me, ut me perderet. Respon. Si aliquis emisisset a Sarcenis unum captiuum, & constituisset eum supra domum suam, tradidissetque ei in custodia.

A stodiam uxorem propriam, & omnia bona, ipse autem uxorem pollueret, & filios interficeret, & omnia bona dissiparet: non ne dominus hunc seruum in suo reddito puniret; non obstante, quod eum redemisset; quanta autem sit ista poena, ostendit Aug. dicens: Mali si possent, mallent, & in penis Deum videre, quam extra poenas. Secunda poena sciant se non videre esse ex se solus Deo, & maledictos, non quia talis passio cadat in Deo, sed quia non apponit misericordiam suam. Sap. 9. Odio sunt Deo ipsius, & impietas eius. Iob, usque ad inferos peccatum. Ioan. 2. Obluiscere eius misereri. Tertia poena, quia vident gloriam Beatorum, & maxime eorum, quos in hac vita contempserunt. Sap. 2. Videtes turbabuntur in subitane insperatae salutis; & praeter angustia spiritus gementes, & dicent, hij sunt quos aliqui habuimus in derisum, & similitudinem improperij; ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter Sanctos fors illorum est. Unde nota secundum Bonauen. in 10. dist. 50. Damnati, & saluati se vident adiuuicem usque ad diem iudicij, secundum peracto video, & boni malos videbunt, sed mali non videbunt bonos. Et rationem assignat, dicens: Boni gaudebunt, & laudabunt Dei iustitiam; mali similiter dolebunt de gloria omnia. Ergo si non contingit gaudere, & dolere, unde cogito vtrique cognoscunt. s. boni seueritatem iustitiae, & mali dignitatem gloriae, sed boni hoc non vident in se, nec mali in se; ergo constat, quod vident inuicem. Sed vero, quod consideratio sum congratulatio Beatorum gloriae est reprobati poena. Et consideratio sum congratulatio poenae reprobatorum est electis gaudium, quia damnati considerant gloriam sub ratione amissionis istius subdunt euitionis, & euasione: unde Psal. Laetabitur iustus cum viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Et quoniam gloria Beatorum super manat, & post iudicium erit copiosior, ideo electi, & nunc, & tunc videbunt poenam reprobatorum. Et reprobatorum poena similiter post iudicium intendendi, & adeo intenditur, ut Beatorum gloriam non liceat eis considerare, nec ab eis auxilium petere, ut diues petijt, quia tormentorum suorum magnitudinem, non poterunt sustinere, ita quod liceat alijs, vacare immo absorbeantur totaliter a poenis. Greg. super Lu. Infideles in imo positi ante diem iudicij fideles super se in requie attendunt, quorum gaudium post contemplari non possunt.

Quod autem boni videant malos, testificat Mag. sententia in 10. dist. 50. Sicut Sancti tradunt, & boni malos, & mali bonos vident usque ad diem iudicij; post iudicium vero boni videbunt malos, sed non mali bonos. Quia poena est vermis similis, & remorsus conscientiae de malis commissis. Isa. Ultra vermis eorum non morietur, quia semper remanet in eis, si de reliquis reprehendens. Bonauen. in 10. dist. 50. Ipsa translatio vermis, & dolorem spiritualem manifestat. In quibus, & qualis sit vermis. Si attenditur ratio transferendi in verme autem materiali considerata, origo, est in ordinatione. Oritur enim ex putrefactione, & mordet illud in quo oritur. Sic in spirituali dolore non quibus dolor est vermis, sed quatinascit ex putrefactione peccati, & tunc peccatum dicitur putritum, quando anima in eo requiescit finaliter. Rursum oportet, quod sit in dolore morsio. Homo etiam est in concursu duorum mouentium: si inuicem obuiantium, & resistentium, & duo mouentia sunt in homine, voluntas naturalis, & deliberantium, quarum vtraque mouetur. Ita concurrunt per conscientiam dicantem aliquod factum esse indebitum, & obuiant quando naturalis detestatur indebitum, & deliberantem. Tunc autem resistunt, quando vtrique in suo actu viget, quod illa efficitur detestata, & ita immutabiliter adheret. Secundum 1. 2. h. patet, in quibus est vermis, & quando: nam deficiente concursu, qui est per peccatum, conscientia non est vermis sicut in haereticis, & in hijs qui credunt peccando beneficium deficiente obuiatione non est vermis, ut puta in hijs, qui dolent de culpa, sed voluntatem, non tamen naturalem, sed etiam deliberatiam, ut sunt punientes deficiente resistentia, non est virginitas, ut puta quando voluntas tanta delectatione fertur in peccatis, quod absorbet motum voluntatis naturalis, ut non sentiat. Et etiam patet quare vermis deficit, & propter defectum putrefactionis in iustis, & concursus iniicit, & obuiationis in penitentibus vere, & resistentiae in hijs, qui peccant ex magna libidine. Et ex hijs patet, quod in damnatis videbit vermis, quia ibi erit peccati putrefactio ex hoc, quod finaliter remansit in anima eorum, ubi erit concursus propter peccatorum apertissimam visionem, quia iusto Dei iudicio fiet, ut mali simul omnia peccata memorentur, ut & de omnibus continue torqueantur. Et ideo vermis est pro omnibus, & non intensior nunc, quam ante.

A ante. Ibi erit obuiatio propter voluntatis deliberationem, obuiationem, & synderesim, remurmurationem; ibi erit resistentia: delectatio peccati erit per poenae accerbitatem; & ex hoc vermis ipsius synderesis actio fortificat; ex hoc vermis mirabiliter rodens, & puniens; quia voluntas rationalis, secundum quod natura est recta, seruit creatori, & tunc creator creaturę deseruiens armabitur contra creaturam in tormentum. Iob 2. Obliviscatur eius misericordia dulcedo illius vnus glo. quia quod sit primo dulcius in culpa, sit vermis amarus in poena. Iste autem vermis in hac vita propter non resistentiam quasi, hic est sopitus, tunc euigilabit. Sed quæratur hic nunc ab illis, qui iam fuerunt spirituales, & post ceciderunt, quomodo stat eis conscientia, & quomodo mordet. Greg. lib. 60. moral. vlt. Peruerse itaq; menti dulcedo vermis est, quia inde delectabiliter pascitur; vnde per iniquitatem incessanter agitatur.

Quinta poena, ignis affligens spiritus; qui ideo magis contristat, quia sciunt damnatorum animam, quod constat spiritus, se tamen pati a corpore, quod est ignis. Iob 1. Deurabit eum ignis, qui non succendetur: & vt recitat dominus Bonauen. in 10. dist. 20. quod per operationem artis potest fieri, quod ignis non extinguatur, sicut dicunt alij, qui experti sunt, quod si ignis cum sulfure includatur in vase, ex quo nulla possit fieri euaporatio, in æternum duraret sine nutrimenti appositione; licet autem nihil prohibet in igne infernali intelligere cum sub terra constet inclusum esse, Deut. 32. Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima; videtur autem hoc impossibile. si spiritum posse pati ab igne corporeo, quia omne agens in aliquid agit per contrarietatem, & contactum: sed ignis ad animam, nec contactus potest esse, nec contrarietas aliqua, quia anima est impalpabilis

D quia spiritus plena: in 10. q. 20. circa prædictam quæstionem tripliciter sit via. Aliqui vero Prophetarum negauerunt similiter spiritum incorporeum posse cruciari, attendentes eius incorruptibilitatem pro eo, quod senserunt omne incorporeum impassibile. Sed iste est error manifestus: si enim dolor generaliter ex amore cum priuatione amati, sicut si dolet quis de morte patris. Item contrario nota, sicut filij circa idem. Et spiritus incorporeus potest gaudere, quare est non dolere, cum naturaliter in mente eius possint assertiones, et alternari, ideo

aliorum Philosophorum modernorum positio sit, quod substantia spiritualis potest dolere, pati, non per actionem alicuius, sed potius per priuationem intellexerunt, quod anima desiderat summum bonum, quo potest priuari per multa mala merita in hac vita, & ideo ex eius carentia generatur in eo maxima tristitia, & hanc poenam dixerunt esse. Post hanc vitam, & non aliam, sicut non est aliud gaudium spiritibus, nisi in contemplatione summi boni. Ista positio sit Angelis, quamuis veritati magis appropinquent, tamen deficit. Si enim originali peccato, vt est pura priuatio inscientię debetur poena damni, & carentia beatitudinis æternæ: tertia catholicorum, quod actuali peccato, quod licet non tamen consistit in priuatione, ideo in deordinata delectatione non tamen debetur æternæ beatitudinis carentia; ideo etiã aliqua poena afflictiua, ideo dicit fides Christiana, quod spiritus separati cruciantur, non tamen per summi boni absentiam, sed per afflictionis præsentiam, ad quod credo sufficit auctoritas veritatis, Matt. 29. Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius: isti autem sunt spiritus; ergo Greg. 10. dial. Sicut uiuentis hominis incorporeus spiritus, sic et corporeo igne teneantur. Et idem ibidem, Certe reprobis veritas in fine dictura est.

G Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Si igitur diabolus eiusque angeli cum sint incorporei, corporeo sunt igne cruciandi, quid mirum si animam, antequam recipiant corpora, possunt corpora sentire tormenta? Quantum vero sit terribilis insinuat. Et Aug. dicit, Ille ignis sic se habet ad præsentem, sicut alius fictus pictus ad verum. Sexta memoria spiritualis prosperitatis, Luc. 3. Recordare, quia recepisti bona, &c. Sap. 2. Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarum iactantia contulit nobis? transferunt omnia illa tanquam umbra. Psalm. Cum interierit non sumer omnia, neque descendet cum eo gloria eius. Septima est pavor continuus. Sap. Venient in cogitatione peccatorum suorum pauidi, & traduent illos ex aduerso iniquitates ipsorum. Bonauen. in 10. dist. 90. vtrum in damnatis sit actus memorandi. Octaua poena est ignominia, quia sciunt scelera omnibus esse nota, ideo quia cognoscunt se contemptos esse a Deo, & ab Angelis, & a beatis animabus, atque ab ipsis demonibus, & ab alijs danatis hominibus, sicut per simile homo verecundatur stare nudus coram alijs,

A alijs, & maxime si habet aliquam deformitatem, quanto magis apparere nudus, & tã deformis coram Angelis, & hominibus, & omnibus, cum anima damnata sit magis deformis quàm excogitari possit? proher. 18. Impius cum in profundum peccatorum venerit, contemnit: sed sequitur eum ignominia, & opprobrium.

Nona poena est malum velle, sed impotens, quia quod malum volent perficere nequeunt: ligatis manibus, & pedibus proijcite eum in tenebras exteriores, & hoc propter eorum superbiam. Quanta poena putas est superbia, quando non poterunt se vindicare, & non poterunt suum malum expellere? Ista est poena magnatum mundi, qui moriuntur dolore, quia non possunt se vindicare, vel suum malum velle expellere.

B Iob, qui dissipat cogitationem malignorum, ne possint implere manus eorum, quos cæperant. Bonauen. in 4. dist. 50. dicit, quod mala voluntas dicitur duplex. 5. actus, habitus, dico quod timor seruilis damnatis non auferat habitum malæ voluntatis, sed auferat actum. Ite autem non vult luxuriari, quia timet puniri de ipsa mala voluntate, tamen habitum non auferat: quod patet, quia si separaretur impunitas, vellet utique luxuriari: sicut in damnatis est intelligendum, quod dolor pænalis auferat ab ipsorum voluntate actum volendi peccare: re vera damnati non appetunt luxuriari, nec dominari, propter poenas, quas ex illis actibus sentiunt se incurrisse: habent tamen habitum voluntatis malæ, per quam appetent peccare, si non crederent ex hoc puniri. Si ergo quæris, utrum damnati vellent peccasse: dico quod nolent peccasse, non propter hoc quod peccatum eis displiceat, quia iniustum Dei offensuum, sed quia displicet peccata iusta, & ideo malam habet voluntatē hoc volendo, & ita fuit in eis voluntas peccandi, licet dolore pænaram impediatur ne exeat in actum suum. Sap. 5. dicentes intra se, & penitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes. Aug. de fide ad Pet. c. 26. Qui in hac vita fructuosam non fecerit penitentiam, habebit quidem in alio seculo penitentiam de malis suis. Sed indulgentiam in conspectum Dei non inueniet: quare ibi erit funiculus penitentis, nulla ibi erit correctio voluntatis; a talibus enim ita culpabitur iniquitas sua, vt nullatenus possit ab eis diligi, vel desiderari iustitię: uoluntas enim illorum talis erit, vt semper habeat in se malignitatis suę supplicium, nã

E que tamē posset recipere bonitatis affectum: quia sicut illi, qui cum Christo regnabunt, nullas in se malæ voluntatis reliquias habebunt: ita illi qui erant in supplicio ignis etenim cum diabolo, & Angelis eius deputati, sicut nullam vlt. habent requiem, sic bonam nullatenus poterunt habere voluntatem; & sicut perfectio gratiæ dabitur coheredibus Christi ad æternam gloriam, ita consortibus diaboli cumulabit ipsa malignitas poenam, quantum ad æternitatem.

Decima poena est iracundia contra afflictionem poenę: iracundi enim sunt sicut furiosi, Sap. 6. superuenit illa seque bestiarum iracundia, peccator uidebit, & irascetur, dentibus suis fremet, & tabescet: exemplum in vitis patrum legitur, quod quidam usurarius habuit duos filios quorum alter remansit cum patre in seculo, alio existente in religione: sed post modicum tempus mortuus est pater, cui successit filius: post modicum tempus mortuus est filius. Audiens hoc alter quærat in religione, orat Deum, vt aliquid scire posset de conditione patris, & fratris, & raptus ad infernum, neminem eorum uidebat: & cum diligenter inspiceret, egrediebantur de vno puteo inflammati, & ligati, & sibi inuicem maledicentes, pater dicebat filio, Maledictus tu sis filius, quia propter te fui usurarius, & hanc poenam intraui: filius verò dicebat patri, maledictus tu sis pater, quia si tu usurarius non fuisses, & iniuste non exegisses, ego iniuste non possedissem, & hanc poenam non sustinerem.

C Vndecima poena est displicentia. nihil enim in eis est quod gaudeant, sed sibi met sunt odio. Ezech. Displicebat sibi met. Et Iob 7. Factus sum mihi met. grauis. Et uerè tanta est displicentia, quod damnati mallent non esse, quàm sic esse damnati. Vnde Bonauen. in 4. dist. 50. dicit quod non esse nullo modo est appetendum appetitu recto. Similiter non esse damnatum, vel esse infelicem, & si aliquid horum appetatur, fantastica est non ordinatio vera: sed vtrumque horum fugiendum est: & cum se habeant sicut excedentia, & excessa vtrumque, altero magis fugiendum est diuersis considerationibus, quia enim non esse amittit totum bonum, poena partem: ideo hoc magis fugiendum est. Simpliciter tamen loquendo, quia corruptio in non esse excedit in infinitum intensiue infinitum secundum proportionem: poena verò excessiue in infinitum secundum veritatem. Ideo credo, quod magis appetendum esset, si poneret in electione non esse

A omnino quam in æternum torqueri. Et loquitur de appetitu qui refugit in commodum. hoc enim iudicat mens mea magis portabile sicut decollationem magis quam ignis diurnam adustionem, Matt. 26. Melius erat ei si natus non fuisset homo ille. Et Isidor. Melius est non uiuere, quam male viuere. Veruntamen secundum appetitum honesti, quia cruciatus iniqui spiritus est ad gloriam Dei, utique male deberet ignibus subiacere ad continuam Dei laudem, quã per omnimodam corruptionem manum Dei effugere. Concedo igitur quod dñati malent non esse, & omnis homo rectè illud deberet appetere, considerata grauitate u-triusque pœnæ. uon tamen dico quodd sit magis appetendum simpliciter tamen ipsi magis appetunt. August. lib. de miseria huius mundi, loquens de damnatis ait. O mior quam dulcis es, quibus tantum amara fuisti: te solum desiderant, qui te uehementer oderunt.

Duodecima pœna inuidia beatorum, & omnium saluandorum. Eccl. 9. Amor quocumque & odium, & inuidia simul perierunt. Bonauent. in 4. dist. 50. Inuidia insurgit ex defectu charitatis, & amore proprii boni, fed utramque in damnatis est. Ergo in eis est maxima inuidia. Si ergo inuidus nollet aliquem videre bonum, nec beatum: ergo damnati uellent quodd omnes cum eis essent damnati. Aug. de cathec. Cautus esto, ne tibi aliunde hostis subrepat, quod solatium mali uolentissimum suum uoluntati cum quibus damnetur inquirat. Vnde nota quodd si in damnatis aliquo modo remittantur affectiones libidinis propter penarum magnitudinem, illæ inquam affectiones, quæ habent annexam delectationem, in quibus & penalitas uigoratur. Vnde etsi cesset actualis affectus luxuriandi, & dominandi, non intenditur affectus siue furor impatientiæ, & liuor inuidiæ. Vnde tunc dentibus suis fremunt, & tabescent. Et quoniam uigebit in eis odium, & inuidia, & uehementer tristabuntur: & tabescent in gloriam electorum: & ideo ad faciendam suam impijssimam emulationem uellent nullos esse bonos, immo omnes miseros. Et quia nec ipsi ad beatitudinem possunt pertingere, nec alios possunt a statu beatitudinis amouere, ideo in seipsis uehementer tabescunt & confunduntur. Sed si obijcis de diuite, qui uolebat fratres suos venire in locum tormentorum. Resp. quodd nullos ita diligunt naturaliter quin uellent eos esse dam-

natos hoc pacto, quodd nullo modo essent aliqui beati. Exemplum patet in illis qui habent odium capitale, qui desiderant uitam consanguineorum, attamen uellent quodd multi ex consanguineis essent mortui, ubi possent affectionem uindictæ de inimicis suis adimplere. Sed nota quodd non desiderant damnationem quorumcumque in hac uita, sed eorum quibus inuident, & odiunt. O partiales maledicti, o odientes pessimi, in inferno accrescet rabies uestra. si quem uestrorum emulorum uideritis saluatũ, adhuc magis crescet uestra rabies, Iob. 10. de tædio eorum loquens, ait: Fuissem quasi non essem de utero translatus ad tumulũ. Apoc. 9. Querent mortem, & non inueniēt eam, & desiderabunt mortem, & mors fugiet ab eis.

Tertiadecima pœna, desperatio salutis. Iob. Desperavi nequaquam uult iam uiuã.

Quartadecima pœna est certitudo damnationis, quoniam hoc faciunt, certum est quodd in proditionem traduntur.

Quintadecima pœna est amens, & furor dæmoniacus, proueniens ex morte non data. psal. furor illis secundum similitudinem serpentis, id est dæmonis.

Sextadecima, cecitas intelligitur. Matt. 15. Cæci sunt, & duces cæcorum: si cæcus ceco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt. in inferno priuati sunt lumine gratiæ scilicet fide, per quam cognoscimus creaturam, & creaturas similiter, & lumine gloriæ, id est uisione beata, & ppetua, quæ secundum Greg. qui mentis oculum Deo clausurunt, perpetuã in eo retinent cecitatem. ps. introibit usque in progenies patrum suorum, & usque in æternum non uidebit lumen. Sed no. secundum Bonauent. in 4. dist. 50. quodd in damnatis non est omnimoda cecitas intellectualis, dicens quod sicut est triplex actus loci corporalis scilicet manifestare, dirigere, & delectare: sic est in luce spirituali. si loquuntur quantum ad primum actũ, sic dico quodd non omnino extra lucem erunt, quia aliqua eis erunt manifesta: sed illa solum, quæ sunt ad cumulandum pœnæ, circa non; & ideo illa lux est ad manifestandũ tenebras, & ducens in tenebrositatem non sistens in lumine. si loquamur quantum ad secundum actum quod est dirigere, sic dico quodd omnino erunt extra lucem, quia non poterunt dirigi. erunt enim extra omnium uiam, & tempus, & locum bene agendi. Eccl. 9. Quantum potest facere manus tua, instanter operare: quia nec opus, nec ratio,

nec

A nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quo tu properas. Si quantum ad tertium, quod est delectare, sic dico similiter quodd erunt extra lucem omnino, quia nihil cognoscent actũ, in quo delectentur, erunt enim omnino absorti a magnitudine peccatorum, ita ut non liceat cogitare aliqua delectabilia. Quodd etiam dicitur omnino excæcari, & extra Deum esse, & hoc intelligitur quantum ad directionem, & delectationem. Exemplum est diuitis, qui eleuans oculos Abraham uidit, & gloriam Lazari ad sui maiorem pœnam, & agnouit periculum fratrum, nec potuit obtinere bonum responsum. Ecce quocumque se uertebat, habebat crimen pœnæ. Aug. super ps. 6. & in 4. sent. dist. 50. c. 5. Sanè exteriores tenebræ intelligi possunt quædam malignitas odij, & uoluntas, quæ tunc excrescet in mentibus reproborum, & quædam obliuio Dei: quia tormentorum interiorum, & exteriorum doloribus adeo afficientur, & turbabuntur, ut ab illis ad cogitandum aliquando de eo uix, uel raro, uel nunquam mentē reuocent: ut qui nimio pondere præmuntur, adeo stupefiant, & turbentur, ut interiorum in altam cogitationem non extendat, sed illuc tendit impetus cogitationis, ubi sentitur uis dolorum, hæc ille. Sed hoc magis fiet post iudicium, aliqua peccata cognoscent non per noui luminis donationem, sed per pœnæ afflictionem, quia ut dicit Grego. pœna aperit oculos, quos culpa claudit.

C Decima septima blasphem. diuitis. Apoc. 13. loquens de amore proprio, quæ est illa bestia, & aperuit os suum in blasphemias ad Deum blasphemare nomen eius, & tabernaculum eius, & eos, qui in celo habitant, Apoc. 16. & estuauerunt homines estu magno, & blasphemauerunt nomen Dei habentis potestatem super has plagas, uel delictet egerunt poenitentiam, ut darent illi gloriam.

D Decima octaua penarum intimitas summa præfens pœna est leuis, & breuis frustruosa: Quia si aliquis in inferno tantum lachrymarum funderet, quanta est aqua in toto mundo, non sufficeret ad abluionem maculæ unius mortalis: Plus uirtutis habet hæc una lachryma, quam omnes illæ. August. de si. ad Pet. in inferno, & si ibi erit cumulus penitudinis, nulla ibi erit correctio uoluntatis, a quibus ita culpabitur iniquitas sua, ut nullatenus possit ab eis, uel diligi, uel desiderari iustitia. Considera. n.

quodd transit tempus merendi, & quodd in hac uita quasi in momento temporis, sicut latro potuisset mereri beatam uitam. Ier. 8. Transit messis, & nos salpi non sumus.

De tertia principali dñatorũ pœna extrinseca, quæ ex multis causis prouenit ex parte loci, qui erit extra orbem, id est erit subterraneus, in quo uelut in carcere claudetur, ut iam probatum est esse sub terra, Iob. 18. expellet eũ in tenebras, & de orbe transferet eum. hæc ergo sunt tabernacula iniqui, & iste locus eius, qui ignorat Deum.

Secunda præfura corporum. Compressa enim erunt mutuo corpora damnatorum: ita ut nec contrahere, nec extendere se possint. Iob. 41. De corpore dæmonis, quodd est omnium damnatorum, dicit; corpus eius quasi scuta fusilia, compactum squamis sese præmentibus, una uel coniungitur, nec spiraculum quidem incedit per eas, una adhaerebit alteri, & tenentes se nequaquam separabunt. Alio quoque modo exprimit ps. sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos: quia sicut oues fortiter se comprimunt in hieme propter frigus, & in estate ad umbram ad declinandum estum: sic peccatores in inferno ordinabunt. Alio modo dicens Matth. 12. Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad cobuendum. Notabiliter dicit fasciculum. sicut enim habetur quodd resurget unusquisque in suo ordine, & sic nunc præmiantur sicut Apostoli in suo ordine scilicet Apostolorum: martyres in ordine martyrum: ita omnes peccatores qui erunt infecti uno genere peccati, scilicet prædamnante, erunt uno fasce constricti: nam de omnibus usurarijs fiet unus fasciculus, & omnibus adultæris alius. de omnibus superbis alius. Isa. 24. Et congregabuntur in congregatione unius fascis in lacera, & claudentur in carcere, & post multos dies uisitantur, id est in iudicio.

Tertia est horror tenebrarum, quia nullum lumen, nec ignis, nec solis poterit habere. Sap. 14. & ignis quidem nulla uis poterit illis lumen præbere, nec syderum limpide flammæ illuminare poterunt illam noctem horrendam, apparebit illis autem subterraneus ignis timore plenus existimabatur esse deteriora, quæ non uidebantur. Bonauent. in 4. dist. 5. dicit quodd Isidorus dicit; ignem gehennalem habere lucem, aliquando non habere uerum est. Lucebit enim ad desolationem, ut habeant unde doleant non ad consolationem, ut habeant unde

A gaudeant; ad quod intelligendum notandum est, quod ignis est in triplici differentia, etenim ignis purus; ut est in propria materia. & ignis incorporatus aut est in materia aliena, ut in terra, vel aere, & est ignis non solum incorporatus, sed etiam permixtus, ut ignis sulphureus, & confumofus. Primo est lux & pure lucet, & abundanter. Secundo est ignis Carbo, hic etiam lucet, & tenebras expellit. Tertio est ignis fumofus, & talis est tenebrosus, & hic erit in inferno. Rursus noct. quod lux illuminat oculum ad videndum. potest ergo illuminare ad videndum delectabilia, vel indifferentia, vel in tristitia: primo, & secundo modo non erit lux in inferno, sed tertio modo, & hoc sentit Greg. 4. dial. Mitte Lazarum, &c. in qua enim congregatione utriusque partis cumulus retributionis excreuit; ut boni amplius gaudeant, qui secum eos letari eos spectant, quos amauerunt, & mali dum cum eis torqueantur, quos in hoc mundo despecto Deo dilexerunt eos non solum sua, sed etiam eorum poena consumat. Magister in 4. dist. 5. cap. 5. hic queri potest, quare illæ tenebræ quibus involuentur mali in gehenna, dantur exteriores, quia tunc mali erant poenitus extra lucem corporalem, & spiritualem, scilicet extra Deum erunt.

C Quarta est aspectus demonum. tantum enim sunt horribilia monstra, quod si aspectui non possent se demonstrare. Tob. 20. vadent, & venient super eum horribiles. Sap. 17. persone tristes illis apparentes pavorem præstant.

D Quinta consortium iniquorum. Tob. 30. frater sui draconum, & socius scorpionum; sicut per exempla quantam poenam credes uni esse, qui est nobilis homo, & fuisset conuersatus cum nobilibus, & ipse per suam culpam fuisset priuatus, & expulsus, & oporteret eum stare cum miseris, & ribaldis fatidis, & leprosis. Sic considera de demonibus, qui sunt nobiles, & alijs nobilibus quanta poena erit eis. Isa. 23. vnusquisque ad proximum suum stupebit, facies combustæ vultus eorum.

E Sexta incendium non consumens. Eccl. 7. vindictam carnis impij ignis, & vermis. Bonavent. dist. 70. in 4. si de corporibus damnatorum queratur ut cum ab igne affligentur, similiter est concedendum. Si autem queratur vtrum consumantur, similiter est negandum, sed si queratur vtrum corrumpantur, hoc est distinguendum, nam corruptio vno modo dicit defectiōem rei quæ

ad esse substantiale, & hoc modo idem est quod consumptio, & tali modo non corrumpuntur cum non moriantur. Alio modo corruptio idem est quod priuatio bonæ dispositionis, & hoc modo, quia a corporibus damnatorum aufertur quies, & bona dispositio, quæ generat in anima voluptatem, hinc est, quod continue corrumpuntur, & ibi corruptio afflictionis ne interemptionis, siue consumptionis, & hoc fit per adustionem ignis. Si autem queratur quomodo capi, & intelligi possumus ad hoc manduci, & exemplo, & ratione: videmus enim quædam in igne uiuere, sicut ponit August. de Salamandra 21. de Cui. Dei. si ergo mirabilius est aliquid aliquando in igne conseruari sine afflictione, quam affigi sine consumptione, & illud est secundum naturam: possibile ergo nec illud debet videri impossibile: quod si dicas, hoc non est simile, quod natura illius animalis conformis est igni, natura uero humani corporis omnino difformis. Rñderi potest dupliciter, vno modo quod quædam natura humani corporis prædictam statim præsentem sit ab igne consumptibilis, nihil prohibet quod mercator qui naturam quando uoluit, omnibus, & singulis dedit, talem naturam homini dare possit: nec mirum cum humanum lapsum alterius dispositionis, & vere corpus habuit post lapsum: quia possibile est ad mortalitatem modo necessarium ad mortem: hoc ipsum persuaderi potest exemplis sumptis a parte ignis, ideo illud vrit, & non consumit, quia pabulum non requirit, & est exemplum manifestum in inflammatione auri ab igne, quod quidem inflammatur, sed non consumitur quia igni non præbet pabulum: sic nec humanum corpus igni infernali. Evidentissime autem exemplum patet de igne, qui est in partibus Sicilia: sicut patet aspicientibus, quod ille ignis motes illos ab antiquis temporibus estuare facit, & tamen adhuc integri perseverant, & illi sunt satis idonei testes, quod non omne quod uritur consumitur, & in legenda beati Nicolai etiam scribitur, quod in partibus orientalibus quidam ignis inuenitur, qui appositam sibi manum vehementer affligit, & tamen de manu nihil consumit. Si autem queratur ratio huius est quod hoc venit ex parte agentis, & ex parte patientis. isti enim igni data est virtus ad inflammandum non ad consumendum, & corpori data est virtus passibilis. Si autem queratur ratio huius: dicendum, quod a parte nature

A turæ passibilitas est ad suscipiendum, & ex parte Dei est potestas ad dandum, ex parte finis est congruitas ad suscipiendum, quia in infinitum debet homo in corpore cruciari, ut manifestetur iustitia Dei infinita. Gregor. 15. Moral. cap. 7. super istud Iob licet que fecit omnia, nec tamen consumentur, persoluit enim in tormentis ea, quæ hic illicite seruat desideria, & flammis vlticibus traditus semper moritur, quia semper in morte seruatur; non enim in morte consumitur: quia si consumeretur vita morientis, cum vita etiam poena finiretur. Sed ut sine fine cruciatur viuere sine fine in poena compellitur, ut cuius vita hæc mortua sit in culpa, illic eius mors viuat in poena: non autem sunt ista duo impossibilia, quod aliquod corpus tangitur a calido, & non consumatur, cum videamus naturaliter aliquod corpus tangi a frigido, quod potius calefacit, quam infrigidet: sicut manifestum est in aqua, & calce: & sicut illa corpora uruntur, & non consumuntur; ita compositum ex anima, & corpore affligitur, & non moritur. Si verò queratur de corporibus malorum, quomodo in igne ardeant, & non consumantur. August. Varijs exemplis asserit, sempiternis ignibus ea ardere, & non consumuntur. illa combustione sicut animus, cuius præsentia corpus uiuit, & dolorem pati potest, & mori non potest. hoc enim erit tunc etiam in corporibus damnatorum, qui nunc esse scimus in animis hominum. Sed si modo quereres; nunquid iste ignis æqualiter cruciet reprobos? Gregor. 10. Dialog. Vnus quidem est gehennæ ignis, sed non uno modo omnes cruciat peccatores. vnusquisque etenim quantum exigit culpa, tantum illic sentitur poena. nam sicut in hoc mundo sub vno sole multi consistunt, nec tamen eiusdem solis ardorem æqualiter sentiunt, quia alius plus æstuat, alius minus: ita illic in vno igne non vnus est modus incendij, quia quod hic diuersitas corporum, hoc illic agit diuersitas peccatorum; ita ut ignem non dissimilem habeant, & tamen eosdem singulos dissimiliter exurat. Si ignem non habeant simplicem, sed compositum ex fetore sulfuris, Apoc. 21. Pars illorum erit in stagno ardenti igne, & sulfure.

C Septima poena rigor frigiditatis. Quanta sit poena illa, quia continue ducitur de calido excessiuo ad frigus excessiuum, & e contrario. Faciunt enim sicut coquina-

E rij, qui quando volunt statim carnes coquere, sæpe de lebetes feruenti mittunt carnes in aquam frigidam. Et considera, quod in hieme homo maxime frigescet si statim vadit ad ignem, & maxime appropinquat, sentit quasi poenam spasmi. Matth. 8. Ibi erit fletus, & stridor dentium, & Iob 24. Ad nimium calorem transiet ab aquis niuium, & usque ad inferos peccatum illius.

F Octaua rabida fames. Psal. Et famem patientur, ut canes. erit enim ibi tanta penuria, quod nec unam guttam aquæ habere poterunt, ut patet in diuite epulone in inferno sepulto. vbi dicit glo. Diues in inferno cogente inopia vsque ad minima petèda perductus est, qui sua tétatione usque ad negada pauperibus restrictus boni, ut mors quæ in mundo est præ cæteris timetur, ab omnibus desideretur. Apocalyp. 9. Desiderabunt homines mortem, & mors fugiet ab eis. vtilius esset homini si tunc se interficerent, quam si demonem; quia diabolo interfecto, non propterea cessaret cruciatus eorum. Isa. penult. Ecce serui mei comedent, & vos exurietis; serui mei bibent, & vos sitietis.

G Erit etiam fames rabida spiritualis, non sine ratione desiderij, sed ratione carentis. Creg. 6. Moral. cap. 28. Tunc quippe reprobi uasitatem famis, quam passuri sunt, cum damnati extremo iudicio ab æterni patris uisione separant. Scriptum namque est: Tollatur impius, ne uideat gloriam Dei, & per semetipsum Dominus dicit: Ego sum panis uiuus, qui de celo descendi. Simul ergo quos uasititas, famelique cruciat, qui non solum foris tormenta sentiunt, sed intus etiam inedia peste moriuntur; uasitatem gehenna, quia concremat; fames interficit, quia suam illis faciem Redemptor abscondit: poenæ namque contributionem interius exterius que recipiunt, quia & cogitando miseri, & operando deliquerunt.

H Nona poena, sitis inextinguibilis, Iob. 18. Exardescet contra eum sitis. Decima, gustus amarissimus. Ier. 23. Ecce cibabo eos absinthio, & potabo eos felle. Vndecima, foetor ex corporibus damnatorum. Isa. 30. Et de cadaueribus eorum ascendet foetor, qui etiam ipsis damnatis est intolerabilis. 2. Mach. 9. Nec ipse foetorem suum ferre poterat. Immo erunt ibi morsus serpentum, Ier. 8. Ecce ego mittam uobis serpentes pessimos, quibus non est incanta-

A tio, & mordebunt vos, dicit Dominus ex carne eorum scaturient vermes. Iudit. 16. Dabit eis ignem, & vermes in carne eorum, vt vrantur, & sentiant vsque in sempiternum. Gregor. 10. Dialog. Nam libro Geneleos attestante didicimus, quia super Sodomitas ignem, & sulphurem pluit, vt eos ignis incenderet, & fetor sulfuris necaret; quia enim amore illicito corruptibilis carnis arserant, simul incendios, & fetore perierunt, quamuis in poena sua cognoscerent, quia aeterna mortis fetoris fuisse delectatione tradidissent.

Duodecima est confusus dolentium calor. Sap. 18. Resonabat inconueniens impiorum vox, & flebilis audiebatur planctus. Exemplum habemus de quodam nouitio, qui nolens portare poenam ordinis in quo erat, proposuerat in animo suo exire, dicens, quod non erat illius infernus? & apparuit ei mater sua, dicens, vis exire; & ille, volo; subito factus est sonus tam horribilis, quod visum, quod celum scinderetur, & statim defecit; & confortans eum mater ait, vis audire aliquid de melodia paradisi? dixit, volo; & ecce sonus dulcis factus est, & omne genus musicorum superat, & sic confortatus mansit in ordine. Apocal. 16. Et quintus Angelus effudit phialam suam super sedem bestiae, & factum est regnum eius tenebrosum, & manducauerunt linguas suas, & blasphemaerunt Deum caeli praedoloribus, & vulneribus suis.

Tertiadecima, totius corporis languor; languoribus enim quantumcumque diuersis totum corpus occupantibus, damnatorum corpora affliguntur, vt febre, lepra, paralyti, & ceteris. Deut. 18. Percutiet te Deus vulnere pessimo a planta pedum, vsque ad verticem. Mach. 9. Vt de corpore impij vermes scaturient ac viuentes in doloribus carnes eius effluerent. Et nec mirum, vt dicit Bonauent. in 4. dist. 20. quia enim mali peccauerunt, per totum corpus puniuntur, & hoc quia quantus quatuor electorum erunt ibi in sua actione contraria in corpus damnatorum. sicut enim ex scriptura colligitur, quatuor elementa esse creduntur ad perfectam damnatorum punitionem; ignis. Mat. 25. Aer, psal. ignis, sulfur, spiritus procellarum. Aqua. Iob 24. Terra. Iob 10. Terra miserij vt omnis creatura excandescat in tormentum contra iniustos, & armetur in ultionem creatorum, & per eadem puniantur, ex quibus constituuntur: quia vero ibi ad poenam, ideo illa ibi esse dicuntur, quae vigent in qualitatibus actiuis. **E**

Si autem queratur per quem modum ibi elementa esse intelligantur, dicendum, quod elementa sunt ibi confusa, non distincta, nec ordinata, nec illa confusio poenam minuit, sed auget pro eo, quod actio elementorum tua post resurrectionem cessabit, cum cesset generatio, & corruptio; sed tamen manebit actio eorum, virtus dirigitur, non tanquam intendit multiplicare spiritum, sed secundum imperium Creatoris intendunt vindicare diuinam iniuriam, quod quidem fit affligendo humanam naturam, immo tantus erit languor, & distimpana, quod non poterunt Beatos videre, nec ad aliud attendere. Sap. 18. Sanctis tuis maxima erat lux, & horum quidem vocem audiebant.

Quartadecima est singulorum membrorum dolor proprius, & maximus. Nam ibi est tortio intestinorum, & dolor capitis, oculorum, aurium, dentium, &c. vt per ea, quae peccauerit, in ea torqueatur. & Machab. 9. Apprehendit eum dolor durus viscerum, & amara interiorum tormenta. In quodam sermo. & glo. Prouer. 30. Singulis membris, quae fuerunt arma iniquitatis sit adhibenda poena, vt patet in diuite Epulone, qui petebat refrigerari in lingua vbi torquebatur, cum qua Deum maxime offenderat. Greg. in Homil. diuitis: quid ergo est, quod immutatur, quia in tormentis positus diues linguam suam refrigerare postulat, nisi quia is, qui in conuiuando magis deliquit, in lingua atrocius ardebat.

Quintadecima poena est mors immortalis, perpetuo. n. quasi morietes angustiantur, nec tamen morte finiuntur. Psal. Appropinquauerunt vsque ad portas mortis; in annis. n. mortis sunt, nec mortis remedio liberantur. Greg. in mor. Horrendo modo est miseris dolor cum formidine, flamma cum obscuritate, & in eorum interitu ipsa a suis qualitatibus tormenta discordant; quia a conditoris voluntate, dum viuerent, discerpabant, sic miseris mors sine morte finis sine fine, defectus sine defectu; quia mors semper viuit, finis semper incipit, & defectus deficere nescit; mors perimit, & non extinguit, dolor cruciat, & pauorem non fugat, flamma comburit, sed tenebras non discutit; quia enim cum diabolo contra suum creatorem creaturae concordarunt, creaturae contrariae venient ad poenas eorum.

Sextadecima tactus insupportabilis: nam corpora damnatorum erunt ita sensibilia, quod

A quod si quis illa tangeret capillo, grauissimam poenam sentirent. Exemplum, sicut quando medicus tangit plagam infirmi: quomodo ergo facient cum vnus stet conuictus alteri, & vnus ducit ad aquas glaciatas, deinde mittitur in fascem suam, credo, quod vnus alium blasphemet, & continua sit rixa. Sap. 18. Suscepta est autem a populo tuo: sanitas quidem iustorum, iniustorum autem exterminatio.

Decima septima poena, grauitas grauabilis. Ansel. lib. simi. cap. 9. In inferno tanta ponderositas est in damnatis, vt nec pedem, nec manum, vel aliquod membrum sui corporis possint mouere. Exo. 15. in figura, descenderunt in profundum, quasi plumbum in aquis vehementibus.

Decima octaua, omnium istarum perpetuitas. i. satis suaue est iacere in vno lecto & mundo; & tamen si alicui posito in tali loco diceretur, iace, & quiete, quia oportebit te ita iacere viginti annis: & ipse responderet, potius vellem esse mortuus: quid ergo & de illo, qui erit in igne ardenti? & scit se mansurum ibi, non tamen viginti annis, vel centum, vel mille, sed per infinita saecula saeculorum? In hac meditatione dicitur fuisse Fulco, qui postea fuit Episcopus Tholosanus. Greg. 10. dial. sicut finis non est gaudij bonorum, ita finis non erit tormento malorum; nam cum veritas dicat, ibunt hi, id est in supplicium aeternum: iusti autem in vitam aeternam, &c. a quibus vos liberet, qui cunctorum est liberator, Amen.

C Secundum est, quod facit mundum contemnere. Ber. Qui sunt, & qui fuerunt homines, qui nouissima sua non meditariunt: sicut enim tu es, fuerunt, comederunt, & biberunt, & in bonis dies duxerunt, & in puncto in infernum descenderunt, & caro eorum plena vermibus, & inde quod profuit inanis gloria, laetitia, mundi pompa, carnis voluptas, falsa diuitia, magna familia, ac magna concupiscentia? vbi iustus? vbi iocus? vbi arrogantia? de tanta laetitia, quanta tristitia: post tantam voluptatem, tam grandis miseria, vnde de modica laetitia ceciderunt in magnam miseriam, grandem ruinam, in magna tormenta: vnde concludit quicquid illis accidit, quia homo es, tibi accedere potest.

D Tertium beneficium est, quia facit carnis desideria domare. Gregor. Valde sollicitat in bono opere, qui semper cogitat de extremo fine, & inde nil tantum valet ad domandum carnis desideria, quam cogitare qualis finis.

Quartum beneficium est, quia facit caute ambulare. Deuteron. 10. Custodi cor tuum; & animam tuam sollicitate, & memento, quoniam mors non tardabit.



Recumbe in nouissimo loco. Luc. 9. Verbum est Sanctorum ad veram humilitatem nos inducentium, quae est via, sine qua nemo venit ad regnum, sicut dicit beatus Greg. Debemus igitur recubere in nouissimo loco per humilitatem, quia humilibus Deus dat gratiam suam, vt habetur Iac. 1. Notandum est autem, quod qua-

druplex est nouissimum. Primum mortis, in quo debemus recumbere, ipsum quotidie meditando, de quo Eccl. 5. Cor durum & impignitens malum habebunt in nouissimo. Secundum iudicij, in quo recumbere debemus, ipsum multum timendo, Iob. 19. In nouissimo die de terra surrecturus sum. Tertium inferni ipsum expauescendo, Proverb. 15. Semita vitae super eruditum, vt declinet in inferno nouissimo. Quartum nouissimum est paradisi, ipsum ardentem desiderando, de quo, dico primo, quod primum nouissimum dicitur esse mortis, in quo debemus recumbere, ipsum iugiter meditando; & hoc propter septem beneficia, quae inde nobis proueniunt. Primo, quia facit peccatum fugere. Secundo, mundum contemnere. Tertio carnis desideria domare. Quarto, caute ambulare. Quinto, bonis operibus insilire. Sexto, nos timorem facit habere. Septimo gratiam Dei possidere.

Primum beneficium, quod mors facit, est, quod facit peccatum fugere. Eccle. 8. Memorare nouissima tua, & in aeternum non peccabis, id est peccatum dignum aeterna morte non facies, ut dicit glo.

Secundum est, quod facit mundum contemnere. Ber. Qui sunt, & qui fuerunt homines, qui nouissima sua non meditariunt: sicut enim tu es, fuerunt, comederunt, & biberunt, & in bonis dies duxerunt, & in puncto in infernum descenderunt, & caro eorum plena vermibus, & inde quod profuit inanis gloria, laetitia, mundi pompa, carnis voluptas, falsa diuitia, magna familia, ac magna concupiscentia? vbi iustus? vbi iocus? vbi arrogantia? de tanta laetitia, quanta tristitia: post tantam voluptatem, tam grandis miseria, vnde de modica laetitia ceciderunt in magnam miseriam, grandem ruinam, in magna tormenta: vnde concludit quicquid illis accidit, quia homo es, tibi accedere potest.

Tertium beneficium est, quia facit carnis desideria domare. Gregor. Valde sollicitat in bono opere, qui semper cogitat de extremo fine, & inde nil tantum valet ad domandum carnis desideria, quam cogitare qualis finis.

Quartum beneficium est, quia facit caute ambulare. Deuteron. 10. Custodi cor tuum; & animam tuam sollicitate, & memento, quoniam mors non tardabit.

- A** Quintum facit bonis operibus insisterē, quia monens Dominus dicit, Io. 8: Operamini bonum, & summum bonum est fiducia mortis meditatio.
- Sextum facit timorem habere. *Beatus* quid horribilius morte? quid terribilius iudicio? quid intolerabilius gehenna ignis excogitari potest?
- Septimum facit gratiam Dei possidere. *1. Reg. 22.* Factus est spiritus Dei super Saul in Ramatha. quod interpretatur memoria. Recumbe igitur in nouissimo loco, scilicet mortem meditando. Sed notandum, quod memoria mortis multis est amara, ut patet *Eccl. 9.* O mors quam amara est memoria tua, homini iniusto, & pacem habenti in diuitijs suis, quibus tamen est dulcis, o mors bonum iudicium tuum homini indigenti. Sed de his duobus in *serm.* Dominus mortificat, & uiuificat in sexto, & septimo considerationibus magis luculenta habetur doctrina.
- Sequitur secundum nouissimum aeterni iudicij, in quo debemus recumbere, ipsum semper timendo, & hoc propter septem.
- B** Primo propter omnium Sanctorum timorem, & sollicitam meditationem, secundum propter operum nostrorum denudationem, tertium propter demonum preparatorum ad recipiendum afflictionem, quartum propter celestium, & omnium Sanctorum turbationem, quintum propter Dei, & omnium creaturarum contra peccatorum accusationem, sextum propter Dei inultu benignissimo furoris ostensionem, septimum propter sententiam irrevocabilis prolationem.
- Primo dico, quod nouissimum aeterni iudicij est timendum propter omnium Sanctorum timorem, & meditationem sollicitam. Omnes enim perfecti, & Sancti de ipso timore in custodiendo dicebant, *Isa. 13.* Ululate, quia prope est dies Domini crudelis, & indignationis plenus, & ira & furoris adponendum terram in solitudinem, & peccatores eius conterendos de ea; quia unusquisque stupebit ad proximum suum, facies combultae vultus eorum. Et idem, dies illa est ultionis, ut sumat vindictam. *supple de inimicis suis.* *Soph. 1.* Vox Dei Domini amara, & tribulabuntur ibi fortes, dies irae dies illa, dies tribulationis, & angustiae, dies calamitatis, & miseriae, dies tenebrarum, & caliginis, dies nebulae, & tenebrarum, dies tenebrae, & clamoris. *Et Iob. 13.* Quid faciam

cum surrexit ad iudicium Deus. q. d. timenda est dies illa.

Secundum timendum est nouissimum iudicium aeternum propter omnium operum nostrorum denudationem. *Eccl. 11.* in fine hominis denudatio operum eius. *Et Isa. 46.* Reuelabitur ignorantia tua, & vi debetur opprobrium tuum. *Et Matth. 10.* Nihil opertum, quod non reueletur.

Tertium timendum est propter demonum preparatorum ad recipiendum afflictionem. Immittet filius hominis angelos, id est demones, & colligent de regno omnia scandala. *Supple in consummatione saeculi.* *Et Eccl. vlt.* Liberasti me a rugientibus preparatis ad escam. *Et Greg.* Illum diem, fratres charissimi, ante oculos mentis ponite, & quicquid graue cernitur in eius comparatione leuigatur.

Quartum est timendum propter virtutum celestium, & omnium Sanctorum turbationem. *Matth. 23.* Virtutes celorum commouebuntur, scilicet propter passionem humanae naturae. *Et Iob 16.* Columnae caeli contremiscent, & ponent ad vultum eius. *Hier.* Quid faciet deserti virgula, ubi timore percutitur cedrus paradisi? *Christo.* Si rex terrenus progressurus contra aliquem, expedendum mandantur in populo dignitates quibus omnes mouebuntur exercitibus, exultare tota ciuitas feruet, & contremitt; quanto magis rege caelesti surgenti iudicare viuos, & mortuos, caeli, & Angeli mouebuntur, terribiles ministri terribilem Deum praecedentes, & pro candelabris fulgura praecedent, pro tubis horrenda tonitrua, nec resistendi alicubi, nec fugiendi facultas, nec poenitentiae locus, nec satisfationis tempus aderit, ex angustia omnium rerum nil remanet nisi fletus? totum illud tempus erit iustitiae, & vindictae; natura iudicij nec recipit, nec quaerit munera. haec ille. Immo si omnes Sancti, & Angeli boni rogarent tunc pro uno damnato, non obtinerent iuxta illud *pro. 6.* Zelus, & furor sumi non parcat in die vindictae.

Quintum timendum est propter Dei, & omnium creaturarum contra peccatores accusationem. Primus erit creator, quem offenderunt; secundus creatura, qua abusi fuerunt; tertius scriptura, quam transgressi fuerunt; quartus conscientiam, quam polluerunt; quintus culpa, quam perpetraverunt; sextus demones, quibus seruiuerunt; septimus infernus, quem non timerunt.

Dico

- A** Dico quod primus accusator erit creator, quem offenderunt. *Iere. 19.* Ego sum iudex, & testis. Secundus creatura. *Sapient. 5.* Armabit creaturam ad ultionem inimicorum. Tertius scriptura. *Ierem. 5.* Et qui accusant uos? *Moyse* in quo sperastis. Et lex *Moyse* sine scriptura, quod Christo, *Rom. 2.* Testimonio perhibente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium etiam defendentium in die, cum iudicabit Dominus occulta omnium. *Proverb. 50.* Arguet te malitia tua, &c. increpabit te. *Bernard.* Vitia multis, & multiplicibus criminibus accusabunt animas, multaue testimonia falsa aduersus illos inuenient, quanquam vera ad damnationem possint sufficere. Pro sexto occurrent demones, & clamabunt alter ad alterum. *Bernard.* Demones terribili vultu, & horribili aspectu terrebunt animas, & ingenti furore eas persequetur, ut comprehendat tam horribiliter volentes retinere, & possidere ubi sit qui eripiat. Pro septimo miseri, & desperati dicent, *Isa. 18.* Pepigimus fedus, cum inferno fecimus pactum. Sic igitur aperient septem accusatores peccata in nouissimo iudicio.
- C** Sed notandum, quod creator accusabit impios de septem in die iudicij. Et primo de tempore, quod infructuose perdidērunt. *Bernard.* omne tempus tibi impensum, sicut pilus de corpore, aut de corpore non peribit quo ad agendum poenitentiam, ad acquirendum gratiam, ad promerendum gloriae miseratio conditoris tibi dedit.
- Secundo de Sacramentis Ecclesiae, quae uili penderunt. *1. zech.* Polluerunt sanctuarium, & inter sanctum, & profanum non habuerunt distantiam, & inter pollutum, & immundum non intellexerunt.
- Tertio de festis quae non coluerunt, sed potius inquinauerunt. *Ezech.* In eis auerterunt oculos suos, coinquinabat in medio eorum, & medio eius quasi lupi rapientes praedam ad effundendum sanguinem, & perdendas animas.
- Quarto de praecipis quae non seruauerunt. *Ezech.* In praecipis meis non est inuidia, nec proiecerunt, & Sabbathata mea inuocauerunt vehementer.
- Quinto de exemplis uitae Sanctorum, quae non timuerunt. *Cant.* Leuavi oculos meos, & vidi, & ecce vir Christus, & in manu eius funiculum mensorum. *Funiculus*

fit de lino, qui multis uis ducitur ad candorem. per quem designatur uita Sanctorum, qua per tribulationes multas, per flagella, per contumelias, & carnis afflictiones ad caelestis gloriae perueniunt candorem.

Sexto de peccato suae passionis, quam non cognouerunt; ideo in preparando dicit eis *Ezech.* Multo labore sudatum est, & non exit de ea nimia rubigo eius, nec per ignem. q. d. multum laborando sudauit in passione mea, & tamen ad me non aspexerit, & passionem meam non cognouerunt, nec peccata sua per eam destructa reuelauerunt. Ideo loquens Domino patri, dicit *Ier.* Videam ultionem tuam ex eis.

Septimo de praemijs uitae aeternae, quae non crediderunt. *Isa.* Nunquid non audistis praemia, scilicet uitae, quae promissa sunt in diuinis scripturis, scilicet, & gloria. *Et Isa. 1.* Oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quae preparauit Deus diligētibus se. De istis septem accusabit creator impios in die iudicij. Secundo dixi, quod accusabit eos creatura, quia ea abusi fuerunt, & non simpliciter creatura, sed omnes creaturae accusabunt, & expugnabunt peccatores in die illa, creaturae dico inferiores.

Primo caelum in peccatorum reuelatione, *Iob 12.* Reuelabunt caeli iniquitatem eius, & loquitur de peccatoribus.

Secundo Sol, & Luna, & Stellae in sui hominis absconsona. *Ezech. 13.* Dicit Dominus, Operiar caelos, & ingemiscere faciam stellas eius, quas nube tegam, & luna non dabit lumen suum.

Tertio aer, *Ezech. 13.* Erumpere faciam ipsum tempestate, & indignatione mea, & imber inundans, & dabo lapides praegnantem desuper irruentes, & uentum pro cellae dissipantem.

Quarto terra in motu agitatione, *Apo. 7.* Terramotus factus est magnus, qualis non fuit, ex quo gentes esse ceperunt.

Quinto, quia aqua in sua absconsona, seu siccatione. *3. Reg. 18.* Post dies autem aliquos siccatus est torrens.

Sexto ligna, & lapides in aedificiorum compositione. *Abac. 2.* Lapides de pariete clamabunt, & lignum quod in iunctura aedificiorum est, respondent; uae qui aedificat ciuitatem in sanguinibus, & preparat urbem in iniquitate. Septimo aurum, & argentum, & diuitiae in utilibus congregatae. *Diuitiae uellere*

A ueltrae putrefactae sunt, aurum & argentum eruginavit. Octauo uolucres caeli, & pisces maris in delicatissima comestione. Ita quod quaecumque fuerunt eis in delectamentu, conuertentur eis in tormentum. Sap. 5. omnis creatura tibi factori deseruiet. Sic igitur apparet, quod timendum est nouissimum iudicium propter creaturarum omnium contra peccatores accusacionem.

Sexto est timendum pp Dei vultu benignissimo furoris ostensionem, Isai. 13. Ardens est furor eius, & grauis ad portandum labia eius impleta sunt indignatione, & lingua eius quasi ignis deuorans: Spiritus eius quasi torrens inundans ad perdendum gentes. Et Amos 10. quasi leo rugiet, quis non timebit? Ideo nos dicamus, Domine ne in furore tuo, &c.

B Septimu timendum est propter sententiae irreuocabilis prolatione, & hec dicitur esse dubia, quia nescimus de quibus erimus interrogati, pro quo dicitur Eccl. 12. Omnia in furore reseruabuntur, & posito quod interrogati nescimus, vtru dicatur nobis, venite benedicti: vel ise maledicti. Matth. 25. So. 12. apparet secundum nouissimum, qd est, & in iudicio multum timendum. Tertium nouissimum, dicitur esse infernus, de quo debemus recumbere, ipsum expauescedo, seu ipsa supplicia, sepe meditado. Isa. 13. vadam ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine. gl. vadam, vt euaduo, vadam mente, ne vadam in corpore. Et notandum, quod istud nouissimum timendum est, & precipue propter septem. Primo propter sanctorum consor. perpetuam separationem, secundo propter diuina iussio nis priuationem, tertio propter tenebrosi carceris horrendam habitationem, quarto propter daemoneum terribilem apparitionem, quinto propter poenarum corporis indicibiles cruciaciones, sexto pp miseraru animae poenarum continuatione, 7. propter in his oibus aeternam damnationem. Dico primo nouissimum inferni timendum est propter sanctorum consortium. Bern. quis putas, tunc qualis mator, qualis luctus, quae tristitia, cum separabunt impij a consortio oium sanctorum? Et dicitur eis, ite maledicti, &c.

C Et idem, quid erit, cum se viderit illa misera concio omnium consolacionum nudam, & in illas tenebras exteriores includi, & ab illa sanctorum se illa perpetua communione excludi. Secundo timendum est propter diuina missionis priuationem.

D Et idem, quid erit, cum se viderit illa misera concio omnium consolacionum nudam, & in illas tenebras exteriores includi, & ab illa sanctorum se illa perpetua communione excludi. Secundo timendum est propter diuina missionis priuationem.

Et idem, quid erit, cum se viderit illa misera concio omnium consolacionum nudam, & in illas tenebras exteriores includi, & ab illa sanctorum se illa perpetua communione excludi. Secundo timendum est propter diuina missionis priuationem.

E nem. Chriost. multi horrent gehennam grauiorem, puto: vnde simile ponit aquis gehennas, nihil certe dicit quale: sed obtenta illa gloria excidere: hodie Christi haberi audire non noui. Tertio timendum est propter tenebrosi carceris horrendam habitationem. Job 10. vbi umbra mortis, & nullus ordo: sed sempiternus, &c. Hier. tanta erit in inferno vis doloris, q mens ad aliud dirigi non poterit, vbi erit fletus, & stridor dentium. Isa. 13. vnusquisque ad proximum suum scopabit, facies combustae vultus eorum, & de daemoneibus dicitur, facies hominum sicut nigredo ollae. Augustinus, in inferno erit horribilis visio daemoneum, & draconum, & miserabilis clamor dentium, & vultuum damnatorum. Quinto timendum propter poenarum ex parte corporis cruciacione. vbi notandum, qd danati noue poenis affliguntur in inferno, quia nouem ordinibus Angeloru: quia tot sunt opera meritoria in praesenti vita sociali, require eas in sermone, vidi mortuos, &c. Sextu nouissimum est timendum propter miserarum animae poenarum continuatione: vbi et notandum est, quod nouem poenae cotinuu succedunt miseris damnatis in inferno, vbi etiam notanda sunt nouem.

G Primo labor sine requie, secundo dolor sine mitigatione, tertio peccatorum cruciacione recordatio, quarto totius rationis obsecratio, quinto scitorum deferens obliuio, sexto tedium viuendi, septimo timor peiora patiendi, octauo opprobrium, & aeterna diffisio, nono furoris & inuidiae deprauatio.

H Primo poena damnatis in inferno danda erit, labor sine requie. Psal. laborabunt in aeternu, & viuent ad huc in finem. Sed si queras: vnde viuēt, dico, quod mors depascet eos, sicut dicit in Psal. Secunda poena erit dolor sine mitigatione Job 12. Ois dolor ruet in eu. Greg. Quod hic poena praua concupiscentiae damnatur, illic quadoque poena vltionis diuinae cremabit. Tertia poena erit peccatoru cruciacione recordatio. Isa. 12. Reuelabitur ignor. sua, & videbitur opprobriu suum, & Sap. 10. veniet in cogitacione peccatorum suorum timidi. Quarta poena erit totius rationis obscuratio. Job 18. lux obtenebrescet in tabernaculo illius, & lucerna, quae super ea est, extinguetur. Quinta poena erit scitoru. i. de illis, de quibus scientia habuerunt obliuio. Job 12. Decimas quas deuorat, euomet, & Deuter. 19. extrahet eas Deus, obliuio eas euomet: quia talis seruuorū noluit iusto

A iusto iudicio de eius memoria euellet. Sexta poena erit tedium viuendi, tedium eos viuere, & desiderabunt millesies mori, & fugiet mors ab eis. Septima poena erit timor peiora patiendi. Job 12. fugiet arma ferrea, & irruet in arcum aereum. Greg. timo: naq; poena, & ideo infelix tanta patietur quanta pati timebit, & inde qui supplicij positi dolore sentiunt, & in dolore angustia pulsati, sp pauore feriuntur. Octaua poena erit opprobriu, & et diffisio deridebunt eos daemones, & ad se inuicē damnati. Sap. 10. in corumelia, & inter mortuos in perpetuu. Nona poena erit furor mentis, & inuidie deprauatio, quod promittens Dominus, Deut. 28. ait percutiente amentia in centro, & furorum mentis, vt palpes in meridie, sicut palpare soles cecus in tenebris. Sic igitur apparet, quod timendum est nouissimum inferni propter miserarum poenarum animae continuationem. Septimo timendum est propter in omnibus ijs etiam damnationem. Matth. 5. Aduersarius tradet te in carcerem. Amen dico tibi, non exies tibi, dicit dominus. i. nunquam, vt dicit glo. ergo timendum est illud nouissimum inferni, qd carcer tenebrosus, foetidus, horribilis, dilatatus, & profundus. recube igit in tali nouissimo, eum continue meditando. Quartum nouissimu, dicit esse paradisu. Prou. vlt. Redibunt supp. iusti, in die nouissimo. i. in paradiso, dicit gl. in isto igit nouissimo recumbere debe me ardeter, eu desiderado, dignatur propter 7. beneficia, quae habemus ibi primum. Primo nocte glorificationis dignitas. 2. oium bonorum fertilitas, 3. loci quem inhabitas, amenitas, 4. plene pacis securitas. 5. oium Beatorum iucunda societas. 6. summae trinitatis visionis sublimitas. 7. diuinae fruicionis perpetuitas.

B Dico primo, quod primum beneficium paradisi est dignitas nostrae glorificationis, & hic erit in duplici scola, scilicet in doctibus corporis, & anime, Isa. 9. in terra sua duplicia possidebunt. 1. duplicem scollam, seu dotē. Et Apoc. 6. & datae sunt illis sanctis, & electis singulis stole albā. Primo videamus de dotibus corporis. Na corpus nsum, & dotes, seu beneficia, ac glorias immortalitatis habebit in paradiso. Prima est pulchritudo sine formositas. 2. agilitas. 3. fortitudo. 4. libertas. 5. voluptas. 6. sanitas. 7. diuturnitas. Dico q corpus nsum in paradiso habebit pulchritudine sine formositate: placeret ne tibi esse ita formosus, sicut

C Abfalon, de quo dicitur 2. Reg. 18. porro sicut Abfalon, qui erat ita pulcher, q a planta pedis, usq. ad verticem capitis no erat, nec poterat in eo respici aliqua macula: vel sicut Mardocheus, de quo dicit Hester. 8. Mardocheus de palatio. & de conspectu regis ordinis fulgebat uestib. regijs hiacintinis, & coronā aureā in capite portās, & amictus paleo serico, atq; purpureo: oisq; ciuitas exultauit, & letata est. sup. videndo eum. Sed istoru formositas erit ibi difformitas in comparatione electoru: vnde Sap. 7. fulgebunt iusti, sicut sol in conspectu Dei, & Matt. 13. Sol tunc fulgebit septuplu, sicut lux 7. diertu. Isido. Sol premiu sui laboris accipiet, & inestimabili claritate uestiet in similit. claritatis corporis Chrii, q nobis pmittit. Ephes. Expectamus Saluatore, qui reformabit corpus nostrum configuratum corpori claritatis suae. vnde Ansel. O quam inquit magnifica pulchritudo erit, quando sanctorum millia numeroque arene assimilata claritate corporis Iesu Christo, cum ipso apparebunt. Secundo habebit corpus nostrum agilitate sine velocitate. Sufficeret tibi, vt velox esses sicut Azael, de quo dicitur 2. Reg. porro Azael cursor velocissim⁹ fuit, sicut vnus de campis, qui morant in siluis. Illius velocitas erit ibi tarditas respectu electorum. Electi enim ita veloces erunt, vt quam cito radius visus oculi clare videntis aperta palpebra in caelum dirigitur, & in se mox reuelabitur. Ita electi veloces erunt. Et sicut Angeli in caelo, sup. quatum ad velocitatem, Lu. 12. Aequales sunt Angeli Dei, in cuius figura dicit Dan. vlt. q Angelus tulit Abacuch vno pilo de iudea in Babilone, vbi erat Daniel. Et mox restituit in locu suu. Aug. vbiunq; volet spūs, protinus ad erit corpus. Tertio dico, q corpus nsum in paradiso fortitudine mira habebit, sufficeret ne tibi fortitudo Sasonis, de quo dicitur Iud. 15. q accipies maxilla asini interfecit mille viros. Et idē dicit, q dormies i Gaza, vsq; ad mediu noctis inde colurgens apprehendit ambas portas ferreas impositasque humeris suis portauit vsq; ad verticē montis. Et plura, q ibi apparēt. Sed fortitudo illius erit inualidatio in conspectu electoru. Na si montes, & oium mole terre electi pedē vertere vellent, poterūt tā faciliter facere, quā vide te, vñ Ansel. dicit, q diabolus ex fortitudine suae naturae mouet, atq. excitat vctos, & tē pestat, & interdū terre motu facit, pp q in Euag. fortis armatus vocatur. Si igitur Deus fortitudinem suis inimicis dedit: non est dubium,

- A** biū, q̄ multo meliorem fortitudinē electis dabit. Psal. voluntatē timētū se faciet, & de precatione eorū exaudiet, & saluos, &c. Quarto habebit corpus n̄sum in paradiso libertatē: esset ne tibi fatis esse liber, sicut Cæsar Augustus, cui totus seruiuit mundus, sicut narrat Historiā, vt Luc. 2. Exijt editum a Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis, & multa alia, &c. Et tamen passus fuit multa incommoda, quæ S. Dei pati non poterunt: nulla enim creatura retinere, vel impedire poterit electos: quia omnia obstantia libere præsentabunt, sicut sepulchrum non potuit retinere corpus Dominicum, quin resurgeret, & ianuis clausis ad discipulos intrauit. Ansel. tanta erit Sanctorum libertas, quanta fuit habendī voluntas. Quinto habebit corpus nostrum in paradiso voluptatem. putas ne placeret tibi ita delitiose viuere, sicut Salomon, de quo dicitur. 3. Reg. 10. quod omnia vasa in quibus potabat, erant aurea, & omnia supellectilia domus, saltum libani de auro purissimo, propter quod ipse poterat dicere illud Eccl. 2. Coaceruavi mihi aurum, & argentum, & substantias regni, & prouinciarum: sed illius deliciae erunt tunc miseriae respectu electorum: vnde Ansel. etiam sanctorum delectatio sic sentietur, quemadmodum si aliquis esset in igne, & ignis per totum corpus sentiretur: sic per omnia corporis membra voluptas paradisi sentietur, quasi totum corpus esset gula. Et idem si mali mala in omnibus partibus corporis, quod bene agere noluerunt, multo magis huiusmodi electi bona habebunt in omnibus membris suis, quia bonum fecerunt. Vbi notandum, quod Deus mirabili uoluptate quinque sensus nostros corporales decorabit.
- D** Primò visum, quia perfectè & apertis oculis regem celi videbunt electi in decore suo, & gloriam Angelorum, & omnium Sanctorum, & inimicorum suorum, qui eos olim afflixerunt in mundo, in inferno penam videbunt, de quo summe gaudebunt oculi videntium, & aures diligenter auscultabunt: omnia enim membra interioris, & exterius cogitationes, & apertè videbunt singulorum omnia.
- Secundò auditum, quia incessanter sonabit armonia cælorum, cui cætus omnium Angelorum, & dulcissima organa omnium Sanctorum resonabunt.
- Tertio olfactum mirabilem delectationem habendo, quia suauissimum odorem. Vnde in figura dicitur Isa. de hac uestimentorum fragrantia, Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni.
- Quarto gustum, cum epulabuntur, & exultabunt in conspectu Dei semper, inebriabuntur ab ubertate domus tuæ. Vnde Ber. In torrente uoluptatis nihil ultra apparet cumulata societas, tanta erit felicitas, & voluptas.
- Quinto tactum, quia omnia aspera, & dura abierunt; & omnia blanda, & suauia arridebunt. Aug. Transit dolor, & pena cū fine; venit gaudium, & lætitia sine fine, de omnibus istis sensibus in simul dicit August. In paradiso erit pulchritudo inæstimabilis obiecta aurium armonia Angelorum resonans, auditui fragor omnium aromatum fumigans, olfactui dulcedo incomparabilis effluens gustu suauitatis ineffabilis subiecta tactui. Sic igitur patet qualem corpus nostrum in paradiso habet voluptatem. Secundo dico, quod habet sanitatem, esset ne fatis tibi, ut ita sanus esses, sicut Moyses, de quo dicitur Deuter. vii. quod non caligauerunt eius oculi, & dentes eius non sunt moti: sed eius sanitas tunc erit infirmitas respectu electorum. nam salus illorum a Domino erit: quia si tentare, interrumperet, uel frangere minimè posses cum sit nocere eis sicut de radio solis, quia omnis doloris materia ab eis remouebitur, sicut dicitur Apocal. 12. Quod absterget Deus omnem maculam, alias lachrymam, ab oculis Sanctorum; & iam non erit amplius, neque clamor, neque ullus dolor, quoniam priora transferunt. Ansel. Electis Dei nulla læsio superuenire poterit, nec ferrum, nec ignis, nec aqua eis nocebit: nulla erit eis egestas, imbecillitas, seu infirmitas. Septimo habebit corpus nostrum longeuitatem, seu diurnitatem. Sufficeret ne tibi longeuitas Mathusalem, de quo dicitur Genes. 5. Quod ferè usque ad mille annos peruenit, & tamen illius vitæ longeuitas erit tunc mortis propinquitas respectu electorum.
- Qualem putas habebunt Sancti diurnitatem, qui in fine vitæ habebunt hereditatem? Vnde Sapient. 5. dicitur quod iustitia, quia iusti in perpetuum uiuent, perpetua est, & immortalis. Istis igitur septem dotibus decorabitur corpus nostrum in paradiso: anima autem

- A** autem alijs septem effulgebit. Prima erit sapientia, secundo amicitia, tertia concordia, quarta potentia, quinta honor, sexta securitas, septima gaudium.
- Dico primò, quod sapientia effulgebit. 2. Reg. 9. Dedit Deus sapientiam Salomoni, & prudentiam nimis, sed istorum sapientia incomparabilis erit sapientia electorum: quia tanta sapientia effulgebunt, quod omnem sapientiam de ipso fonte sapientiae haurient: omniaque presentia, & futura perfectè scient, & omnium hominum genera, siue in inferno, siue in cælo, & nomina, & opera tam bona, quam mala, & quæ ab eis gesta sunt, perfectè cognoscent, & uidebunt. Ansel.
- B** Aliquid non erit, quod sanctorum notitiæ subtractum sit, omnium linguarum, omnium erit, omnium quæ sunt habebunt scientiam, & sapientiam. Superabit igitur ista sapientiam Salomonis, & Dauid. Secundo anima in paradiso effulgebit mirabilis amicitia. Amicitia enim Dauid, & Ionatæ nihil ibi reputabitur, de quibus dicitur primo Reg. quod anima Ionatæ conglutinata est animæ Dauid, & dilexit eum quasi animam suam. Vnde amicitia sanctorum in patria figurata fuit 3. Reg. 6. ubi dicitur quod anima, quæ erat in templo Dei, id est in cælo habitant, incorruptibili immortalitate uestiuntur, vt habeant sicut habent cor vnum, & animam vnā. Vnde dicitur Act. 10. Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna. Et sequitur, nil erat in templo, quod non auro tegetetur: quinta in superna patria sola charitas regnat, ubi est præsens ipse Deus, qui est charitas ipsa, & inde Angelorum, & hominum vnum gaudium communicantium, unum consilium erit in cælo. Tertio anima mirabili concordia effulgebit. Concordia enim sanctorum maior erit, quam concordia oculorum duorum corporis humani, quæ quidem tanta est, quod ex quo vnus respexit, mox alter se uertit, & cum alio simul respicit, quia quicquid vnus sanctorum uellet, & Deus uoluerit. Ansel. Talis erit concordia in illa patria Beatorum, vt nulla dissensionis macula ullatenus inueniatur, quia ubi Deus in omnibus erit omnia.
- Quarto anima mirabili potentia in paradiso fulgebit, & maiori, quam Magnus Alexander, de quo historiae dicunt, quod potentia sua subuertit sibi Asiam, Africam, & Cappadociam, & cælum vitreum fieri fecit: quia potentia sanctorum animarum tunc erit ita efficax, ut aliud cælum & aliam terram possent facere, si uellent, iuxta illud Ioan. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Sunt enim sancti filij Dei, & hæredes, propter quod dii appellantur in Psal. Ego dixi, Dij estis; & filij excellenti omnes. Verum quia omnia quæ fecit, in pondere, & mensura fecit, & nihil imperfectum reliquit: si sancti aliud cælum facerent, esset superfluum: tamen in oriente tanta erit potestas ipsorum beatorum, quanta suis uoluntatibus uoluerunt uti, quia uoluntatem timentium se faciet, &c. Quinto mirabili honore in paradiso fulgebunt. quod figuratum est Genes. 14. ubi dicitur, quod Pharaon dixit Ioseph existenti in Egypto, Tu eris super domum meam, & ad imperium oris tui cunctus populus obediet: & iterum. Ecce constitui te super uniuersam terram Ægypti, & tulit anulum de manu sua, & posuit in manum suam, scilicet Ioseph; & uestiuit eum stola alba. O quantus honor in uerbis istis sanctis figuratus est? Deus enim vt filios suos honorabit nos, quia filium Dei meruerunt honorare in uia ista. Ioan. 12. Si quis mihi ministrauerit, honorabit eum pater meus, qui est in cælis. Angeli etiam honorabunt, quia numerus eorum meritis suis meruerunt adimplere cælum, & terram: honorabunt eos & omnis creatura, quia bonis operibus continuè in uita præsentia uoluerunt insistere ac vacare. Sexto anima mirabili securitate in paradiso fulgebit, & maiori quam Elias, & Enoch in paradiso terrestri, quamuis de Enoch scriptum sit Genes. 5. Quod ambulauit Enoch cum Deo, & non apparuit ultra, quia tulit eum in paradiso terrestri, & Elias raptus est etiā, vt dicitur 3. Reg. 2. ubi quanto magis tranquillitate carnis: spiritus uiuunt alimonia Spiritus sancti, & fructu ligni vitæ sustentantur, sicut dicunt glo. Vnde Bern. Felices, & uerè felices Enoch, & Elias, quibus omnes vitæ ablatae sunt, quæ eorum impediunt intellectum, vel affectionem, qui soli Deo uiuentes, non inueniunt nisi Deum: sed incomparabiliter maiorem securitatem habebunt sancti in paradiso, quia nec mortem, nec aliquid interfectum timebunt, semper certus, & de possessione securi gloriosa, & hoc promittit eis Deus, Isa. 13. dicit securitas erit usque in sempiternum. Septimo anima

A ma mirabili gaudio fulgebit in paradiso quia patrem in filio, & verbum in patre, & spiritum sanctum in utroque, sicut est facie ad faciem uidebit, semper gaudium habebit de consortio, & societate Angelorum, de contubernio omnium sanctorum, Isa. 15. Letitia sempiterna super capita eorum, & in domo ista plena delictijs iuber Deus quilibet iustum intrare, dicit intra in gaudium Domini tui, Matth. 15. sic igitur apparet primum beneficium, quod habemus in paradiso nouissimo, quod est nostræ glorificationis dignitatis, quæ se extendit quantum ad animam, ut dictum est, quæ nobis cōcedere dignetur ille Dei filius, qui per infinita sæcula uiuit redemptor benedictus. Amen.

DE LVXVRIA.

Sermo XX.



Ana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea. Psal. 6. Hæc est autem tertia pars sermonis de Luxuria scilicet, Del uitio della carne la sanatione.

C Vnde nota nouem remedia. Primum est diuinorum contemplatio, secundum scripturæ contemplatio, tertium corporalis exercitatio, quarta artū corporalis maceratio, quintum tribulationum incussio, sextum occasionum oblatio, septimum mentis humilitio, octauum frequens confessio, nonū est subita expulso.

Contra igitur huius incontinentiæ impietatem multa remedia inueniuntur. Quorum primum & præcipuum est diuinorum contemplatio. s. ut mens circa contemplationem diuinorum occupetur, & hæc est ratio, quia inter omnes cogitationes malas mens ad peccandum inclinatur cogitationes delectatione carnis. Cuius ratio secundum Philosophorum doctrinam duplex assignari potest. Vna quidem, quia cum hæc delectatio sit homini grata, & a iuuentute coniuncta, facile appetitus in eam fertur, cum eam cogitatio præponit. Vnde Philosoph. 2. ethic. dicit, quod delectationem iudicare de facili non possumus, quando accipimus eam. Secunda ratio est: quia, ut idem dicit in 3. ethic. in particulari sunt magis uoluntaria, quam in uniuersali. manifestum est autem quod per moram cogitationis

ad particularia quæque descendimus. Vnde de per cogitationem diutinam maxime libido prouocatur. Et ideo cum cōtrarijs cōtrarijs curentur, hinc est quod delectatio diuina absorbet carnalem; & meditatio diuina reponit carnalem. nam oratio deuota, cum sit ascensus mentis in Deum tendens, & decentium petitio a Deo reprehensionis facultatem huius turpissimi uitij: nā quicquid orantes petitis, credite, quia accipietis, & fiet uobis. Vnde Isa. 18. laude mea in frenabo te, ne intereas. est enim quoddam frenum animam ab interitu peccati retrahens, laus diuina. Contemplatio diuina proximè valet ad expulsiōem huius uitij. Et ratio est, quod cum natura sit ad unum tantum Deum, dum intendit diuinis, non potest simul & corporalia degustare: nam gustato spiritu desipit omnis caro. Vnde Vgo de Claustro animæ, c. 1. dicit, contemplatio claustrum animæ dicitur, in cuius sententia se recipit, animus sola cœlestia mendicatur, a terrenis separatur, a turba carnalium cogitationum longe ponitur, delictiæ carnis resurgunt in domo, delectabiliter uagos sensuum motus restringit, angelica dulcedine fruitur. Legitur in lib. Vitæ, pro silentio pacem in choro uirginum seruat concordiam, nostri summi patris considerat potentiam, sapientiam filij inuestigat, Spiritus sancti benignitatem amat: hæc ille, & per hæc anima erigitur ad spem maximam, quia per potentiam scit ipsam posse, per sapientiam ipsam scire, per benignitatem ipsam uelle, & dulciter audit cū psal. Cū ipso sum in tribulatione: & glorificabo eum. Sed nota quod inter alia remedia meditationum nostrarum, potissima est meditatio passionis Christi, statim cogitare de eo crucifixo, ac si uideres oculis tuis in cruce pendere manus. figura Nume. populus murmurans contra Dominum dicit: Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo, & appetens carnes misit in eis dominus serpentes ignitos, & reuersi ad Moysē orauit ad Dominum, & præcepit, ut faceret serpentem æneum, & suspenderet in ligno: & quicumque aspiceret illum morsus a serpentibus, uiueret. Serpens ignitus est luxuria: nam teste Iob, Ignis est nec ad consumptionem deuorans. Serpens in ligno est ipse Christus, qui astutia sua percussit superbum id est diabolus. Vnde Aug. in ferm. vius marty. & cum exaltaret Moyses serpentem in eremo in ligno, populus qui mordebatur a serpente, attendebat serpentem, & sanabatur.

A batur. Sic & modo quemcunque momorderit astutia Satanæ, intueatur Christum in ligno pendentem, ibi mors occisa est, Dominus autem superuiuet. Secundum remedium est studium scripturarum, & ratio huius est, quia in litera absconditus est fauus mellis, & adueniente igne spiritus sancti, extinguitur, & consumitur ignis nostræ palæ carnis, Luc. 2. non ne cor nostrum ardens erat, dum loqueretur nobis in uia: nam in ea inuenit uocem dulciter arguentis, Apoc. 3. Ego quos amo, arguo & castigo, & hoc exemplum in Paulo 2. Cor. 12. Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis Satanæ, quæ me colaphizet: propter quod ter Dominum rogavi, ut discederet a me: & dixit mihi, sufficit tibi gratia mea: nam uirtus in infirmitate perficitur. Et sequitur, libenter gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me uirtus Christi, in ea etiam inuenit uocem dilecti ueraciter permittentis, Io. 14. Qui diligit me, sermonem meum serua bit, & pater meus diligit eum, & ad eum ueniamus, & apud eum mansionem faciemus. In ea etiam inuenit uocem dulciter suadentis, Apoc. 3. Suadebo tibi emere a me aurum ignitum, & probatum, ut locuples fias. Tantam in ea melodiam audit, ut cogatur cum sponsa proclamare. Cant. 1. In odore uinguetorum tuorum cucurrimus. & Cant. Anima mea liquefacta est, ut dilectus locutus est, quia relicto fetentis carnis currat in odore dilecti pulsantis. Vnde Hier. ad Rustic. monachum, Ama scientiam scripturarum, & carnis uitia nō amabis. Vnde Apost. cum dixisset Tim. 4. exemplum est fidelium in uerbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate, statim subdit, dū uenio, ergo attende castitas lectioni.

C Tertium remedium est corporalis exercitatio, & etiam mentalis. Vnde nota, quod ocium est duplex. s. corporale, & spirituale: ocium spirituale duplex est. s. bonū, ut est ocium Mariæ: & malum, ut circa inutilia uersari. Et primò no. q. ocium spirituale, ut dicitur Eccles. 33. multam malitiam docuit ocietas, & spirituale ocium, cum interiore uitiorum carnal. Et ratio huius est. Cor. n. nostrum, cum sit in cōtinuo motu, semper uult circa aliquid occupari, etiam dormiendo. Et quia cor pronius est ad malum, quam ad bonum, ideo nisi occupetur circa bonū, semper uersatur circa malum, & maxime circa delectabilia, & sensibilia. Io. Cassianus, Mens ociosa nihil aliud cogitare uide-

E tur, quam de ventre, & libidine. Et ideo summum remedium est quibuscunque bonis cogitationibus animum occupare. Vnde de Chrysost. super Matth. dicit, quod obfessio membri non ita reprimit tentationes, & tranquillitatem facti, ut cogitationis frenum. Vnde Apost. Ephes. 4. ait, De cetero fratres, quæcunque sunt uera, quæcunque pudica, quæcunque casta, quæcunque sancta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ; si qua uirtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitate. Secundo no. quod ocium corporale est maxime inductiuū ad luxuriam. Et hoc exemplo patet de nobilibus ociosis. Si quis a me quaereret, quam putas fore bonam mulierem. Respondeo, unam pauperim rusticam, quæ unum filium gesserit in corpore, & alium in brachijs, & accedit ad agnum ad laborandum, & post sumptio cibo, statim accedens ad lectum, antequam sit ex calciata incipit dormire. Et similiter dico de rusticis hominibus, qui præ nimio labore antequam sint cenati, incipiunt dormire, & obliuiscuntur in matrimonio commisceri. Sed econuerso mulier maxime delicta, & ociosa, quæ se in tot delicijs nutrit, quod si quando cadit, nisi se inclinaret ad recipiendum, quia sclauam uocaret, Deus tamen dedit sibi manum in capite quod maxime indiget. Similiter loquor de uiris quod nō solum sufficit equa, quādo et uult iumenta. Ezech. 16. Hæc fuit iniquitas fororis tuæ Sodomæ superbia, saturitas panis, & ocium. Et ideo optimum remedium esset talibus dare exercitium, ut ducerent molam asinariam. Remedium autem uniuersale est, ut homo ab ocio desistens in corporalibus laboribus se exercent. Exemplum enim habemus ab omnibus rebus, quomodo ocium sit reprehensibile: quia si consideramus ipsam primam causam, non inuenimus ab æterno patre producere filium, & ambos Spiritum sanctum spirare. Io. 1. In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum. Si consideramus naturam angelicam, illam creat semper mobilem, psal. Qui facit Angelos suos Spiritus, ministros suos flammam ignis, quia sicut ignis habet sempiternam motionem; ita & Angeli, quæ semper in Deum mouentur sempiterna dilectione. Si consideremus corpora celestia, quotidie mouentur ab oriente in occidentem, & ab occidente in orientem. Si elementa consideremus, sunt semper in continuo motu, agunt circa generationes, & corruptiones. Si te ipsum in natura consideres, semper

A semper transis de presenti mane, ad futurum. Et ideo remedium optimum, est exercitium. Vnde Hier. ad Rustic. monachum; fac aliquid operis, vt semper diabolus te inueniat occupatum.

Quartum est carnis maceratio. hoc est verum, quod equus multum famelicus non recalcitrat: sic & caro macerata non recalcitrat contra rationem. dicunt viuētes porcini, non possum continere: hoc durum. hoc mihi impossibile. Nota quod ad hoc, vt ignis extingatur, triplex remediū adhibetur; aut per effusionē aquę, aut p lignorū subtractionē, aut per elongationē ab igne. Audi q̄ puerbiorū dī, Furnus calefit p os. **B** volunt illi per effrenatam comestionē castitatem seruare: necesse est ergo addere aquā ieiunis, uel literaliter ieiunare, uel unum temperare, vel de lignis subtrahere. hoc est medium seruare, qui volunt castitatem, vel prudentiam seruare. Et in hoc reprehendēdę sunt matres, quę quando uident filias suas pallidas, statim ad nidum currunt: & ouę coquūt, & eis præbent de uino puro, & hoc ut genas faciant rubicundiores, & dicunt, volo filiam meam castam seruare. Audiant quid Hier. ad Eust. scribit: si autē hæc sufficiat illi tentationes libidinum, quę exoso corpore solis cogitationibus oppugnantur, quid patitur quę in delicijs uiuit? nempe illud Apost. uiuens mortua est. Si quid itaque in me potest esse consilium, si experto creditur, hoc primum moneo, hoc obtestor, vt sponsa Christi unum fugiat pro ueneno: & non solum loquor carnalibus, sed spiritualibus: quia ad conseruandā pudicitia necessaria est abstinentia: Et ad hoc facit exemplum, quo interrogatus frater Egidius, socius B. Francisci si condecebat viros perfectos ieiunare, & carnem macerare, cum iam habeant carnem subditam rationi: respondit, quare carnes recentes saliantur. & ille, ne putrescant. Et primum euangelicę perfectioni præcursor educatur in remedium quod propter abstinentiam eminentem magnus prædicatur angelica uoce, sicut refert Lucas Angelum dixisse ad Zachariam, erit enim magnus coram Domino, vinum & ficeram non bibet: decet enim uas celesti gratiæ mancipatum, a sæculi illecebris abstinere. hoc ipsum uas electionis in se ipso commendat Cor. scribens, Castigo corpus meum, & in seruitutē redigo: ne cū alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Glo. possibile nō castigare, & ad hoc agonistarū exēplo cūctos

prouocat, id est milites cum præmittit: omnis qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet, & illi quidem non corruptibilem coronam accipiunt: nos autem incorruptam. Vnde Hier. ad Eust. sollicite prouidendum est, ut quos saturitas de paradiso expulsi, esuries reducat: non q̄ Deus vniuersalis creator, & Dominus in testinorum nostrorum rugitu, & in auiditate ventris pulmonisque delectetur ardore, sed quod aliter pudicitia tuta non possit esse.

Quintum remedium est, adhibere contra carnis concupiscentiam etiam per aliquas animi perturbationes: nam ex experimento uidemus, quod si quis lasciuissimus capiatur a potestate, & expectet per aliqua tormentorum genera debere cruciari; tantus erit timor, q̄ obliuiscitur alicuius. Vnde Hier. ad Rust. refert quod in quodam cenobio quidam iuuenis adolescens nulla operis magnitudine flammam poterat carnis extinguere: vnde cum eum periclitantem pater monasterij uideret, hanc artem seruari imperauit cuidam uiro, vt uirgis, atque conuictijs eum insectaretur, & post irrogatam iniuriam primus ueniret ad quærimoniam, & uocati testes pro eo loquerentur, qui fecerat iniuriam: solus pater monasterij defensionem suam capiebat, ne abundantia tristitia frater absorberetur, & ueniens ad confitendum, non tantum patri confiteretur tentationem, quantum tribulationem illatā iniurię dicit patri; ego tanquam dæmon perturbo totum monasterium, & tunc pater uidens illuminari, præcepit, ut mitius fratres cum eo agant. Et iterum ueniens ad confitendum, non amplius confitetur de uitio carnis, sed de illatis iniurijs patribus monasterij, asserens se plura quam dæmonium in monasterio resistere, & sic expeditur: interrogatur adolescens a patre monasterij super cogitationibus prius istis: respondit patri, mihi uiuere non licet, quomodo fornicari libet? Aug. In fornace ardenti purgatur aurum: illo in cinerem uertitur, & istud sordibus exuitur. Et non solum molestiæ spirituales sunt remedium contra concupiscentiam carnis, sed & corporales. Exemplum habeo de S. Bernardo: qui vt refert Greg. Dialog. lib. 9. tentatus grauitur a tentatione carnis, proiecit se nudus inter spinas, vt per molestias, & puncturas ueprium exteriorum, sanaret pestes, & puncturas intrinsecas. In uita patrum habemus de patre illo, qui recipiens meretricem quandam in cella, quę se fingebat

A bat exire post tentatum grauitur, posuit digitos ad lumen candelę, & torum sibi combussit marmum: & sic per ignem exteriorum extinxit interiorum. Asper autem habitus ad hoc satis adfert super straminibus iacere, nescit dormire. nam ut refert Bonade B. Franc. Francisci uestis simplex, rugosa, & hispida, pro eo quod experientia iam didicerat hostes malignos, duris, & asperis in fugam conuertit: delicatis autem, & mollibus ad tentandum fortius armari. Vnde Bern. Modo ætatem teneram ordinis asperitas terreat. Memento quod asperior lana facit pannum leuiorem, & asperitas conscientiam uelut spina latitans, & fratribus habitus mollis est uia ad luxuriam.

Sextum remedium est fuga occasionū, & custoditio sensuum, & primo de uisu: nam uisus est hauriens species ab extrinseco, & ideo multos facit corruiere. nam Genes. 34. Cum uidisset Dinam, &c. Heuę princeps terrę illius adamauit eam, & arripuit. 2. Reg. 11. Dauid cum uidisset Bersabę se lauantem, adamauit eam, & adulterium commisit, & homicidium: quia maritum Bersabę fecit interfici. Eccl. 9. ne circumspicias speciem alienam: propter speciem mulieris multi perierunt. Et per hoc reprehendendi sunt patres, & fratres, qui existentes in domibus portant diplodes, & habent iuenculas in domo: putant ne isti; quod sint lapides. Similiter & mulieres, quę habent pectora sua denudata. O insensate munde, quot fatuitates aspicio? permittunt enim uiri uxores quas amant, præbere occasionem alijs tanquam meretrices adamari. Prouer. 5. Ecce occurrit ei mulier ornata meretricio ad capiendas animas. Et ideo optimum remedium est auersio oculorum, Iob. 31. Pepigi sedes

D eum oculis meis, ut non cogitarem de uirgine. Super quo uerbo dicit Gregor: vt munda sit mens in cogitatione a lasciuia uoluptate, deprimendi sunt oculi quasi quidam raptores ad culpam. Hoc etiam dicit Isidor. Oculi sunt patella libidinis: aspectus enim animam titillat, & cor vulnerat, subtrahat ergo uisum, reprime oculos a petulantia, non eos figas in speciem carnis, si uis esse a malis cogitationibus tutus. Et ratio hæc est, quia uisus disponit animas ad cogitationes turpes: nam anima nihil in se habet, nisi quę recipit per sensum. Vnde uidendo mulierem, spes eius imprimitur in oculo, oculus transmittit imaginationē,

imaginatio autem operatur in nocte, & in die. In die quidem, quia post absentia rei, in se imaginat eius speciem in nocte, quia anima conuertens se ad imaginationem, uidet speciem mulieris, quam de die uidit, sicut homo uidet imagines resurgentes in speculo, & sic facit personam formare: illa imaginatio transmittit ad intellectus uoluntati: & quia uoluntatis est amare pulchrum, homo incipit mulierem pulchram amare: ex tali autem amore homo incipit calefieri, & concupiscere ardore. Hiero. Gladius igneus est species mulieris, quę quasi ex omni parte sagittas emittit. Ex tali ardore incipit delectari, & delectatio est coniunctio conuenientis cum conuenienti. Arist. lib. Ethic. Qualis enim unusquisque est, luminis ei uidetur: sicut temperato uidetur bonum temperatē uiuere, nam temperato concupiscentia refrenatur: & famelico uidetur bonum comedere, & luxurioso luxuriari. Ex tali namque delectatione carnali nascitur consensus, & iste consensus est peccatum mortale. Vnde Psalmist. Deprecans ait: Auerte oculos meos, ne uideant uanitatem.

Secunda cautela adhibenda est in auditu: nam ex auditu cedrus libani corrui. Vidi ergo uirginem unam iam 38. ann. in uirginitate permansisse propter Christum, & ex uno uerbo de honesto auditu corruisse ita terribiliter, quod uix diabolus si carnem haberet, taliter corruisset. O patres insensati, o fratres porcini, qui non uerentur in præsentia filiarum, uel sororum nefanda proferre. O uir si quærerem, quid summè optas? respondens, honestatem in domo mea opto, & uolo, & tamen dehoneste carnē ex uerbis turpibus. O quot sunt uiri, qui fecerunt ribaldas mulieres propter ribaldertias per os prolatas: nam teste Paulo 1. Cor. 15. Corruptunt bonos mores colloquia mala. Vis ergo mulierem honestam semper de honestis secum loquaris. O insensati mitat ad choreas iuenculas, ubi amatoria, & turpia cantantur; & uolunt honestas esse. Audi Salomonem Eccl. 4. Cum saltatrice non sis assiduus, nunc audias illā, ne forte pereas inefficacia illius ocio.

Tertia cautela adhibenda est in tactu. nam corpus mulieris est totum igneum. ad hoc facit exemplum, quod recitat Greg. in 3. lib. Dial. Quod Andreas ciuitatis eps, cum uitam uirtutibus plenam duceret, & continentem, quandam monialem secum habuerat, & cum ea spiritali conuersatio-

A ne frequenter loquebatur, noluit ab episcopatu suo repellere, certus de eius, & sua cōtinētia: sed hostis cepit speciem in oculis eius imprimere, aditū tētationis exquirēs: & tandem post tergum eius percussit manu, & caesfactus est luxuria: eadem die Iudæus ueniens de campania ad propria tendens, cum iam esset nox, nesciēs quo declinaret, iuxta templum se contulit: nocte uero media cum prae timore vigilaret, uidit malignorum spirituum multitudinem congregatam, & eorum principē examinare eos: de ipsorum operibus iniquis perpetratis. Iudæus timens fecit super se signū crucis, licet non haberet fidem Christi, sciens hoc signum defensionū cōtra spiritus malignos. Inter alia, quæ iste Iudæus audiuit a demonibus: unus, qui dixit se, percurasse, quod Andreas episcopus prædictus habuit concupiscentiā carnalem supradictæ monachæ, & in tantū conduxerat eum, quod causa solatiij manu percusserat eam in facie: de quo princeps dæmoniorum multum exultabat, & istum super omnes alios commendabat, monēs eū, ut perficeret cepta. Interim Iudæus fuit a principe uisus; & dum quæreretur, quis ille esset, dæmones responderunt, quod esset unum vas vacuum, sed signatum: & uirtute sanctæ Crucis non potuerunt ei nocere. Postmodum Iudæus narravit episcopo uisionem hanc, quo audito episcopus repulit de domo, nō solum monacham, sed omnes alias mulieres seruitentes in episcopatu. Ecce quantum periculum habet conuersatio cum mulieribus. Ecce qui tenet eam quasi quoddam: apprehendit scorpionem. Et hoc arguet uacantes choreis. Vnde non solum tactus in alio, sed etiam in seipso pertimescendum est. Vnde Dominus Bonau. in lib. Nouitiorum, dat istam regulam, quod nouitij nunquam dormiant cum manibus ultra corrigiam, sed manibus cancellatis ad pectus. De sensu gustus satis dictum est. De olfactu satis timendum est, sed non tantum. Occasiones autem uitandæ sunt, ut

D est conuersatio. Sed notandum quod conuersatio potest esse eiusdem, ut mulieris cum muliere, uel uiri cum uiro, uel uiri cum muliere. Prima multum cautē seruanda est. Vnde pater, vis tuā filiā honestam, & uxore vide cū quibus conuersat. nam multotiens uenit, quod mala mulier facit bonā, malam: nam uerula cum in iuuentute fuerit meretrix, cū non potest amplius meretricari, efficitur lena; & pro potum meretricati uini vendunt carnes honestarum. Ioh. 3. Puel-

lam uendiderunt pro uino, ut biberent. Sic iuuenis meretrix uellet omnes esse meretrices. Vnde cauendum est ab istis. Vnde Eccl. 28. Lingua tertia mulierem fortē, scilicet eiecit, & alia litera habet mulieres iuictas. Aut est conuersatio uiri cum muliere, & hoc est maximē cauendum. Eccl. 42. In medio mulierum noli commorari, de uestimētis. n. pcedit tinea, & de muliere iniquitas uiri. Hier. Ego iudico si cum uiris feminæ habitant, uiscarium diaboli non deerit. Sed tria sunt quæ solent deipere conuersantes cum mulieribus, scilicet sanctitas mulierum, fiducia de propria castitate, & consanguinitas.

Contra primum dicit Hier. Si pudicam quæris foeminam, quam bene uideris conuersantem, mente dilige.

Contra secundum idem Hier. Hospitolum tuum raro, aut nūquam mulierum pedes terant. Vide ne sub eodem tecto manferis, nec in præterita sanctitate confidas: nec Dauid sanctior, nec Sansone fortior, nec Salomone potes esse sapientior: memento semper quod paradisi colonum de sua possessione detecit. Sed dixerit forsā aliquis, se non stuppam esse, immo ferrum. Respon. quod ignis ipsum ferrum immutat, & quasi ignem reddit, &c.

Contra tertium idem Hiero. Si generis gratia iudicas mulieres nullo modo dimittere, memeto quod Thamar a fratre suo sit corrupta. Et 2. Reg. 13. & fuit ratio, quod solus cū sola. Nota quod uirgo non debet esse nimis domestica, debet etiam cauere a donis, &c. nā inquit Hier. Crebra munuscula, & ueltes ori applicatas, ac degustatos cibos, blandas & dulces literas sanctus amor non habet: & generaliter tene, quod hoc uitium non uitatur nisi fugiendo, & hoc triplici ratione.

Prima quod luxuria ignis est, homo uero scenum, & stuppa. Isid. Omnis caro feruum. 7. Eccl. Stuppa collecta est synagoga peccantium, nulla securitas est sceno, uel ituppis iuxta ignem esse.

Secunda ratio est, quia peccatum luxuriae est ualde immundum. Vnde sicut non est bonum luctari cum homine in uoluto in ceno, quia licet nō diceret, tñ inquinaret: sic nō est securum luctari cū peccato isto: nā uix potest esse, quod homo non coinquinet. ibid. Eccl. 13. Qui tetigerit picem, coinquabitur ab ea.

Tertia ratio est, quia nō est bonū luctari cū hoste qui sumit uires de prope, tale est corpus nostrum, quod prius erat nobis pacificum, cōuertit in hostem. Vñ sicut princeps vnus

A vnus timeret pugnare cū hostibus suis, quoniam credit quod cū exercitu suo multi sunt proditores, qui debeant iuuare hostes suos, quoniam confictus uenerit: sic debet homo timere pugnare cum luxuria, cum corpus nostrum ad modum proditoris contra nos cum pugna illa fiet. Vñ Paul. 1. Cor. 6. Fugite fornicationē. Vñ glo. ibid. dicit, cū alijs uitijs potest expectare confictum, sed hanc fugate ne apprehendet, quia nō aliter potest uinci. Septimum remedium est mētis humiliatio. diuino iudicio homo per superbiam eleuās super se iussit a Deo deijci sub se tanquam iumentum, & rō est, ut dicit Aug. nullū uitium est ita sensibile, & bestiale, sicut luxuria, & ideo quod per superbiam uult effici, datur ut se cognoscat, quod nō differt a iumento. Exēplū in Adam, qui statim, ut accepit eē, ut Deus, statim habuit reuelationē carnis, & ideo fecerūt sibi perizomata. Exēplū habemus in uita patrum: cōuerso, de quodā patre, quod tribus annis cōtinuē uigilādo, & dormiēdo impugnabat a uitio carnis, & ieiunando duobus, & tribus diebus ebdomada nihil comedens, nullū exinde remediū inueniebat. tandem prostratus in terrā orauit dicēs, Dñe pax illi terrā mihi in custodia dedisti, & illud a me custoditū nō sufficio, & statim curatus est. Isid. Sicut per superbiam mētis itur in prostitutionē libidinis, ita per humilitatē mētis salua fit castitas mētis, & carnis. Octauum remediū est frequēs eorū confessio, quia diabolus uidēs, quod nō tenet eū secretū, cōfusus discedit, sicut dicebat quādam probatus senex quidā fratri impugnato a pessimis cogitationibus. Vñ. n. legi in uita patrū. nihil. n. ita allidit dæmonē, sicut immūdarū cogitationū reuelatio. p. Confessionē, & decorem induisti, amictus lumine sicut uestimento. Nonū remediū est eorum subita expulsio, hoc cum statim aggrediat talis cogitatio, statim expellit cogitādo aliqd boni, sed maxime timor dñi expellit hæc, ut. f. hō imagine Deū esse pntē, & uidere secreta cordis. Multa. n. peccata operis nō committuntur pro timore hōiū, ne uidelicet hostis. innorescat. q. n. turpitudinē hāc uellet committere in pntia hōiū? multo magis timere dēt homo pntiā Dei in corde, quod uidet cogitationes nras multo clarius quod hoies uideāt facta. nihil. n. occultū est oculis eius. prou. 18. In timore Dñi declinat a malo. Ad hoc facit exēplū in Cronis S. Frā. cū semel cōgregati essent F. Egidius de Assisio, Simō, & Ruffinus, ac Iuniperus de Assisio, & iniuncti mul de Deo loqrētur, dixit alijs F. Egidius

Quid facitis uos cū tētationibus carnis? Rñ. E. Simō, ego cōsidero turpitudinē illius peccati, & ex tāta abominatione euado. F. uero Ruffinus dixit, ego projicio me in terrā, & tādū in orōne prostratus Dei, & B. Mariæ imploro clemētiā, donec me sentio perfecte liberatū. F. uero Iuniperus ait, quoniam ego tales diabolicas suggestiones quasi in bugo carnis audio pro serpentes, scribit ostio cordis fortiter claudō, & sanctis meditationibus. ac desiderijs per tota custodia totū red do cordis fortitū occupatū. Cū uero ille suggestiones ostiū cordis quasi pullando percūtūt, ego rideo ab intus parte nullatenus reserata d. extra, extra, quia hospitium captū est, & ideo hic recipi nō potestis, & sic nunquā intrare permitto. illi uero quasi uicti de tota cōtrata recedūt. F. uero Egidius statim rñdit, tecū F. Iunipere teneo, quia cū illo peccato tuti, & districtius pugnat fugiēdo ubi ab intus est puocatio carnis, appetitus ab extra per sensus sentitur tātus, & tā fortis hostiū exercitus. nā aliter est tibi fortis pugna & rara uictoria. Vñ Hier. ad Eust. quia impossibile est in sensū hōis nō irrurre motū medullarū calore: ille laudatur, ille prædicatur beatus, qui statim, ut ceperit cogitare, interfecit cogitatus, & allidit os ad petram, petra autē est Xps, cui per nobis concedat inhærere, qui est bñdictus in sæcula, Amē.

DE LVXVRIA.

Sermo XXI.



Miserere mei Dñe, quoniam infirmus sum, sana me Dñe, quoniam contrita sunt ossa mea. Psal. 6. In quibus uerbis tria continētur, & primo di quito uitio la impossibil curatione, ibi: Miserere. Secūdo di quito uitio la inuiscatione, ibi: quoniam infirmus sum. Tertio di questo uitio la uiuificatione, ibi: sana me. Quantum ad primū notādū, quod cū ceteris operibus bonis, & defensionibus a peccatis nō sit in hois pntate posse opari, & a uitijs se tueri sine grā Dei, testante glo. super illud Pauli 1. Cor. 15. ubi Paulus aiebat, uirtus uero peccati lex, cōtinuē subiecit, Grās autē ago Dño, qui dedit nobis uictoriā per Iesum Christū Dñm nr̄m. ergo uictoria, qua peccatum uincitur, nihil aliud est, quā Dei donū in isto certamine adducas liberū arbitrium tam in isto, quā maximē uitio carnis; & hoc est, quod est in carne, & ossibus; quousq; enim non deposueris corpus per mortē, ab illo igne non poteris liberari. habet enim hominem in se, quousque

A ad decrepitam aetatem: nulli parcit statui, nulli religioni, nulli sexui. Et uerè perferentis iuuenis elegantissimus Crispius Martyr, filius Polemij illustrissimi Alexandriae, & in Vrbe Roma honoratus, & primus, qui Christianus effectus, & prædicans Christum Iesum, & nuntiatiu esset patri a parentibus, quod ex hoc incurreret periculum capitis, & patrimonij sui: tunc pater posuit eum in carcere squalido, reficiens eum pauco pane, & aqua, ex quo constantior factus est, & patre hoc referente ait unus ex audientibus, si filium tuum ab hac usurpatione conaris eripere, magis cū delicijs, & uoluptatibus occupa, & cuiuscunque elegantissimæ, atque prudentissimæ puellæ coniugio trade: ut cum didicerit esse maritus, obliuiscetur esse Christianus. Audiens hoc pater iubet sericis uestibus strata parari, ipsum quoque confrens de squalida habitatione uestibus fecit præciosius indui, & ponere eum in triclinio, elegit quinque pulcherrimas uirgines ex ancillis suis, & accuratis sibi uestibus, & ornamenti composuit, & cum Crispianto posuit, & comminatus est eis, nisi uestris iocis, & amplexibus reuocaueritis ab intentione Christianitatis, faciam vos diuersis interimi supplicijs: iacebat autem in oratione immobilis, & oscula earum quasi uiperas spernens, clamabat ad Dominum dicens: Exurge Domine, adiuua me, & suā fragilitatem coangustas. aiēbat orans: Quis enim im, contra hanc pugnam a diabolo agitata præualeat, nisi tua pro eis dextera fuerit dimicata? Errat qui se putat castitatem perfectam suis iussibus obrinare: nisi enim imbre fuerit extincta flamma libidinis, non potest animus uenire quo pergit. Et hoc est, quod quæsiuit Maria ab Angelo, Luc. 1. Quomodo fiet istud, quoniam uirum non cognosco? id est non propono cognoscere, & Angelus, Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi, id est umbra refrigerationis præstabit, & ideo in Cantico dicebat: Quia fecit mihi magna, qui potens est. Hoc idem perferentis Salomon, scilicet esse perferentem ad hoc uitio, gratias agebat. Sapient. 8. Cum scirem, quia nemo potest esse continens, nisi Deus det. Et hoc est quantum ad primum principale. Nota quod hoc uitium multa mala inducit. Primo, quia est homini uilissimum, & hoc tribus modis.

Primo che fal' homo bestia deuentare,

quod patet sic. Qualibet uox habet esse sua forma, sicut cultellus denominatur cultellus a sua forma taliter, quod non clauis: & e conuerso: quia destructa non amplius denominatur cultellus, sed ferrum. Similiter de ueste, & homo, quibus destructis uestis non est amplius uestis, sed pannus: & destructa forma domus, remanent tñ lapides: sed formæ rerum comparant numeris, in quibus unitate addita, uel amota mutatur species numeri: sicut si sumamus ternarium, si auferatur ab eo unitas, remanet binarius, qui differt a ternario. Sed si addatur unitas, fit quaternarius. Et secundum hunc modum sunt aliqua, quæ habent tantum unitatem, sicut metalla, quæ habent tantum esse: & quædam habent dualitatem, scilicet plantæ quæ habent esse, & uiuere, & quædam quæ habent trinitatem, scilicet esse, uiuere, & sentire, & rationari, sicut homo: si auferatur ratio sine intellectu non remanent nisi tria, quæ faciunt bestiam, scilicet esse, uiuere, & sentire. Ratio autem maximè per luxuriam perditur, quia in actibus ueneris impossibile est aliud intelligere. Sunt enim sicut iumenta, quæ ducuntur tantum ardore appetitus ad delectabile, quod potius dicuntur duci, quàm se ducere. Sic est in luxurioso. Exemplum patet in senibus, qui exarserunt in amorem Susannæ, Dan. 13. Et exarserunt in concupiscentiam eius, & euerterunt sensum suum, & declinauerunt oculos suos, ut non uiderent cœlum, neque recordarentur iudiciorum iustorum. erant autem ambo vulnerati amore eius: & lege legendam, Esd. 4. Fornicatio uiri, & ebrietas auferunt cor. Comparatur enim luxuriosus porco. si enim ex una parte uideret luti uolutabrum, & ex alia parte lectum rosarum, potius eligeret in uolutabro luti reuolui, quàm in rosarum lecto: sic tales immunditiam luxuriæ, delicijs paradisi præponunt: nam quod hoc sit uerbum Dei, quod menti bene dispositæ maximè sapit, testante psalmista, qui ait, quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo, a luxurioso minimè appretiat. Et quod hoc sit uerum, patet, eleuetur corpus Christi in Ecclesia, & sit ibi amasia luxuriosi, potius respicit amasiam, quàm corpus Christi pretiosum. Similiter si prædicet prædicator an sit ibi amans, & amata, nihil horum quæ a prædicatore de delicijs paradisi dicuntur, audietur ab eis. Vnde psalmista. Homo cum in hono-

A honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est eis.

Secundo tolle omne bene operare. Ad hoc autem quod aliqua bona fiant requiritur, quod sit imperans, & hoc est uoluntas, & sic dirigens, & hæc est sapientia: nam sapientia dirigit uoluntatem, uoluntas autem imperat membris, membra perducunt in opera. Sed destructa sapientia, quæ est principium directiuum, omnia opera pereunt. Psal. Succedit ignis, & non uiderunt solem. Succedit ignis, scilicet concupiscentiæ, & non uiderunt solem, scilicet iustitiæ, sicut enim abstracto corpore totum corpus destruitur, & suffosso fundamento totum ruit ædificium: sic etiam est de radice: sed sapientia rota destruitur per luxuriam: quia ut ait Philosophus in Ethic. Concupiscentiæ uenerorum multas misérias adducunt: tales enim commune perdunt bonum. patet: Nam si totum mundum exquiras, & quæres, quod pulchrius hominibus: respondebunt, non estas, & tamen, & in gestibus, & loquelis, & tactibus tam hominum, quàm mulierum bene dicitur omnimoda inhonestas, & quasi omne meretricium. Ideo Hier. ait, Luxuria inimica est Deo: inimica uirtutibus, perdit omnem substantiam patris. Substantia patris est intellectus, memoria, & uoluntas cum omnibus gratijs.

B Tercio fa l' homo del suo loco stare. Res enim conseruari nõ potest, nisi in proprio loco, sicut aqua in fonte, & uinum in uegete: sed anime est ipse Deus, iuxta illud August. Non inueni locum animæ meæ præter te Deus meus. Sed homo non potest redire ad Deum, nisi per amorem, nam est ipse pons, & pondus, quo anima tedit in Deum, iuxta illud August. Amor meus, pondus meum, confero quocunque feror. Sed per luxuriam homo impeditur redire ad Deum, quia anima non potest redire, nec amare sine cognitione, iuxta illud August. Inuisa diligere possumus, incognita nequaquam. Sed luxuria carnalis destruit cognitionem, sicut nebula in aere impedit claritatem solis. nam sicut fumus resoluitur ab igne, & totam domum obtenebrat, & denigrat: ita ab igne concupiscentiæ resoluitur fumus, quæ obnubilat rationem, & ideo luxuriosus tanquam cæcus nescit, nec curat reuerti ad locum proprium. Ose. 5. Non dabunt cogitationes suas, ut reuertantur ad dominum, quia spiritus fornicationis in me-

C Secundo peccatum luxuriæ est Deo contumeliosum, & hoc tribus modis. Primo che fa il palazzo di Dio guastare. nam Deus construxit palatium unum, quod est corpus nostrum, iuxta illud 1. Cor. 3. Nescitis, quia templum Dei estis uos. nam omne peccatum, quod facit homo, extra corpus suum est, qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. 1. Cor. 6. Quid enim faceret Dominus temporalis, si fecisset sibi unum palatium ad sui complacentiam, quæ nequirit pulchrius reperiri, nec pulchrius fieri: si ille cui dedisset in custodiam, in misisset porcos, & bestias, & omnem immunditiam? certè credo, quod disperderet illum de terra. Porci sunt luxuriosi, iuxta illud Marci, Mitto uos in porcos cito. Dæmones illi erant dæmones luxuriæ. glo. super illud 1. Cor. 6. Qui fornicatur in corpus. Cetera peccata tantum maculant animam: fornicatio non tantum animam, sed corpus contaminat. Quia enim est immunditia corporalis, & spiritalis. De luxuriosis potest dici illud Psal. Deus uenerunt gentes, in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum. Glo. Si non parcis tibi propter te, uel propter te tibi propter Deum, qui se fecit Dominum parce.

Secundo fa il signacolo di Dio ammassare. Petes enim ab homine Deus, dicitur Fili præbe mihi cor tuum. Et postquam homo Deo cor suum exhibuit, Deus ipsum suo signaculo signauit, iuxta illud Cat. 8. Pone me, ut signaculum super cor tuum. Sed luxuriosus factus signaculo Dei post signaculum diaboli, quod sic patet. Nul-

Secundo fa il signacolo di Dio ammassare. Petes enim ab homine Deus, dicitur Fili præbe mihi cor tuum. Et postquam homo Deo cor suum exhibuit, Deus ipsum suo signaculo signauit, iuxta illud Cat. 8. Pone me, ut signaculum super cor tuum. Sed luxuriosus factus signaculo Dei post signaculum diaboli, quod sic patet. Nul-

lum enim peccatum ex tanto ardore, & carnali amore committitur, sicut luxuria carnalis. Ardor autem amoris, siue ille sit bonus, siue malus, habet amantem transformare in amatum. Ose. 9. Abominabiles facti sunt, sicut ea, quæ dilexerunt. Quod autem talis transformatio fiat in bonum, & malum, patet in bono in B. Ignatio, in cuius corde inuentus fuit scriptus Iesus Christus aureis, & B. Franciscus ex ardore amans fuit diuinis signaculis insignitus, & Claretta in monte Falco. Et similiter patet in malo, quia ardor concupiscentiæ transformat homines in peccatum, & insignitur homo diabolico signaculo. Et sic homo luxuriosus est proditor domini sui falsificando ipsius signaculum, & apponendo con-

A trarium. 1. Cor. 6. An nescitis quod qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur? erunt. n. inquit, duo in carne una, qui adhæret Deo unus spiritus est cum eo.

Tertio fã tutto il regimento di Dio regere. Deus enim totam uniuersitatem creaturarum per seipsum regit, & per suos officiales, ita q̄ per creaturam spiritualem regit corporalem, & per creaturam nobilem regit ignobilem, sicut per Angelos mouet cęlos, & per cęlos mouet inferiora, & per reges, & Principes regit populares. Sed in hoc luxurioso peruertitur hoc dominũ, quia dum anima deberet carnem regulariter regere, totus ordo peruertitur, & homo efficitur caro, iuxta illud Gen. 6. Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est. Et glo. sup. illud 1. Cor. 6. Qui fornicat, in corpus suũ peccat in fornicationis opere totus homo absorbetur a carne, ut iam dici non possit animus suus esse: sed similis totus homo dici possit caro. Et ideo dicunt alij Doctores, q̄ sunt aliqui dęmones, q̄ memores suę antiquę nobilitatis, tē rare de luxuria dedignantur, & est signum ad hoc, q̄ lucifer tentans Dominum nõ dicitur eum tentasse de vitio carnis. Et nota, ut dicit Alex. de Ales, in suo 2. q̄ spiritus prophetiæ etiam in actu matrimoniali, nõquam datus est, & hæc est ratio, quia spiritus prophetiæ datur homini factõ in ratione spiritus: sed actus ille est hoĩs, inquantũ totus efficitur caro. Nam actus prophetiæ est ipse contentus in speculum æternitatis. Tertio est mundo nociuum, & hoc tribus modis: & primo il. cielo smenuare. Nam sicut dñ. Apoc. Draco traxit tertiam partem stellarum, i. Angelorum. Nam Angelorum quidam sunt assistentes, quidã ministrãtes, illi verõ, qui ceciderũt, dicũtur tertia pars, quia noluerunt esse de assistentibus, nec de ministrantibus: sed illa curia cœlestis, ne diminuta remaneat, debet repleri per creaturas rationabiles, idest per homines,

B quia ad illam curiam cœlestẽ non assumuntur arbores, & bestię: neque aliquę creaturę inferiores: sed tm̄ creaturã ronalis, luxuria autem inter alia peccata, maximẽ destruit rationem, sicut iam dictum est, & per peccatum luxurię, maximẽ adeptio patrię cœlestis impeditur, quia prædicta ratione homo efficitur bestia, & bestię non sunt factę ad habendam vitam æternam. Vnde Ioe. Compatriuerunt iumenta in structore suo. Glo. iumenta in structore suo computrescere, est homines in fetore


C luxurię vitam finire. Secundo fã Phomo a corruptione andare. Nam non est aliquod vitium, per q̄ mūdus tantũ subijciatur diabolo: nam non parit Dominus, & non pauperibus, non diuitibus. Hierony. In serico, & in pannis eadem libido dominatur, nec regis purpuras, nec mendicantium spernit squallorem. hoc vitium vincit etiam sapientes, & insipientes, vel etiam, quia in alijs peccatis diabolus vnũ hominem acquirit, sicut in superbia, & inuidia: sed in luxuria semper requirit duos, s. personam luxuriantem, & personam cum qua luxuriatur. Tertio lætificat infernum. Nam hoc peccatum est, quod quasi totum mundum turbat, & trahit ad supplicium, & illo diabolus multum lætificatur. Hic cadit exemplum de consilio luciferi, in quo dęmones per totum mundum dispersi, referebant mala, quę commiserant, & omnes percutiebantur. Et solum dęmon, qui per 40. annos monachum ad luxuriam prouocauerat, fuit a lucifero coronatus. In hoc enim peccato luxuriosus est diabolus deterior, quia diabolus bene superbit, & inuidet: sed nunquam luxuriatur. Sed econuerso cõtrihit Angelos: nam in vita Patrum legitur exemplum de Angelo, qui obtulit nares suas ad aspectum cuiusdam luxuriosi, nam scriptũ est, Angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus vijs tuis. Nam si filia regis Franciæ tradita esset alicui, ut custodiret eam, nõ parum displiceret sibi, si in eius custodia fornicaretur. Quãtum ergo Angelis displicere potest, cum filia Regis cęlestis, quibus ipsi ad custodiã sunt deputati, fornicatur. Bern. in quouis diuersorio in quouis angulo reuerentiã habe Angelo tuo, nec audeas eo presente, quod me vidente non auderes. Et potest ostendi in hoc, q̄ isto peccato quędam cõtumelia sit spiritali naturę, cum anima magis eligat iumenta naturę, quã in spiritualitate se seruare: hæc autem nõ fit absq; cõtumelia Angelicę naturę, q̄ est spiritalis naturę, ut aia. Vnde Aug. Angelus, & anima sunt pares natura, officio dispares: sic etiam nõ fit absque dedecore aliorum clericorum, quando aliquis clericus apostat, & sit laicus, malens similis esse rustico, quã clericis. Quod autẽ lætificet dęmones, patet per glo. super Leuit. q̄ cum dęmones de omni peccato gaudeant, præcipuẽ autẽ gaudet de fornicatione, quia illius corpus, & anima commaculatur, vltra hoc, quia diabolus comparatione fornicatorum, poterit se

E se iustificare coram Deo, cum in eo non inueniatur peccatum, quod ipsi habebunt, & hoc de secũdo principali sequitur secũdus sermo, qui erit de tertia parte, idest del vitio della curatione.

A se iustificare coram Deo, cum in eo non inueniatur peccatum, quod ipsi habebunt, & hoc de secũdo principali sequitur secũdus sermo, qui erit de tertia parte, idest del vitio della curatione.

DE SATISFACTIONE pro peccato.

Sermo XXII.

B  *Voniam ego in flagella paratus sum, & dolor meus contra me est semper.* Psal. 37. Postquã psalmista in præcedenti pœnitentiã psalmo dixerat, dixi, confitebor aduersum me iniustitiã meã Domino, & tu remisisti impietãtẽ peccati mei: ipse verõ agnoscens, q̄ post cõfessionẽ sequitur satisfactio, quia ut ait Ansel. Cur Deus homo peccata ordinauit in penam: cum dixit, ego in flagella paratus sum. In quibus quidem verbis duplex modus satisfaciendi, siue duplex satisfactio mĩam honorans ibi, dolor meus, & satisfactio iustitiam superexaltans ibi in flagella. De prima nota, q̄ satisfacere peccatorem Deo per se, vel per aliam personam est impossibile, nisi mĩa adiuuetur: & verẽ hoc manifestat, quia tanta est offensa, quantus ille, qui offenditur. Sed Deus est infinitus qui offenditur: ergo quanta est, tãta debet esse satisfactio: sed offensa est infinita, ergo satisfactio debet esse infinita: vnde Bonauen. in 4. dist. 15. arti. 1. q. 1. q̄ de oĩ eo qd̄ est in peccato, nõ fit satisfactio, qm̄ hoc est impossibile: vñ Deus nõ erigit satisfactioẽ de omni eo, q̄ est in peccato, sed aliqd̄ cõdonat per misericordiã, & de aliquo requiritur satisfactio p̄ iustitiam, ut in omnibus operibus monstratur, simul misericordia, & veritas, quia teste Psal. vniuersã viã Domini misericordia & veritas, nec unquam est satisfactio nisi præcedet condonatio; sic nunquã est meritum, nisi præcedat donum gratuitum. Vnde notandum, q̄ in peccato duo sunt, s. offensa Dei, & libido deordinata. Offensa Dei infinita, & pro illa non fit satisfactio, non, quia non exigatur, sed quia ex misericordia condonatur: ideo dicit, dolor meus contra me est semper: libido autem peruersa est, & quia Deus iustus est,

E & non totum remittit, sed pro illa exigat pœnam condignam. Et quantum ad hoc possibile est Deo satisfacere: & hoc est, qd̄ sequitur, in flagella paratus sum, vbi tangitur secunda pars. s. satisfactio iustitiam superexaltans. De hac satisfactioe plures sunt notandi articuli. Primus est de la satisfactioe, la diffinitione, vbi duę diffinitiones a Doctõribus dantur: & prima est Ansel. in lib. Cur Deus homo, satisfactio est honorem Deo debitum reddere: alia Aug. satisfactio est causas peccatorum excidere, & earum suggestioibus, aditum amplius non indulgere. Has exponit Petrus de Tarant. in 4. dist. 15. Iustitia nõ tantum tendit ad hoc, vt præcedẽtem inæqualitã auferat: sed et vt in futurũ æqualitã custodiat cauendo culpam futuram. Vnde secundum Philosophum lib. Ethic. Pœnã medicinã quãdam sunt propter quod & satisfactio, quã est actus iustitię, pœnam inferrent. est medicina, curans peccata præterita recompenfando, præseruando, & a futuris cauendo, & ideo per actum primum diffinitur ab Anselm. 5. recompenfate, s. honorem Deo debitum reddere, nunquam vero ratione beneficij accepti: sed peccati commissi. D. Bonauen. in 4. dist. 15. artic. 4. sic dicit. Cum peccator peccat, se ad pœnam æternam obligat: cum enim diuina misericordia iustificare mittit omnem culpam, & reatum pœnã æternã, qui inseparabiliter adheret culpę, sed quia misericordia non potest præiudicare iusto, citius e malo punire: ideo simul absoluit a culpa, & pœna, vt remaneat tamen obligatus ad aliquantulam pœnam temporalem, & pro illa poterit, vt dicit Petrus, recompenfate. Alex. de Ales, in 4. sic dicit, si omnis honor est Deo debitus maximẽ honor satisfactiois: tamen honor ille est emendatorius peccati, quod propriẽ committitur in iniuriam Dei, & de perfecta reconciliatioe cum Deo cum erat factus peccator aduersarius per peccatum tantũ, quia est humiliatio sub creatura cõtra præceptum, quo efferebatur peccando contra suum creatorem, tamen quia honor ille est unitus ad exhibendum Deo, propter multa alia. Per actum secundum, s. perseuerando, & a futuris præcauendo diffinitur ab August. quia per causam morbi abfissio nem perseueratio a futura infirmitate. vocat autem Aug. causas intrinsecas peccatorum radices proximas, s. libidinem ex actu malo, vel consuetudine relictã, & peccato

A rum reliquias, s. difficultatē ad bonum, & earum suggestionibus. Suggestionem vero vocat opportunitates extrinsecas, vt tēpus, & locum, & personam, hęc Petrus. Bonauen. vero in 4. q. 1. Causas has vocat occasiones siue duces: quædam proxima, vt cęna splendida est occasio edacitatis. quædam remota, ut inuitatio ad bonam cęnā, q̄ bene vult satisfacere, necesse esto occasiones propinquas excidere, & tales sunt in nostra potestate, remotæ autem non. Vel secundum Alex. de Ales causæ peccatorū possunt dici habituatio, quæ peccatum inducerent, nisi exciderentur, sicut nimia vini potatio ebrietatem, ebrietas luxuriam, quę sunt abstinentia per opera iustitię contraria, Eccl. 34. Qui baptizatur a mortuo, & iterum tangit mortuum, quid prodest lauatio eius?

Secunda est della satisfactione p̄ operatione. Qualia debent esse opera satisfactionis, dicitur communiter a Doctoribus, quodd debet fieri per opera p̄nalialia. Et rō Petri est ista, quia per talia opera fit solutio emendæ debitię pro offensa præterita, & sic etiam præseruatio de futura offensa, quia p̄næ, medicinæ quędam sunt. Vnde Bonauē. in 4. dist. 15. Quadruplex est ratio, & prima est honoris ablari redditio. Vnde honorem dēt hō reddere amplius, quā si non abstulisset: & ideo requisitur, ut non tantum deficiatur per operationem bonam, uerum etiam seipsum deiciat per p̄nam assumptam. Et Petrus dicit, quod p̄na satisfactoria indicitur etiam per emendam culpā præteritā, & sic maior culpā maior debetur p̄na contra illos, qui plurima peccata fecerunt; & dum vident aliquem in uia Dei a inuentute semper perseuerasse, & debilit. naturā uolunt ei coarctari, & in modo uiuendi exterius, dicēs, nolo amplius facere, quā ille. cōtra quos clamat uerus. Christi præco. Luc. 3. & Iob 3. Sic Baptista inquit facite fructus dignos p̄nitentię. Mag. in 4. dist. 16. scilicet ut secundum qualitatem, & quantitatem culpæ sit qualitas, & quantitas p̄næ. non enim par debet esse fructus boni operis eius, qui nec & minus peccat, & eius qui grauius cecidit. Iustum est, ut peccator tāto maiora sibi inferat lamenta per p̄nitentiā, quāta maiora intulit damna percussam. Hęc Gregor. in Homil. & aliquando propter cautelam culpæ futuræ, & sic aliquando minori culpæ maior imponitur p̄na, ut in iuue ne fornicante, quā in sene:

quāuis senex magis peccet, tamen iuuenis indiget fortiori retrahēte. Hęc etiā Thom. Secunda de ordinati ordinatio, quia deordinatum per culpam optimē in p̄nam ordinatur.

Tertia infirmitatis curatio, quia infirmus per delectationis calorem curatur per p̄nalitatis algorem. Vnde Greg. in Homil. super Matth. Si quis uult post me uenire, quia Dominus noster nouus homo uenit in mundum, noua p̄cepta dedit mundo. uitæ enim uestra ueteri in uitij enutriti, contrarietate opposuit a uicitatis suæ. quod enim uetus, quid carnalis homo nouerat nisi sua retinere, aliena rapere si posset, si non posset, concupiscere: Sed celestis medicus singulis quibusque uitijs obuiantia adhibet medicamina: nam sicut in arte medicinę calida frigidis, & frigida calidis curantur: ita Dominus noster contraria apposuit medicamina, peccatis, ut lubricis continentia, tenacibus largitatē, superbis præciperet humilitatem. Certè cum se sequentibus noua mandata proponeret dixit, Nisi quis renunciauerit omnibus, q̄ possidet, non potest meus esse discipulus, ac si aperte dicat, Qui per uiam ueterem aliena concupiscitis, per noua conuersationis studium uestra largimini. Sed contra hoc posset aliquis dicere, quædam peccata sunt quæ committuntur cum tristitia, ut accidia, & inuidia; & satisfactio debet fieri per contrarium, ergo satisfactio fiet sine p̄na. Resp. Alex. de Ales in 4. dicendum, quod si quædam peccata perpetratur cum tristitia, nihilominus eorum radix est libido, & fluxus cum quadam complacentia libidinosa, quæ non merito letitia culpabilis est interpretanda.

Quarta debiti absolutio est, quia peccator est debitor p̄næ, ideo debet per p̄nā satisfacere. Quæ autem sunt opera p̄nalialia ab omnibus Doctoribus traduntur tria fore. s. ieiunium, oratio, & eleemosyna, cōtra illud ternarium 1. Io. 4. Omne quod in mundo est, aut concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia uitæ. Contra concupiscentiam oculorum est eleemosyna, contra carnis concupiscentiam est ieiunium, contra uitę superbiam est oratio. Dicit enim Petrus in 4. dist. 19. Istæ sunt tres partes principales satisfactionis, & ad has omnes satisfactiones quasi partes reducuntur, sicut uigilia p̄negnationes, disciplina, & omnia opera carnem affligentia reducuntur ad ieiunium: Omnia uero

A uero opera misericordię ad eleemosynam, & omnia opera spiritualia ad orationem. Item quia offendimus Deum, offendimus proximum, offendimus animam nostram & corpus nostrum, & sic per orationem bene ordinamur ad Deum, per ieiunium ad nos ipsos, per eleemosynam ad proximum. Item fit satisfactio de bonis exterioribus substantiæ, per eleemosynam, per ieiunium de bonis corporis, per orationem de bonis animæ: sic etiam in ferendo relaxationis offensæ, aut per punitionem ieiunando, aut secundum redemptionem eleemosynas dando, aut per supplicationem orando. Vnde Iob 12. Bona est oratio cum ieiunio, & eleemosyna. Sed quia oratio est pars satisfactoria, queritur quia cum triplex sit oratio, scilicet mentalis, uocalis, & mixta, quæ istarum sit magis satisfactoria; non pura mentalis, quia in ea est maxima delectatio. Vnde significatur per suauitatem ugenti: vnde Alex. in 4. sic dicit, quod est quædam oratio valde delectabilis, ut oratio uiri contemplantis, quæ in mente dirigitur ad bonum æternum: & hæc non est satisfactoria. Quædam est, quæ habet aliquid amaritudinis, quod significatum est Exod. 13. ubi præcepit Dominus, quod in compunctione. In hæc conuertitur oculus nunc ad culpam, nunc ad Dei misericordiam, & sp̄ celestium, hoc significatur per duplex irriguum, scilicet cet inferius, & superius. Iud. 1. Alia est tota tristabilis, quæ fit ex consideratione culpæ, quæ debita. De hac dicit Gregor. Quod ueraciter orare est ameros in compunctione gemitus, & composita uerba resonare. Et licet gemitus talis uideatur esse contritionis, quia tamen oratio addit petitionem, ut patet de publicano in templo, qui petebat peccatorū remissionem in templo, dum modo fiat in charitate, satisfactoria est. Nec oportet semper quod oratio satisfactoria sit p̄nalis communicanter, sed antecedenter, vel communicanter, uel consequenter, & illa est magis satisfactoria, in qua est maior gemitus, & maior clamor spiritualis pro uenia peccatorum pari exente in charitate, ad hoc omnis oratio, ut opinior, contemplatiuorum p̄nalis est. Est enim oratio ascensus mentis in Deum secundum, Ioan. Damasc. & maximè contemplatiuorum, hoc autem non potest anima sine p̄na: nam Sapient. 9. Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam: & ideo in prin-

cipio talis orationis, anima nitens ascendere in Deum, de necessitate grauius cum corpore dimicabit. Caro enim eam deorsum trahit, ideo in euolando a carne ad Deum p̄nalis est animis hæc oratio, sed postquam ascendit, delectabilis est, Eccles. 7. Melior est finis orationis, quā principium, adhuc tamen in p̄na est, quia est alia, licet modicum, & ad momentum gustans aliquid de Deo, uenitur carni corrupta. Continentiæ enim ab ipsa carne retrahitur, & quia quanto plus gustat, tanto plus gustare uellet; ideo in gustu illa p̄na est, & etiam post eum deficit a gustu, ad se reuerfa uehementer dolet, & languet anima, & ideo huius oratio, tū q̄a p̄nalis est maximè, tum quia maximè charitate fluens maximè est satisfactoria, quia habet p̄nalitatem subsequenter.

Dicit Bonauent. in 4. dist. 15. Si queritur, quæ oratio sit satisfactoria, credo quod omnis, quia nulla est, in qua non laborent omnes uirtutes animales, & quantum delectatur Spiritus, tantum caro frequenter tahefcit, & uirtutes animales minus sunt intentæ regimini corporis. Credo tamen quod illa est magis satisfactoria, in qua magis homo attendit ad gemitus.

Tertius articulus della satisfactione p̄anullatione, quæ partes habet duas, prima si possumus Deo satisfacere de vno sine alio. Respondet Petrus de Tarantalia, quod non, & ratio est ista, quia peccata ex parte conuersionis differunt, quia unus ad amorem pecuniæ conuertitur: alius ad amorem luxuriæ, & sicut prima dicitur auaritia, secunda luxuria, sed ex parte auersionis conueniunt, quia ab uno, scilicet Deo se conuertunt: ex parte autem auersionis, magis habent rationem offensæ, quā ex parte conuersionis. Vnde Augustinus, peccatum non est appetitus malorum rerum, sed desertio meliorum. Satisfactio uero tollit offensam, ergo tollit auersionem. Cum ergo impossibile est, anima, quæ simplex in parte auerti ab uno simplici, & in parte oportet, quod tollat omnem offensam, ergo omne peccatum non enim tollitur offensam, nisi per restitutionem amicitia: amicitia uero non potest restitui, quādiu manet aliud contrarium amicitia. vnde idem est, ac si homo de vna alapa alicui data satisfacere uolens, sibi daret alteram, vnde Augustinus in Homil. Qui sic alia plangit, ut alia committat, p̄nitentiam agere, aut igno-

A ignorat, aut dissimulat. Sed si forte dices, scio, quod imponatur aliter pro aliquo peccato pena debita, & exequatur; illa amplius non potest, nec debet exigi ab eo aliud si potest exequi committendo culpam aliam, ergo potest. Rñdet Bonauē. dicendo quod illi peccato debetur tanta pena de se nisi remittatur per gratiam, quoniam impossibile est, quia infinita, & ideo non potest taxari pena debita, quousque manet in culpa, admonemus fratres nostros, ne falsis premijs laicorum animas decipi, & in infernū protinus trahi patiātur. Falsam autem penitentiam esse constat, cum sumptis pluribus de uno solo penitentiam agi, uel cum sic agitur de vno, ut non discedatur ab alio. Secunda pars est, si est possibile satisfacere hominem abstinenter a peccatis, extra charitatem. Respondit Alexā. de Ales, quod non, quia satisfactio in quantum ex ui nominis imponit diuinam acceptationem, & reconciliationem cum Deo: & quoniam sine gratia gratificante impossibile est, uel personam placere Deo, uel eius opera acceptare. Gen. 4. Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius: ad Cain uero, & ad munera illius non respexit, & 1. Cor. Etsi distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, etsi tradidero corpus meum, ita ut ardeat: charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Potest quis tamen extra charitatem præparare se ad charitatem habendam, & satisfactionem faciendam, sic debet intelligi consilium Daniel. 4. Nabuchodonosor peccata tua elemosynis redime, ut sibi præpararet se erogatione elemosynarum ad gratiam suscipiendam, qua suscepta multiplicando elemosynas peccata sua satisfactio redimeret, & licet satisfactio sit magis penalis, facta extra gratiam, quam in gratia, non tamen sufficit, quia si opus penale requiritur in satisfactione, illud tamen non sufficit sine fundamento charitatis; quia solutio debiti sine illa est, sicut debitum solutum per monetam reprobam. unde satisfactoribus in mortali potest dici aliud Ierem. 6. Frustra conuulsi conuulsi. i. sacerdos indigens satisfactione, malitiæ eorum non sunt conuulsi, argentum reprobum uocate eos. Probat hunc exemplo, nam quædam mulier uidua prolabens in fornicationem, & uerecundans hoc confiteri, omnia alia confitebatur excepto isto; sed cogitauit in se portabo sacrum faciam abstinenter maxime, & alia plura, & habendo dolorem

in corde, & hoc sufficit. & ad tantum uenit, quod quasi sancta reputabatur: ueniens ad mortem, etiam defuncta dum sacerdos quidam deuotus oraret supra funem mittente Deo anima redijt ad corpus, & manifestauit, quomodo damnata erat, & manifestauit peccatum suum, & quomodo omnis sua penitentia nihil sibi profuerat, & deinde anima egressa de corpore; iuit ad domum calidam. Augustinus in enchiridion cap. 54. Sanè, qui sceleratè uiuunt, nec curant talem vitam moreſque corrigere, & inter facinora sua ecclesias frequentare non cessant frustra, ideo sibi blandiuntur. Sed si dices, si nullus sit cui possim satisfacere. Respondit Alex. quod sicut in sacramento altaris non necessario requiritur quod homo accedat ex charitate, sed si se quantum ex se præparat, sufficit, nec habet in aliquo remorsum conscientie, non peccat accedendo, sic est de satisfactione; potest ergo dici si opera iniuncta ab ecclesia sine remorsu mortalis impleuit, dum non sufficienter se præparauerit ad gratiam quantum in se est, est absolutus in foro conscientie, & in foro ecclesie, & sine præiudicio, dico etiam in foro Dei; ita quod non damnabitur, licet iterato non satisfaciatur, licet per huius opera non soluat omnino, propter quod dicitur Eccl. 5. De propitiato peccato noli esse sine metu.

Quartus articulus est della satisfactione la reiteratione, si homo tenet ad satisfactionem iniunctam, & in peccato mortali expletam, tenetur iterare, Alexan. de Ales in suo 4. Respondet dicendo, quod penitentia expleta in peccato mortali est reiteranda pro tanto, si tempore, quo fecit in peccato mortali: quia illa quam fecit in statu gratie adueniente charitate, & contritione reuiuiscit, quia nec est Deo accepta, nec Deo reconciliata, propter quod nulla reputatur. Ier. 4. Nouitate uobis noua, & nolite serere super spinas, sed qui penitentiam iniunctam facit in peccato mortali, non nouat sibi mortale. i. non purgat cor a peccatis: immo seminat super spinas, quæ suffocant semen. Luc. 8. Sed si dices ad nullum præceptum Domini tenetur homo facere in charitate, uel extra, & hoc constat quia si quis loco, & tempore parentes honorat, etiam non habens charitatem, non peccat: ergo nihilominus tenetur ex charitate implere sacerdotis mandatum, sed satisfactio est mandatum sacerdotis, ergo potest fieri extra charitatem. Alex. de Ales respondet, quod quando

A quando opus satisfactionis ab homine imponitur homini, non tenetur opus illud facere extra charitatem, uel in charitate, quia præceptum, sed necessitate habet in charitate facere ad hoc ut sit emendatorium, & ideo placitum. Sed si obijceres si alicui iniungitur in satisfactionem peccatorum dare pauperibus centum marchas, quas dat in mortali, ergo si reiteranda est penitentia, tenet dare; iterum dico, quod impossibile est, quia non habet, respondet Alexan. dicendum, quod ille, qui dat centum marchas in mortali sibi iniunctas non satisfaciatur, nec est absolutus a penitentia iniuncta, nec tamen sequitur, ergo tenetur dare iterum centum, sed tenetur hanc, uel aliam penitentiam facere iuxta arbitrium ecclesie. Tho. 11. in 4. dist. 15. Aliquæ satisfactiones sunt, ex quibus manet aliquis effectus in satisfactionibus et postquam actus satisfactionis transiit, sicut ex ieiunio manet debilitatio corporis, & ex elemosynis largitis substantie diminutio, & sic de singulis similibus, & tales satisfactiones factæ non oportet, quod iterentur, quia quantum ad illud, quod de eis manet per penitentiam sequentem acceptæ sunt: satisfactiones autem quæ non relinquunt aliquem effectum in satisfactione, postquam actus transiit, oportet quod iterentur, sicut est de oratione, & similibus. actus autem interior, quia totaliter transiit, oportet, quod iteretur, quia non modo uiuificatur. Idem Alex. addit. Viel. quod talis tenetur, postea ad suscipiendam penitentiam, non tamen imponenda est ei tanta penitentia, quanta si nulla ei fuisset imposta; quia præsumendum est, quod propter illam iniunctam extra charitatem Dominus maiorem ei contritionem dedit, sed sunt, quod si statim cum est in peccato mortali cõteritur, amplius non est in peccato mortali: quia in contritione delentur mortalia: & sic operans, & satisfaciens, non oportet, quod iteretur, ex quo dicitur correlato riè, quod si satisfaciens in mortali, non recordatur de penitentia ei iniuncta, tenetur de iam confessis, iterum confiteri. Intellige de illis, pro quibus imposta fuit ei penitentia cum illa distinctione, quæ dicta fuit de non facientibus penitentiam. Unde sanum Consilium est, quod sacerdos det breues penitentias, quia in contritione dimittuntur peccata. Magister in 4. dist. 17. cap. 1. Sine etiam leprosi illi, quibus Dominus præcepit, ut ostenderent se sacerdotibus in itinere antequam uenirent ad sacer-

dotes mundati sunt ex ea infirmitate, quod antequam sacerdotibus hora nulla operationis. i. peccata confiteamur a lepra peccati mundamur, & de Pen. dist. 1. dixi. Unde Propheta; dixi, confitebor, &c. quod expones Cassianus ait (dixi) id est deliberaui apud me, quod confiterer, & tu remisisti magis pietatis dicitur, quod ad solam permissionem peccatum dimisit, uotum enim pro operatione iudicatur. Magister in 4. dist. 18. cap. 2. Et est auctoritas pij Papæ. non igitur dicenda est illa satisfactio peccati, quam quis facit pro uno peccato, dum perdurat in altero, quia nihil prodest ieiunare, & orare in alio, si in alia bona agere, nisi mors reuocetur a peccato, etsi aliquando conuersus tacitum peccatum sacerdoti fuerit de utroque imponenda est penitentia ei, uel satisfactio, quia de prima condigne non satisfecit.

Sextus articulus della satisfactione la uiuificatione, gratia cuius quæritur utrum opera de genere bonorum quæ, uel fuerunt facta in charitate, & postea per peccatum mortale mortificata, uel facta in peccato mortali, cum uenerit peccator ad penitentiam, reuiuiscunt. Respondent Ramundus & Tho. dist. 15. Et Petrus, & Hoff. quod opera uiua, quæ fuerunt facta in charitate, mortificantur per peccatum mortale, si postea sequatur uera penitentia, reuiuiscunt. de Pe. dist. 3. pius est credere, & fides nostra hoc expostulat, ut cum gratia Christi i homine destruxit mala priora, & reuiuere bona; & cum destruxit, quod suum non inuenit, diligit bonum, quod in peccato plantauit. hæc auctoritas intelligitur de satisfactione de operibus factis in charitate, quæ mortificata, postea per peccatum, & uera acta penitentia postea reuiuiscunt, illa uero quæ nunquam uiua fuerunt, puta quæ fuerunt facta in peccato mortali, uiuere non possunt, quia mortua nata fuerunt. Magister in 4. dist. 14. & est August. mortificatur enim illa penitentia, antecedens, quando acta bona persequens potestatem, ut non fortiantur mercedem, quam haberent si peccatum non succederet, sed tamen de peccato succedendo penitentia agatur, & penitentia quæ processit, & alia ante bona reuiuiscunt, sed illa tantum quæ ex charitate prodierunt: illa enim sola uiua sunt, quæ ex charitate fuerunt, ideoque si per peccata subsequenter mortificantur per subsequentem penitentiam reuiuiscere possunt: quæ uero sine charitate sunt, mortua, & in anima generantur, & ideo per penitentiam

A tentiam reuiuiscere non ualent. Sextus articulus della annullatione la retributione, unde notandum, quod quauis dictum sit, quod satisfactio facta in peccato mortali nihil ualeat ad salutem, ualeat tamen ad plura.

Primo ad penam æternam tollerabilius subeundam, sicut dicit Augustinus, quod ualeat, ut tollerabilior fiat eorum damnatio. Bonauenr. in 4. dist. 15. artic. 1. 4. 6. istud diuersimode a diuersis intelligitur. Quidam enim dicunt, quod facit penam tollerabiliorem non mutando penam, sed fortificando subiectum; sed hoc non est congruum dicere, quod uirtus aliqua detur damnato propter opera illa, quæ facit minus sustinere; quia aut daretur semper aliquod tempus, utrunque est inconueniens. Illa enim uirtus, aut est naturalis, aut gratuita, quorum neutrum facile est intelligibiliter assignare.

Aliqui dicunt, quod ualeat ad remissionem penæ uermis, quia non tantum habeant remorsum conscientie, quantum si nulla bona opera fecissent; sed illud non ualeat, quia remorsus conscientie erit secundum quantitatem culpæ, sicut ignis, ergo si non ualeat ad ignem, nec ad uermem. Ideo tertio modo dicendum, quod ualeat ad intolerabiliorem ex consequenti, quia impediunt culpam factam aggravari, & etiam retrahit hominem a peccati frequentia, & ab intentione libidinis, & contemptus, quia non ex tanta libidine peccat, qui aliqua bona opera facit quidem obtinuitur, & ad uermem, quia minus cruciabitur, & minorem habebit remorsum, quam si opera illa non fecisset, non de illa culpa, quam commisit, sed de malis, quæ commisit, & de bonis, quæ omisit, si illa bona non fecisset.

Respondetur in 4. dist. 15. artic. quod aliqui dicunt, quod propter illa opera si moriatur sine penitentia, minorem penam sustinebit in inferno, nec sic debet intelligi, quod propter illa minuatur pena, quæ prioribus peccatis debebatur, sed quia interim, quod faciunt illa bona, cauent sibi a malis, quæ si facerent, amplius punirentur. Aug. lib. de Pen. trāsumptiue de pen. dist. 3. uersus finem, & in 4. sent. dist. 18. cap. 3. Si quis autem non habens charitatem, quæ pertinet ad unitatem spūs, & uinculum pacis, quo ecclesia catholica congregata connectitur in aliquo scisma scismatum constitutus, ne Christum neget, patitur tribulationes, angustias, famem, nuditatem, sitim, persecutiones, pericula, carceres, uincula, tormen-

D ta, gladium, uel flammam, uel bestias, uel ipsam crucem, timorē gehennarum, & ignis æterni; nullo modo ista culpata sunt, immo uero, & hæc laudanda est patientia, non dicere poterimus melius fuisse, ut Xpm, uel crucem pateret, quæ passus est cōstruendo, sed estimandum est fortasse, & tollerabilius futurum iudicium, quod si Christum negando, uel crucem pateret, ut illud quod ait Apostolus. si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habeam; nihil mihi prodest, nec prodesse intelligatur ad regnum celorum obtinendum non ad extremi iudicij tollerabilius supplicium subeundum; primo ualeat ad temporalem prosperitatem, & temporalium multiplicationem obtinendam.

E Ista. 1. Si uolueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis; & de pen. dist. 3. c. cauendum, & est Greg. in Homil. Lazari, & dicit, cauendum nobis est, ut si forte aliqua bonum agemus in presenti sæculo remunerationem non accipiamus, ne forte dicatur de nobis, receperunt mercedem suam, nisi enim diues iste aliquod bonum egisset, unde in presenti sæculo remunerationem accepisset, nequaquam Abraham ei diceret, recipisti bona in uita tua. Et idem Io. Chrysost. Quando itaque uidemus malignum discedere, non subruamur; & quando uidemus bonum mala pati, non turbemur: illi corona, illi supplicium est; & alia ratio, quia non potest malus in omnibus malus esse, sed habet aliqua bona, neque bonus in omnibus bonus esse, sed habet aliqua peccata; quando ergo prosperitatem habet malus, malo capitis sui est, cum enim pro illis paucis bonis retributionem hic accipiat, illic iam plenius punietur, tertio ad gratiam impetranda. Ios. 6. Traditam enim Ierico in manus populi Dei, deinde dixit Iosue sola Raab meretrix uiuat cum uniuersis, qui cum ea domi sunt: abscondit enim nuntios quos direximus; hac figura demonstratur, quod bonum factum in peccato mortali, animam habilitat ad gratiam recipiendam, & maxime illa quæ sunt motu diuini amoris, & ad gloriam Dei, ut dicit Alex. de Ales in 4. suo. unde Apocal. 3. Ego sto ad ostium & pulso, si quis audierit uocem meam, & aperuerit mihi ianuam; intrabo ad illum, & cenabo cum illo. Sed existens in mortali non potest aperire domino, nisi faciendo opera de genere bonorum, cum nec uelle bonum potest a se: sed si forte diceret, opera bona facta in mortali sunt omnino mortua, unum contrarium disponit ad

aliud,

A aliud, ergo opera mortua non disponunt ad opera uiua. Alex. Opera mortua dicuntur dupliciter: uel quia sunt causa mortis æternæ, cuius non sunt peccata mortalia ad Hebræos 9. qui emundabit conscientiam nostram ab operibus mortalibus: uel quia non habent uitam gratiæ, habent tamen uitam naturæ ornatam gratia gratis data, & bonitatem moris, quæ quodammodo sunt Deo accepta, & Deo propinquantia: & quia hoc tendit ad complementum gratiæ gratum facientis, ut ad suam perfectionem potest dici, quod hæc habitant ad gratiam, licet opera huius modo sint mortua, quia carerent tamen sub istis contritionibus considerata non habent oppositionem cum operibus uiuis, quia quædam uita uiuunt, unde disponere possunt ad uitam de Pœn. dist. 5. Falsas; & est Greg. Falsas penitentias dicimus, quæ non secundum auctoritatem sanctorum patrum pro quantitate criminis imponuntur. ideoque miles, uel negotiator, uel alicui officio deditus, qui sine peccato exerceri non possit si culpis grauioribus irretitus ad penitentiam uenit, uel quia bona alterius iniuste definet, uel quia odium in corde gerit, recognoscat seueram penitentiam non posse agere, per quam ad æternam uitam peruenire non ualeat, nisi negotium, uel officium relinquat, & odium ex corde dimittat; bona quidem, quæ iniuste abstulit, restituat, arma deponat, ulteriusque non ferat nisi consilio religiosorum episcoporum pro defendenda iustitia, nec tamen desperet interim quod boni poterit facere hortamur, ut faciat: ut oportet Deus, cor illius illustret ad penitentiam 4. ad bonæ uitæ assuefactionem tenetur 3. bonum est viro, cum portauerit iugum ab adolescentia sua, sicut de baptismo Ioannis dicitur, quod non ualuit ad remissionem peccatorum, sed ad assuefactionem boni; de conse. dist. 4. non generabatur. quinto ad reprimendam potestatem diabolicam credendum est, quod diabolus non habet in eo tantam potestatem, quantum haberet, si nullum bonum faceret, quod patet ex eo, quod refert Beatus Gregorius in dialogo de Iudæo, qui munuit se signo crucis, quod referens demoni maiori dixit uas uacuum est, sed signatum. sexto ad peccati rescissionem, quia peccatum suo pondere attrahit Eccl. 3. Ignem ardentem extinguit aqua, & elemosyna resilit peccatis. septimo ad temporalis uitæ diminutionem, ut habemus 3. Regum cap. 1. nonne uidisti Achab humiliatum coram me?

B quia ergo humiliatus est, non inducam malum in diebus eius, sed in diebus filij eius. lege Histor. Septimus articulus de alcune satisfactione la cessatione, dico secundum The. quod illarum elemosynarum elargitiones, ad quas quis alias non turbatur, possunt esse satisfactoriæ, cum sint opera bona poenalia, & sic intellige de alijs bonis ad quæ quis aliter turbatur, non possunt dari in penitentiam, ut puta quod obserues mandata Dei, & quod si sacerdos iniunxit alicui in penitentia, quod faciat celebrari missas, nunquam potest recipere penitentiam pro ijs missis oblatam. Respondet summa Hostien. c. 16. Et ad quid tenetur sub §. Quid si sacerdos, & sequenti, non debet missas, quas sic iniunxit celebrare, quia species mali est. Extra de uita, & hone. cle. cum ab omni. Sed vel non iniungat hanc penitentiam, uel si iniungat, dicat, quod per alium illas missas faciat celebrare, & per talem quis sibi uicem non reddat, sicut dolose fieri posset si ad uicinum sacerdotem mitteret, qui sibi postea uicem redederet: tutius tamen est, & sanum consilium a talibus abstinere impositionibus: quia quamquam uari facerdes sub pretextu charitatis, & pietatis defecerunt per aliquas cogitationes, tamen suas, & intentiones, quas habent de recipiendis oblationibus, omnipotenti Deo nequeunt occultari: ergo si dicat præsbyter, quod charitas ipsius ad hoc moueat cupiditas, quid forte penitens non potest peregrinari, nec ieiunare, nec orare, nec aliquid facere ostendat hoc peccato opera, ut credam ei, ut si faciat per alium, nam suspectum celebrare, uel ipse gratis celebret, uel oblatum hac actione pauperibus eroget.

C Octauus articulus est della satisfactione commutatione, hoc est dicere, si sacerdos potest commutare penitentiam iniunctam, & primo queritur an sacerdos possit commutare penitentiam, quam ipse iniunxit. Respon. secundum Rain. Credo, quod sic, dura tamen discretè, & propter causam, & circa subditos suos, aliter non: dist. 82. dicitur præsbyter, & hoc expones, uel dicit, quod ille idem, qui iniunxit, aut inferior eius, aut superior eius sicut ordinarius penitentis iudex possit penitentiam commutare, uel relaxare: Si uero sit alius confessor a quo commutatio petitur, quia pari ambo curam minus habent, ut duo episcopi, in quorum episcopatus penitens domicilium habet, hoc dicendum, quod si penitentia

D commutatio

E quia ergo humiliatus est, non inducam malum in diebus eius, sed in diebus filij eius. lege Histor.

F Septimus articulus de alcune satisfactione la cessatione, dico secundum The. quod illarum elemosynarum elargitiones, ad quas quis alias non turbatur, possunt esse satisfactoriæ, cum sint opera bona poenalia, & sic intellige de alijs bonis ad quæ quis aliter turbatur, non possunt dari in penitentiam, ut puta quod obserues mandata Dei, & quod si sacerdos iniunxit alicui in penitentia, quod faciat celebrari missas, nunquam potest recipere penitentiam pro ijs missis oblatam. Respondet summa Hostien. c. 16. Et ad quid tenetur sub §. Quid si sacerdos, & sequenti, non debet missas, quas sic iniunxit celebrare, quia species mali est. Extra de uita, & hone. cle. cum ab omni. Sed vel non iniungat hanc penitentiam, uel si iniungat, dicat, quod per alium illas missas faciat celebrare, & per talem quis sibi uicem non reddat, sicut dolose fieri posset si ad uicinum sacerdotem mitteret, qui sibi postea uicem redederet: tutius tamen est, & sanum consilium a talibus abstinere impositionibus: quia quamquam uari facerdes sub pretextu charitatis, & pietatis defecerunt per aliquas cogitationes, tamen suas, & intentiones, quas habent de recipiendis oblationibus, omnipotenti Deo nequeunt occultari: ergo si dicat præsbyter, quod charitas ipsius ad hoc moueat cupiditas, quid forte penitens non potest peregrinari, nec ieiunare, nec orare, nec aliquid facere ostendat hoc peccato opera, ut credam ei, ut si faciat per alium, nam suspectum celebrare, uel ipse gratis celebret, uel oblatum hac actione pauperibus eroget.

H Octauus articulus est della satisfactione commutatione, hoc est dicere, si sacerdos potest commutare penitentiam iniunctam, & primo queritur an sacerdos possit commutare penitentiam, quam ipse iniunxit. Respon. secundum Rain. Credo, quod sic, dura tamen discretè, & propter causam, & circa subditos suos, aliter non: dist. 82. dicitur præsbyter, & hoc expones, uel dicit, quod ille idem, qui iniunxit, aut inferior eius, aut superior eius sicut ordinarius penitentis iudex possit penitentiam commutare, uel relaxare: Si uero sit alius confessor a quo commutatio petitur, quia pari ambo curam minus habent, ut duo episcopi, in quorum episcopatus penitens domicilium habet, hoc dicendum, quod si penitentia

A tia fuit publica, requiri debet conseruus primi, qui dedit eam ne scandalizetur, dico si de facili possit requiri, maxime si penitens iam publice incohauit penitentiam, quod si de facili non possit requiri, aut si penitentia fuit occulta, poterit secundus cōfessor commutare, uel relaxare. Vtrum inferior possit relaxare penitentiam a superiori iniunctam? Respondeo secundū Viel. Si penitentia iniuncta est, in tali casu, de quo ab iniuncta inferior poterat penitentiam iniungere, potest relaxare, uel commutare, nisi superior reseruauerit talem commutationem, uel relaxationem argum. ad hoc 5. dist. accedens. & 33. q. 13. Latium, & in glo. vtriusque cap. si uero penitentia iniuncta est in casu reseruato a superiori, nō poterit inferior relaxare, uel commutare absque licentia eius, qui iniunxit, nisi urgeat necessitas, aut suadeat utilitas. Pium enim est interpretari, q̄ superior concesserit in illis inferioribus potentiam commutandi, uel relaxandi.

DE IUDICIO EXTREMO.

Sermo XXIII.



Um uenerit filius hominis, &c. Matth. 28. Apoc. 24. Et uidi aliterū Angelum uolantem per medium coelum, habentem Euangelium æternum, ut euangelizaret sedentibus super terram, & omnem gentem, & tribum, & linguam, & populum, dicens uoce magna timete Dominum, & date illi honorem, quia uenit, iudicium eius timete.

H Primo Iudicis præcessionem, secundo iudicandorum disceptationem, tertio præmiorum retributionem. Vnde notat Alex. in 6. parte prima tria hæc erunt in iudicio, quia sicut in opere primæ conditionis triplicamus actus ut, scilicet opus creationis, opus distinctionis, & opus ornatus; ita in opere ultimæ consummationis triplicatur actus ut, scilicet actus purgationis, & opus distinctionis iudicij, & opus retributionis; quantum ad primam principalem iudicij præcessionem notandū, quod sicut in condeprecatione reprobī præcedunt satellites, ita in iudicio præcedet turbatio totius creaturæ uolentis iudicium facere de offensione patris, & sui creatoris; sicuti si aliquis filius bonus uideret patrem suum offendi. 2. conaretur

uindi etiam facere patris sui, unde Hieronymus dicit se reperisse in annalibus Iudæorum 15. signa præcessura iudicij.

Primum est, quod prima die maria omnia exaltabuntur 15. cubitis super omnes excelsos montes orbis terræ, & effluentia, sed sicut nunc æquora faciunt.

Secundum omnia æquora prosternentur in imum profundi, ita ut vix queant humanis obtutibus aspici, & de illis. Luc. 12. Et in terris pressura gentium præ confusione sonitus maris, & fluctuum.

Tertium omnia maria reducuntur in antiquum statum, qualia ab exordio creata fuerunt.

F Quartum beluæ omnes, & omnia, quæ mouentur in aquis, congregabuntur, & eleuabuntur super pelagus more contentio-nis inuicem mugientes nescientque homines quid cogitent.

Quintum omnia uolatilia cœli congregabuntur in campis, unumquodque genus in ordine suo, eodē modo uolucres inuicē plorantes erunt non gustantes, nec bibentes, sed tamen aduentum iudicis timentes.

Sextum flumina ignea surgent ab occasu solis contra faciem firmamenti usque ad ortum concurrentia.

G Septimum errantia sidera, & statio noia omnia spargēt se igneas comas qualiter in cometis apparet. Luc. 23. Et cadēt de cœlo.

Octauum terræ motus magnus erit, ita ut nullus homo possit stare, & nullum animal, sed solo prosternentur.

Nonum lapides tam parui, quàm magni scindentur in quatuor partes, & unaquodque pars collidet alteram partem, nescientque homo sonum illum, nisi solus Deus.

Decimum omnia ligna syluarum, & oia cœtera herbarum sanguineum fluent rorem.

Vndecimum omnes montes, colles, & oia ædificia humana arte constructa in puluerem redigentur.

H Duodecimum omnia animalia terræ uenient ad campos de syluis, in montibus rugientia, & mugientia, non gustantia, neque bibentia. Decimum tertium omnia sepulchra ab ortu solis, usque ad occasum patebunt cadaueribus surgentibus, usque ad horam sepulchri finalis iudicij. Decimum quartum omne genus humanum, quod inuentum fuerit de habitaculis descendēt uelociter, non intelligētes, nec loquentes, sed discurrentes tanquam amentes. Decimum quintum homines moriētur, ut resurgant cum mortuis longe ante defunctis, & unumquodque signum

A signum in unoquoque die. Bona. in 4. recitās hæc dicit a et hæc sicut se habeant Deus nouit, nota quod indubitanter præcedet, primum erit ignis, uide quatuor, 10. mors, 42. iusta, 3. iux. literam, 4. Angeli est illa, quia sicut Bona. in 4. dist. in prima conditione, condidit substantiam spiritualem, corporalem, & mediam, & in oibus cōicauit, & dedit potestatem, ut ergo ordo seruariet in rebus, & ostendat virtus creaturarum collata, & amplius virtus illa, ut ostendatur, adeo uoluit dñs ministerium creaturarum sibi deseruire, & iterum creaturam angelicam corporalem, & mediam; unde fiet ad ministerium Angeli ad actionē ignis, & postremo ad nutu, & uocem Christi hominis, & uox ad corporale hēt nihilominus & aliquid spirituale, mors uero aderit, ut etiam priuationes suo obediant creatori. Si autē homo per peccatum, q̄ est priuatio boni, & separatio a Deo, nūc uero mors, quæ est priuatio euntis pariat, & Deo feruiat, unde Apostolus. Stipēdia. n. peccati mors est, & primo præcedet ignis iuxta illud psal. Ignis ante eum præcedet. unde notādum, q̄ in iudicio præcedet ignis faciem iudicis, & sequetur functo iudicio. unde glo. super illud Malac. 3. Ipse Deus sedebit confans, & emundans argentū, & purgabis filios, leui. et duos ignes, legimus futuros, unū, qui purgabit electos, & præcedet iudiciū, alterum, qui reprobos cruciabit. Bona. in 4. dicit dist. 47. q. vlt. secundum hanc glossā dicendum, q̄ si dicantur duo ignes quantum ad substantiam sunt duo ratione duorum effectuum, tamen futurus ignis in iudicio ad electorum purgationē, quæ debet unius cuiusque opus purgare, & purgari in igne, ut totaliter sistant in gratia Dei mundati, & hoc præcedet faciem Dei iudicis, & purgando amicos, & inflammando inimicos; est & ignis futurus ad purgationem mundi, & eius inuolutionē, & ille est, ut dicit, q̄ lequetur iudiciū, eximet faciem mundi, & purgabit, & dæmū reprobos cruciabit. Aug. 20. de Ciuit. Dei. Conflagratio erit post iudicium, quare fiet per ignem tantum. Bonau. in 4. dist. 28. art. 2. q. 1. Resp. dicendū a peccato, & a parte purgationis mundi, ex parte purgationis hominum, quia sicut in initio ardor regnauit concupiscentiæ, sic in senectute mundi frigus auaritiæ. Sicut ait Apostolus. Abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum, & ideo, quia purgatio dēt fieri per contrarium, sicut purgatio ardoris concupiscentiæ facta est per aquam, sic purgatio

E frigoris auaritiæ, fiet per ignē. alia rō est ex parte hoīs, quia illud fuit ad delendū hoīem uetustum, & nouos hoīes procreandos, hoc erit totum ad meliorandum, & in meliorem faciem cōmutandum: & quia ignis urit, & subtiliat, aqua non, ideo in igne urit, diluuium uero non in igne fuit, sed in aqua. Quartum ascendet illuc ignis. Bonau. in 4. ubi sup. q. 3. Sicut dictum est supra, q̄ duo sunt ignes, & istorum duplex est officium purgandi, & sic duplex est purgatio, una, q̄ fit a scditate peccati, alia quæ est a uetustate corruptionis; dico ergo q̄ scditas culpæ se extendit per caliginosum aerē, non q̄ in ipso aere sit peccatum, sed quædam scditas contrahit in loco ex peccato, & etiā fumo sacrificiorū Idolorum quodā modo est aer infectus, & quantum ad illam purgationē tantum ascendit quantum aqua diluuij, vñ Mag. in 4. dist. 47. Dñs. n. ueniente ad iudicium præcedet ante eū ignis, quo comburentur facies mundi huius, & peribet cœlum, & terra, non secundum substantiā, sed secundum speciem, quæ immutabit cœlum quidem aereum non ethereum, trū. n. ascendit aqua in diluuiio, ille autem ignis malis, q̄ reperti fuerint uiui erit consumptio: bonis autem nō, ut. n. ait Aug. Hoc erit incendiū mundi sanctis, q̄ fuit tribus pueris, in quibus si aliquid purgandum fuerit, purgabit, alijs uero nullam ingeret molestiam, & sic purgabitur: in loco etiam aeris, iuxta illud Agathæ ad Quintianū: uerba tua fatua sūt, & uana aerem maculantia, & iniqua: alia purgatio est a uetustate corporis sine corruptibilitate, hoc est in cæteris electis, quæ debent esse incorruptibilia post corruptionem, & quantum ad hanc ascendet usque ad ultimum sphaeræ ignis, & sic intelligitur illa auctoritas, i. Per. ultimo cœli ardentes soluentur, selementares; non. n. intelligendū est de illis cœlis quasi sint incorruptibiles, quia per illum tolletur, & purgabitur corruptibilitas, & sic nō cœli accipiuntur in scriptura. Matth. 13. Et uolucres cœli comedent illud. Secundo præcedet mors, quia boni qui nō fuerint cōsumpti ab igne moriētur, & statim resurgent; quia, ut ait Apostolus. Qui seminat non uiuificatur, nisi prius moriatur, unde ambo in ipso raptu eorum, qui uiui reperient, mors erit, & resurrectio, ut aīa quasi per soporem egressa de corpore, idem in momento reddatur de isto raptu 1. Thess. 4. Deinde nos qui uiuimus, qui residui sumus simul rapiemur obuiam Christo in aera. de tertio. scilicet Angelis, Angeli autem habe-

A habebunt ministerium: antecedens iudiciū
 quā congregabunt electos a quatuor parti-
 bus mundi. Matth. 3. 4. Et mittet Angelos.
 suos cum tuba, & voce magna, & congrega-
 bunt electos a quatuor ventis terræ a sum-
 mis cælorum, vsq; ad terminos eorū, malos
 autem, qui habent corpora grauiā, & ter-
 restria sicut terram, dilexerunt, portabunt
 Angeli ad iudicium, sicut Abacuch. Per ca-
 pillos capitis in Babylone, unde Magist. in
 4. dist. 47. tunc ministerio Angelorum uen-
 tilabitur arca, quia boni congregabuntur
 quatuor partibus mundi Angelico mini-
 sterio, quo rapietur obuiā Christo in aere,
 reprobis in terra remanentibus, quam dile-
 xerunt. Alex. in 3. Angeli habebunt vltimū
 ministerium, s. congregandi ad iudicium,
 mortuos suscitandi. r. Thef. 4. Quoniam Deus
 in visu, & in voce Archangeli: non Angeli,
 ut Angeli, quia non possent, sed visu, & uir-
 tute diuina, sicuti nunc Sancti dñtur mor-
 tuos suscitare, habebunt ministerium sepa-
 ratum ante iudicium, & post iudicium.
 Matth. 2. 5. Et congregabuntur ante eū om-
 nes gentes, & segregabunt eos ab inuicē,
 sicut segregat pastor oves ab hēdis, & sta-
 tuet quidem oves a dextris, hēdos autem
 a sinistris. Item: habebunt ministerium da-
 ta sententia mittendi malos in caminum
 ignis, sed si forte obijceres, quōd Angeli
 sūt nobiles ministri, & Dei filij, & sic nō
 vere eis conuenire officium tortorū. Bona-
 uen. Respondet, aliud est deducere ad tormēta,
 aliud est in ipsis tormentis cruciari: pri-
 mum nō est tortorum, sed nobilium mini-
 strorum, qui assistunt regi ad eius iussione
 implendam, vnde non dicitur, quōd An-
 geli sint tortores in igne, sed producent,
 erunt testes, sicut inferius dicitur, porta-
 bunt etiam uexillum crucis. Matth. 24. Et
 tunc apparebit signum filij hominis in cæ-
 lo, & omnia insignia passionis. Chrysol.
 Crux multo solaribus radijs lucentior ap-
 parebit. Ciprianus, in die iudicij tantum
 Christus rationem requiret a nobis pro ne-
 gligentia nostra, dicetque: propter uos sum
 incarnatus, & in terris palam conuersatus,
 cum sputis, & palmis in facie cæsis, Crucifi-
 xus, acetum potatus, paradisu uobis aperui,
 regnum meum uobis obtuli, spiritum san-
 ctum uobis misi: quid ultra debui facere; &
 non feci? quartum præcedet uos iterum do-
 minus in visu, & in uoce Archangeli, & in
 tuba Dei descendet de cælo. Bonauen. in 4.
 dist. 43. iuxta literam uox Christi secundum
 diuerlas proprietates, ista tria sortitur: no-

mina, uox enim Christi erit uirtuosa ad su-
 scitandum. Idem dicitur missus, quia præce-
 prum, dicit enim & erit authenticā, & ideo
 dicitur, uox Archangeli. i. Principis, & erit
 nihilominus serena, & ideo uox tubæ dicitur
 Magister in 4. dist. 43. Si uero queritur
 cuius, uel qualis erit illa uox, Apostolus di-
 cit, quōd erit Archangeli. i. ipsius Christi, q.
 est princeps Archangelorum, uel uox erit
 alicuius, uel plurimorū Angelorū, uox. n.
 est causa nostræ resurrectionis. Io. 5. Omnes
 qui in monumentis sunt audient uocē filij
 Dei, & qui audierint uiuent. Bonauen. in 4.
 dist. 43. artic. 1. vlt. in Christo est assignare
 nostræ resurrectionis duplicem causam. s.
 efficientem, & exemplum, efficiens autem
 duplex est, aut sicut primum principium,
 aut sicut instrumentum efficiens: sicut pri-
 mum principium est ipse Christus secundū
 diuinitatem, & tota beata trinitas, quia est
 uirtutis infinitæ: efficiens autem sicut instru-
 mentum est uox Christi, ad comprobatio-
 nem mortui resurgunt: causa autem ex plā-
 ris duplex est, una in qua res cognoscitur,
 & disponitur, & si est Christus secundum
 naturam diuinam, & tota trinitas; alia in
 qua res inchoatur, & exemplificatur, & sic
 est resurrectio Christi. Aug. de Ciuit. Dei ta-
 lia erunt corpora nostra, quale Christus in
 resurrectione monstrauit, Eph. 7. Conui-
 ficauit nos Christus, & resuscitauit: quia
 sicut caput non potest esse sine membris,
 sic nec resurrectio capitis, quia consequetur
 resurrectio membrorum: etsi obijcies,
 quare equalis uirtutis est corpus resurgere,
 sicut & causam, sed hoc est uirtutis infini-
 tæ; ergo, & illud respon. Deus uirtute infi-
 nita faciet, sed per uocem tanquā instrum.
 sed si obijceres, si mortui audient uocem,
 aut antequam resurgant, aut post, si ante, er-
 go ante audient, quam uiuant: si post, ergo
 uox non erit causa resurrectionis. Respon-
 dicendum, quōd simul tempore resurgunt,
 & audiunt; tamen prius natura resurgunt q.
 audient, vnde uoces auditis nō resuscitāt,
 sed uirtus communicans, in euigilatione
 autem corporali auditus uocis excitat, sed
 in auditu sunt duo. s. receptio speciei in or-
 ganis; & iudicium de recepta, quantum ad
 receptionem præcedet excitationem, sed
 quantum ad iudicium, sequitur Magister in
 4. dist. 43. Causa resurrectionis mortuorū
 erit uox tubæ, quæ in aduētū iudicis: ab om-
 nibus audietur, cuius uirtute excitabuntur
 mortui, & de monumentis resurgent. Vnde
 propheta: dabit uoci suæ uocem uirtu-

tis.

A tis, i. effectum resuscitandi mortuos, hæc il-
 le: post hoc, ueniet Christus ad iudicium.
 Sequitur secundū principale, s. iudicando
 rum disceptatio, & in hoc erunt tria, quæ
 in omni iudicio solent adesse, scilicet. Pri-
 mo rei malignitas, secūdo testium ueritas,
 tertio iudicis maiestas. Quantum ad mali-
 gnitatem rei, nota tria, & primo, quōd om-
 nia legunt in conscia sua. Secundo q. oīa le-
 guntur in conscia alterius. Tertio q. oīa
 uidebuntur ab oībus, & quātum ad primū
 q. oīa leguntur in libris consciētiae suæ, &
 hoc ostenditur rōne, s. diuinæ iustitiæ, quia lu-
 crū est, ut sciat quantitas meritorum, sed nu-
 merus hoīs sic legi, ut sciat quot, & quan-
 ta bona, & quot mala, & quāta fuerint, vñ
 iustitia summē ibi declarabitur, & quātum
 ad retributionē gloriæ, & pēnæ, ergo meri-
 ta debent summē declarari, sed nō possunt
 nisi omnia bona, & mala ad memoriā reuo-
 centur. Vñ dicendum, q. ibi erit lectio om-
 niū meritorum, & demeritorū memoria,
 quia reuocatio actū, & cogitationum p-
 cedentium ad memoriā erit, & pp offen-
 sionem iustitiæ in retribuendo mala, & bo-
 na, in quibus permāserunt, finiētur, hæc. n.
 sola digna retributione sunt, & pp ostēsi-
 onem miæ de præterito rememorabunt ma-
 la bonorum, a quibus sunt misericorditer
 liberati, & bona malorū, quæ in eis miseri-
 corditer operatus est Deus, qui solem suū
 oriri facit sup bonos, & malos; cū oīa bo-
 na, & mala sua erunt ibi in memoria, sed tñ
 in beatis memoria malorum nō cōtristabit,
 quia memoria malorū pōt esse extra, aut cō-
 siderandum malum euentū, & sic generat
 tristitiam, ut patet in eo, qui conterit, uel
 considerandum bonum euentum, s. q. de
 tantis malis est ereptus, & hoc generat læ-
 titiam, similiter de memoria bonorū distin-
 guendū est. Aug. 20. de Ciuit. Dei, uirtute
 diuina fiet, q. cuiq; opera sua, uel bona, uel
 mala in memoriā reuocentur, & mentis
 intuitu mira celeritate cernant, & conscia
 accusat conscientiam, oīa leguntur in con-
 scientia alterius, vnde Ber. tractās illud pri-
 mo Cor. 10. Illuminabuntur abscondita te-
 nebrarum dicit cuncta arcana cunctorum
 eunctis ibi patebunt. glo. 1. gesta, & co-
 gitata bona, & mala, & tunc aperta, & non
 erunt oībus, vnde not. Bonau. in 4. dist. 43.
 iuxta literam; rōnabilius est, q. oīum iusto-
 rum peccata oībus iustis tunc patebunt, &
 hoc quia erit magni Dei gloria, dum mani-
 festatur eius ad filios unam, & dum osten-

detur eius nulla erit erubescencia, & si
 quæras quomodo id possit esse? Resp. quōd
 rō est ex parte eius cuius peccata manife-
 stantur, quia erubescencia est timor in expe-
 ctatione conuiuij, cum in beatis non cadat
 timor, ideo in eis non erit erubescencia, quā
 perfecta charitas foras mittit timorem. Se-
 cundo etiam erit ex parte uidentium, quia
 nullus ibi uituperat nullus aspernatur, sed
 potius Deum collaudat, dum attendit Dei
 uirtutem in ipso, & est exemplū in Magda-
 lena, cuius peccatum recitamus, nec tamē
 facimus ei contumeliam, quia non recita-
 mus ad eius contumeliam, sed ad laudem
 diuinam, & suam, unde nec ipsa de hoc ha-
 bet erubescencia; nec cogitamus de ea tā
 quam meretrice, sed tanquam de nobilissi-
 ma domina, quæ de multis malis est erepta,
 & exemplum est de bono confessore, &
 penitente, bonus. n. confessor feruentius
 penitentem diligit, quia clarius, & fidelius
 suas ignominias, & peccata aperit, maxi-
 mē dum attendit ipsum conteri, & uin-
 cula eius resolui per uirtutem, & miseri-
 cordiam Dei, & hoc ibi multo magis erit,
 ubi omnes cogitationes erunt ordinatissi-
 mæ, amplius tamen hæc omnia secreta sine
 uerecundia comunicet amico, & ibi cri-
 mus nos amicissimi, ubi vn⁹ diligit alterū,
 sicut semetipsum, sed mali non uidebūt ma-
 la bonorum, sed solum bona; sed tam bo-
 ni, quam mali uidebunt bona, & mala ma-
 lorum, quia de bonis laudabitur Dei potes-
 tia, & largitas, si mala, laudabitur Dei iusti-
 tia, sed fuerunt aliqui dicere uolentes om-
 nia, siue mala bonorum, & malorum erūt
 nota omnibus tam bonis, quam malis ad
 ostensionem largitatis diuinæ misericor-
 diæ, & hæc erat eorum ratio, qui sunt cica-
 trices spirituales in penitentibus, quia vi-
 cerunt culpam sicut illi pēnam, sed credo
 primum dictum uerius, unde Magist. in 4.
 dist. 43. Si uero queritur utrum peccata,
 quæ fecerunt electi, & prodeant in notitiā
 omnium, sicut mala dānatorum omnibus
 erunt nota, non legi hoc in scriptura exem-
 plum, unde non irrationabiliter putari po-
 test peccata hic propter misericordiam te-
 cta, & delicta, illic etiam tegi alijs, alia ue-
 ro cunctis propalari, tertio uero omnia si-
 mul ab omnibus uidebuntur, ad quod in-
 telligendum, notandum est, quōd simul ui-
 dere multa homo, sunt etiam tripliciter,
 aut ratione eius, in quo uidet, quia uidet
 multa uno, & sic in speculo æterno est ui-

A dere multa, quia per idem homo uidet diuersa, aut ratione sublimationis intellectus, quia efficitur deiformis per gloriam, unde uidet plura, sicut & Deus, licet non omnimodè sicut Angelus bonus simul cognoscit Deum in se, & in creaturam; ideo & in proprio genere, aut ratione diuinæ uirtutis homo faciens, quæ tamen oia non efficiunt gloriam, ut ostendat ei exemplar æternum, sed leuat in intellectum, ut possit aliquid supra se, uel ad gloriam, uel ad penam, & isto tertio modo uidebunt omnia simul. Iob. 8. Qui oderunt te induentur confusione, & tabernaculum eorum non subsistet. glo. uiso iudice omnia mala ante oculos mentis uersantur.

B Quantum ad primum, scilicet tertium ueritas notandum, quod plures erunt testes, primum erit ipse creator, quem offendimus. Ierem. 29. Ego sum testis, & iudex. Secundus ipse Christus. Apo. 1. Ecce ueniet cum nubibus, & uidebit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt, & tunc plangent super eum omnes tribus terræ. Cyprianus in die iudicij cum Christus rationem requireret a nobis pro negligentia nostra, dicit, propter uos sum incarnatus, & in terris palam conuersatus sum, sputis, palmis in facie cæsus, crucifixus, aceto potatus, paradysum uobis aperui, regnum meum uobis obtuli, spiritum sanctum uobis misi, quid ultra debui, & non feci? Tertius testis erit Angelus bonus, dans testimonium de ministerio nobis in salutem nostram exhibito. Quartus testis erit diabolus accusans nos de malis operatis. Tren. 2. aperuerunt super me os suum omnes inimici tui. Quintus conscientia quæ polluimus, ad Rom. 2. Et testimonium reddente conscientia ipsorum de ijs. Anselm. in orationibus iudex erit strictus accusator meus, & ego manifestus reus coram eo, omnes spiritus me accusabunt, boni & mali; boni quia diligunt Dei æquitatem, mali quia memoria seruant iniquitatem, heu, heu, qualis habebit excusatorem? quis erit intercessor eius, si omnes sunt accusatores & iudices? sed ipse ego, & conscientia sum accusator, & iudex meus. Ipsa enim irrationalia, & insensibilia me confundunt, intelligo ergo coram omni creatura me debere erubescere. Sextus sancti quos sequi nolimus. Isa. 43. Vos testes mei, dicit dominus. Septimus scriptura quam contempnimus. Io. 8. Scrutamini scripturas Octauus opera quæ gessimus. Iere. 2. Arguet te malitia tua. Nonus atas quam in peccatis consumpsimus.

C Ius, Iob. 15. Nugæ meæ testimonium dicunt contra me. Decimus tempus quod negligenter amissimus. Tren. 1. uocauit uersum me tempus, &c. sicut non peribit capillus de capite meo, ita nec momentum de tempore. Unde decimus peccata omnia. Gen. 4. vox sanguinis fratris tui clamauit ad me de terra. Duodecimus creaturæ, quibus abusi sumus, Abacuch 2. Lapis de pariete clamabit, & lignum quod est intra iuncturam ædificij, respondebit. Vgo de archa Noe, ignis dicit, a me combureris: aqua dicit, a me submergeris; terra, dicit a me absorberis: infernus dicit, a me deglutieris. Chryl. In die illa cælum, & terra, aqua, sol, & luna, dies, & noctes, & totus mundus stabit contra nos in testimonium nostrorum peccatorum; & si omnia tacebunt, ipsa cogitationes nostræ, & opera nostra stabunt ante oculos nostros accusantes nos coram domino. pro tertio, scilicet iudicis maiestas, maiestas autem est in duobus, scilicet ex parte iudicantis, & ex parte iudicatis, quia apparebit iustis blandus, sed reprobis iratus; nam iusti uidebunt eius deitatem, sed reprobi non, uñ Isa. 26. Tollatur ipseus ne uideat gloriam Dei, & tantus erit timor, & tremor, quod uellent montes cadere super se. Apoc. 6. Et dicent montibus, & petris, cadite super nos, & abscondite nos a facie sedentis super thronum, & ab ira agni, quando uenit dies magnus iræ ipsius, & quis poterit stare? tertium principale iudicans apparebit in maiestate, quia in iudicio, quatuor ordines apparent, nam ut dicit Greg. alij enim iudicantur, & peribunt, alij iudicantur, & regnant, alij non iudicantur, & regnant, iudicantur & pereunt diuina acclamatione domini, esuriui. n. & non dedistis mihi manducare. nam iudicantur, & pereunt, quibus diuina acclamatione dicitur, qui non credit iam iudicatus est, eorum enim damnatio toti ecclesie est nota, & certa, & ideo non dicunt tunc iudicari, quia ad conspectum districti iudicis cum aperta damnatione suæ infidelitatis accedent, qui uero professionem fidei sine operibus habent, iudicabuntur, & peribunt, id est redarguentur, ut pereant: qui uero nec sacræ fidei tenuerunt interpretationem, iudices in se fieri non audient, quia infidelitatis suæ tenebris præiudicati, eius quem de spexerunt inuentione redargui non merentur. Illi uero uerba iudicis audient, qui eius fidem saltem uerbo tenuerunt: illi autem in damnatione sua æterni iudicis nec uerba perci-

E percipiunt, qui eius reuerentiam, nec uerbo tenus seruare uoluerunt, & ideo illi iudicandi, isti non dicuntur iudicandi, ex eorum uero parte alij iudicantur, & regnant, scilicet, qui uitæ maculas lachrymis tergant, & elemosynarum super inductione operiunt, quibus iudex ueniens in dextera considentibus dicit: exuriui, & dedistis mihi manducare: illi autem non iudicantur, & regnant, qui etiam præcepta legis perfectionis ueritate transcendunt, quia uere hoc solum, quod lex præcepit implere contenti sunt; sed quod etiam ad perfectionem consulit, implere studeant, de quibus Isa. ait. Dominus ad iudicandum ueniet cum senatoribus populi, ij ergo rectè sub generali iudicio non tenentur, sed iudices ueniunt, quia & præcepta generalia uiuendo uicerunt, & omnibus relictis Christum secuti sunt, ad quod notandum, Apostoli iudicabunt; sed nota, ut dicit Bonauentura in suo quarto, quod iudex dicitur in aliquo duplici ratione, aut quia ipseus est ferre sententiam, aut quia assistit ferenti, secundum quod alij iudices assistunt, ut quodam modo assistunt iudici pulsabili, qui ergo fert poenitentiam ille est iudex principalis, & talis est solus Christus, sicut Matth. 25. patet; ubi exprimitur, ubi, & quia fert sententiam; qui etiam assistunt iudicanti, etiam nomen, & dignitatem iudicantis sortiuntur, & tales sunt uiri perfecti, & præcipue Apostoli, non tamen ad consulendum; quia consilio non indiget, sed ad honorem: Iob 36. Non soluat impios, & iudicium pauperibus tribuat, unde notandum quod iudicaria potestas triplici ex causa debet esse communita Apostolis, scilicet, ratione comparationis, approbationis sententiæ, & honorabilis ascensionis; ratione comparationis, iudicium erit bonorum, & malorum. Matth. 12. Viri niniuitæ surgent in iudicio cum generatione illa, & condemnabunt eam, quia egerunt poenitentiam in prædicationem Ionæ. Ratione approbationis non erit hominum honorum tantum, sed hominis, & Angelorum, ratione honorabilis ascensionis erit perfectiorum tantum; quando autem dicitur, quod Angeli ueniunt ad iudicium, non ad condemnandum, sed tantumquam ministri.

A De tertio autem principali, scilicet, præmium retributione, & ratio, primum quod diabolus, & Angeli eius iudicabuntur iudicio condemnationis, sed non discussionis, ratio autem condemnationis uenit tantum ex parte iustitiæ Dei, quia sicut iudicium ueritate universale omni fiet, ut Dei iustitia omnibus clarescat, & appareat; sic iudicium Angelorum, & condemnatio fieri debet, tum etiam ex parte gloriæ Christi, quia Christus triumphauit de diabolo; ideo debet authoritatem habere super ipsum tum etiam ex parte demeriti, qui enim participes fuerunt culpæ humanæ, debent & participes esse penæ, & contumelia tam etiam ex parte supplicij consumandi; sicut enim omnes homines expectant iudicium, uel ad consumptionem gloriæ, uel penæ; sic & demones iudicium non debent euadere, inuoluntur simul condemnatis, & macerabuntur. Iob. 41. Loquitur de uehemoth. ecce spes eius frustrabitur, secundo omnes homines. Apostolus. 2. Cor. 5. Omnes autem nos oportet manifestari ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum, & congregabuntur ante eum omnes gætes in uallè Iosaphat bonis in aere existentibus, & malis in terra quam dilexerunt, & primo uirgo cum uirginibus, secundo Adam cum omnibus primatibus, Dauidem insequitur numerus prophetarum, Petrum numerus Apostolorum, Ioannem Baptistam, & Paulum Heremitam omnes anachoritæ; Stephanum militiæ numerus. Aug. omnes de suo ordine, Benedictus omnes de suo ordine, Franciscum similiter omnes minores, Ioachim, & Annam omnes confessores in matrimonio existentes, Paulum quasi totus mundus. Gregor. Homil. super Matth. Ponamus ante oculos nostros illum tantæ destructionis diem, quo iudex ueniet, & rationem cum seruis ponet in illo tanto examine electorum omnium reproborum multitudo deducitur, & uniuscuiusque, quid operatus sit, ostendit ibi Petrus cum Iudæa conuersa quam post se traxit, apparebit ibi Paulus uniuersum mundum, ut ita dixerim, conuersum ducens ibi Andream post se Achaiam, ibi Ioan. Asiam. Thom. Indiam in conspectu iudicij conuersam ducet, ibi omnes greges dñi acclamantes cum aiarum lucris apparebunt, quod sanctis suis prædicationibus Deo post se subditum gregem trahunt. Cuiusmodi tot pastores cum gregibus suis ante æterni pastoris oculos uexerint quid nos miseri dicere possunt?

D De tertio autem principali, scilicet, præmium retributione, & ratio, primum quod diabolus, & Angeli eius iudicabuntur iudicio condemnationis, sed non discussionis, ratio autem condemnationis uenit tantum ex parte iustitiæ Dei, quia sicut iudicium ueritate universale omni fiet, ut Dei iustitia omnibus clarescat, & appareat; sic iudicium Angelorum, & condemnatio fieri debet, tum etiam ex parte gloriæ Christi, quia Christus triumphauit de diabolo; ideo debet authoritatem habere super ipsum tum etiam ex parte demeriti, qui enim participes fuerunt culpæ humanæ, debent & participes esse penæ, & contumelia tam etiam ex parte supplicij consumandi; sicut enim omnes homines expectant iudicium, uel ad consumptionem gloriæ, uel penæ; sic & demones iudicium non debent euadere, inuoluntur simul condemnatis, & macerabuntur. Iob. 41. Loquitur de uehemoth. ecce spes eius frustrabitur, secundo omnes homines. Apostolus. 2. Cor. 5. Omnes autem nos oportet manifestari ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum, & congregabuntur ante eum omnes gætes in uallè Iosaphat bonis in aere existentibus, & malis in terra quam dilexerunt, & primo uirgo cum uirginibus, secundo Adam cum omnibus primatibus, Dauidem insequitur numerus prophetarum, Petrum numerus Apostolorum, Ioannem Baptistam, & Paulum Heremitam omnes anachoritæ; Stephanum militiæ numerus. Aug. omnes de suo ordine, Benedictus omnes de suo ordine, Franciscum similiter omnes minores, Ioachim, & Annam omnes confessores in matrimonio existentes, Paulum quasi totus mundus. Gregor. Homil. super Matth. Ponamus ante oculos nostros illum tantæ destructionis diem, quo iudex ueniet, & rationem cum seruis ponet in illo tanto examine electorum omnium reproborum multitudo deducitur, & uniuscuiusque, quid operatus sit, ostendit ibi Petrus cum Iudæa conuersa quam post se traxit, apparebit ibi Paulus uniuersum mundum, ut ita dixerim, conuersum ducens ibi Andream post se Achaiam, ibi Ioan. Asiam. Thom. Indiam in conspectu iudicij conuersam ducet, ibi omnes greges dñi acclamantes cum aiarum lucris apparebunt, quod sanctis suis prædicationibus Deo post se subditum gregem trahunt. Cuiusmodi tot pastores cum gregibus suis ante æterni pastoris oculos uexerint quid nos miseri dicere possunt?

E buntur iudicio condemnationis, sed non discussionis, ratio autem condemnationis uenit tantum ex parte iustitiæ Dei, quia sicut iudicium ueritate universale omni fiet, ut Dei iustitia omnibus clarescat, & appareat; sic iudicium Angelorum, & condemnatio fieri debet, tum etiam ex parte gloriæ Christi, quia Christus triumphauit de diabolo; ideo debet authoritatem habere super ipsum tum etiam ex parte demeriti, qui enim participes fuerunt culpæ humanæ, debent & participes esse penæ, & contumelia tam etiam ex parte supplicij consumandi; sicut enim omnes homines expectant iudicium, uel ad consumptionem gloriæ, uel penæ; sic & demones iudicium non debent euadere, inuoluntur simul condemnatis, & macerabuntur. Iob. 41. Loquitur de uehemoth. ecce spes eius frustrabitur, secundo omnes homines. Apostolus. 2. Cor. 5. Omnes autem nos oportet manifestari ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum, & congregabuntur ante eum omnes gætes in uallè Iosaphat bonis in aere existentibus, & malis in terra quam dilexerunt, & primo uirgo cum uirginibus, secundo Adam cum omnibus primatibus, Dauidem insequitur numerus prophetarum, Petrum numerus Apostolorum, Ioannem Baptistam, & Paulum Heremitam omnes anachoritæ; Stephanum militiæ numerus. Aug. omnes de suo ordine, Benedictus omnes de suo ordine, Franciscum similiter omnes minores, Ioachim, & Annam omnes confessores in matrimonio existentes, Paulum quasi totus mundus. Gregor. Homil. super Matth. Ponamus ante oculos nostros illum tantæ destructionis diem, quo iudex ueniet, & rationem cum seruis ponet in illo tanto examine electorum omnium reproborum multitudo deducitur, & uniuscuiusque, quid operatus sit, ostendit ibi Petrus cum Iudæa conuersa quam post se traxit, apparebit ibi Paulus uniuersum mundum, ut ita dixerim, conuersum ducens ibi Andream post se Achaiam, ibi Ioan. Asiam. Thom. Indiam in conspectu iudicij conuersam ducet, ibi omnes greges dñi acclamantes cum aiarum lucris apparebunt, quod sanctis suis prædicationibus Deo post se subditum gregem trahunt. Cuiusmodi tot pastores cum gregibus suis ante æterni pastoris oculos uexerint quid nos miseri dicere possunt?

- A** mus, qui ad Dominum nostrum post negocium vacui redimus, hic pastores vocati sumus, & ibi gregem non ducimus. Iero. enim inquit, peccatores dicunt apud se, quis nos associabit ad excusandum, aut confortandum? certe propria peccata accusantia, & dicent, opera vestra sumus, non vos deseremus, vobis cum ad iudicium pergemus, & ut ait Ber. Sicut sub uno capite Chori sanctorum venient; ita & omnes iniqui sub uno capite; & primo omnes mali sacerdotes sub Caipha, omnes superbi sub Nabuchodonosor, omnes proditores sub Iuda proditore, & sic ceteri omnes quos ducet diabolus; & primo vertit se Christus ad illos, qui a dextris eius erunt, dicens: esuriui, & dedistis mihi manducare, &c. sitiui, & dedistis mihi bibere, &c. tunc dicit ihs, qui a sinistris erunt, discedite a me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius, quod faciunt tunc peccatores? supra habebunt iudicem iratum, inferius chaos horrendum, intus conscientiam mordentem, foris mundum ardentem, a dextris Diabolum attrahentem. Bern. erunt angustiae undique; cum reprobus, superius erit iudex iratus, inferius horrendum chaos, a dextris peccata accusantia, a sinistris infinita demonia ad supplitia contrahentia, intus conscientia vestra, exterius mundus ardens, miser peccator sic deprehensus quo fugiet? latere erit impossibile, apparere intollerabile, dato quod reprobi sibi dicunt, non sumus digni Dominum nostrum possidere, sed tamen placeat vobis, ut apud pedes vestros possimus manere: respondebit: discedite a me, & dato quod sibi dicit, & si nos repellis a te, saltem da nobis benedictionem tuam, & respondebit: vos habeatis maledictionem meam, ideo subdit maledicti: & dato quod dicant sibi, intrate saltem ad locum refugij, respondebit in ignem; & dato quod dicat, saltem ad aliquem bonum Dominum qui nos clementer regat praefigatis, respondebit, qui paratus est diabolo, & dato quod subiungant, aliquam bonam societatem da nobis, cum quibus possimus nos constare, respondebit, & angelis eius, quasi dicat pro Deo habeatis diabolus, maiorem pro socijs vestris diabolos minores, & videntes hoc peccatores quod nec precationem, nec mitigationem per se poterunt impetrare, cogitabit refugere ad Beatam Virginem, & ad omnes angelos, & sanctos, ut pro eis iudicem, qui eos dilexit: rogent, sed statim respondebit eis illud prou. 6. Zelus, & furor viri non pariet in die vindictae, nec acquiescet cuiusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima. In iudicio demones dicent, aequissime iudex, isti peccatores sunt nostri per culpam, qui voluerunt esse tui per gratiam, tui per redemptionem, & mei per malam operationem, a te receperunt stolam immortalitatis, a me damnosam tunicam, tuam imaginem dimiserunt, sed cum mea huc venerunt: ergo iuste iudex iudica illos, & Christus: discedite a me maledicti, s. qui sum vita, ite ad mortem, qui sum pax, ite ad guerram, qui sum gaudium, ite ad penam, qui sum cantus, ite ad planctum, qui sum bonus, ite ad malum, maledicti a me, cuius precepta non seruastis, a Virgine matre Maria quam parupendistis, & honorem debitum non impendistis, ab angelis, quorum inspirationibus non consentistis, a sanctis quos in mundo oppressistis, & ab omnibus creaturis, quibus abusi fuistis, maledicti, s. a meo conspectu, a meo corde, a meo consortio, a mea hereditate, ab angelo cum protectione, a Sanctorum intercessionibus. Ite maledicti sensibus abutendo. s. oculis vanitates videndo, claudantur igitur oculi, ne lucem amplius videant, sed visione horribiles aures ne captus audiant, sed mugitus, & dolorosus clamores, nares, ne unquam sentiant odorem, sed fetorem, gustus ut famem patiatur, ut canes; ideo discedite a me, ad quem locum, in ignem aeternum, sed quantum stabimus? in aeternum, sed praecipue quare ibimus? quia esuriui in pauperibus & non quod condemnauit eos; & praecipue non quia fecerunt malum, sed quia non bonum, arguendo a minori scilicet tanta poena datur ihs, qui non fecerunt hoc, quid erit de te, qui non solum esurientem non pauiisti, sed multos famem, & siti mori fecisti? qui non solum peregrinum non recepisti, sed hospitium abstulisti, & hospitalia depredatus fuisti? qui non solum nudum non vestisti, sed indutum veste spoliasti, qui non solum infirmum non visitasti, & incarceratum, sed in carcerari & in carceribus mori fecisti. Bonus erit contraria sententia; venite, illis dixi, discedite a me: illis dedi meam maledictionem, sed vobis do modo benedictionem. s. benedicti, illos mitto in ignem infernale vos introduco in regnum caeleste, ideo possidetis regnum, illis dixi ut maneat in igne in perpetuum, vobis ut regnetis in aeternum, qui paratus est vobis ab origine mundi, illis

- A** illis dixi, ut habeant principem diabolum, vobis autem dedi patrem meum, ideo benedicti patris mei, illis dixi, ut habeant socios diabolos, vobis, ut Sanctos, & Angelos, de quibus super cum uenerit filius hominis, & notandum quod ministerijs Angelorum deducuntur ad Infernum, & inuoluntur in igne totius mundi, qui descendet cum eis, immo est totius ignis purgatorij, lux autem ignis istius mundi accedet cum Angelis, & ignis sine lumine descendet cum eis, iuxta uerbum ps. Vox domini intercedentis flammam ignis; hoc igitur discedite a me maledicti in ignem aeternum, ut qui nunc in mea praesentia estis, in aeternum me non uideatis, nec dicit, maledicti patris mei, sicut dixit benedicti patris mei, quia pater minister est benedictionis, non maledictionis, & in ignem aeternum, qui est aliter longe ab isto quo utimur, quia iste, nec aeternus duratione, nec afflictionis immensitate, ut ille, & de diabolo parato, & Angelis eius, non hominibus, quia non fuit factus pro hominibus, nisi in quantum operibus diaboli se conformaret, a quo nos liberet ille benedictus Iesus: responde. Amen.

DE CONFESSIONE.

Sermo XXI III.

Primam, & secundam partem huius sermonis require in superiori tertio Tomo.



Teria prudentia subsequens, ibi dicit, reliquiae cogitationis. Vnde notandum, quod ex confessione eliciuntur duodecim fructus. Primo est mentis illuminatione: illuminat. n. ad peccati cognitionem, tum pro peccati cogitationem, tum pro peccati considerationem, tum propter confessionis discretam instructionem. Leui. cap. 47. Si difficile, aut antiquum apud te iudicium prospexeris inter sanguinem & sanguinem, lepra & lepra, uenit usque; ad sacerdotes Leuitici generis, qui indicabunt tibi iudicium. Et Deut. 17. Loquitur Dominus confitenti: Ascende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus: uenietque; ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore, quareque; ab eis, qui indicabunt tibi iudicium ueritatem. Luc. 18. Cacus clamans ad Iesum: secus uiam humiliatus. Io. 9. Lani, & uidi. ps. Notus in Iudaea Deus. Gl. super illud ps. Delictum meum cogniti tibi feci. Si homo agnoscit Deum, ignoscit. Secundo est

Sermo. Dni Bernardini extraord. To. 4. Ee 3 Quinto

ma impetratiua. Confessio. n. est curia misericordiae Dei. Cum misericordia Dei sit super omnia opera eius. Curia misericordiae est super curiam iustitiae Dei. Vnde si quis uidet se grauari in curia iustitiae, securè appeller ad istam, & necessitate habet cedere iustitiam appellationi. Isa. 2. Maria superexaltat iudicium, forma autem huius iudicij dulcedine plena est, tum quia creditur ratio factum suum narranti, cum adducat quod suppleat defectum suum, nec testis qui probat contrarium, nec hic habet locum illud Io. 8. Tu de te ipso testimonium perhibes, tum quia in hoc iudicio iudex ponitur familiaris, & fauorabilis, ubi deberet summum iure poni persona media, sicut fiet in iudicio, cum Christus iudicabit, ut Deus & homo, tum quia in hoc iudicio non feretur nisi sententia absolutionis, quantumcumque fuerit homo peccator: absoluitur. n. peccator sicut funis a collis latronis. Tum, quia cum ille qui uenit ad iudicium dignus sit infernali patibulo, ipse remuneratur aeterno regno. Exemplum de latrone, prouerb. 28. Qui abscondit scelera sua non dirigitur, qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Tertio est a morte suscitatiua. Amb. ser. 40. Confessio a morte animam liberat: quandoque; ante confessionem non conteritur, sed in ipsa confessione dat gratia contritionis, & si habet augetur. psal. Veritas de terra orta est, & iustitia de caelo prospexit. Vnde glo. confessio de homine peccatore nata est, ut se accuset cinerem, & terram se esse cognoscens, cui dictum est. Terra es, & in terram ibis. It sic iustitia de caelo prospexit, sicut publicanus confitens redijt iustificatus. Item cum ad confessionem os operatur, mors exiit, & uita ingreditur. Prouerb. 18. Os iusti uena uitae, os iusti operit iniquitatem a se exire. Huius autem uiuificationis signum est, scilicet, quando aliquando uidemus homines ad confessionem uenire quasi mortuos, non sentientes vulnera suorum peccatorum: & dum confitentur, datur eis dolor de peccatis, qui dolor uitae attestatur: membrum enim mortuum non dolet. Matth. 9. Eiecta turba, filia suscitatur. Quarto est, a diabolo liberatiua: qui enim est in peccato mortali, est in ore diaboli, quod intranti est ualde latum, exire uolenti ualde est arctum. Iob 36. Saluabit ex ore angusto latissimo. Ecce facilis modus liberationis a peccato: clamor confessionis, quod ipsa natura auiculam docuit, ut clamet, quando est in ore vulpis.

A Quindò est animæ purgatiua. Matth. 12. Inuenit eâ scopis mundatam, & ornatam. Psal. Scopenam spûm meum. Qui. n. in peccato mortali sunt, lepram spûalem habent; sed periculosior est hæc lepra, quàm corporalis, quanto anima præcellit corpus. Item infirmitas periculosior est in nobiliori mēbro. Item lepra corporis eijcitur a cōsortio hoium: lepra uero animæ a consortio Dei, & Angelorū, & oīum sanctorū. Insuper lepra corporis eijcit a ciuitate. Sed illa aīa nō pōt esse in paradiso, non in terra, sed in inferno. Sed uide facilitatem remedij in tanto periculo. 1. Reg. 5. dicente Eliseo Naamaan leproso: uade, & lauare septies, &c. vide historiam. Psal. Confessio, & pulchritudo. glo. Confitendo fit homo de fēdo pulcer. Si ergo amas pulchritudinem, confitere, ut sis pulcer. Psal. Dixi, confitebor iniustitiam meam Domino.

B Sextò cum Deo pacificatiua. Isai. 57. Creauī fructum labiorum pacem. Vna gl. idest, ex nihilo confessionis, & humilitatis feci. Qui enim in mortali est, guerram habet cum omnipotentis: ualde quippe periculosa guerra est ista. Vide facilē modū pacificationis: non oportet te mactare uitulos, uel oues, ut fiebat antiquitus. uerba enim humilis confessionis pro uitulis recipiet Dominus. Ose. vlt. Reddemus uitulos labiorum nostrorum, humilis confessionis fuit figura ramus oliuæ, Gen. 8. quē attulit columba ad arcam: ramus oliuæ signum est pacis. Sic etiam confessio: nam pacificat nos Deo. Ramum oliuæ ad uesperum attulit. Sic spiritus sanctus in fine ipsam ecclesiam ordinauit. nos autem sumus, in quos fines sæculorum deueniunt. Vel columba est Ecclesia. Cant. 6. Vna est columba mea. Columba in ore ramum oliuæ portat in signum pacis, quia Ecclesia. habet confessionem in signum pacis inter nos, & Deum. psal. Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meā Dño.

D Septimò conscientie alleviatiua. Iob. 7. Posuisti me contrarium tibi, & factus sum mihi metipso grauis. Alleviatur enim poena peccati, tum ex ui clauium, tum ex erubescencia. psal. Ibi dolores, ut parturientis. Ioan. Mulier cum parit, tristitiam habet. natura hoc dicit: nam si homo comedet quid nociuum, cor dolet, & statim euomit.

Octauò diaboli confusiu. psal. Exurgat Deus, & dissipentur, &c. Dæmones confusi dissipantur, cum eorum falsitas per con-

fessionem aperitur. Tunc accidit sicut pleurumque accidere solet, quando leuatur lapis: nam colubri, & reptilia, quæ subter sunt, apparent, & tunc dissipantur, quia huc, & illuc disperguntur; sic dæmones quando reuoluto duri cordis lapide, eorum suggestiones per confessionem aperiantur confusi. Et Mich. 7. Velut reptilia terre perturbabuntur de ædibus suis, idest cordibus consentientium. psal. Dissipati sunt, nec compuncti. solent fures confundi, quando deprehenduntur. non enim diabolus cum confunditur, ita libenter suggerit postea, cum credat secretum suum ab homine reuelandum. Eccles. 17. Qui denudat arcana amici, fidem perdit. psal. Obstructum est os loquentium iniqua.

Nono pœnæ diminutiua. Verecundia est maxima pars satisfactionis. est enim, quasi pallium præciosum operiens peccatum ad hoc puniendum. psal. Confessio faciei meæ cooperuit me. Eccles. 10. Est confusio. adducens gratiam, & gloriam.

Decimo animi iucundatiua, & securatiua ex cognitione uenit accepta. Chrisost. Dic peccata, ut cognoscas, quorum acceperis ueniam; & ideo in mente efficit lætitiā. Prouerb. 15. Secura mens quasi iuge conuiuium. psal. in uoce exultationis. Item psal. Exultauerunt filia Iudæ, &c.

Vndecimo a malo præseruatiua. Si enim aliquis fluctuat ad casum confiteatur pro-nitates suas, & confirmabitur. Aug. Si cepisti fluctuare, confitearis motum, non plāgas ruinam. Exemplum de dente putrido, qui extrahitur, ne alij putrescant.

Duodecimo celi aperiatiua. Aug. O leue uerbum, peccauī, peccauī, quod aperit portas paradisi. Exemplum de dextro latrone: sed melius exemplum Ezechielis penitentis, cui iuxta fluuium Cobar apertum est celum, Ezech. 1. Ad denotandum, quod perfectè penitentes statim euolant. Amb. in ser. Quadrag. Ecce nunc tempus acceptabile. Psal. Introite portas eius in confessione. Rom. 10. Ore autem confessio fit ad salutem. Ps. Facta est Iudæa sanctificatio eius.

Con-

A C O N F E S S I O N I S Tractatus.

Sermo XXV.



Confessio, & pulchritudo in conspectu eius. Psal. 95. Tria tanguntur, primo confessionis quidditas. ibi, confessio, secundo confessionis præceptio. ibi, pulchritudo, tertio confessionis acceptio. ibi, in conspectu eius. de primo, scilicet confessionis quidditate, confessio ab Aug. sic definitur: confessio est per quam moribus latens spe uenit aperitur, ad cuius intellectum notando, quod confessio sit triplex, aut in foro animæ interius coram Deo, aut in foro conscientie exterius coram Dei vicario, aut in foro contentioso coram iudice: in prima confessione peccatum latens non aperitur, quia Deo apertum erat. Heb. 4. Viuus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens usque ad diuisionem animæ, & spiritus, compagum quoque, & medullarum, & discretor cogitationum, & intentionum cordis, & non est ulla creatura inuisibilis in conspectu eius; omnia enim nuda, & aperta sunt oculis eius. In ultima uero aperitur spe uenit. in media uero non aperitur spe uenit. Vnde confessio sacramentalis, quæ est pars penitentiae ibi conuenienter describitur, & per materiam, quæ est peccatum, & per actum, qui est aperire; & per finem, qui est spes uenit, quia sine spe uenit non fit remissio peccatorum; uideamus & nunc rationem descriptionis, dicit enim, confessio est per quam morbus latens, &c. pro quo notandum, quod in lege gratiæ est duplex conuenientia institutionis, & confessionis, prima est propter deletionem peccati, & manifestationem, & iste est finis confessionis in se, secunda propter reconciliationem faciendam Deo, & eius ecclesiæ; primo igitur fit propter peccati deletionem, peccator enim dum male agit, odit lucem, & ideo ad reuersionem ad iustitiam oportet redargui. opera instructuosa tenebrarum. Eph. 5. Quia quæ arguuntur, a lumine manifestantur, hoc autem fit per confessionem, ideo debuit in ea lege institui confessio, inquit, est manifestatio ueritatis, idest Christi, in ea inquam lege, in qua uerbum caro factum est, ut intelligibile fieret sensibile, & manifestum in ea lege debent oc-

culta, & tenebrosa opera manifestari, & E. verbo cordis formam uocis induere, hæc etiam est lex gratiæ, & ideo confessionis institutio quantum ad primum finem competit legi gratiæ, & propter hoc dicitur, confessio est, per quam morbus latens, &c. Secunda conuenientia finis est ad reconciliationem faciendam, & hoc arbitrio median te, ideo fit homini, homo fit iudex, & arbiter inter dominum; & peccatorem arbiter autem talis debet esse, qui manum possit ponere in utrumque, talis autem non potuit esse quousque Deus factus est homo; & tunc homo deificans potest esse, seu datus est nobis mediator, & arbiter Christi, qui potuit cognoscere, & manum ponere in utrumque, u.g. si essent duo maximè inimicissimi, nec possent reconciliari, esset necessitatis, quod ad hoc, ut pacem facerent, haberent unum medium, qui esset amicus alterius partis, & notus, quia si esset incongruitus uni, tunc merito ille suspicaretur de eo; & sic non posset fieri pax; & hæc est ratio, quare Angelus non fuisset mediator, quia si fuisset cognitus Deo per suam spiritualitatem non fuisset cognitus homini, & propterea Deus factus est homo, nam homo nobis similis, Deus Deo familiarissimus, quia filius; hic autem in ecclesia reliquit successores, quos in arbitros constituit, & rectores ecclesiæ, quibus commisit auctoritatem reconciliandi, & merito inquam habens characterem, & potestatem assumptam, & sic Deo amicissimus, & rationabiliter; nam si fuisset Angelus, nobis non fuisset compassus, quia impassibilis, quia impeccabilis, sed sacerdos, homo peccabilis, & passibilis, de Christo autem dicitur Heb. 4. Nō enim habemus pontificem, qui non possit comparari infirmitatibus nostris. tentatum autem per omnia pro similitudine, absque peccato; adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius, & misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno: nota quia dicit, pro similitudine, quod non habuit tentationem intrinsecam de sacerdotibus nostris, inquit Pau. Heb. 5. Omnis namque pontifex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in ijs, quæ sicut ad Deum, ut offerat dona, & sacrificia pro peccatis; qui condocere possit ijs, qui ignorant, & errant; quoniam & ipse circumdatus est infirmitate, & propterea debet quemadmodum, & pro populo, ita etiam pro semetipso offerre pro peccatis. unde Leo Papa, trāsumptiuè uerò Ee 4 sumitur

A fumitur 4. dist. 17. c. 4. multiplex misericordia Dei, ita lapsibus humanis subuenit, ut modo non per baptismum, sed etiam per penitentiam spes in te reparatur, sicut diuinæ uoluntatis præsidijs ordinatur, ut indulgentiâ Dei supplicationibus sacerdotis ne queat obtinere: Christus enim hanc quæ ponitur, ecclesiæ tradidit potestatem, ut cõitentibus satisfactionem penitentiæ darét, & eisdem salubri satisfactione purgatos ad communionem sacramentorum pro illa misericordia recõciliationis admittérét, nisi supplicantibus, i. absoluens, in quibus sacerdos orat. p. illis, quos absoluit per viâ reconciliationis in absolutionem, hoc est, quod dicit secunda pars diffinitionis, spe ueniæ aperitur, nisi fieret spe ueniæ nihil ualeret confessio, & hoc de primo: de secundo uero, s. præceptione cum dicit, & pulchritudo, ordo enim dicit pulchrum in natura, ordo autem Deus est, quod patri obediunt filij: seruit dominis, &c. Vnde nota, quæ præceptio confessionis est duplex. s. Christi, & Ecclesiæ præceptum habet. Ioan. 20. cum dixit post resurrectionem, accipite spiritum sanctum, quorum remisistis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt: sed forte diceret, hic non fit mentio, nisi de confessionibus, quæ debeant ligare, & soluere, non autem quod homines debeant confiteri: ad hoc respondet Bonau. quod præcipitur omnibus implicitè confiteri, quia sicut quando quis ægrotat non est necesse, quod quis ei dicat, quod querat medicum, ita supposuit Christus de ægrotante spiritali, hoc testatur Vgo lib. de sacramentis sic inquit: medicis dixit, ut curarent, sed infirmis non dixit, ut ad medicos curandi causa uenirent, hoc quasi certum esse uoluit, quod ægri libenter salutem quererent, & securandos offerent si medicos inuenirent, sed postea publicatum est a Iacobo Hierosolymitano episcopo, & hoc est ex spiritus sancti inspiratione Iac. 5. confitemini alterutrum peccata uestra, & inde congrue refert Petrus de Tarant. super 4. sent. dist. 17. In omni iudicio bene ordinato, oportet alterum esse reum, alterum esse iudicem; in penitentia uero est aliud quod iudicium, ideo debet esse, alium reum, alium iudicem; iudicium autem contra reum procedit, aut per probationes contra inuitum per cõfessiones sponte factas, cum ergo iudicium penitentiæ sit spontaneum, oportet procedere ex confessionibus reus, & non alijs probationibus; in iudicio uero non debet esse iudex principalis, nisi qui potest absolueré, & condemnare; & ideo aliquod iudicium soli Deo conuenit principaliter, qui solus potest peccata relaxare. ipse uero, quia Deus erat, & non homo, ideo ei sufficiebat mentalis confessio, usque ad summationem humanæ naturæ, ex tunc etiam uocalem confessionem, quæ fit homini, requirit ab homine; & quia etiam ipse in forma humana nobiscum, ubique præfens esse non potest, uicarios constituit homines, quibus debent confessiones facere, in hoc autem, quæ eis potestatem suam iudicariam ligandi, & soluendi dedit, confessionem eis, tanquam iudicibus debere fieri instituit, ipse ergo instituit confessionem tacitè, sed Apostoli promulgauerunt expressè immo tanta est uis huius præcepti, quod etiam Papa non posset homines ab hoc præcepto absolueré. vñ Hostien. in summa sua allegat rationem istam, ministri ecclesiæ instituantur, & ecclesia diuinitus fundata, & ideo institutio ecclesiæ præsupponit ad operationem ministrorum, sicut opus creationis ad opus uere, & quia ecclesia est fundata in fide, & in sacramentis, ideo ad ecclesiæ ministros uos articulos fidei edere, uel editos remouere, aut noua sacra instituire, aut instituta remouere non pertinet, ad hoc est potestatis excellentissimæ, quæ soli Christo debetur, quæ est ecclesiæ fundamentum, & ideo sicut Papa non potest disponere, ut quis sine baptismo saluetur, ita qui non saluetur sine confessione, secundum quod obligat ratione sacramenti: aliam autem rationem allegat Petrus de Tarant. in 4. dist. 17. omnis. n. peccati, siue originalis, siue actualis est remedium passio Christi, illius autem passionis Christi in sacramentis ecclesiæ impressa est, vñ non possumus a peccato, siue actuali, siue originali saluari sine sacramentorum susceptione, vel in re quæ habet opportunitas suscipiendi, vel in proposito, in articulo necessitatis excludit sacramenti susceptionem, & non contumptus religionis confessio non pertinet ad sacramentum institutum contra morbum peccati mortalis, ideo tenet confiteri, & ista est ratio, quam non posset tollere Papa, quæ aliquis nunquam confiteatur, quia ut dicit Tho. in 4. Papa in sacramentorum necessitate, nec tollere, nec imponere potest noua. s. sacra, sicut ex institutione diuina, sed dispensare potest, si de tempore, ut differat ultra annum, & ista est ratio, quia est præceptum affirmatiuum, quæ obligat per semper, sed non ad semper, i. pro loco, & tpe, ideo

Papa

A Papa potest tempus determinare, sicut & determinauit non differre confessionem ultra annum, ita posset differre ad tres, vel quatuor annos, uel plus; confessio. n. est de iure diuino, ita & oēs partes penitentiæ, nã contritio scipis. Ioel 2. Scindite corda uestra, de cõfessione Iacob. 5. Confitemini alterutrum peccata uestra: de satisfactione. Matth. 3. Facite dignos fructus penitentiæ; omnia autem hæc a Dño præcipiuntur. Matth. 4. Penitentiam agite, appropinquauit. n. regnum celorum, tanta est. n. uis huius præcepti, quæ est propterea non possit seipsum absolueré, sed contra cõfessio dicit fieri iudici in quolibet foro, Papa uero superiorem iudicem non habet, ergo non tenetur Host. in summa, immo hêt iudicem Christum, cui dicit per suum uicarium confiteri, quia licet eo sit inferior secundum quod prælatus est, tñ eo inferior in quantum est peccator, & ipse Dei minister, hoc Tho. licet et unus Papa non habeat imperium in successoribus suis, tamē Deus habet imperium super eos, quæ præcipit confessionem præbytero esse faciendam, & ratione huius tenetur obseruare præceptum huiusmodi de necessitate, sed circumstantias ordinatas a consilio generali tenetur de cõgruitate, i. potest ultra annum differre. 2. q. 1. c. Iustitiæ. Iustitiæ ratio non suadet, ut qui sua a successoribus desiderat mandata seruari, prædecessoris sui, præcaldubio uoluntate, & statuta custodiat. hæc ille. s. secunda præceptio est ecclesiæ, cui omnes obedere debent iuxta sententiam Christi dicentis. Matth. 6. Quodcumque legaueris super terram erit ligatum, & in celis, hoc autem præceptum habetur extra de pen. & rem. c. ois. quæ saltem semel in anno oēs teneant confiteri, hoc tribus de causis ab ecclesia institutum est, prima est uniuersalis indigentia. oēs autem peccauerunt, & egēt gloria Dei, & Eccl. 7. Non est, qui faciat bonum & non peccet, & ideo debet Deum quilibet glorificare confitendo se peccatorem, qui. n. peccator se confitetur, Deum glorificat, ostendit se Dei gratia, & misericordia indigere, secunda ratio sit sacra eucharistiæ reuerentia, quia oēs tenentur ad minus in Pascha communicari tam perfecti, quæ alij, & tunc quia agnus Paschalis cum solennitate manducatus est, ut digni essent manducantes, & mundi operum promitti remedium purgationis, & probationis, & hoc quod est in confessione, tertia ratio sit distractio gregis diuini, lupi se absconderent in grege, & manducarent agnos, ideo instituta est, ut uultus conscientiarum homines sacerdotibus ostenderent, & ne heretici

innocentiâ palliarét, & sub pelle innocentiæ se absconderent, & sic oēs quicumque sint boni, tenentur confiteri, hæc Bonau. in 4. dist. 20. nota ergo textum c. ois utriusque; sexus fideles postquam ad annos discretionis peruenerint, omnia sua solus peccata saltem semel in anno fideliter proprio confiteatur sacerdoti, & iniuncta sibi penitentiam proprijs uiribus studeat adimplere, & inf. aliqui, & uiues ab ingressu ecclesiæ arceat, & moriens careat sepultura, vñ nota quæ in hoc præcepto inserit tres partes penitentiam, primo cõtritionem cum dicit fideliter, secundo oris cõfessionem cum dicit proprio confiteatur, tertio satisfactionem cum dicit iniuncta penitentiam; dicit ergo textus ois utriusque; sexus fidelis postquam ad annos peruenerit discretionis. No. quæ oēs tenentur ad cõfessionem, siue sit sanctus, siue non, & hoc cum uenerit ad annos discretionis. glo. s. dñe est dolli capax, i. septem annorum, siue secundum Host. tps quo discernit inter bonum, & malum, quia tunc peccare potest acceleratur citius in uno, quæ in alio, oia sua gloria aliis non esset fructuosa penitentia, ut de pe. & re. c. quidam, sed si homo non haberet nisi uenialia, nunquam teneret confiteri, cum dicit oia sua gloria non tñ uenialia, quæ illa per orationem dñicam tollunt, & per aquam benedictam, ut hñ de penitentia di. 1. de quotidianis breuibus leuibuscque peccatis, sine quibus non dicit hæc uita quotidiana, ois fidelium satisfactio: eorum. n. est dicere, pñ nñ qui es in celis, quia patri sic regenerati sunt ex aqua, & spiritu sancto, delet. n. hæc oratio minima quotidiana peccata, delet & illa, a quibus uita fidelium sterilitate gesta sunt penitendo, in melius mutata distendit, nihilominus dicit aliqui qui ad peccata uenialia cõfitemini tenentur, aliqui non quidem ex uis sacri, sed ex uis ecclesiastici statuti, quæ non habet mortalitatem, quæ cõfitemini, aliqui tñ dicit, quæ tales non tenentur cõfiteri et ex uis ecclesiastici statuti, quæ statutum ecclesiæ non obliget non habentes mortalitatem peccata, quæ uis ex hoc, quæ dicit, quæ debet oia peccata sua cõfiteri, quia de uenialibus non potest intelligi, quia præceptum esset imple, quæ nemo tenet, quia nullus omnia uenialia confiteri potest, & secundum hoc non habens mortalitatem non tenet ad cõfessionem, sed sufficit ei ad implendum præceptum ecclesiæ s. præbytero representet, & ostendat se abique conscientia mortalis esse, ut ad cõmunionem recipi possit, & hoc ei pro cõfessione reputat. Cadit magis sub præcepto taxatiuo tpe quæ actus confessionis penitentis, sicut Bonau. Tho. Riccar. & Per. dicentes, quæ prima sententia est securior, Scotus uera est 2. sententia, primam reprobans dicit, quæ uenialia parte possunt ueniã consequi, siue

pro

A pro pñiam interiorē, seu exteriorē, siue per aliquod remediū competens, & idoneū, uñ nō tenet uī pcepti. i. Xpi, nec etiā uī secūdi, s. ecclesiā, quia cum extra de pñit. & rem. omnes, & c. dicat omnia peccata sua, aut est distributio pro peccatis uenialibus, aut non, sic ergo habens mortaliā, tenetur etiā uenialia confiteri, & sic uidetur contradictio, quōd ille tenetur, iste non; & si ex statuto ecclesiā generali nullus tenetur uenialia confiteri, si uero quærat, quō cognosceret eum p̄sbyter; nisi confiteatur, qui non habet uenialia. Riccar. Veniat tamen ad p̄sbyterum, & dicat ei, domine ex quo confessus fui per gratiam Dei non habeo conscientiam de peccato mortali pro p̄senti, & sufficit eum agnoscere hęc, & plura alia. Scotus dist. 17. in 4. & licet de ratione sui generis non sit confiteri necessitatem, tamen congruum, & maximē uiris perfectis, quia utile est & iustum, & p̄na illi debita manet ex uī clauum, p̄cipue autem confitendo sunt peccata uenialia frequenter iterata. Mag. sententiarum in 4. dist. 2. r. Sic inquit, uenialia uero, quæ innumerabilia sunt, sufficit generaliter confiteri, nisi frequenter aliqua sint rei terata, perfectius tamen est illa exprimere si ualet: hęc ille, & propter uitandum periculum, quia consuetudo frequenter ducit in libidinem, & contemptum, hęc Bonau. Sed nunquam ille, qui non habet remorsū de aliquo peccato, etiā ueniale tenetur confiteri. Respon. Bona. Quod credit imple secūdam statum mutationis, quōd aliquis diem, uel festiuitatem, & multo maius trāseat sine remorsu peccati uenialis, & uix credit donum hoc, nisi in Christo, & matre eius fuisse, & ideo quōd hoc habet, uel habere debet, uel in omni hora petendum dimitte nobis, & c. si tamen aliquis esset, q. non haberet remorsum propter super abundantem gratiam, sufficeret, se diceret in confessione nullum peccatum commississe, uel potest dici, q. talis non tenetur ad illud scandalū, quia solū peccatorib. & uia toribus est datum; talis aut iam habitat in cęlis, p̄terea hoc non potest conuenire homini, nisi ex priuilegio speciali, & statuta non se extendunt, nisi ad ea, quæ de iure communi eueniunt. 19. q. cap. duā. & §. lex. qui enim a lege priuata ducitur, nulla ratio exigit, a lege communi distinguatur digniorem lex priuata, quā publica, spiritus, quōd Dei lex est, & qui spiritu Dei aguntur lege Dei ducuntur, & quis est, qui

possēt dignē sp̄i s̄cto resistere: si uero nō **E** haberet remorsum propter ignorantiam, uel negligentiam, non excusaretur a mandato, hoc Bona. Scotus tamen dicit, quōd simplex innocēs a peccato ueniali, & mortali, tenetur similiter non confiteri, vnde si beata uirgo fuisset confessā beato Petro post Christi ascensionem, peccasset; quia cōfitendo fuisset mentita, sed si esset solum innocēs a peccato mortali, de uenialibus confiteri non tenetur, nisi ut dictum est sup. Sequitur in textu, fideliter confide ecclesiā, uel cum fide; quæ ei remittuntur peccata, uel cum debita contritione, si n. quis non uult esse proditor, oportet, & si cui offendit uult reconciliari, quā intentio **F** cōcordet cū uerbis, aliter esset proditor, nā si uerbis ostenderet pacem, & intentio esset eum occidendi, uerē proditor esset; sic est in proposito, si unus confitetur peccata sua, & habet intentionem reuertendi, proditor est, quia uult stare in mortali odio, & tunc non esset fructuosa confessio. de p̄n. dist. 3. & sic secūdam Aug. arbiter suæ uoluntatis, non potest incohære nouam uitam, nisi p̄niteat eum ueteris uitæ, quomodo ad nouitatis indulgēciam peruenerit, qui odij uetustatem non deponit; sequitur, proprio sacerdoti, quia aliter non esset absolu- **G** tus: quis autem dicatur proprius sacerdos, dicitur tripliciter, primo modo cōmissiue, secundo communiter, tertio proprie. Cōmissiue dicitur primo, sacerdos quicumque potest p̄nitentem absoluerē, siue per propriam auctoritatem, seu per commissionē, uel mandatum, utpote sunt illi, qui habēt priuilegium, ut p̄dicatores, & minores; qui tamen priuilegiati non possunt dare licentiam ipsi alijs, nomine eorum confessiones audiendi, communiter proprius sacerdos dicitur, omnis ille, qui ex propria auctoritate, uel officio tanquam p̄latus ordinarius potest absoluerē, ut Papa, & episcopus, & delegati ab ijs. proprie uero **H** dicitur proprius sacerdos ille, qui administrat sacramentum, & cui commissā est spiritalis cura, & iste est sacerdos parochianus, & etiā cui dat licentiam, & confessus a quocunque istorum non ex necessitate, quōd confiteatur suo parochiano, sed sufficit, quōd innotescat, de p̄n. dist. 6. ca. placuit, Urbanus 25. placuit, ut nulli deinceps sacerdotum liceat quemlibet commissum alteri sacerdoti ad p̄nitentiam suscipere sine illius consensu, cui se prius commisit; sequitur & iniunctam sibi p̄nitentiam,

A tiam, & c. quia non faceret, confessio nihil ualere, sed plenus hoc inferius anno tabimus, & hęc de tertia parte principali. De tertia parte principali, s. eius acceptione dicit, in conspectu eius. Illa, Deus dicitur acceptare, quæ sunt in eius conspectu, illa reprobare, quæ non sunt in conspectu; eius. psal. 9. non est Deus in cōspectu eius, inquinatæ sunt uia illius, in omni tempore, ad hoc autem, ut sit confessio anima in eius conspectu accepta, necessitate est, ut habeat 16. conditiones, quæ in his uerbis continentur.

Sit simplex, humilis confessio, pura, fidelis, At que frequens, nuda, discreta, libens, uerecūda, Intēgra, secreta, lachrymabilis, accelerata, Fortis, & accusans, siq. parere parata.

B Quantum ad primam conditionem, s. simplex, ut. s. non recitentur nisi quæ pertinent ad quantitatem peccati, s. grauedinē eius per similitudinem hominis, qui esset indutus pluribus uestibus, ad hoc, ut ueniret ad simplicitatem, substantiæ appeteret exui primo ueste, deinde disploide, & uisusque ad nuditatem. sic in cōfessione oportet non solum peccata, sed etiā circumstantias peccatorum, quod bene figuratum fuit Leui. 4. Anima cum peccauerit p̄ ignorantiam, & de uniuersis mandatis domini, quæ p̄cepit, ut non fieret, quispiam fecerit. Si sacerdos qui est unctus, peccauerit de linquere faciens populum, offeret pro peccato suo uitulum immaculatum, & c. Et in eodem, si peccauerit anima per ignorantiam de populo terræ, ut faciat quicquam de ijs, quæ de lege Domini prohibentur, at qui de linquat, & cognouerit peccatum suum, offerat capram immaculatam, ecce quōd ex oblatione perpendebantur circumstantiæ peccatorum, ratione etiā ostenditur, ut dicit Alex. de Ales in 4. & Bona. in 4. dist. 17. artic. 2. q. vlt. diligentius est curandus spiritalis morbus, quā corporalis; sic magis diligentia est habenda circa spiritum, & maior quā circa corpus. Sed sic est morbus corporalis, sufficienter non detegitur, nisi etiā circumstantiæ detegantur, ergo sic oportet fieri in spiritalibus morbis, vnde Alex. de Ales in 4. quōd sicut ex quadā glo. habetur super illud Leui. Iuxta mensuram peccati æstimationem offerent, quid pro qualitate, & quantitate culpæ mensuratur flagella p̄nitentiæ? & Deut. 25. Pro mēsurā peccati erit, & plagarum modus, propter hoc, ad hoc, ut p̄nitentiæ, seu p̄næ

modo debito iniungatur, necesse est, quōd **E** sciatur qualitas culpæ; hoc autem non potest fieri, nisi sciatur circumstantiæ; p̄terea quia peccator non erubuit offendere diuinam p̄sentiam in peccando, debet erubescere peccatum suum puniēdo, quōd maximē accidit in confessione circumstantiarum. Circumstantiarum quadruplex est genus, quædam nec grauantes, nec alleuiantes, quædam grauantes, & quædam in aliquid genus trahentes; primas non est necesse confiteri, ut uerbi gratia. Circumstantia, nec grauans, nec alleuians est, si unus fueretur cum manu destra, hoc enim non refert ad peccatum, aliā. s. alleuiantes, ut dicit Bona. in 4. dist. 17. art. 2. q. vlt. & Alex. in **F** 4. & Tho. in 4. confiteri nō est bonum, nisi propter hoc, ut satisfaciatur aliene inquisitioni, uel ut prouideatur eius scandalo, & per turbationi; utpote si timet confessorem ex hoc accipere occasionem ad malum, v. g. ut si aliquis, de cuius bonitate esset magis p̄sumptio, interfecisset latronem se impetentem de nocte, ne scandalizaret sacerdotē, qui possit eum credere iugulatore hominis, & Hippocritam; si simpliciter, & absolute confiteretur se commississe homicidiū, debet exprimere casum, & occasionem homicidij commissi, non ut se excuset, sed ut scandalum euitet, uel etiā si comederit **G** carnes in quadragesima ex infirmitate, si tamen in comedendo propter aliqualem delectationem peccauerit uenialiter, aliā nō est bonum, & ratio huius, quia peccator in confessione non debet se excusare, sed accusare. De circumstantijs, quæ aggrauant, si genus peccati mutatum non est, opinio inter doctores diuersa est, quidam enim dicunt, quōd p̄nitens tenetur confiteri, & est p̄ceptū affirmatiuū, quod obligat, nō ad semper, sed pro loco, & tempore. s. quādo eam cognoscit, siue per se, siue per inquisitionem alienam, vnde sapiens, & intelligens tenetur eas cōfiteri, absque inquisitione simplex tenetur eas confiteri, si ab eo inquiratur huiusmodi opinionis est **H** Alex. de Ales. in suo 4. & Guglielmus Atri si odorensis dicit, quōd circumstantiæ notabiliter aggrauantes tenemur de necessitate confiteri; non enim sufficit illi, qui furatus est centum lib. dicere, ego accepi alienum, sicut qui tamen unum denarium accepisset, nec sufficit illi, qui gladio uulnerat proximum, dicere, ego percussi proximum. Alex. de Ales in 4. suo dicit, sic sine p̄iudicio, dico, quōd confitendæ sunt circumstantiæ

A stantia aggrauantes, ex quibus apparet augmentum contemptum peccati, &c. dicitur conscientia contemptum peccati maiorem esse ex circumstantia aliqua tenetur illam confiteri, etsi non confitetur illam, ut estimo non sufficere dolet de peccato ad quod queritur, ut cum confitenda sint solummodo illa, quae trahunt in aliquod genus, dicitur quod non sunt haec, & alia nec videtur mihi quod quae trahunt in aliquod genus peccati in quantum talis confitenda sunt, & dicenda circumstantia vsu sint quasi partes peccatorum, & per se deformantes actum peccati, ut comedere carnes in quadragesima, & cognoscere suam in ecclesia, ut non habeat copia aliorum locorum, comedere carnes, non est peccatum, & cognoscere suam, sed cognoscere tali loco & tali tempore comedere carnes: patet ergo, quod designata per hoc quod dicitur tali loco, & tali tempore designant actus praedictos, & faciunt actum peccati, nec cognoscere suam in ecclesia est fornicari, nec adulterari, nec committitur incestus, sed potius sacrilegium, unde cum hoc duo in ecclesia est illud solum, quod deferant actum & quod fecit illud esse actum peccati distincti ab alijs speciebus peccati, non videtur mihi dicenda circumstantia: sed gratia peccati potius. Iac. verum est si actus prius, ut est comedere carnes non erat peccatum de se Bonaventura notat in 4. di. 17. art. 2. q. vlt. sic inquit: aliqui dicunt quod non tenemur ad confessionem harum circumstantiarum tempore necessitatis, sed de bono, & aequo, & quanto magis sapientes, & perfecti, tanto magis debent distinctius ea explicare, sed non tenentur ad hoc nisi ex propria conscientia obligentur, hanc opinionem credo probabiliorē; cum eo concordat Tho. eget unde dicendum, quod confessio circumstantiarum in aliquod genus trahentium, ut fornicari in ecclesia quod est sacrilegium, spectat ad confessionem de necessitate confessio agrauantium de congruitate confessio alleuantium potius facit incongruitatem, & hoc intelligendum nisi in casibus praedictis. Sed contra, circumstantia non trahunt in aliam speciem: quia omne quod tribuit speciem & formam debet esse essentialiter intrinsecum, & vnicum, sed circumstantia sunt extrinsecae, & accidentales, & variabiles; ergo nulla circumstantia trahit in genus peccati noui; ergo videtur quod non oporteat circumstantias confiteri Rñ. Bonavent. vbi supra, est enim du-

plex esse, scilicet esse non & esse moris quamuis circumstantia si accidentales actui, secundum esse naturam; sunt tamen essentialiter secundum laudem, & vituperium, quae laus venit ex parte moris vel eius contrarius, & si obijcias, quod non debeant dici circumstantia: dicendum quod aliqua est circumstantia respectu esse naturalis, quae non est circumstantia respectu peccati, sed forma utpote furtiui est accipere rem alienam inuito domino, alia circumstantia est accidentalis respectu actus quantum ad esse non in quantum peccatum, quia sine ea nihilominus est peccatum sicut accipere rem alienam, & sacra de loco sacro, & ista est circumstantia, & forma; sed circumstantia respectu peccati furtiui quae sine ea poterat esse furtum, sed forma respectu sacrilegij, & ideo dicit Bonaventura, quod necesse est mutantes speciem peccati confiteri: quia quod est veniale propter circumstantiam efficitur mortale, ut verbi gratia comedere carnes tempore concessio ut aliqui superfluitate veniale est peccatum, etsi cum aequali delectatione: tempore quadragesimae mortale est propter praecipuum. De omni mortali necesse est confiteri & de alijs trahentibus speciem, non tamen venialis in mortali, sed minoris mortalis in grauius mortale: Magister in 4. dist. 21. omnia criminata semel saltem oportet in confessione exprimi non a mente aliqua exciderint; circumstantia autem quae solum aggrauant speciem peccati, sunt 7. quae in hoc versu continentur;

Quis quis, vbi, quoties, per

Quos, cur, quomodo, quando.

Quis ut puta si aliquis percutit aliquem leui iniuria nec multum animo irato percutit, peccatum est veniale; sed si percusserit pactum siue leui siue graui iniuria peccat mortaliter. Item negociari cum aliquo cupiditate citra Deum peccatum est veniale seculari, sed sacerdoti peccatum est mortale propter prohibitionem ecclesiae, ite cum meretrice fornicari & soluta est fornicatio: dicitur cum virgine stuprum, cum sua eon sanguinea incestus, sacrilegium cum sacra, contra naturam cum masculo &c. ecce quae personae circumstantia mutat speciem peccati, de secunda circumstantia enim loci mutat speciem peccati in foro vel domo seculari rem non sacram, furtum dicitur, sed in loco sacro furari sacrilegium vocatur; mulieres vanae vanitatem portare extra ecclesiam ad homines prouocandos est peccatum mortale; sed ad ecclesiam sacrilegium est

A est & non solum sacrilegium, sed est stabulum diaboli facere, Item tripudare extra ecclesiam si peccatum esset veniale, sed in ecclesia est mortale de his duobus. Ier. 41. dicitur, quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? ecce hoc habetur de circumstantia dilectionis, quae est circumstantia personae, & de circumstantia loci cum dicit in domo mea, & Io. 3. Tu es magister in Israel, & haec ignoras. q. d. ignorantia est magis culpabilis in magistro quam in non magistro; & est magisterium, vel scia circumstantia personae, de tertia, scilicet quoties quia necessitate est dicere quot vicibus peccauit eadem peccato, quia singulatim oportet confiteri omnia mortalia, ita quod confiteatur dicat; tot vicibus peccaui tali peccato, & si non recordetur, faciat estimationes iuxta suam conscientiam, & ratio duplex est, prima, quia ut dictum est, omnia mortalia singulatim consistenda sunt, secunda quia maior penitentia iniungenda est pro tribus mortalibus, quam pro uno. Deut. 25. pro me fura peccati erit & plagarum modus, addi potest, tertia ratione medici, & medicinae adhibenda, quia sicut in corporalibus morbis, alia medicina datur plagae recenti, & alia fistulae sic in spiritualibus; quia aliquod consilium, & remedium datur peccato semel facto, uel pluries, quam in consuetudinem pertracto, quarta circumstantia, scilicet per quos, ubi si homicidium fieri praecipitur pro principem, siue alium, secus est si fiat per personam secularem, uel ecclesiasticam. Itē si fiat innociniam secus est, si fiat per personam consuetam tale quid exerceri, & secus si faciat fieri per matrem bonam, uel uxorem, uel filium, &c. de quinta circumstantia, scilicet cur, in qua intentione, uel quo, scilicet fine, nam in moralibus finis tanquam forma uel timata, & perfecta dat denominationem uirtuti, & uitio, nam mulier, quae se solum ornat, ut sibi ipsi placeat peccat uenialiter, & ut dicit Ar. potius est dicenda uana, quam mala; sed si fecit, ut placeat aspectibus uiro-rum, peccat mortaliter, similiter si uir utitur cum muliere sua causa incontinentiae, uel fornicationis uitandae, est peccatum ueniale, unde de Aug. incontinentiae malum est, quod uir cognoscat uxorem etiam ultra necessitate procreandi simul, sed ille est nuptiarum bonum, & ita non potest hoc bonum, sed illud malum sit ueniale propter bonum nuptiale, sed ut dicunt Tho. 2. per. hoc intelligas cum quis propter uoluptatem, seu delectationem comiscetur coniungi, ita tamen

quod ista uoluptas si fiat intra limites matrimonij, uidelicet, quod cum alia muliere hoc non faceret, & tunc est ueniale peccatum, si autem delectationem quaerat in ea, ut in meretrice extendendo affectus extra uires matrimonij, ita quod si non esset uxor, tamen idem faceret, & tunc est mortale peccatum, uide ergo quod intentio. scilicet uti cum uxore habenti intentionem ad aliam, facit de ueniali mortale. 3. 2. q. 4. Origo quidem; unde & Sifus in sent. adulter est inquit in suam uxorem amator ardentior, in aliena quippe uxore omnis amor turpis est in sua inimis, glo. hic talis adulter dicitur non reatu criminis illius capitalis, sed similitudine adulterinae libidinis, sicut enim adulter in adulteram ardet, ita iste in propriam, & Hiero. ibidem trassumptiue sapiens uir iudicio debet amare coniugem non affectu, scilicet libidinis, non regnet in eo impetus uoluptatis, ne praecipit feratur ad coitum, nihil. n. est fedius, quam uxorem amare ut adulteram, ad quod exemplum est, aliquis qui facit eleemosynam, non ut appareat sanctus, sed ut ab hoibus laudetur tanquam largus, & solum iste est finis, uocatur uana gloria, aut superbia, hoc idē, facit eleemosynam, ut sanctus ab hominibus reputetur, & uocatur hypocrisis, ecce quod uariatio intentionis uariat speciem peccati, scilicet uana gloria, & hypocrisis. de sexta, scilicet quomodo, nota quod circumstantia modi uariat speciem peccati, v. g. est unus, qui emit ab uno paupere boues, & post locat eidem pro annua pensione, & hoc ex singulari auaritia, quod apparet ex maxima pensione, & quasi in excidium pauperis: quocumque ueniente casu siue grandinis, siue penuriae, non dico ex parte bouum, ut puta locaui boues, quos a te emi cum hoc, ut des mihi e omni anno 20. corbes tritici, siue sit penuria, siue grando, & hoc ex auaritia solum peccatum auaritia dicitur, sed si emerem a paupere boues, quos scio non habere, & quasi tradidisset mihi ei loco pro aliqua annua pensione usura est, uel praesumitur in fraudem usurarum, quia in emptione requiritur res, quae plus ualet, quod est secundum Aug. quae quod fingitur. c. plus palere, quod agit pro totum, eodem modo, & unus, qui cognoscat uxorem suam modo, & loco debito, sed non causa prolis procreanda, uel debiti reddendi, uel tentationes euitandi, sed ex causa saturandi libidinis peccatum, est mortale, & fornicationis simplicis, sed addatur, quod agat coitu masculino dicitur tunc pecca-

A peccatum contra naturam, quam maximū peccatum est cum uxore, plus cum matre agere. 3. q. 7. & est ibi textus transumptus Aug. de adulterinis coniugijs, c. adulterij: adulterij malum vincit fornicationem, vincitur autem ab incestu, peius est enim cum matre, quam cum aliena uxore concubere, sed omnium horum pessimum est, quod contra naturam fit, ut si uir membro mulieris non ad hoc concesso uti uoluerit, usus enim naturalis si ultra modum prolabitur in uxore quidem ueniale est, in meretrice uero damnabile; sed iste, qui est contra naturam, execrabilius quidem fit in meretrice, sed execrabilis in uxore: de septima circumstantia, scilicet, quando, nota quod circumstantia temporis, aggrauat, & mutat penitentiae speciem. nam diebus non festiuis laborare ex aliquali auaritia peccatum est ueniale, sed labore eadem auaritia in casibus non concessis diebus dominicis, & festis, in dictis peccatum est mortale; quia contra dominicum praeceptum Sabbatham sanctifices, tempore festorum ordinato non continuo uti scies, ut notauit Vgo, & agēs cū uxore peccat mortaliter, & et mulier, ideo tpe petens debitum, uide qd illud qd aliās forte fuisset peccatum ueniale, ratione temporis efficitur mortale, & eodem modo de comestione tempore ieiuniorum circumstantias has de necessitate tenemur confiteri auctoritate sacrae scripturae. *Isai.* Perdam Babylonis nomen, reliquias, progeniem, & germen. *Alex. de Ales.* Babylon confusio peccati ducens ad ignominiam quae debet destrui, id est circumstantiae sequentes, & progenies, id est protendentes, & ipsum germen, i. ipse actus peccati cum circumstantijs, quibus deformatur, & germinat in culpam; & *Aug. lib. de penit. transumptiue uero de penit. dist. 5. c. consideret.* Consideret qualitatem criminis in loco, & tempore, in perseverantia, in uarietate personae, & quali hoc fecerit tentatione, & in ipsius uitij multiplice excusatione, oportet enim penitere fornicantem secundum excellentiam sui status, uel officij, aut secundum modum meretricis, ut in modo operis sui, & aequaliter turpitudinem suam pegit, si in loco sacro, aut cui debuerit excellentiam fidei, ut sunt domus dominorum, & aliorum multorum, si tempore orationis instituto, ut festiuitates sanctorum, & tempore ieiuniorum, consideret quantum per seuerauerit; & defeat, quod perseveranter peccauit, & quanta uirtus fuerit in pugna

tionē, sed praueuiant uoluntatem, & pertractant secum, quam multiplici actione uitij delectabiliter peccauerit, omnis ista uarietas ostendenda, & confitenda est, & defendenda; & cum cognouerit, quod peccatum est multum cito inueniat eum propitium. Gratia autem huius quaeritur cum aliquoties circa eundem actum contingat multipliciter, & multa genera peccatorum committere, ut v.g. aliquis committit adulterium in ecclesia, quid horum dicendum est peccatum, uel circumstantiam? *Alex. in suo 4. mouens hanc q. sic arguens resoluuit, primo arguit sic uidet, quod quaecumque uelint ibi deformanda, & faciēda nouum genus peccati: confitenda sunt, ut peccata, ut v.g. uirgo aliqua tradita nuptui, statim post consensum expressum per uerba de praesenti transfert se ad frugem melioris uitae, & conuolat ad religionem, post cognoscitur a facto proprio carnali; constat, quod cognoscens eam in statu hoc, committit stuprum, adulterium, incestum, & sacrilegium committit, ergo ista genera peccatorum in uno concubitu, omnia ergo haec confitebitur, ut peccata, quia quinta ratione haec & illud, & ita nullum confitebitur ut circumstantiam, si diceretur, quod in casu proposito non est nisi unum peccatum, quia uno actu singulari non potest fieri, nisi unum peccatum: contra ponatur, quod aliquis uolens deflorare uirginem, deflorando interficiat, constat quod uno actu singulari committit stuprum, & homicidium, que sunt diuersa genera peccatorum. Respondeo sine prauiudicio, quod uno actu singulari committitur non nisi unicum peccatum, cum enim ad esse peccati necessario requiratur actus, & deformitas ad esse peccati multiplicis requiritur necessario multiplex actus deformatus, uel & si unicus actus multipliciter deformat, non est nisi unicum peccatum, tamen multipliciter deformatum; uel positio quod aliquis cognoscat uxorem suam uirginem ductam in uxorem, & monialem, non committitur nisi unicum peccatum, ad quod obijciatur pro eadem ratione, quae perpetrat adulterium, perpetrat incestum, &c. dicendum quod committit sacrilegium, eo quod uiolat mulierē Deo consecratam. aliās autem non sunt dicenda peccata, sed circumstantia peccati; uel committit sacrilegium cum uirgine, & consanguinea, & ducta in uxorem, si quaeratur ad hoc sic constat, quod corrumpit uirginem non suam: igitur committit stuprum, similiter incestum. Haec autem sunt diuersa peccata:*

A cata: ergo diuersis peccatis peccat, dicendum quod non sequitur, sed sequitur quod multis modis peccat. peccando uero peccato, scilicet peccato sacrilegij, quod est maximū & praecipue deformat actum peccati; iudicandum est enim peccatum aut conditiones, quae maximē deformant in eodē genere; si obijcias, quod circumstantia magis aliquā grauat peccatum, quam illud quod deordinat, ut quod forma dicendum quod hoc accidit quod illud quod est, quia quasi forma, & circumstantia non sunt eiusdem generis sicut si aliquis fornicat in ecclesia iuxta corpus Christi, uel super altare consecratum, sed quando sunt eiusdem generis, ut adulterium, stuprum, incestus, & sacrilegium ab illo, quod est maximē deformat, & aggrauans peccatum, debet iudicari.

B Si obijciatur, quod quando committitur adulterium in ecclesia, & committitur sacrilegium, nihilominus, sicut dictū est, peccatum hoc iudicandum est adulterium, & non sacrilegium, sed est circumstantia aggrauans, & confitenda est, quod circumstantia in alio casu dicitur sacrilegium peccatum, & adulterium circumstantia aggrauans, & confitenda est quasi circumstantia, in alio casu dicitur sacrilegium peccatum, quae circumstantia dicenda, quae in istorum casuum uno committitur sacrilegium ex sedatione loci consecrati, in alio ex cognitione personae consecratae, & sedatione personae cognita, & sedata est materia actus, uel est substantiae actus locus, in quo efficitur seditas, hoc est omnino extra actum, unde sedatio rei sacrae in uno casu magis intēta & essentialibus respicit actum peccati, quam in alio, propter quod in uno iudicatur forma peccato, in alio circumstantia. Ad quod obijciatur, quod qui deflorando sine actu singulari committit duo peccata, dicunt quod non est uerum, quod hoc sit ibi unus actus diuisionis, seu deflorationis, est tamen alius conficiens, scilicet actus interfectionis, unde deflorando committit actum stupri, & interficiendo actum homicidij, secunda conditio dēt esse humilis, & haec humilitas attenditur duobus modis, scilicet interiori, & exteriori; quantum ad actum exteriorē, scilicet confitens si est uir humilis se genuflectat corā sacerdote, & si non potest stare tamen genuflexus, debeat sedere ad pedes sacerdotis more *Mariae Magdalene*, quae sedebat secus pedes Domini, similiter et steterat ex transuerso, nec faciem sacerdotis aspiciat. *Abac. 1.* facies earum uentus auster; contra illas, quae ad confessionē ita

superbē, & ornatē procedunt, ac si presbyterū in coniugem uellent. *Osee 2.* Auferat fornicationes suas a facie sua, & adulteria sua demens uerberum suorū. *gl. 1.* Signa & in censura fornicationum, ut fucum, & alios ornatus inhonestos, exemplū. n. habet mus. *Luc. 18.* In parabola Pharisaei, duo inquit hoīes ascendebant in templū, unus Pharisaeus, & alter Publicanus; Pharisaeus autem haec apud se orabat, dicens: Deus, grās ago tibi, quia non sum sicut ceteri hoīes, raptures, iniusti, adulteri, uelut etiā hic Publicanus; ieiuno bis in Sabbatho, decimas de omnium quae possideo. & Publicanus a lōgē stās, nolebat nec oculos ad caelum leuare, sed percutiebat pectus suam, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori, amen dico uobis, descendit hic iustificatus ab illo in domū suam, & *Luc. 2.* Ecce mulier, quae erat in ciuitate peccatrix, stans retro secus pedes Domini lachrymis cepit rigare pedes eius, & unguēto ungebat, & ex hoc meruit uerbum illud suauissimum, corā remittunt tibi peccata tua, quod in ueritate se sentiat peccatorē, quia si dixerimus, quod peccatum non habemus nosmetipsos se ducimus, & ueritas in nobis non est. *1. Ioan. 1.* de pe. dist. 1. quae penitet sine humilitate uera alicui ueniā sperare non licet, si autem diceret, mihi non possum agnoscere, nec sentire me peccatorem magnum, accipe doctrinam positā in alio tractatu de confessione, qui incipit, cogitatio hominis, &c.

C Sunt nempe quidam, qui ita attendunt peccata magis aliorum, quam sua, aut nulla, aut modica aestimat, ita fructum humilitatis perdunt, contra quos *Chrysofost.* Transumptiue est uero in 4. sent. dist. 17. Si habueris peccata tua in mente, continuo nunquam malum aduersus proximum tenebis in corde. Debet esse humilis, non tamen falsa humilitate, hoc est, quod scienter non te accuses peccatorem, in eo quod non es peccator; & ista est ratio, nullus dēt accusationem aliquam ponere in iudicio exteriori, si non habet probationem iuris, uel per testem; ergo similiter, nec in iudicio poenitentiali debet quis aliquid proponere, si non habeat testem conscientiam, uel legem mentis hoc dicit; ergo cum in peccato, quod non fecit non habeat testem conscientiam, uideatur quod super illo non potest se accusare in iudicio confessioni, contra illos, qui ad confessionem ueniunt accusantes se oīa peccata perpetrasse, & si quā singulatim

A de quolibet dicto, hoc, & illud non fecisse, quid. n. de confessione super lucrati sunt, de non peccatore efficitur peccator, ut testatur Aug. uerbis Apostoli transumptiue uero. 2. q. 2. humilitatis, cum humilitatis causa mentiris, si non eras peccator, antequam mentireris, efficeris mentiendo, quod ueritas, ueritas autem ipsa non est, nisi ita dixeris peccatorem, ut etiam esse cognoscas, ueritas autem ipsa est, ut quod est dicas, nam quomodo est humilitas ubi regnat falsitas? sic ergo tene, quod nullus scienter debet confiteri peccata, quae non fecit. Bonauen. in 4. dist. 2. sic dicit, quod differt inter mentiri, & falsum dicere; mentiri est quando exprimit uox aliter, quam sentiat mens, etiam si per uocem uerum dicatur in re. Falsum dicere, quando uox discordat a re signata; mentiri quidem quia semper importat abusum signi, & obliquationem hominis quantum ad uim intellectiuiam, & exteriorem, inter quas est discordia semper est malum, & ita secundum se malum, quod nulla potest bona circumstantia uestiri, ut bene fiat, sicut dicit Aug. lib. de contra mendacium, falsum uero dici potest frequenter meritorie cum mens decipitur, & ita creditur esse, ut loquitur Apostolus, qui dixit se in Hispaniam profecturum. Rom. 15. Si ergo tu queras utrum liceat addere ad confessionem. Respond. dicendum, quod aut tu loqueris quantum ad testificationem conscientiae, aut quantum ad conformitatem ueritatis in re; si quantum ad conscientiam, ut conscientia minus accuset, & uox amplius, sic est peccatum, & mendacium, & perit confessionis meritum, in qua debuit esse uerbum uerax, & quod aliter exprimit lingua quam sentit conscientia, si autem intelligas de additione quantum ad rei ueritatem, ita quod conscientia non discordet a lingua, dicendum tunc quod talis additio potest esse meritoria, quia impius credit grauius se offendisse, & si confitetur quasi grauius offenderet, absque dubio proficit in sua confessione, cum hoc concordat Tho. 2. pe. in 4. dist. 2. Ray. uero dicit, cum quis dubitat, ut dubium confiteatur, ut semper uox concordet cordi, cum autem quis dubitat an peccatum, quod commisit, sit mortale, uel non, tenetur illud confiteri propter dubium, aliter periculo se committit si negligit confiteri, sicut etiam mortaliter peccat, qui committit, uel committit, in quo dubitat esse mortale peccatum; talis autem dubitans non tamen debet illud asserere esse

se peccatum mortale, sed factum narret, & iudicio sacerdotis relinquat. Sed si forte obijceres, quod ut ait Greg. Bonarum mentium est ibi timere culpam, ubi culpa non est, ut in c. consiliu. de obseruat. ieiun. Tho. intelligitur non de substantia actus, sed ut credat se commississe, quod non commisit, quia hoc esset errare, sed intelligit de conditione actus, quia semper est in formidine, ne aliquis defectus sit ex parte sui, ut superbia uel uana gloria, aut huiusmodi, iuxta illud Iob. 9. uerebar omnia opera mea, sciens, quod non parceres delinquenti. Tertia conditio, quia debet esse pura, scilicet pura intentione facta, non propter uanam gloriam, uel hypocrisis contra multos, qui ad hoc, ut boni reputentur, ut sicut quandoque quidam feneratoros, de cuius fenore est suspitio, & sicut sunt quaedam mulieres fornicariae, sed tamen occulte, ut possint mundo suam turpitudinem celare, faciunt actum, & ostensionem confessionis, sed omnibus nihil ualet confessio, quia non faciunt, ut placeant Deo, sed mundo, & similiter sunt quidam saepe confitentes non ob aliam causam nisi, ut sanctiores alij reputentur, uel ut deposita uiduorum possint habere, contra quos clamat ueritas summa. Matth. 5. Attendite ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus, ut uideamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud patrem uestrum, qui in caelis est; uel pura. c. timore, non seruilis, sed filiali, sed saltem initiali, quia timor seruilis non est in charitate, non dico perfecta, sed necessaria ad salutem, sine charitate impossibile est Deo placere, iuxta illud Apost. 1. Cor. 13. & si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habeo, nihil mihi prodest: timor enim seruilis est cum per timorem gehennae homo continet se a peccato, ablato illo timore nil boni fieret, & ideo semper est affectus peccandi, licet non sit actus. Mag. 3. dist. 3. 4. c. 5. Aug. quoque seruilis, & castum timorem apertum descendit dum epistola ad Ro. illum locum exponit, non enim accepistis spiritum seruitutis, iterum in timore; &c. ita dices duo timores hic insinuantur, unus, qui est in perfecta charitate, scilicet in seruilis, in quo quamuis Deo credatur, non tamen in Deum, & si bonum fiat, non tamen bene: nemo enim inuitus bene facit, et si bonum est, quod facit. Notanter dixit, non tamen in Deum, nam idem Magist. in 3. dist. 2. 3. & est testis Beda, aliud est credere in Deum; aliud credere Deo; aliud credere Deum. Credere Deo est credere uera esse

A esse quae loquitur, quod mali faciunt; Credere Deum est credere, quod ipse est Deus, quod etiam mali faciunt. Credere in Deum est credendo amare, credendo in eum ire, credendo ei inhaerere, & eius membris incorporari. Iste autem confitens solum timore gehennae, si non esset gehenna, non reconciliaret Deo, & per consequens, nec diligeret. O insania mundi, quod contentur, & non sibi prodest, & maxime in puncto mortis non permittente Deo omnia criminalia ad memoriam reuocantur & similiter pena, quam pro ijs meremur, & solum haec timore plorat, & confitetur, & nihil eis prodest, quia solum est timor sine charitate, & sine charitate nemo potest saluus esse, de pe. dist. 7. nullus expectet. Confessio debet esse fidelis, quod fiat sub spe ueniae, aliter non ualeret, sicut penitentia inde, ut quia dicit Iero. Magis peccauit Iudas desperando, quam Christum tradendo, & sicut penitentia Cayn, dixit Cayn ad dominum: Maior est iniquitas mea, quam ut uenia merear, uel fideliter ut tamen confitens, quam sacerdos sint in fide catholica, & fiat secundum fidem catholicam non haereticorum, uel quae ritur si in alio articulo mortis tenetur, quis confiteri sacerdoti haeretico, scismatico, uel maiori excōicatione excōicato, ad hoc Ray. credo quod non, immo saluo meliori iudicio consulere, quod nouo modo confiteatur eis quod doleat de peccatis, quia tamen distulit confessionem, sed confiteatur corde Deo, & sufficit, &c. tales enim ponerent eum de facili in aliquo errore, uel in desperatione, sicut Pharisaei Iudam, dicentes cum confiteretur eis, quod ad nos, tu uideris. Matth. 27. Quantum ad poenitentem, quod oportet eum esse in fide catholica, probat, de poe. di. 6. Laboret itaque penitens in ecclesia esse, & ad ecclesiam unitatem tendere, nisi enim unitas ecclesiae succurrat, nisi quod deest peccatori sua operatione compleat, de manibus inimici non eripietur anima mortui, & infra, ideoque nemo potest digne confiteri, alias penitere quem non sustineat unitas ecclesiae, quod autem sacerdos debet esse in fide catholica, probat eodem loco, sic iniquus textus, ideoque non perat sacerdotes per aliquam culpam ab unitate ecclesiae diuisos, Iudas enim qui penitens iuit ad Pharisaeos relinquens Apostolos, nihil inuenit auxilij, nisi augmentum desperationis; dixerunt enim quid ad nos, tu uideris, si peccasti tibi sit non tibi succurrimus, non peccata tua charitatie succurrimus non comportanda promittimus, nec quale deponas onus, docemus, quid enim nobis, & mix, qui nec opera sequimur iustitiae, isset ad fratres, isset ad illos, qui ado-

rauerunt pro socio Petri febricitante, qui Cananaram improbam miam obtulerant, iuit ad diuisos, & diuisus periit. Host. dicit, & Ray. & Tho. Quod idem credetur de excōmunicato. scilicet maiori excōicatione, nam & illius est in articulo necessitatis confitendum non est: rationem assignat Bona. in 4. dist. 18. q. 5. duplex est excōicatio. scilicet minor, & maior: minor uero non tamen separat a sacramentis, maior uero non tamen separat a sacramentis, sed est ab actibus legitimis, cum alijs personis, & ideo excōicatio minor est, moribus respiciens personam, ut est pars communicans, & separans a cōitate, & quia actibus legitimis, cum ergo subtrahitur cōmunitio, ex cōsequenti subtrahitur materia in qua agat, quamuis habeat formam in collatione ordinis, & sic potestas sua est potestas ligata, & per consequens nullus absolutus est ab excōicatione, haeretico, uel scismatico, uel ab ecclesia praeciso: sed si forte obijceres, quia excōicatus haereticus, &c. non amittit characterem, & per consequens, nec potestatem absoluenti, cum character sit indelebilis cum imprimatur in anima, quae est immortalis, & incorruptibilis, & ex hoc sequeretur, quod clauis non sequeretur ordines inseparabiliter, ad quod Resp. Bonau. in 4. di. 19. art. 2. q. 2. dicendum quod sicut de potentia uisua est loqui dupliciter, uel quantum ad essentiam, uel quantum ad usum; quantum ad essentiam fundat haec potentia radicaliter in anima, nec animam deserit unquam. quantum ad usum uero exigit organum bene dispositum, & medium illuminatum, sic in proposito est intelligendum, quod si loquamur de potentia absoluenti, quantum ad essentiam, sic radicaliter est in ipsa anima; sicut & character, nec uel ab illo differre, nisi secundum relationem quamdam, & hoc modo inseparabiliter se tenet, cum sacerdotali ordine, alio modo possumus loqui quantum ad usum, & hoc modo requiritur, status uiatoris, & auctoritas iuris dicit cōis, quod stat⁹ uia- toris requirat, patet quia sicut ratio merendi non cōpetit charitati, extra statum uia, sic nec potestas reconciliandi, & sacramenta exhibendi, siue administrandi, siue in statu ecclesiae militantis, & sic per mortem dicitur potestas usum amittere, & anima separatur quod iterum requiritur iurisdicatio sic potest sacerdos. n. est mediator, & in quantum mediator inferior est Deo, & superior penitente, & arbiter, & iudex hominum constitutus loco Dei ad parcendum, siue soluendum, & ad puniendum, talis autem iurisdicatio non est sine aliqua iurisdictione, in eum, qui iudicat, quia

A nemo potest aliquem iudicare, nisi quis iudex eius constituit ab eo, qui potest, etiam iurisdictione est tanquam uis motiva ipsius clauis, siue manus, hac autem deficiente, quæ clauem moueat, & si ad sit clauis nunquam aperiret, & si quæ ammittitur hæc iurisdictione cessat clauis; & executio, hæc autem ammittitur dupliciter, uel per absolutionem subditorum quantum ad rem, & sic est in scismaticis, hæreticis, præcis, excõicatis, fornicarijs, notorijs, sed nota hic cautè, uel quantum ad absolutionem per rem, & spem, & hoc in degradatis, quibus sine spe recuperandi aufertur, uel hæretici, & excõicati dicuntur habere manum ligatam, sed degradati amputatam; ideo dico, quod si clauis, quantum ad esse ordinem consequitur, tamen quantum ad executionem sequitur statum in iurisdictione, contra quos hæreticos, & excõicatos comminatur dominus per prophetam, maledicam benedictionibus usis. i. q. r. maledicam, hoc est quicquid a uobis benedicetur, per me erit maledictum, i. non ualidum. Mag. sent. in 4. di. 19. c. 5. sed illud c. maledicam, &c. quidam referunt ad hæreticos, qui ab ecclesia præcis sunt, & ad excõicatos, quorum benedictiones sunt maledictiones ipsorum, qui errores eorum sequuntur. De quinta conditione, scilicet frequens, quod intelligitur duobus modis, uno modo, ut si frequens cadit, frequenter confiteatur; secundo modo, ut eadem peccata frequenter confiteatur; de primo notandum quod duobus modis intelligitur, ut testatur Bonau. in 4. dist. 17. art. 2. q. 2. uel quantum ad propositum interius, uel quantum ad uerbum exterius; si quantum ad propositum interius, sic cõiter concedit, quod tenetur proponere confiteri, quod & conteri: quia sine proposito confitendi, & emendandi, non dimittitur peccatum, sicut nec sine contritione, ad hoc autem tenetur quod cogitat culpam commissam, & Dei offensam, uel quod tempus se affert, in quo recogitare debet, sicut in hora mortis, uel periculo, uel aliquo alio consimili aliquo aliter augmentaret contempus. Sed si obijceres, ergo frequenter, & grauius peccat, quam ille, qui omnino negligit se; ergo uel, quod huic patrocineretur sua malitia, & isti noceat sua bonitas, & Alexan. in suo 4. q. re uera, qui habet remorsum sæpè conscientiam, & non habet propositum confitendi, grauius peccat ille, qui negligit, sed ille peccat periculosius; ad quod obijcitur quod illi patrocineretur sua malitia dicendo, quod non est uerum, nisi occasionaliter, sed minor malitia, i. minor contempus patrocineretur illi, alij autem non obest sua bonitas, nisi

occasionaliter: non enim est causa, quare grauius peccat, remorsum conscientiam, neque confiderata præacta, sed consequens contempus; unde quia iste frequenter contempus, frequenter peccat, de p. di. 3. & est auctoritas Iero. ad Rusticum de penitentiâ, septies cadit iustus in die, & resurgit: si cadit, quomodo iustus? si iustus, quomodo cadit? & iusti uocabulum non ammittit, qui per penitentiam sæpè resurgit, & non solum septies, sed etiam septuagies septies delinquenti, si conuicitur ad penitentiam, peccata donant, cui plus donatur, plus diligit, David quoque per penitentiam, adulterij simul, & homicidij ueniam impetrauit; & infra ingressus David ad uxorem Uriæ, & Anachan profeta correctus, respondit, dicens: Peccauisti: statimque meruit audire, & Dominus transiit a te peccatum tuum glo. August. super illud, cui magis donetur, quod ille iustificetur qui erat dignus damnari; quia magis uel dare paruum beneficium inimico, quam magnam amico, ideo dixit respectu modi non rei; si secundo modo, scilicet quo ad usum exterius, Petrus de Tarant. super 4. sent. recitat duas opiniones circa hoc, nam quidam dicunt, quod peccator tenetur, statim cum est in peccato mortali habita copia sacerdotis confiteri, ut de penitentiâ & rem. ois, excusat eum, quia intendit arctare tempus per negligentiam hominum, & non ampliari, alij cõis; quod cum sit præceptum affirmatiuum, scilicet cõfitemini, &c. non obligat nisi pro loco, & tempore: ecclesia uero in hoc præcepto potuit tempus determinare cum sit præceptum, dissimilitudine non natura; unde regulariter non tenetur homo cõfiteri nisi semel in anno. scilicet in Pascha, quæ etiam necessitatem habet cõficere. Tho. et dicit primam opinionem esse securiorem. Bona. in 4. dist. 17. art. 2. q. 2. & Alex. de Ales, quidam enim ad confessionem obligantur, non ex culpa commissa, sed ex institutione ecclesiastica, ut pote illi, qui non habent peccata mortalia, tales differre possunt: usque ad Pascha, quia mandatum illius decretalis, non obligat, nisi sicut obligat ad eucharistiam, ad quam præparat confessio sacerdoti facta: quidam uero non tamen obligantur ex ecclesiastica institutione, sed ex propria transgressione, & ij tenentur ex sacri institutione de talibus generaliter asserere, quod possunt usque ad Pascha differre, uel mihi periculum, similiter quod teneatur semper, quod offert se oportunitas cõfiteri, uel ualde durum; ideo uel rationabiliter sentiendum medium, quod medium consistit in quatuor casibus scilicet Pet. & Tho. tenetur ante Pascha cõfite-

ri,

A ri, primus est ratio sacramenti, scilicet si uult cõficere uel celebrare intellige si est in mortalibus, & habet copiam confessoris, quia si esset dies dominicus, & sacerdos uellet celebrare per populum, & non haberet copiam confessoris contra, & celebret, & quam citius poterit confiteatur, uel et, si quis uellet sacrum ordinem recipere per Thomam. Secundus est ratio periculi, ut si ingreditur iustus bellum, uel simile, uel quod est infirmus grauius, sed tamen nota, quod licet ex statuto medicus corporalis debeat uelle, quod primus medicus spiritualis aduocaret, antequam manum adhibeat ad medendum, tamen sanè intelligendum, quod si casus esset nimis uehemens ad mortem, hoc est, quod infirmus moreretur, antequam spiritualis medicus adueniret, uel et si esset in syncompi subueniat, sed postea cum cessauerit tamen dubium, non apponat manum, nisi promittat, & inducat medicum spiritalem, ut habet extra de pœ. & re. c. cum infirmitas corporalis, non nunquam ex peccato proueniat dicente domino languido, quem sanauerat: uade, & amplius noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat: penitentiam decreto statuimus, & distinctè præcipimus medicis, ut cum eos ad infirmos uocari contingat, ipsos ante omnia moueant, & inducant, ut medicos aduocent aiarum, ut postquam fuerit infirmo de spirituali salute prouidum, ad corporale remedium salubrius procedatur cum causa cessante cesset effectus, & infra, si quis autem medicorum huiusmodi nostre constitutionis, postquam per prelatos locorum fuerit publicata, transgressor extiterit, tãdiu ab ingressu ecclesie arceatur, donec pro transgressione huius satisfecerit cõpetenter. Glo. Host. ex quo dicit, præcipimus, necessitate importat, & transgressor peccat mortaliter, nec contra hoc statutum perferri potest, nec aliqua consuetudine tolli, cum pro salute aiarum inductum sit. hic Host. sequitur in decre. ceterum cum anima multo prior sit corpore, sub interminatione anathe. prohibemus, ne quis medicorum pro corporali salute aliquid ægroti suadeat, quod in periculum anime conuertat; exemplum, sicut aliquando contingit si religiosus infirmus dicit medicus, quod est per castitatem, & consilium contra professionem castitatis; tertius ratio conscientie, ut si dicat sibi conscientia, quod statim teneatur, quia qui facit contra conscientiam, edificat gehennam; quartus ratio dubij, ut si expectat copiam confessoris, sibi amplius illo anno, non occurrere, uel si haberet casum, de quo solus Papa potest absolueri, & habet modo copiam penitentiarum Papæ, uel si esset in uno carcere, de quo per cultodiam non posset exire, & haberet sacerdotem sum-

me ignorantem, si tunc occurreret discretus, & probabiliter dabitaret illo anno amplius non posse habere copiam alterius, tunc teneat; dicit et Tho. in 4. de quolibet, quod laudabile est, quod peccator peccatum suum, quam citius poterit confiteatur, per accidens posset esse dilatio meritoria, dummodo non differat ultra annum, uel dicit si ad hoc differat, ut prudentiori cõfiteatur, uel deuotius per sacramentum, & hoc notatur de tpe non statuto ab ecclesia, sicut Alex. de Ales in suo 4. dicit, qui infirmus tempore cõfiteri di ab ecclesia determinato, non det quod differre cõfiteri, si autem dicat, quis post peccatum commissum per tempus aliquod ut possit cõfiteri discretiori, quo melius posset inuelligare suam conscientiam, dummodo hoc fiat citra statutum tempus ab ecclesia, dummodo tempus illud non multum distet a sacro, quod non peccat; si autem committeret quod peccatum mortale post Pascha, & crederet se non posse habere discretum sacerdotem ante quadragesimam; non estimo quod liceat differre conf. sed in casu tali cõfiteri esset sacerdoti in discreto, & post data opportunitate discreto, sed sapienter nota dicitur Alex. quod tanta posset esse indiscretio sacerdotis, quod et cõfiteri non me absolueret, sed de illo no. Riccar. in 4. d. 17. art. 3. q. 6. quatuor sunt casus, in quibus tenetur cõfiteri habita opportunitate, unus ratio sacri, scilicet quando uult cõficari uel celebrare, nisi forte de propinquo expectet; alius cui deuotius, & securius cõfiteatur, sic enim expectas, nullo iure, quod conscientia cõficare prohibet, si uerè penitens est; secundo modo, ut et eadem peccata cõfiteatur frequenter, non tamè ad hoc teneat quis, nisi in casibus. quatuor, hoc autem per defectum confessoris aut per defectum cõfiteris, si per defectum cõfessoris hoc dupliciter, aut quia deficit ei clauis potestatis, eo quod non potest de illo peccato absolueri, aut quia deficit ei clauis scientiam, quia nescit discernere; ex parte cõfiteris dupliciter, aut quia dimidiat confessionem, quia tacuit scienter aliquid mortale, aut quia contempus facere penitentiam, sed de his plenius dicitur in quoniam. suis, uel cõfiteatur pluries eadem peccata, uel pluribus. nam confessio, ut dicit Bon. ordinat ad multa, sed ad unum principaliter, & quantum ad principale æqualiter cõfiteatur multis, & uni, quia unus sacerdos tamen dimittit de pena, quantum per clauis, nec det iterari confessio per finem principale, nisi forte timeat error fuisse in confessione; preterea & alia sunt utilitates annexæ, & ad illos ualet multoties, & pluribus. confiteri. scilicet ad erubescitiam, & intercessionem multorum, ad humiliationem, & gratiam augmentationem; ad principale effectum ualet, quo ad certificationem spiritus penitens potest esse certior, quia si non habuit

F f 2 esse-

A effectum prius potest esse, quod secundo habeat, & melius est disponitur, ualet maxime ad diminutionem pena purgandae, de pe. di. 1. & quoniam uerecundia magis est pena: qui ardescit pro Christo, sit dignus misericordia. unde potest quod quod pluribus confitetur in spe ueniam turpitudinem criminis, tanto facilius sequitur ueniam, aut gratiam remissionis, glo. quantum ad penam non culpam, si culpa bene fuit confessio. De sexta conditione, scilicet nuda, quia non debemus confiteri crimina notis palliantibus, uel nominibus, sed quodlibet peccatum in suo proprio nomine quantumcumque turpe exprimitur, dicit hoc glo. Credo quod sufficeret exprimere peccatum per honesta uerba, ut dormiui cum tali, uel cognoui eam, nec oportet confitentem dicere turpia, sicut ribaldus loquitur hoc, idem dicit Guglielmus, non enim debet homo inhoneste loqui, sed sufficienter quantumcumque uerba, per quae confessor sufficienter intelligat peccatum, cum suis circumstantiis, aggrauantibus notabiliter, et Innocentius in glo. super c. ois, prouer. 28. Qui abscondit scelera sua, non diriget; qui autem confessus fuerit ea relinquens, misericordiam consequatur; uel sic nuda, quia non debet confiteri per nuntium, nec per epistolam, rationem assignat Petrus de Tarant. in 4. dist. 17. quod quantum ad confessionem in quantum est actus uirtutis, posset confessio fieri per nuntium, uel epistolam, tamen in quantum est pars sacramenti, habet determinatam materiam. scilicet actum, quo praecipue consueuit conscientia hominis manifestari, & sicut in baptismo illud assumitur in elementum, cuius maxime usus in abluendo, ita est in confessione assumitur ille actus quo maxime consueuimus manifestare, scilicet proprium uerbum, unde si in necessitate non licet alicui uerbo peccata sic confiteri, in necessitate uero potest defectus eius suppleri per actum equivalentem, ut cum alicuius lingua non intelligitur, confiteatur per interpretem, ita tamen quod praesens sit ut glo. no. super summam Ray. §. 26. nuda. super uer. nuntium. mutus confiteatur, uel per interpretem, uel per scripturam, uel per nutum muti, dominus enim non requirit ab homine impossibile, concordat his et si sacerdos absens est, non oportet ei per nuntium, uel per scripturam confiteri; de illo igitur iudicandum est, sicut de eo, qui non habet copiam confessoris: Idem est Thomas, nota, ut dicit Thomas. cum quis in necessitate confitetur laico, uel per interpretem, laicum tenetur omnino celare laicus, quia licet non sit, sacramentum, est tamen quid sacramentale; non

sufficeret etiam si aliquo praesente coram aliquo sacerdote, alius dicat peccata eius; quia non debet fieri pro nuntium, de pe. di. 4. c. quem penitet, circa principium. & est Augustinus in libro de poenitentia. Praecipit. n. dominus mundandis, ut ostenderent ora sacerdotibus, doces corporali praesentia confitenda peccata non per nuntium, non manifestanda per scripturam: dixit. n. & ora monstrate, & oes, non unus pro oibus, non alium statuatis nuntium, qui pro uobis offerat munus a Moyse statutum, sed qui per uos peccatis, per uos orubescatis; unde notat glo. uerbo, si tamen sacerdos interroget penitentem, & ille ad interrogata respondet, sufficit, quantum ad ea, de quibus interrogatur, nisi sit talis, qui potius dimitteret confiteri, quam ore proprio confiteri peccatum, hoc enim de superbia est, de pe. dist. 5. c. consideret. uersus finem; nec debet fieri absolutio per scriptum, uel per nuntium; sed praesens confitens a praesente sacerdote debet absolui. Sed nunquid unus potest audire penitentem, & alius absolueret? Guiel. glo. Ray. Respondet, quod non, quia sacramentum praesens non est diuidendum, sicut deus de episcopo, qui manum imponebat in ordinatione, & alius sacerdos uerba proferebat. 23. c. quorundam, ita quod tales ordines non recipiebant glo. haec habes, quod duo imperfecta sacramenta non constituunt unum sacramentum perfectum; & hoc ideo quia sacramenta sunt unitatis, non diuisibilitatis, & unitas diuisionem non recipit. 24. q. 1. quod loquitur, idem dico in sacramento baptismi, & eucharistiae, & in oibus illis, in quibus certa forma desideratur. De septima conditione. scilicet discreta, ut scilicet quaerat discretum confessorem, quod sciat ligare & soluere, & hoc intellige de illis, qui habent potestatem, uel a proprio sacerdote, uel ab ordinario, uel a Papa, uel a delegato Papae, aliter necessaria est consenti licentia a parochiano suo, quia unus est casus, est, in quo oportet iterari confessio; si deficit sacerdoti clauis scientiae, quod nescit discernere. unde Bonaventura in 4. di. 17. q. iuxta litteram, quod tunc cum Mag. dicit, quod quaerendus est sacerdos sapiens, & discretus, quare fieri hoc debet. nam cum simplex sacerdos ita bonam missam cantat, sicut sapiens, & ita bene baptizat, ergo uel, quod ita bene absoluat; quaeritur et uerum simplex sacerdos peccet in absoluendo, uel et in audiendo confessiones, & hoc uel, quod sic, quia qui se intromittit facere; quod nescit, usurpat alienum, & ois talis peccat mortaliter, & grauiter, ergo sciendum, quod sacrum, siue sit clauis, siue non, tamen necessitate sacerdoti tanta scientia,

A tia, quod sciat discernere in peccatis comibus, quod ueniale, & quod mortale, & quod sciat semper ad quae peccata potestas sua potest se extendere, & hoc quia alia penitentia danda est pro ueniali, & alia pro mortali, & si ad aliquod genus peccati non potest extendere manum; illud est ei necessarium cognoscere, alioquin in periculum animae suae, & conscientiae audit confessio nes, & si subditi cognoscunt eius simplicitatem, tenent consulere, & discretos aliquando utique; peccant grauiter, & de hac discretionem loquitur Augustinus alia est discretio qua sciat per habitum acquisitum discernere inter perplexitates peccatorum, in talibus est de bene esse, in talibus autem securiorem debet uiam semper eligere, & sapientes consulere, ad illud quod obijcit de missa, dicendum quod non est simile, quia ibi est uis in uerbis, ad non statutis, hoc autem requiritur, ut consulat, & iudicet secundum scientiam, quae est in ipso, quid autem quaeritur utrum peccet? dicendum quod carens discretionem necessaria peccat, & qui eum sustinet, ut est episcopus, uel alius similis. unde notat in summa Io. 5. & quando scientia requiritur in sacerdote lib. 3. tit. 5. de prudentia ordinandorum, sed peccatores libenter quaerunt tales, recitauit mihi quaedam mulier nobilis praesens filio. Filius autem hic ibat ad uillam suam ad confitendum cuidam sacerdoti, qui uocabatur donnus Sgratiatus, & cum ille confiteretur de accessu ad mulieres, & sacerdos, tunc dicebat; o fili istud met accidit et mihi, & sic de consimilibus, contra quos Augustinus clamat lib. de penit. transumptiue uero de pe. dist. 1. c. quem poenitet. sic inquit, qui uult poenitere aliam confiteri peccata, ut inueniat gratiam, quaerat sacerdotem scientem ligare, & soluere; ne cum negligens circa se extiterit, negligatur ab illo, qui eum misericorditer monet, i. petit, ne ambo in foueam cadant, quam stultus uitare uoluit, det esse discretus, i. distinctus ac separatim singula peccata confiteri. psal. lauabo per singulas noctes, i. singula peccata lectum meum, i. conscientiam meam, lachrymis meis, stratum meum rigabo, non enim sufficit peccata in generali confiteri, & hoc pro multis causis, ut ait Alex. de Ales in 4. una est ex parte confitentis; sicut enim ex auersione a Deo, culpa committitur, sic ex conuersione ad Deum cum contritione, & obligatione ad penam culpam remittitur, dolor enim contritionis debet esse ex separatione a Deo: poena uero qua sacrificio debet respondere delectationem, quam in conuersione ad creaturam ha-

buit, & quia ista conuersio trahit peccatum in speciem, & confessio, quae fit ratione poenae iniungendae, debet fieri in specialia: alia ratio est ex parte sacerdotis, qui non potest taxare quantitatem poenitentiae, nisi sibi innotuit per confessionem quantitas culpae: quantitas autem culpae non potest cognosci, nisi fiat confessio de singulis peccatis, & circumstantiis aggrauantibus. Tertia autem ratio est ex parte status, nunc enim sumus in statu, seu lumine gratiae, ideo sicut in lumine, nihil absconditur, sic nec in confessione detur aliquid occultare: occultaretur autem si confessio fieret in genere. Quarta ratio est, quia secundum Hieronymum quod sanat oculos non sanat calcaneum, unde medicinis particularibus sananda sunt infirmitates particulares, & hoc in spiritualibus, sicut in corporalibus, actus autem, & operationes sunt circa singularia secundum Philosophum, ergo cum confessio sit medicina quaedam, non adhibenda est morbo generali, sed particulari; & morbi sanandi sunt confitendi particulariter: quod si forte obijceres, quod contingit cogitantem se offendisse Deum, conteri in generali, & illa contritione peccata deleri, similiter videtur, quod contingit, quod aliquis confiteatur peccata in generali, ipsum illa confessione absolui a reatu. ad hoc Alex. de Ales in 4. dicendum quod contritio refertur ad Deum proprie loquendo, qui omnia nouit specialissime confessio fit homini, quem oportet iniungere poenitentiam secundum exigentiam meritorum, quod non potest, nisi sibi fiat discreta, & particulata confessio; nec etiam nego quando oporteat aliquo modo conteri de peccatis in particulari, dum enim committit se poenitens super peccata mortalia, uel conuertendo se ad Deum, a quo se auertit; & sic ut. ultimo sufficit si confiteatur illa Deo in generali, uel secundum quod illa opere, uel consensu perpetravit, & sic per super singulis conteri, uel confiteri. Ber. super Cant. omne quod remordet conscientiam, confiteri humiliter, pure, & fideliter. Ray. quaeritur, quid de confessione, ex qua frequenter sacerdotes, & alij confitent se commisisse omnia peccata, uel reos omnium malorum, & haec Ric. & dicit, quod taliter confitens loquitur in persona ecclesiae, uel dicit, sicut dicit Augustinus quod in uno peccato possint multa peccata notari, quod autem secundum consuetudinem quarundam terrarum dicitur in tali confessione peccati in oibus uitiis, in quibus potest homo peccare peccare, & similia, intelligit in generibus singulorum, & non de

- A** singulis generum. q. d. peccavi cogitatione, loquutione, opere, & omissione, quasi idem dicit Host. verbo nunquid ergo peccat, & sequentibus, & addit non tñ est approbada, immò uituperanda, quorūdam capellanorum consuetudo, qui addunt de pollutione putantes, hoc sufficere pro confessione, sed se ipsos seducūt, quia ad huiusmodi mortalia requiritur cōfessio spūalis, & sacramentalis; vel discreta dēt esse confessio, i. cōfessori suo facta; sed uidendum cui confessio est faciēda. Resp. Ray. §. 15. dēt. quilibet debet regulariter cōfiteri sacerdoti, nam solis sacerdotibus dedit dñs ptatē ligandi, & absoluendi cū dixit Io. 20. quorū remiseritis peccata, remittunt eis; & quorū retinueritis, retenta sunt, & de Pē. di. 1. verbum Dei; & est tex. Ambr. verbum Dei dimittit peccata, sacerdos est iudex, sacerdos quidē officium exhibet, & nullius potestatis iura exercet, & paulò post dñs parius & soluendi esse uoluit, & ligandi; q. citra qui pari cōditione promissit; ergo qui soluendi ius non habet, nec ligandi: ius. n. hoc solū promissum est sacerdotibus. Hęc ille: non tñ cuiuslibet sacerdoti, licet. n. & que oēs sacerdotes in ordinatione recipiant potestatem, ligata tñ est, ita q. nō possunt eā exequi non data sibi auctoritate ab epō Diocesano, uel ab Apostolica sede, uel ab alio potēti dare: vñ dicit hoc glo. Guil. in Ray. super verbo ligata potestas hic in propriē dñs ligata, sicut si dicere ligata potestas comedēdi in eo, q. non hēt, quid comedat, sequitur in Ray. hoc idē intelligas de sacerdotibus religiosis, ac reclusis, quia nec illi de iure possunt iungere penitētiās, nec baptizare, nec prædicare, & similia, quia pertinent ad curam aīarum, nisi ad epō, tñ cōsensu sui Abbatis, siue Prælati sui fuerint instituti. 15. q. 1. peruenit ad nos, vñ ualde miramur, q. dam Monachi, & Abbates in parochia uestra contra patrū Sāctorū decreta epālia iura, & officia sibi arroganter uendicāt, cum penitentiam, & remissionē peccatorum reconciliatorū, decimas, & ecclesias, cū absq; proprij epī licentia, uel Apostolicæ sedis auctoritate, hoc nullatenus præsumere debeāt sicut i. Calcedonēsi cōsilio a Sāctis patribus, de huiusmodi cautum, & statutum est, & sub anathematis uinculo Monachis oībus prohibitum, & §. ecce in hoc. & iste clarius probat eadē causa. 2. q. Seculari tñ dari potē potestas absoluendi ab excōicatione, quę est pēna iuris, quia est potestas iurisdictionis, non ordinis; sed absolutio crimi-
- nis, q. fit cum psal. & orōne, non pot, quia est potestas ordinis. Host. et §. 7. cui confitēdum, dicit q. sacerdos, ex quo sibi cura aīarum cōmissa est ab epō sine alia licentia speciali potestatem habet audiendi confessiones parochianorum suorum, & excōicandi, & absoluendi exceptis prohibitis, ut extra de offi. archip. c. 1. & 2. No. et fm Host. uerbo, & nunquid, q. cum penitentia sit de iurisdictione uoluntaria, quilibet curatus sacerdos poterit ubique, s. intra territorium parochiæ suæ, & extra parochianum suum absoluere; quia consilium gñale extra de pē. & re. c. oīs. de loco nihil exprimit ff. de offi. proconsul. l. 2. Sed si obijceres, q. quilibet nostrū sacerdoti possit confiteri p illud Iac. ult. confitemini alterutrum peccata uestra. Textus non vñ magis loqui de sacerdotibus, quàm de laicis, ergo nō solum sacerdotibus, & de pē. di. 6. Qui uult, & est textus Aug. in lib. de uera, & falsa penitētia, tantaq; uis confessionis est, ut si deest, sacerdos confiteat proximo. Ad hoc Respō. Alex. de Ales in 4. q. multiplex est potestas absoluendi, sicut dicunt quidā, quādam est auctoritatis, & hęc est solius Dei; alia est excellentiæ, & hęc est Christi hoīs; alia cōfessionis, siue ministerij, & hęc est sacerdotis, cui est cōmissa potestas absoluēdi in sūptione ordinis sacerdotalis; alia est ex merito, & hęc est uirorū sanctorū; alia est ex uinitate fidei, & hęc est oīum fidelium; hi duo modi ultimi potius dicunt impetratiōne absolutionis, uel implorationem, quam efficaciam, uel iudiciū; dicēdum ergo q. licet immo expedit qñq; confiteri peccata sua alij, quàm sacerdoti, ut. si iuuentur ab eo, uel oratione, uel instructione, & erubescat peccata sua, & humilietur confessione tali, & sic mereatur erubescētia, & humiliatio, sed hęc confessio est opus uirtutis. Vñ Ber. sup Cant. uir perfectus tantus est amator uirtutis, q. uellet oēs nosse sua mala, dū tñ non esset eis occasio mali, sed boni; sed illa solum, q. ordinata est ad reconciliatiōnem, quæ fit per absolutionē, & ligatiōnē, quæ potestas est solis sacerdotibus tradita. ad illud Iac. Confitemini alterutrum. Alex. de Ales dicit, q. confessio fit dupliciter in gñali, qñ dicit suum confiteor, & in speciali qñ quis dicit peccata sua; cōfessio specialis fit solis sacerdotibus, sed generalis oīb. confitemini alterutrū, s. sacerdos sacerdoti speciali, & uniuersaliter vnus alteri confessione generali, fm Bedā intelligit de mortalibus, & uenialibus; de mortalibus quantum

- A** tum ad pceptum. s. sacerdotibus, de uenialibus quantum ad consilium alijs. Ad aliud q. confiteat proximo, de pē. di. 6. Qui uult. Subiungit textus, q. laicus non pot absoluere, sic inquit. Tanta est uis confessionis, ut si deest sacerdos, confiteatur proximo, & si ille cui confitebit potestatem absoluendi non habeat, sit tñ dignus uenia ex desiderio sacerdotis, qui locio confiteatur turpitudinem criminis. Discreta. s. discreto cōfessori, i. q. et facias sacerdoti, cui debes: iā enim dictum est, q. nō oībus sacerdotibus possimus confiteri, cum ex statuto ecclesiastico. de pē. & re. oēs dicatur: q. oīs fidelis saltem semel in anno proprio confiteatur sacerdoti, quā rōnem assignat Pet. q. ad effectum aliqui duo requirunt, s. potentia actiua in agēte, & materia determinata, seu debita in suscipiente, hinc est q. ad effectum ligandi, & soluendi requirit potestas clauium, quæ datur in ordinatione, & materia debita. s. subditus, q. hñ ex iurisdictione. vñ dico, q. nō sufficit sacerdoti cōfiteri, cuiuslibet sacerdoti, sed oportet pprio confiteri. Cū hęc Tho. in 4. di. 17. cū sacerdos nō soluat nisi ad aliqd faciendū, & ille solus pot absoluere, qui pot per imperium ad aliqd faciendum ligare, ideo oportet, q. homo proprio confiteatur sacerdoti, alienus autem non pot eum absoluere, uel ligare, per illā regulā extra de uerbo. sign. c. exijt, qui seminat, cū non habeat imperiū par in parē, de pē. dist. 6. placuit. proprius aut sacerdos. quo ad hoc, ut dicit Host. sub §. cui patriarcha. uerbo breuiter. in fi. ubi ponit tres mediatos sacerdotes, & proprios cuiuslibet hoīs, i. Papā, Diocesanum, & proprium sacerdotem, & adde legatum Papæ, uel quibus isti indulgent, per specialem licentiam et sine literis extr. eod. tit. oīs. alienū aut. s. parochianum alterius sine licentia sui superioris, non pot iudicare, quia non dēt mittere falcem in messem alienā. 9. q. 2. ex statuto Calixti. nullus alterius terminos usurpet, nec alterius parochianum iudicare, aut excōicare presumat: q. talis iudicatio, aut ordinatio, aut excōicatio, uel dānatio, nec rata erit, nec uires ullas habebit, qm nullus alterius iudicis non sua sententia tenebit, aut damnabitur. Vñ de dñs in Euang. et loquitur, dicēs, ne trāsgredieris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. Ex quo concludit q. Minores, & Prædicatores possunt cōfessiones audire ex priuilegio Clementis, ut hñ extra de sepult. dudum. sed not. q. olim licebat eis ex priuilegijs, & specialiter ex constitutione Benedicti, quæ incipit inter cunctas, quę hodie uacant, sed per Clem. ut possint audire, oportet q. Magist. uel prouincialis prædicatorum, aut eorū vicarij, & generales, & prouinciales ministri uel custodes minorum, primo quidem accedant ad præsentiam ordinariorum, per se, uel per alios, & petant, ut fratres, q. electi fuerint in eorum ciuitatibus, & Diocesibus cōfessiones audire ualeant, & penitentias imponere, & penitentes absoluerē, & post hęc dicti prælati ordinū eligant personas idoneas, & præsententur, uel faciāt præsentare dictis prælati ecclesiarum, ut de ipsorum licentia, & gratia possint audire confessiones; qui tñ præsentati non poterunt pp hoc audire in alio episcopatu, & debent ipsi electi in monasterio, prout uniuersitas cleri. uel populi exigit, & si prælati licentiam concesserint, tunc prædictæ personæ, dictum officium exequantur; sed si dicti prælati ecclesiarum quanquā de presentatis, nō miserint, loco eius ponatur alius, si uero absolute licentiā dare uoluerint, & generaliter, quilibet habens priuilegium pot audire confessiones, eo modo, quo sonat in priuilegijs suis: sed uidendum, si audienda confessio possit alteri committi. Resp. fm Tho. & Pet. in 4. dist. 17. Si aliquis non possit idcirco audire confessiones alterius, quia non habet iurisdictionem pot ei committi per quemcunque dominātem iurisdictionem in ipsos, qui audiendi sunt, ut per Papam, epū, & parochianū. Si uero aliquis non possit audire, quia non hēt executionem ordinis, non potest sibi cōcedi, q. confessiones audiat, nisi per eum, q. hoc impedimentum remouere pot; & nota hoc, q. si et per proprium sacerdotē committitur, nō pp hoc oportet, q. committat talij, qui aliter habebat iurisdictionem, ipse qui sacerdoti cōmittit. Item nota fm Tho. q. quādo per superiorem committit alicui sacerdoti, q. possit audire alienos parochianos, non sit præiudicium proprio sacerdoti, eo q. iurisdictionis potestas non est cōmissa alicui in fauorem suum, sed in utilitatem plebis, & honorem Dei, & ideo si prælati superioribus uideat expedire ad honorem Dei, & salutem plebis, q. alijs committant, in nullo sit præiudicium inferioribus prælati, nec teneat subditus iterum petere licentiā a proprio sacerdote, quā ius Ber. in quidam glo. dicat, q. sic, quæ glo. postea per Clementem 4. tanq. oīno falsa fuerit, in quo dum priuilegio indulto minoribus,

A ribus, & prædicatoribus, q̄ incipit, quidam temere; & sicut determinatū in eo, q̄ illi quibus a superioribus committit, possint audire et parochianis contradicentibus, & inuitis, hoc ipsum et tenet Io. An. ext. de p̄. s̄. p̄. li. 6. & confessus sacerdoti h̄nti cōmissionē a superiori, nec dicit est, non tenet confiteri proprio sacerdoti, ut in extra. Io. 22. quæ incipit uas electionis, & ratio quare non potest contradicere, est, quia par in parem nō habet imperiū, aut minor in maiore nō hēt p̄tatem. Vñ Tho. dicit, q̄ est bonū, q̄ ille q̄ auctoritate superioris cōfessionē audit, inducat cōfitentē, q̄ et confiteat proprio sacerdoti, uel saltem semel in anno se præsentet sacerdoti, denuntiās non esse in peccato mortali, & postulet eucharistiā, uel si data fuisset dilatio ad cōicandū, ei innotescat p̄p̄ periculum mortis, quia si sacerdos nesciret, & trāsiret t̄ps rōne statuti, posset negare ecclesiasticā sepulturā, ut h̄ extra de p̄. & re. c. ois. gr̄a cuius quærit utrū sacerdos parochialis debeat credere subdito suo dicenti se alteri confessum esse. Tho. in 4. de quolibet dicit, q̄ in foro iudiciali creditur homini contra se, sed non pro se, est enim distinguendum, quod duplex est impedimentū, quo quis a perceptione eucharistiæ impedit: si. n. impedimentū sit ad forū iudiciale pertinens, puta excōicatio, nō tenet sacerdos suo subdito tradere, quem excōicatum nouit, nisi ei de absolutione confiteri, nec et si sit usurarius notorius, nisi confiterit de cautionibus restituti, dicit etiā Host. q̄ si quis declinat a proprio sacerdote, & confiteat prælato suo, si peccatū est enorme, & manifestū, non tenet credere, p̄prius sacerdos, q̄ cōfessus sit, & absolutus, nisi cōfiterit per literas. Si aut sit impedimentū, q̄ ad forū penitentialē pertinens peccatum tenet ei credere, & iniuste agit si denegat ei eucharistiā, qui dicit se esse cōfessum ab eo, qui habet auctoritatē p̄t̄ ille cōfiteri, nec p̄t̄ compelli, q̄ ea peccata, q̄ cōfessus est, iterū confiteat: notate ergo fratres minores, & prædicatores si audiāt cōfessiones extra diocesim, sibi cōcessā, ut puta si Bononiensi, audiūt Ferrariensi. nō possunt absoluere, & ita si non p̄ntati audiūt eodem modo, quos absoluunt, nō sunt absoluti, quia nō possunt absoluere, nisi eo modo quo eis concedit in priuilegio, & qui sunt ab eis absoluti, si in eis erat scia huius nō, sunt absoluti, nec quo ad Deū, nec quo ad ecclesiā. Si uero credebāt ipsos sacerdotes, ad quos accedebāt posse eos absoluere, sūt absoluti, quo ad Deū, attū si post cōfessionē eis cōfiteri

terit, debet denuo cōfiteri oīa illa peccata, q̄ cōfessi fuerūt; quia unus de casibus, in quo cōfessio debet iterari, si. si ex parte sacerdotis deficit potestas absoluendi discretā, i. discretō fiat confessori: gratia n. huius quæritur si aliquo casu possit quis confiteri, quam proprio sacerdoti; & intellige de illis, qui non habent auctoritatem uniuersalē a Papa, sicut frater minor, uel penitentiarius epi, & c. Tho. in 4. dist. 17. Si subditus scit sacerdotē suū esse hæreticum, aut sollicitantē ad malū, aut fragilem ad peccatū, q̄ quis ei confitetur, est pronus, uel si probabiliter estimat reuelator confessionis, uel sit peccatum, de quo quis uult confiteri contra eū sit cōmissum, in ijs, & similibus, q̄ quibus probat, timens penitens ex confessione facta periculum sibi, uel sacerdoti imminere, debet recurrere ad superiorem, uel petere licentiā alteri confitendi, q̄ si licentiā h̄re non poterit, idem est iudicium, q̄ de illo, qui non habet copiam confessoris. vnde magis det eligere confiteri laico, nec in hoc transgreditur quis præceptū ecclesiæ, quia præcepta iuris penitus non se extendunt ultra intentionem præcipiētis, quæ est finis præcepti, hæc aut est charitas, & Ber. dicit de præcepto, & dispensatione, q̄ pro charitate institutum est contra charitatem, militare non det, nec in hoc fit iniuria sacerdoti, quia d̄ 11. q. 3. priuilegium itaq; ammittere meretur, q̄ p̄missa sibi abutit auctoritate, uel potestate, & intellige si nō p̄t̄ h̄re aliū. Inn. & Host. ext. eo. ti. c. ois, addunt, uel dicēdo q̄ si non inueniat alium cui confiteat, nisi illum, quē ex iusta causa recusat. Resp. si iustā causam habet, quia timet, q̄ ex confessione posset periculum, & graue peccatū, uel scandalum prouenire; tunc eligat sine confessione mori, & soli Deo cōfiteatur, uel dicat melius, q̄ confiteatur peccata in ḡne, sed non circumstantiā, de qua posset malum prouenire. Ita. n. ordinabitur, ordinauit Deus oīa opera suā, quod nunquā uoluit ad malum ex eis peruenire, iste est tex. glo. Inno. ad litteram. Host. ponit octo casus, in quibus p̄t̄, q̄s audire confessionē alterius parochialis. Primus q̄n̄ p̄prius sacerdos oīno est indiscretus, de p̄. d. 6. placuit, ut nulli deinceps sacerdoti liceat quilibet commissum alteri sacerdoti ad penitentiam suscipere, sine eius consensu, cui se prius commisit nisi p̄ ignorantia illius, cui penitens prius confessus est. Glo. ergo pro ignorantia eius auctoritate huius canonis poteris ad aliū sine licentiā hoīs præbyteri illius imperiti sufficit hoc a iure concedi, sed nunquid creditur ille

A ille extraneus simplici uerbo eius penitentis, qui dicit suum sacerdotem imperitum? sic quia non est uerisimile, quod cum mendacio ueniat ad penitentiam, nā de p̄. di. 6. q. uult; sed hoc det fieri cōlicia, ut ext. de p̄. c. ois, quā licentiā si proprius sacerdos non uult dare, p̄t̄ ipse ad alium ire arg. extra de regul. licet, uel uadat ad superiorem, ut eū cōpellat uel ut ipse det licentiā, arg. de iur. pa. nullus Tho. & Pet. di. 2. r. in fine, si. in expositione dicunt, quod hoc, quod dictū est de indiscretionē, intelligitur q̄n̄ tanta est ignorantia, quod nullo modo sufficit subditum dirigere, sed posset eum ducere in errorem. Host. postulet, & obtineat, hoc intelligitur nisi in imminente necessitate nō possit h̄re recursum ad superiorem. Petrus ubi sup. dicit, q̄ si oīs est ignorans licentiā petita, et si non obtenta. Secundus casus quādo parochianus transtulit domiciliū suum, nā certe ille, ad quem transit non est alienus, sed suus, extra de paroch. c. si. Tertius casus cum quis est uagabundus. si. de iudi. h̄res ab eius. Quartus cum quis quæret domiciliū quo se transferat, nam & is sine domicilio est. si. ad municipales. l. labeo, & eius. S. celsus. Quintus cum quis deliquit in aliena parochia extra de rapt. c. r. & 6. q. 3. placuit ut nullus ep̄orum grauius ferat si eius parochianus pro deprecationis causa ep̄s excōmunicauit, si t̄n̄ occultū est, & nō sit excōicatus a prelato illius loci, p̄t̄ de hoc et cōfiteri proprio sacerdoti, si aut est excōicatus a prelato illius loci p̄p̄ illud peccatū sicut consueuit fieri in furtis, & huiusmodi, quorum ignorantur auctores, mittendus est talis ad excōicatore, & absoluendus est ab ipso. glo. hic sup. uersiculo in parochia sua dicit: hunc non credo generaliter accipiendum q̄ dicit ius, q̄ rōne sortitur quis forū contentiosum, quia p̄t̄ incontinenti, & iudicari, & puniri de crimine ibi commissio; sed si quis Bononiensis commisit unum peccatum Ferrarię p̄p̄ quod non esset Ferrarię excōicatus, ut puta peccauit peccato luxurię, nunquā poterit de illo confiteri Ferrarię, uel alias non habita licentiā diocessani sui, uel parochiani. Dicendum q̄ nec de illo solo, nec de alio p̄t̄, quia hoc non pertinet ad forum causarum. Sextus rōne studij, ut clerici de prælatorum suorum licentiā accedant, dum ibidem manent, arg. si. de iudi. l. si longius. S. r. Septimus tpe necessitatis, ut quia infirmatur ad mortē, uel quia ingreditur instum bellū, siue mare, & deest proprius sacerdos: itaq; et tunc laico habet

confiteri, de p̄. di. 9. sanē. Octauus si ponit spem in ira sacerdotis proprii. Hæc Host. sed iste octauus casus cōiter non tenetur, quia rati habitio in talibus non habet locū, extra de regul. iuris, actus, adducit tamen Host. & Ray. q̄ in oī casu, in quo quis audire parochianum alienū consulunt, q̄ iniungant, quod se proprio sacerdoti representent, arg. extra de sent. excōm. de ceter. & c. ea noicitur, & c. de ijs, in fi. Quæritur modo generaliter utrū in his casibus. si quando quis p̄t̄ confiteri alteri, quā proprio sacerdoti, possunt audire confessiones illi sacerdoti, quibus non est data potestas. Host. & Ray. dicunt, q̄ non quando sunt alij, qui habeant, ut puta petant licentiā a sacerdote suo. seundi ad illum, qui hēt auctoritatē, uel ab ep̄o, uel a Papa, uel a delegato Pape, & si non uult dare, uadat ad ep̄m; & si ep̄s non uult dare uadat in fra ambitum episcopatus. si aliquis est, qui habeat; & si non est et licet ad alios ep̄atus trāsire; sed nota q̄ duo non solum de habentibus iurisdictionem uniuersalem, sed in suis parochijs, q̄ uult dicere Ray. & glo. quia licet quis possit declinare a proprio sacerdote, p̄ hoc non datur iurisdictioni illis, qui nunquā habuerunt, quia sacerdotes non possunt confessiones audire nisi ab ep̄o fuerint licentiati, & instituti, nisi in casu necessitatis, si alius non possit haberi; quia discreta debet esse, i. suo, & non alieno, quā de peregrinis, & romipetis dicit. glo. uolūt super uerbo longū iter suscipere, ceperūt peram, & baculū a p̄prijs sacerdotibus, uel aliter cū licentiā suorum sacerdotum, iter arripuerunt eo ipso præsumendum est, datam esse eis licentiā confitendi, & alia sacramenta recipiendi, hoc et Innoc. in glo. super c. omnis, & addit, si autē sine licentiā sacerdotis proprii peregrinantur, non possunt absolui ab alio, nisi in necessitate, & idem est de negotiatoribus, & alijs uiatoribus: unde tutius est semper licentiā petere, & obtinere in talibus, idem ponit Host. in glo. si autē peregrinans qui habet crimen, cuius absolutionem retinuerat sibi ep̄s nunquam in peregrinationem p̄t̄ absolui, & maxime si in stat tempus generalis cōionis, ut in Pascha, sed debet ei iniungi, quod cum haberit copiam sui episcopi iterum confiteatur ei, & ab ipso accipiat penitentiam de illo, hæc ille. Verius uero quod si fuerit tanta necessitas quod ipse potuit absolui ab aliquo, non oportet, q̄ iterū absoluat, oportet t̄n̄ q̄ si est ad satisfaciendū satisfaciatur, & etiā si ob dictam

A dictam causam fuisset excōicatus, & ab ipso sacerdote fuisset absolutus, si postea nō præsenteret se epō, reincident in eandem excōmunicatione, extra de sen. exco. li. 6. si uero nō fuit necessitas, nec absolutio ualuit. Discreti, si uicinus uicinū sacerdotem possit absoluere a mortali, sine licētia superioris tacita, uel expressa, generali, uel speciali: nā si ep̄s hoc scit, communiter fieri, & tollerari, eo ipso præsumentum, & ipsum tacitē approbare, & licentiā dare. Hof. sub §. presbyter. Similiter dicit, q̄ non debent hoc facere sine licentiā superioris, cū hoc non multū expedit. Discreti, discreto. confessori. s. cui debent Reges, & dñi seculares confiteri. Hof. sub §. q̄ prateri. Si Rex hēt domicilium principale in aliqua ciuitate, illi ep̄o cōfiteri dēt, uel sacerdoti, nisi sup hoc haberet priuilegiū. idē dicendum est de Duce, & Marchione, & de oībus habētibus latas iurisdictiones in diuersis locis; & nō oportet, q̄ si principaliter possunt cōfiteri, & nō in cuius parochia morant, uel q̄ tutius est, de licentiā ep̄i eligāt; si loca sunt in diuersis ep̄atibus de licētia utriusq; ep̄i, uel metropolitani; sed si sunt in diuersis puincijs recurrat ad primatē, uel ad Papā, quia istud est sine quāst. Quid de illis, q̄ per partē anni manent in una parochia, & p̄ aliam partem in alia parochia. Hof. in c. oīs. §. cui rufici. dicendum q̄ si transferunt se aīo remanendi, facti sunt parochiani illius; si autē non intendunt derelinquere domicilium antiquum, debent utriusq; presbytero confiteri, uel de eius licentiā alteri, & idē dicendum est de familiaribus, qui cum eis morant; nulla n. cōsuetudine pōt induci, q̄ aliquis prater sui superioris licentiā possit sibi eligere cōfessorem, qui eū possit absoluere; uel ligare, ut h̄ extra de peni. lib. 6. c. si ep̄s. nulla quoq; pōt consuetudine introduci; q̄ aliquis prater, &c. ut sup. & nota hic in principalis huius cap. q̄ si ep̄s dat alicui licentiā, q̄ possit confiteri, cui uult; non p̄ ea concedit, q̄ possit absolui a suis casibus, nisi superiori faceret mentionē, vnde de tex. sic dicit, si ep̄s suo subdito concessit, ut possit sibi idoneū eligere sacerdotē, ille quem is elegerit in casibus, qui eidem ep̄o specialiter reseruant, nullam habeat potestatem, cum in generali confessione illa nō ueniant, quā non esset quis uerisimiliter in specie concessorū, quid de confessione facta sacerdoti, qui de iure non tenet beneficium. Hof. Cū talis sacerdos, nec ligare, nec absoluere possit; decipiant aīa extra de pa-

rochia. c. nullus, & licet aīa habeant iustam causam ignorantia ac si omissa essent, requireretur sanguis eorum ab ijs, qui eos p̄dere uoluerunt, extra de offi. ordi. c. in refragabili. Innoc. in glo. extra de elect. sup. c. dudū ecclesie rothomagensis pōt dici aīas non deceptas, cum ab oībus habeat platus, & ualet penitentia ab eis recepta, ueniā. n. meruit, quia ignorans deliquit. 8. dist. cōsuetudo, sed sciat antequā moriā, credimus, q̄ de nouo debet ire ad uerum sacerdotē, extra de p̄. & re. oīs arg. extra de præs. non bapt. ueniens, q̄ si uenerit ad Deum, q̄ nō sit baptizatus, debet denuo ordinari, uel posset dici, q̄ uere absoluit, quando tollerat a superiore. 8. q. vlt. nōne. Hof. uero in gl. super idē c. dicit, q̄ hoc consilium est, & tucius tamē sentit, q̄ hoc non sit necessitatis, quia dicit, q̄ talis præsbyter uere absoluit, ex quo curā tenet, quamdiu probabilis est ignorantia; & ab ecclesia tollerat, sed scienter debet ad talem ire, & sic intelligit decret. Nota, q̄ si inferior absoluit penitentem, a toto, hoc est si haberet aliquem casum a quo non posset absolui. Tho. in 4. de quolibet dicit, q̄ quamuis aliqui aliud aliquādo senserunt, non tamē credo q̄ ipse sit absolutus excusat ille, q̄ absoluitur p̄ ignorantiam iuris, non autē sacerdos cui non licet hoc ius ignorare, si de facto absoluo aliquem de excōicatione, de qua non possum, & postea aduertā utrū debeat si possum certificare eum de errore meo, & cōsulere, q̄ impetret absolutionem, & interim de eo me habere ad illum quasi non absoluissem, hoc uero Riccardus in 4. dist. 17. art. 3. q. 3. quærit utrum confessi non sacerdoti quem sacerdos parochialis possit loco dicens eū esse sacerdotē, teneat illa eadē peccata iterū confiteri, postq̄ confiterit eis illū cui cōfessi fuerint, sacerdotē nō esse, & q̄ tales tenent illa eadē peccata si illorū sūt memores, iterū cōfiteri sacerdoti, quia fm rei ueritatē de illis nō sunt rectē cōfessi, nec facti p̄ nīa susceperūt, nec tñ iudicandi sūt peccasse, tanq̄ transgressores statuti de cōfitendo, q̄ eos ignorantia inuincibili excusauit, & dico, q̄ illa cōfessio illis fuit meritatoria, nō tñ eis tā utilis ceteris paribus, ac si sacerdoti cōfessi fuissent, q̄ nō sacerdos nō pōt cōferre penitenti benedictionē, q̄ sacerdos uel clauū; hęc ille, idē iudiciū de alie no. sacerdote, q̄ in absolutione nihil facit. Octaua cōditio est, q̄ debet esse uolūtaria nō coacta sicut cōfessio dextri latronis. Lu. 23. Qui dixit, neq; tu times Deū; nos autē quia

A quia digna factis recepimus, hic autē qd̄ do lere. n. licet debeant p̄ peccata, q̄ cōmisit, dēt tñ gaudere p̄ uitā, quā recuperat, sic i eodem, & gaudium. psal. fm multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ latificauerunt animam meam. Tho. in 4. sent. peccatum quidem sicut sola uoluntate committit: ita non nisi uoluntate accedente tolli potest; sed contra uidetur, quia pater carnalis multa beneficia pōt præsistere filio carnali in uita, similiter & pater spūalis filio spirituali, ut puta bñdictio, orōnes disciplinæ &c. & absolutionis Bonauen. in 4. dist. 18. art. 6. q. 6. dicendū, quod non est simile, quia illa sunt benedicta temporalia, quæ præsistant cōtra uoluntatem, in quibus non cōsideratur æquitas iustitiæ, ex parte suscipientis: nā sic autē est hic, & p̄ terea talia benedicta profunt inuitis, sed benedictū absolutionis nulli prodest inuito, immō obest. vnde sicut fastidiosus nō est ingerendus cib⁹ corporalis, propter qd̄ obest; & illū projiciūt, uel si suscipiunt magis grauantur; sic in proposito est intelligendum: sed si obijceres de excōmunicatione, quia excōmunicatus pōt absolui inuitus. Respō. glo. quod sicut quis inuitus excōmunicari pōt, ita & absolui, quia non requiritur tantū dispositio ex parte recipientis, sed infligitis: p̄ terea, ut dicit Alex. de Ales in suo 4. virtus absolutionis in foro poenitentiali depēdet ex ueritate cōfitentis peccata sua: vnde nisi accedat ueraciter penitens, & sine fictione, non ualet sibi beneficiū absolutionis; non autē accedit ueraciter ad penitentiā, nisi accedat cū uoluntate abstinenti a peccato; non autē simile est in foro iudiciali, in quo ad absolutionē sufficit cessatio contumaciæ & uoluntas satisfaciendi excessijs; hęc autē possunt accedere cum uoluntate peccādi mortaliter. Mag. in 4. dist. 17. sicut. n. est nobis præcepta interior penitentia, ita & oīs confessio, & exterior satisfactio, si ad sit facultas: vnde nec uere penitens est, qui cōfessionis actū nec habet, hęc ille: nemo. n. inuitus bene agit, vnde dixit psal. Voluntarie sacrificabo tibi. de qua cōditione, ut dimittat peccatū diceret, quia quod non erubuit corā Deo agere, nō erubescat homini propter Deū dicere: nā uerecundia est maior pars satisfactiois. de p̄. di. 1. quē penitet laborer mens patiendo erubescētiā, & quoniā uerecundia magis est p̄na, qui erubescit pro Christo, sit dignus ueniā. vnde Doctores monent q̄ si sacerdos agens cum muliere possit eam

audire in confessione. Respon. Guil. in glo. Ray. super. verb. laborat. Credo, quod nō, quia aufert ei erubescētiā, quæ est maxima pars penitentia, quia non erubesceret ita cū eo, sicut coram alio, debet ergo eam mittere ad aliū sacerdotem sicut not. Vgo. cōtra presbyterū Græcum. 30. q. 1. omnes. idē credo de omni peccato, in quo sacerdos fuit consentiens, uel cooperator, si tamē in his casibus absoluat suū parochianū, uel penitentē, absolutus erit; nec est cōtra, quod episcopus filio nō pōt dispensare in symonia, cum eo commissa, quia dispensatio est dignitatis, absolutio est necessitatis, & ideo ita facili, quis ammittit facultatē absoluenti, sicut & dispensandi de hac uerecundia super multa tacta sunt in alio tractatu. Vel uerecundia, ut non se iactet de peccatis, sicut sunt multi ueniens ad confessionem, qui dicunt se pulcherrimam deflorasse uirginem, non cū modo erubescētiā, sed per modū iactantia. O infelix hic miser homo, de quo iactas te de eo, quod asinus in sua specie nō scitur facere? ps. hō cū in honore esset nō intellexit, cōparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. alij autē confitentes se hominem fortē interfecisse, & taliter hoc confitentur: sicut isti cantantes de Rolando ueniunt ad illos pulchros. O infelix de quo te iactas, de eo, quod scorpio faceret, uel aranea? vnde Aug. sup. ps. 1. Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate, sic dicit, gloriaris, quia potens es in malo, quid facturus es. O potens multū te iactas, occisurus es hominē? hoc & scorpio, hoc & uua febris, & fungus malus, inanis redacta est omnis potētia, ut malo fungo torquetur. Decima cōditio est, quod debet esse integra, ut, si omnia peccata dicat, nō diuidendo ea in diuersos sacerdotes, quia iste est vnus de casibus, in quo oportet confessionē iterare, & est si tacuit aliquod mortale. Rationē autē assignat Pet. in 4. dist. quod sicut in sanatione morborū corporaliū oportet, quod vnus medicus non solum speciem morbi vnus, sed totā uoluntatem infirmi sciat, ne medicinā, quam uult adhibere vni morbo, alteri sit contraria: ita in sanatione morborū spiritualium. vnde oportet, quod fiat vni omniq; habentur in memoria: nā dominus summē bonus opus imperfectionis nō nouit, aut totū hominem sanat, aut nihil de p̄. dist. 8. c. 1. quasi in fine, & est textus Aug. lib. de uera, & falsa penit. Cautus sit penitens, ne uerecundia ductus diuidat apud

A apud se confessionē ut diuersa velit diuersis sacerdotibus manifestare, quędam enim vni celans, quę alteri manifestanda referuat, quod est se laudare, & ad hypocrisim rendere, & semper venia carere, ad quā putat frustra peruenire. Vel intellige, vt omnia peccata dicat sacerdoti, nō sibi referuat aliqua, ut hī extra de pę & re. c. oīs, oīa sua solus peccata proprio confiteatur, & c. & p. Effundite corā illo corda uestra, & non sicut aliqui qui cōfiteri, & pp uerecundiā, aut pp aliud unum retinent, & sic eis nulla ualer confessio, tales. n. faciunt, sicut quidam usurarij duo, qui ueniente septimana sancta consilium habuerunt inuicem dicens, q̄ bonum erat, ut cōfiterent, ne peiores alijs putarent, unus eorum accessit ad confessionē dicens se feneratorum, sacerdos dixit si uolebat desinere, & restituere, dixit, q̄ nō: tunc sacerdos, uade, nolo te absoluerē, & abijt tristis. Secundus accessit, & nihil dixit de usura, immō negat se esse usurarium, & sacerdos absoluit eum, & rediens ad socium inuenit eum mestū, & interrogauit, quid haberet, dixit ille: sacerdos noluit me absoluerē, pp fœnus: dixit alter, fatue, qui uolunt absolui nō expedit, ut oīa dicat. Contra quos est rō, quia est ad peccatoris accusationem confessio, si uero peccator quatuor hēt peccata, & confitetur tria mentit, & fallax est: & est alia rō, quia confessio si propter absolutionē, absolutio aut sacerdotis signum est diuinę absolutionis, sed Deus nunquā absoluit ab uno, quin ab oībus absoluat. Aug. de uera, & falsa pñā trāsumptiue uero de pte. di. 3. s. sunt plures; quos pēnitēt peccasse, sed tamen oīno reculantes sibi q̄dam, in quibus delectant, non aut aduertētes dominū simul sordidum, & mutū a dæmonio liberasse; hoc docet nos nunq̄ nō de oīb⁹ sanari, si. n. uellet peccata ex parte referuari, habentē 7. dæmonia pfcere potuit sex expulsis, expulit aut 7. ut oīa crimina simul eijcienda monstraret, legionē aut ab alio eijciens neminē reliquit de oībus liberatū pōsideret, ostēdens, quia et si peccata sūt mille, oportet de oībus pēnitere, laudandus est. n. dominus, qm̄ deiecto dæmonio loquutus est mutus. Integra et de oblitis tenet, de hoc require sup. in alio tractatu, dicit Tho. q̄ si hō peccatū, q̄ implere cōfessione oblitus fuit postmodo et confitetur alteri confessori, non pp hoc oportet totam confessionē iterare; licet hoc quidā contrariū senserint, sed sufficit, q̄ cōfitens dicat hoc peccatū, cuius oblitus fuit

expressē, & explicitē: alia autē in generali dicendo, q̄ cum multa alia peccata confiteretur, huius oblitus fuit. Magist. in 4. di. 21. q. 2. est textus Aug. 5. rñsione. contra pelagianos, ueritatem dicit Deo pœnitens, qm̄ nihil illi de cōmissis sceleribus celat, non q̄ & si uoluntate celauerit, Deus ignoret; sed ueritatē sibi ab eo dici uult, ut ueniā consequatur; si uero a mēte aliqua exciderint, ueritatē cōfiteretur Deo, cū gnāliter dixit: Deus qui nosti occulta cordis, & opera mea, & delicta a te non sunt abscondita, quibus ueniā largiaris, hęc est ueritas cōfiteris, quā diligit Deus, unde psal. Ecce. n. ueritatem dilexisti. Mag. hic insinuat, q̄ generalis confessio et mortalia delet, quorum intelligentia non hī. Vnde not. Riccar. in 4. dist. 17. art. 4. 6. si adhibuit oēm diligentiam, ut recordaretur, & post recordatur, pōt accedere de illo alteri sacerdoti, & si non priori; sed si dicerēs, iam fuit absolutus ab oībus, ergo non tenet confiteri etiā si uenerit ad memoriam, Resp. Riccar. q̄ quamuis de isto fuerit absolutus quantum ad iudicium ecclesię triumphantis, & militantis; quia sacerdos pōt absoluerē de confessis; & de p̄dicto modo oblitis; tñ absolutio de oblitis debet intelligi, sub hac conditione, ut si qñ redūcta fuerint ad memoriā, dicatur illi sacerdoti in confessione, quā ab illo potest absoluerē, tenet illud confiteri pōt eius remoram obliuionem, equeidem opinionis est Alex. de Ales in suo 4. dist. q̄ non tenet quis ad confessionem oblitum put sūt oblita, nisi in generali, quia si ad hoc teneretur, tunc teneretur ad impossibile; si autē redūctur ad memoriā, tenetur, sed si quis haberet casum, q̄ ipsum oporteret recurrere ad superiorem, nunquid erit confessionis diuisio? Resp. Tho. in 4. de quolibet, dicit, q̄ sacerdos non absoluit aliquem nisi quem dimittit credit absolutū, sed postquā dimitti, absolutus est, tenetur adhuc ecclesię confiteri; sed quia dispensatio absolutionis, non est tota tradita minori, tenetur totum confiteri p̄lato minori, & ipse debet eum absoluerē, a quibus potest: demū tenetur eum remittere superiori, de residuo absolouendum, sed si cōfitens sit excōcatus, nunquā poterit absolui ab alijs peccatis, uerum dicit; quidam dixerunt, q̄ non, quia manenti in excōcacione, non sunt sacra ecclesię impēdenda, ueristū credo, q̄ si non stat per eum, quia absoluat, nec est in mora petēdi absolutionem pp huiusmodi absolutionem impetratā super alijs peccatis poterit

A poterit eum confessor suus absoluerē de alijs, & postea ep̄s absoluet ab illo, q̄ sibi retinuit, & duę huiusmodi absolutiones faciunt unā integram, & una est preparatoria ad aliam, & in hoc casu pōt confessor cōicare excōcato; regularius tñ fieret si absolueret ab huiusmodi excōcacione. Tho. uero dicit, q̄ sacerdos nullum excōcatum pōt absoluerē a culpa, nisi prius solutus sit ab excōcacione, quia ecclesię sacrorum nō sit particeps excōcatus. Vndecima conditio est, q̄ debet esse secreta, & hoc quantum ad conditionem fori; nam cōfessio non debet fieri publica, sed secreta, corā unico sacerdote, & non pluribus; non et coram populo, extra de pę. & re. oīs, ubi dī. oīa peccata solus proprio sacerdoti confiteatur, nisi sit peccatum adeo enorme, q̄ totam cōmouerit urbem, uel totum orbem, qd̄ quidem debet quis cōfiteri in publico, ut in publico solēnis imponatur pñā, & ut ostēdat, & cognoscat se reū, ut pura si est hæreticus manifestetur. Quantum tñ est de lege cōi debet unico sacerdoti fieri i priuato, sicut expresse dicit illa decretalis, rō aut huius, quia occultatio duplici ex causa competit sacro, tñ quia hoc manifestare peccata sacerdoti nō ut manifestentur, sed ut deleant, & occultetur, quia charitatis confessio operit multitudinē peccatorū, tum et quia manifestant sacerdoti; ideo ad testimonium conscię in ternā, & ideo ut homo totā consciām reuelaret hōi tanq̄ Deo, & hoc testificante teste se creto in tali manifestatione, nec dēt admitti alienus, sed sacerdos unicus, qui teneat locum Christi, & sicut occultatio competit ex duplici causa, ita propalatio coram hoībus discouenit ex duplici causa, una est, quia ignominiosa, seu onerosa a Deo est, ut uix quis seu nullus auderet coram oī multitudine confiteri, cū pauci audeant plene. i. integre confiteri et unico sacerdoti: alia ratio est, quia periculosa, si. n. conscię manifestarentur, infinita mala oriretur, & rixā, & discordiā, & infamiā, sicut manifestē apparet, & ideo dicendū est, q̄ non tenetur quis confiteri nisi unico, & proprio sacerdoti, & huic solitario quantum est de p̄cepto Apostolico, seu ecclesiastico, hęc Bonā. in 4. di. 17. artic. 1. q. 3. de pę. dist. 1. & est auctoritas Chrysol. c. mensurā, non dico tibi, ut prodas in publicū, neq; apud alios te accuses, sed obedire te uolo profetę dicenti, reuelā dño uīā tuā ante Deum, ergo tua confiteri peccata apud uerum iudicem cū orōne delicta tua cōmissa, non lingua, sed conscię

tuę memoria, & tūc demū spera te mīam posse consequi, si habueris in mente peccata tua, nunquam malū aduersus proximum in corde tenebis. Gratianus, non ita intelligendum est, ut sine confessione oris, peccata secreta confessione, & occulta contritione purgantur, & infra eadem dist. 1. Quamuis, & est Leo Papa, quamuis plenitudo fidei uideatur esse laudabilis, quā pp Dei timorem, apud hoīes erubescere nō ueretur; tñ quia non oīum huiusmodi sunt peccata, ut ea, qui pñā possunt, non timeant publicare, remoueatur tam improbabilis consuetudo, ne multi a pñę remedijs arceantur, dum aut erubescunt, aut metuunt inimicis suis sua facta referare, pro quibus possunt legum constitutione percelli, sufficit. n. illa confessio, quā offertur primum Deo, tum et sacerdoti, qui pro delictis pēnitentium peccator accedit, tunc. n. plures poterit ad pñā prouocari, si populi auribus nō publicetur consciā confitentis, de hoc plura in alio tractatu. Duodecima conditio debet esse lachrymabilis, quo ad dolorem de peccato commisso. Nota q̄ duplex est lachryma, sc̄ corporalis & exterior, secunda mentalis & interior, & hic est dolor contritionis, prima non requiritur de necessitate ad confessionem, sicut in tractatu de contritione dictum est, secunda requiritur ubi et tactū est; sed quia homo aliquñ non pōt hēre dolorem, quē uellet. Not. modos inueniendi quos ponit Io. in summa sua, primus est frequens cogitatio. Isa. 38. Recogitabo tibi oēs annos meos in amaritudine aię meę; secundus ex cogitatione de peccatis commissis pudere. psal. & putredo in ossibus eius, quę cōfusione res dignas gerit, tertius utilitas peccati, ex qua confurgit ipse detestatio. Iero. Quā uilis facta es nimis iterans uias tuas, & Io. 8. Qui facit peccatum, seruus est peccati, & Seneca scirem Deos ignoscituros, & hoīes ignoraturos tñ abhorrerem peccatū. Quartus timor extremi iudicij, & pēnā inferni. Iero. quoties diem illum cōsidero, toto corde contremisco, idē siue comedo, siue bibo, siue aliquid facio, semper vī in aure mea illa tuba horribilis resonare, surgite mortui, & uenite ad iudicium, & illud 1. pę. d. si iustus uix saluabit impius, & peccator, ubi apparebunt cū multis consimilibus. Quintus de ammissione celestis patrię, & multiplici offensa creatoris. Apoc. Tene q̄ habes, ne alius accipiat coronam tuam. Ber. dolor peccati triplex debet esse, sc̄ acer, acrior, & acerrimus; acer, quia of-

A fendimus Deum, creatorem oium; acrior, quia patrem nostrum celestem offendimus, qui nos multipliciter pascit, acerrimus, quia redemptorem nostrum, qui nos liberauit proprio sanguine a uinculis peccatorum, crudelitate demonum, & acerbitate gehennae. Sexta species triplex. scilicet ueniam, gratiam, & gloria; ueniam, qua peccata dimittuntur; gratiam, qua bene operabitur, gloria, quae pro bono opere, ad hoc remunerabitur. Apoc. 3. Ego sto ad ostium, & aperuerit ianuam, introibo ad illum, & cenabo cum illo, & ipse mecum, & Matth. 4. Poenitentiam agite, appropinquabit enim regnum celorum, & Matth. 9. Non ueni uocare iustos, sed peccatores ad poenitentiam; si ergo uolueris ceteri, gaudere facies totam celestem curiam. Luc. 15. gaudium est Angelis Dei super uno peccatore poenitentiam agente; si autem nolueris, contereris in inferno, iuxta illud ps. Contritio, & infelicitas in uis eorum; secundo debet esse lachrymabilis, id est cum contritione. id est cum uoluntate amplius non peccandi, & cum dolore omnium praeteritorum, alias confessio nihil ualet. unde iste est quintus casus, quem addunt Doctores, quod qui non accedit contritus, det confessionem factam iterare, ut dicitur in fr. unde dicit Bonaventura in 4. di. 17. art. 2. q. 3. quod ad sacramentum poenitentiae non est necesse, quod accedens habeat charitatem, uel dispositionem ad charitatem sufficiat secundum ueritatem, sed sufficit secundum probabilitatem; haec autem dispositio est attributio, quae frequenter per confessionem superadiunctam, & absolutionem formatur per gratiam, ut fiat contritio; sic ad ipsam, & multis ibi gratia conceditur, unde dico quod sufficit, quod probabiliter se disponat ad gratiam pro omni peccatorum detestatione, quod si se non disponit, immo cum uoluntate peccandi accedit, dico quod peccat mortaliter, quia factum irritum fecit, inquam in se est, & hoc non est sine contemptu; unde tenetur iterum ire ad sacerdotem, & petere absolutionem. Sed si diceret: ad quid prodest dicunt Doctores, quod satisfactio ecclesiastico praecipio, unde nota, quod si quis uadit ad confessionem cum uoluntate non abstinendi ab omnibus, uel ab aliquo, confessio non ualet, immo tenetur confessionem iterare, ut dicit Alex. de Ales in 4. Not. dicit Guil. in glo. Ray. S. 53. Item quaeritur, quod si quis existens in proposito peccandi. id est qui non proponit abstinere a peccatis, confiteatur, & postmodum per ueram poenitentiam redeat,

debet iterare confessionem cum hac diffinitione, aut accedat ad confessorem suum, aut ad alium; si ad suum cui confessus fuit, & hoc dupliciter; quia aut recordatur sacerdos illorum peccatorum, quae primo confessus fuit, & sic non expedit nisi ut confiteatur suam, aut non recordatur sacerdos, & sic expedit iterari confessio tota, si uero ad alium accedit; oportet, quod fiat confessio de nouo, de peccatis. 3. §. sunt plures, nunquam aliquem sanauit dominus, quem omnino non liberauerit, totum. n. hominem liberauit in Sabbatho, quia corpus ab infirmitate, & animam ab omni contagione liberauit, indicans poenitentem oportere simul dolere de omni crimine orto in anima, & in corpore. scio. n. Deum inimicum omni criminoso, quo ergo qui crimen reseruat, de alio recipit ueniam? si ne amore Dei consequeretur ueniam, sine quo nemo unquam inuenit gratiam? hostis. n. Dei est, Deum offendit perseuerat, quaedam. n. impietas infidelitatis est dimidiam sperare ueniam, non. n. sine uera poenitentia inuenit gratiam, sed modo ponatur casus ille, qui dicit nolle abstinere ab omnibus, uel ab aliquo peccato, uel dicit, se non poenitere, in hoc facto, nunquam debet esse absolueri. Resp. Tho. in 4. de quolibet, quod sacerdos non absoluit aliquem, nisi quem dimitti credit absolutum. Mag. in 4. di. 17. nemo. n. potest confiteri, nisi suscitatus, quia a mortuo uelut ab eo, qui non est, parit confessio; nullus ergo confitetur, nisi suscitatus; nemo uero resuscitatur, nisi qui a peccato absoluit, quia peccatum mors animae est, quod ut est uita corporis, ita eius uita est Deus; sed si forte obijceres, quod debet absolui per text. decret. ext. de pe. & rem. quod quidam, unde Alex. Consultus ab episcopo Beluacensi, quod si qui uenirent ad confessionem, qui nolent abstinere a peccato, quid debet facere? Resp. quod quidam ad confessionem de criminibus ueniunt, & quamuis confiteri uelent, se tamen asserunt abstinere non posse, id est nolle: consultationi tuae respondemus, quod eorum confessionem recipere debes, & eis de criminibus consilium exhibere, quia non sit uera huiusmodi poenitentia, admittenda tamen est eorum confessio, crebris, & salubribus monitis est praenuntianda: sed nota text. consilium exhibere, non dixit absolueri, quia esset animas decipere, & illa quare, quae non essent absolutae, & haec fuit intentio Patris, quia uirtute confessionis fit saepe homo de attrito contritus, & est prope monita boni confessoris. Sed si diceres, quod intelligit de re fieri

A fieri absolutionem. Contra, aut illa absolutio est uera, aut non; si sic, ergo non facit in absoluendo, quod non facit Deus, scilicet de mortuo uoluntario uiuum. hoc est falsum, ergo non potest, quia sicut in naturalibus pro defectu, quo subtrahit principium irreparabile est pro se, uel pro hominem, uel per creaturam aliquam, sicut de perfecto ceco. Sed si manet, reparari potest; cum ergo peccatum mortale subtrahat primum salutis, quae est gratia, siue Deus, non potest per se, uel per hominem purum, nisi superna gratia adueniente; ergo non potest homo per se, nec cum clauis quod non potest Deus per se de potentia ordinaria, cum maior potestas non coicetur homini, quam ipse habeat; sed sic est, quod Deus non saluat hominem, nisi homo acceperit gratiam, & hoc est, quod dicit Augustinus, qui fecit te sine te, non saluabit te sine te: ergo non potest ab homine solui, ergo non Papa potest concedere, quia clauis Petri non est super clauis Christi, & Dei, uel Mag. in 4. dist. 18. & text. Hiero. super Matth. 16. ubi dominus ait Petro: tibi dabo clauis regni celorum, & quodcumque ligaueris super terram, &c. hunc locum quidam non intelligentes, aliqui sumunt de superbia Pharisaeorum, ut damnare innoxios, uel saluare se putent noxios, cum apud Deum non sententia sacerdotum, sed reorum uita quaeratur, sed super dicit, quod non est uera, ergo decipit homines, & peccatores; unde Bona. in 4. dist. 17. iuxta litteram sacerdos quantum ad absolutionem a pena se habet per modum dimittentis; sed attendendum quod efficacia sacramenti pendet ex idoneitate suscipientis, actus. n. actiuorum sunt in patiente bene disposito, quia ergo in talem, qui uel contritus, habet clauis effectum, quantum est de se, sed non habet hoc ex fictione illius, ita quod quamuis clauis non erret, cum ille errat, & decipit. si autem ille, qui soluit, & ligat secundum uoluntatem, & non secundum scientiam, uel iuris regulam procedat, sic clauis non habet efficaciam, & contra tales, qui uolebant solui & ligare, loquitur Hiero. Unde sicut sacramenta priuantur efficacia, aut quia non recte administrantur, aut quia non recte suscipiuntur; sic in clauibus oportet intelligi. Not. ergo quod sacerdos habet se per modum deiurantis uere, & non false quantum est de se; & sic false demonstrarem, quod horrendum est dicere in sacramentis, quia fides periret, quia ratione hoc, & aliud: & sic possumus dicere de baptismi sacramento, quod falsum est, quia ecclesia utitur ueris signis, & non falsis, unde Hiero. super Matth. ubi super in Leuitico, ostendere se sacerdotibus iubentur leprosi, quos illi non faciunt leprosos, uel mundos, sed discernunt qui mundi, uel mundandi sunt; ita & hoc aperte ostenditur, quod non sequitur Deus ecclesiae iudicium, quod per surreptionem, & ignorantiam interdum iudicat secundum ueritatem, & in remittendis, & in retinendis culpis. De decimatercia conditione, scilicet accelerata, ut scilicet non differat de die in diem, unde Eccl. 5. Non tardes conuerti ad dominum, & ut differas de die in diem, subito. n. ueniet ira illius, & in tempore uindictae disperdet te, debet. n. esse festina propter quinque, primo propter horam mortis incertitudinem. Luc. 12. Quod si dixerit seruus ille in corde suo, moram facit dominus meus uenire, & ceperit percutere seruos, & ancillas, & edere, & bibere, & inebriari, ueniet dominus serui illius in die, qua non sperat, & hora qua nescit, & diuidet eum, partemque eius cum infidelibus ponet, & in eodem capite exemplum de diuite illo, qui dicebat, anima mea habes multa bona posita in annos plurimos requiesce, comede, bibe, & epulare, dixit autem illi Deus, stulte hac nocte repetet a te animam tuam; quae autem parasti cuius erunt? Ambrosius, non sunt hominis bona, quae secus ferre non potest, sola misericordia; comes est defunctorum, secundo propter peccati relabationem. Apoc. vlt. Qui in fordibus est, sordescat adhuc, & Greg. Peccatum, quod per poenitentiam non diluitur, suo pondere mox ad aliud trahit: tertio propter maiorem a Deo elongationem; & difficiliorem conuersionem. ps. Domine qui elongant se a te peribunt: quarto propter finalem periculosam conuersionem, quia rara est, & de hoc require in sermone de morte peccatoris: quinto propter iustitiae seueritatem. Eccles. 5. de propitiati peccatori noli esse sine metu: non adicias peccatum super peccatum, & ne dicas, misericordia Dei magna est multitudinis peccatorum meorum. miserere mihi, misericordia. n. & ira ab illo cito proximat, & i peccatores respicit ira illius, & lud. 8. Qui estis uos, quod tetatis dominum? posuistis uos tempus miserationis domini, & in arbitrio uero die constituistis ei. De decima quarta conditione, scilicet fortis, ut nihil prope uerecundiam dimittat, exemplum de Maria, quae adeo fortis fuit in confitendo prope amarum interius compunctionem, quod nullo pudore obstare publice confessio est turpitudinem peccatorum, uel Greg. in Hom. super Luca: septem demonia Maria habuit, quae uniuersis uitis plena fuit: sed ecce quia turpitudinis suae maculas respexit, lauanda ad fontem misericordiae currit, conuiuantes non erubuit, nam quia

- A** quia semel ipsa grauer erubescerebatur interius, nihil esse credidit, quod uerecundaretur foris, unde Ber. super Cant. hom. 43. Si ueritatis amore affectus es, uelles, proculdubio, quod in te est eadem de te oēs tenere inuicem, quā ipsam apud te hēre cognoscis ueritatem: aliquid quando priuato amore contenta detines intrare iudicium ueritatis, cui dubium est minus te ueritatem diligere, cui proponis, proprium cōmodum, & honorem. De decima quinta conditione, scilicet accusans in 4. sent. di. 17. c. vlt. Ideo. n. peccatum suum, qui celat, ut putetur foris qualem se iam dñi conspectui exhibuit; quia ex fonte superbiæ nascitur species, species. n. superbiæ est se uelle iustum uideri, qui peccator est, atque hypocrita quincitur, qui ad uistas primorum parentum, uel tergi uersione uerborum peccata sua leuigare contendit, uel sicut Cain peccatum suum retinēdo suppressere querit, quā dixi; nunquid custos fratris mei sum? Aug. tu factus es peccati tui defensor, quia erit dñs liberator; ut sit ipse liberator, tu esto accusator. De decima sexta conditione. scilicet præparata, require supra in alio tractatu. Sed si quis dicit se poenitere, & tñ non uult onus poenitentiae subire. Resp. Ray. §. si Item quid si aliquis; & Host. uerbo. quid, ergo dēt facendos poenitentē primo inducere sicut potest, ut animū habeat paratū ad implendū poenitentiam, quā iniungit, ostendendo ei magnitudinem peccatorū, quot, & quāta bona ammissa sit pro illa peccata, omnia recuperabit pro poenitentia, ostendat et quātas penas sustinuit. Adā cū tota posteritate, pro uno peccato, quia, scilicet solū gustauit de pomo ligni ueriti; consideret ergo quanta poena debet tota sceleribus, si aut non potest eum frangere, imponat ei talem poenitentiam cum uoluntate sua, quā uerisimiliter potest portare, ne deterius ei contingat, post modum inuolando; ad hoc autem precisē labore, ut peccatorū causas, & radices peccatorum remoueat, & oēm occasionem peccandi tollat, sequitur in Ray. potius imponat unum pro nō, uel quod semel in septimana uadat ad ecclesiam, uel aliud leuius; Insuper alia bona, quae fecerit, ei iniungat in poenitentia; & mala, quae patiens tollerabit, ostendat tñ ei, quod id quod minus facient hoc supplebit in purgatorio, & sic ipsum admittat; dum tñ poeniteat de peccatis, uel dicat se poenitere, uel hēre propositum de cetero abstinēdi. Concordat per omnia quasi nōc. in glo. super c. omnis. Unde Host. Multa nos inuitant, primum est exemplum dñi, qui nunquid legitur grauem poenitentiam imposuisse. Ioan. 8. Vade, noli amplius peccare, ne deterius aliquid tibi contingat, & Luc. 5. Nemo mittit uinum nouum in utres ueteres, alioquin ruperet uinum nouum utres. glo. appellat uinum nouum laboriosam, & duram poenitentiam; utres autē ueteres appellat peccatores in peccatis inueteratos. Not. de adultera. Ioā. 8. Quis te condemnauit mulier? nec ego te condemnabo. Io. Chrysost. super Matth. c. 23. Transumptiue uero 26. q. vlt. alligant. n. onera grauiā, & impossibilia, & c. tales. n. sunt sacerdotes et nunc, qui oēm iustitiam mandant populo, & ipsi nec modicam seruant, uidelicet non ut faciēdo sic, sed ut dicendo appareāt iusti, tales sunt, qui graue pondus uenientibus ad poenitentiam imponunt, qui dicunt, & non faciunt; & sic dum poena praesentis poenitentiae suggeritur, contemnitur futura poena, sicut. n. si fascem super humeros adolescentis, quem non potest baiulare posueris, necesse hēt, aut fascem rejiciat, aut sub pondere confundatur: sic & homo, cui graue pondus poenitentiae imponis, aut poenitentiam rejiciet, aut suscipiens, dum ferre non potest, scandalizatus amplius peccat: deinde, & si erramus modicam poenitentiam imponentes, nonne melius est propter rationem reddere, quā propter crudelitatem: ubi. n. paterfamilias largus est dispensator, non debet et tenax. Si Deus benignus, ut quid sacerdos eius austerus uis apparere? & addit hoc glo. uerbo. d. Contulo, quod ad euitandam inobedientiam, & transgressionem talibus pauca satisfactio iniungatur sub praeepto, & quod concedat ei per ieiunium sibi iniunctum aut orationes, & quaecunque alia sibi iniuncta redimere possit, cum uelit, ultra hoc si non fecit poenitentiam, nec uolet facere, tenetur de nouo confiteri. Require supra.

Finis sermonum extraordinariorum.

